



NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
14
31 K
21

DE SANCTORVM COMMVNIONE, EX SYMBOLO, SACRIS SCRIPTV-
ET HISTORIA ECCLESIASTICA DILVCIDA ET ORTHODOXA EXPLICATIO.

Triginta ſeptem Titulis Conſtans.

QVIBVS

Huius Temporis controuerſiæ diluuntur.

Coll: Rom: Soc.tis Iesu



ANTVERPIÆ,
Apud Ioannem Keerbergium.

ANNO CIↃ. IↃ. XCVI.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, AC DOMINO D. IOANNI SARACENO, CAMERACENSIS VRBIS ARCHIEPISCOPO ELECTO, CELEBERrimi apud Atrebatenſes cœnobli vedaſtini Abbati digniſſimo, & Regiæ maieſtatis Catholicæ in ſtatus Belgici intimo ſenatu Conſiliario prudentiſſimo.

Henricus Vicus gratiam & pacem precatur.

INTER eos qui odio fuerunt hominibus, ab eis perſecutionem paſſi ſunt propter Deum, ij præclarum locum ſemper tenuiſſe mihi videntur Præſul ornatiſſime, qui conſilia euangelica ſecuti præ cæteris religioſa vita ſtuduerunt excellere: quòd quanto maiorem eorum pietatem diabolus perſpiciebat, tanto maioribus inuidiæ aculeis ſtimulatus, eos acrius per ſe, per ſuos miniſtros, non ſolum Iudæos & Gentiles, verum etiam hæreticos, iudicabat perſequẽdos. Omnibus notiſſima eſt hæreſis Ariana.

Ea infecti [1] Valens Imperator, & qui [2] locum Athanasij Episcopi Alexandrini occupauit Lucius, miseris modis afflixerunt virgines sacras & monachos. Eademque labe sordidati. Vandali destruxerunt [3] monasteria, & crudelissimè [4] grassati sunt aduersus consecratas Deo virgines. Hunericus autem eorum Rex monachos pœnis & mortibus [5] affecit, ac vniuersa monasteria virorum & sanctarum puellarum cum habitatoribus dedit Mauris Ethnicis. Macedonius damnatus hæresis in primo concilio Constantinopolitano fuit [6] crudelis in omnes à se dissentientes ad mulieres vsque & pueros. Nestorius [7] obseruauit naues & itinera ne quis deferret ad Patres monachorum quæ concilio Ephesino gerebantur. Dioscorus Alexandrinus Episcopus cum Eutychete condemnatus in concilio Chalcedonensi rapiebat pecunias [8] monachis legatas. Acephalorum petri [9] & Seueri aduersus venerabilia monasteria die noctuque latrocinia, rapinas in eis, & violentas Deo deuotorum iugulationes, querelæ monachorum manifestant actione prima quintæ vniuersalis synodi. Leonis Isauri & eius filij Constantini Copronymi immanem in monachos crudelitatem [10] historiæ loquuntur. Proinde mirum non est quod Nauatores nostri sæculi pessimè oderunt vir-

1. Teste Ruffino libro 2. hist. eccles. c. 2.
2. Vt videre licet eodē lib. c. 3. & apud Socratem l. 4. 21. & 24. & Theod. l. 4 eccles. hist. cap. 22.
3. Teste Victore sub princ. ijū libri de persecutione Vadal. ca
4. Teste eodem l. b. 2.
5. Vt videre est in passione septē Martyrū monachorum in fine lib. 3.
6. Teste Sozomeno lib 4. c. 20 & alijs.
7. Vt videre licet in narratione quæ sequitur epistolā missa à Cyrillo ad Patres monachorū in Actis concil. Ephesini ab Antonio Comitio editis.

8. Teste libello Ischyrionis Diaconi ad Leonem Papam & Concilium Chalcedonense actione 3. eiusdem synodi. 9. In libello Monachorum ad Mennam Patriarcham, & altero libello Monachorum Apameæ ad proprios Episcopos. 10. Nominatim Cedrenus in compendio & Zonara in vitis eorum.

runt virgines Deo consecratas & monachos, quod eos miseris modis affligunt, quod in eorum bona inuadunt, quod monasteria demoliuntur: eoque minus quàm præteritis temporibus, quod ad antiquas odij causas accesserint ingentia irarum populi seducti flabra: vt cui ab eis impressum sit plurima Ecclesiæ dogmata neque ex Dei verbo profluxisse, neque ab antiqua Ecclesia fuisse agnita: sed à Monachis, fidelium seductoribus, inuenta & tradita, ad eum dimanasse: & nominatim plura quæ à Sanctorum communione profluunt minora capita: quorum bene multa idololatriæ insimulant. Chemnitius enim (exempli causa) sic [11] scribit de origine inuocationis Sanctorum. Et videtur hæc (putâ Inuocatio Sanctorum) siue portio siue appendix monachatus fuisse. Accusatio verò Idololatriæ passim occurrit in eorum scriptis. Quæ crimina vt diluerem, & errantes in rectam viam reducerem, ac fideles confirmarem, scripsi hoc opus ex symbolo, sacris scripturis, & ecclesiastica historia. Quod cui dedicarem quum mecum seriò reputassem, inueni neminem cui potius id deberetur quàm tuæ dignitati. Nam es non modò princeps Abbatum inferiorum regionum, sed & Archiepiscoporum Coryphæus: & qua vales eruditione, potes, si necessitas postulet, id valide tueri. Vulgo audis patronus studiosorum. Ædificasti Capu-

11. Pagina 901. examinis concilij Tridétini de Inuocatione Sactorum.

 cinis præ-

cinis præclarum monasterium Atrebati, & alijs locis insignes pias domos: Fuisti particeps persecutionis commotæ, detentus ab eis qui nouis rebus studebãt: Postremo summa præditus es auctoritate: vt quem etiam Rex Hispaniarum receperit propter bona merita in consilium Artesiæ & in summi status Belgici senatus Consiliarum allegerit. Itaque offero quanta possum animi summissione tuæ amplitudini hoc meum opus triginta septem titulis constans. Quod si ei placuisse intellexero, erit sanè quod gaudeam; & animus plura scribendi mihi crescet. Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi multiplicet in te gratias suas. Armenteriæ Idibus Iulij anni 1596.



INDEX TITVLORVM HVIVS LIBRI.

14. *De re-*



Prefatio ad Lectorem qua paucis certior fit de his quæ Auctor in hoc opere præstitit.

* *
*



V Æ mihi causa fuit ante septẽ annos scribendi in partem symboli, descendit ad Inferos, ea me nunc impulit Christiane Lector vt animum adijcerem ad scribendum in particulam, Credo Sanctorum communionem. Animaduerti enim summo cum animi mei dolore, plurimos esse qui existimarent eam, perinde atque illam, non esse germanam symboli partem: Omnes hæreticos huius sæculi varijs quoque modis germanum eius sensum peruertisse: Paucos scriptores Catholicos eam exposuisse: & qui interpretati essent, magis eam attigisse, quam vt par erat tractauisse. Igitur faciendum mihi putaui vt hoc quoque fidei Christianæ caput pro dignitate tractarem. Proinde scripsi de eo titulos tres. Primum de aucthoritate, & germano sensu Sanctorum communionis in Symbolo, ac de vera traditionis eius causa. Alterum de officijs & beneficijs quæ ex sanctorum communione profluunt: & præcipue de his quæ hac tempestate sunt ante alia scienda. Et tertium de peccatis hæreticorum huius sæculi cõtra Sanctorum communionem, & eius officia & beneficia. Sed cum mecum considerassem hoc solum poculum, quantumuis potens, ægrè posse mederi fascinatis plurimorum animis verbis & scriptis hæreticorum, etiam ad tantum vsque delirium, vt plæraque Sanctorum communionis officia idololatriæ, & in Deum, ac Christum contumeliæ insimularent: quæ persuasio eos excessus horribiles in loca sancta maxima ex parte peperisset, qui omnibus proh dolor, noti sunt: Constitui omnia quoque officia & beneficia Sanctorum communionis sigillatim & vt digna erant tractare. Idque eo libentius quod Lectorum intererat vt hæc omnia vno volumine comprehensa tenerent, de quibus bene multi per partes scripsissent. Sunt enim qui multos eorum qui de his vel illis dogmatibus scripserunt, penitus ignorent. Quidam non eo iudicio pollent vt inter eos quos nouerunt, optimos seligere sciant. Alij non sunt satis locupletes vt tot Scriptorum libros emant. Et vt dogmata sibi mutuo, velut annuli catenæ, cohærent, accidit in tanta Scriptorum varietate, vt sæpius plurima nunc hic, nunc illic repetantur. In bene multis verò prouincijs & regnis non possunt haberi sine maximo periculo tot libri. Porro hãc in toto isto tractatu methodum tenui, vt priore loco tractarem Scripturas, Posteriore historiam ecclesiasticam. Semper enim valdè mihi displicuerunt qui neglectis vel saltem omissis, Scripturis sola traditione mallent vti. Incredibile autem est quanti labores in vtroque probationis genere nobis subeundi fuerint. Quum enim hæretici commenti sint nouas Scripturarum sibi aduersantium interpretationes, & suorum placitorum probationes, ieiuna & arida, qua bene multi hactenus vsi sint, vnius atque alterius scripturæ allegatione prætermissa, necesse habuimus nostra firmissime probare, eorum responsiones replicatione confutare, argumentis co-

rum

rum respondere, & quandoque etiam duplicare contra ipsorum replicationes. Sed nihil ęque mihi molestum fuit atque exacte tractare historiam. quę vt multis, eisque sæpius prolixis, testimonijs probanda est: ita non potuit nisi multis tractari. idque eo pluribus, quod Nouatores historias quę ad hęc dogmata pertinent, partim cœlauerint, partim corruperint, partim conspurcauerint. Quoties tamen accidit, vt non nimium prolixus esset earum tractatus, scripsi de scripturis & historiis sub vno titulo. Vbi vero ea prolixior fuit quam vt scripturis iungeretur, curaui vt separatim haberet suum titulum. Quinetiam dedi pro viribus operam vt omnium doctrinam didactice traderem. Quia enim mihi propositum non erat certum aliquod opus hęretici refutare, necesse non habui vllius eorum ordinem sequi. Meus autem scopus fuit, primum docere ipsam veritatem: ac tum refutare omnia hęreticorum huius sęculi placita ipsi contraria, nisi vbi res ipsa alium ordinem postulauit. Et quidem liber hic videbitur fortassis quibusdam prolixus. Verum non peruenit ad eam magnitudinem quam habet meâ culpâ. In tantum enim studui breuitati, vt duobus verbis non dixerim, quod vno exprimere potui. Magnitudinis istius causa sunt rerum multitudo ac magnitudo. & hæreticorum commenta. Quarum rerum si habeatur ratio, vt quidem haberi debet, exiguus est. Tentaui namque hoc opus ita conscribere vt vnum Lectori sufficere posset loco aliorum omniũ quę de eo compræhensis tractant, quod quidem attinet ad necessariam & sufficientem doctrinam. Quod si assecutus sum, est cũr tu Lector Christiane, & ego, magnas gratias agamus, & non paruam etiam gratiam habeamus, Deo nostro, per vnigenitum Filium eius Dominum nostrum Iesum Christum. Sin minus, vel eiusmodi conatus non debet tibi displicere.



HIc liber de Communione Sanctorum, authore nobili viro D Henrico Vico Domino d'Oosthoue, nihil habet quod orthodoxæ fidei, aut bonis moribus aduersetur, sed ob insignem quã tradit, & contra hæreticos tuetur, ecclesiæ doctrinam de Sanctorũ cultu, inuocatione, & veneratione, alijsque eò pertinentibus, magna cum vtilitate Reipublicę excudetur, multorumque manibus euoluetur.

Antonius Surius S. Theologiæ Doctor.

Guilelmus Gazæus B. F. apud Atrebates Pastor & librorum censor.

Georgius Coluenere S. Theologiæ Licentiatus, Librorum in vniuersitate Duacensi Visitator.

DE SANCTORVM COMMVNIONE AB APOSTOLIS IN SYMBOLO TRADITA LIBER.

SANCTAE Ecclesiæ Catholicæ adiuncta est in symbolo Apostolorum sanctorum Communio. Profitemur enim nos credere SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM, SANCTORVM COMMVNIONEM. De qua licet pauca scripta sint à Veteribus: quia nulli hæretici eam antiquis temporibus apertè oppugnauerunt: tamen modò plurima sunt scribenda: eo quòd Hæretici huius sæculi hoc quoque Christianæ fidei caput, & quæ ab eo dependent dogmata, nefario, furiali, indomito bello vexent, persequantur, violent, vanis argumentis, insignibus mendacijs, & conuicijs fœdissimis: in tantùm ut fideles accusent de varijs sceleribus, ac nominatim de Idolatria, & vbi possunt, atrocia facinora perpetrent.

De auctoritate & germano sensu Sanctorum communionis in Symbolo: & de vera traditionis eius causa, Titulus I.

PRincipio autem credendũ est Apostolos huius quoque partis esse auctores. Nam omnes quæ sub cœlo sunt nationum fideles, eam, perinde atque alias symboli partes, in tabulis cordis sui descriptam tenent. Non desunt veteres, qui eam modo totidẽ verbis in symbolo referant: ut Eusebius 1 Emisenus & Augustinus: 2 atq. adeò quãdoque explicent: ut idẽ Augustinus 3: modo vnitatis nomine designẽt: ut Hieronymus 4. Et, quod maximi faciẽdũ est, res-ipsa testatur eam vsqueadeo necessariam esse, vt absq. ea symbolũ fuerit imperfectum.

1. Homilia 2 de symbolo 2 serm. 115. 123. & 195. de tempore. 3. sermone 131. & 181. 4. In lib. ad Pãmachium aduersus errores Ioãnis Ierosolimitani.

2. Certum namque est totam Dei Ecclesiam non solùm constare ea Ecclesiæ parte, quam Christus 1 specialiter suam Ecclesiam vocat, Apostoli verò hîc dixerunt sanctam Ecclesiam Catholicam: Patres autem Concilij 2 Constantinopolitani illustrarunt particula, Apostolicam: & nos vulgo appellamus Ecclesiam Christianam: verum etiam complecti cœtum 3 innumerabilium Angelorum, multitudinem immensam sanctorum qui ante & post Di-

1. Math. 16. 2. In symb. ab eis edito. 3. Heb. 12.

luuium hinc transierunt ad requiem, & concionem innumerabilium spirituum, qui ex sancta Ecclesia Catholica in cœlum profecti sunt, quorum omnium nulla, sine hac particula, facta fuisset mentio in Symbolo.

3. Germana porrò huius partis significatio, proculdubio ea est, quā ipsa verba vulgò designant: & popularis ab Apostolis in omnium, & præcipuè indoctorum, atque adeo infidelium, gratiam habitus sermo denotat.

4. Vulgaris autem & omnium communis significatio, non ea est quæ designat participationem sanctorum in neutro genere acceptorum, id est, rerum sanctarum: puta vel Eucharistiæ, quam Veteres cælabant initiandos, & multo magis infideles: vel etiam cæterorum sacramentorum: quæ significari quoque non debuerunt ante remissionis peccatorum articulum: vel etiam quarundam aliarum rerum sanctarum paucis cognitarum: iuxta quas significationes Symbolum, eadē qua indicauimus causa esset imperfectū: sed quæ denotat sanctorum in masculino genere sumptorum communionem, eámque præcipuæ, tritæ, & omnium communis significationis, quam vulgus & Iurisconsulti aliâs appellant bonorum communionem, siue societatem.

a. Eccles. 9. 5. Etsi enim multarum quoque aliarum rerum communionem dicamus (vt quidem Ecclesiasticus communionem[a] mortis: Cicero litterarum, vocū, legis, iuris, sanguinis: Suetonius sermonis: & alij, vsus & familiaritatis, atque aliarum rerum communionem dixerunt) tamen quum dicimus aliquos habere inter se communionem, tacitis rebus quarum est communio, vulgò intelligimus bonorum communionem: eámque præcipuæ & vsitatæ significationis, eo quòd homines hanc præ cæteris magni faciant, de ea frequenter loquantur, eius causa sæpius altercentur: in tantum ut dirimendis eorum litibus necessaria[b] fuerint plurima Iurisconsultorum responsa, & Imperatorum decreta.

b. vt videre est in titulis pro socio. D. & C.

6. Nam quod Koinonia (qua voce græcū symbolū vtitur) & cōmunio passim quoque significant, etiam in scripturis sacris, actiuam cōmunionem, quam clarius vulgo dicimus communicationem: ut (exempli causa) in epistola[c] ad Hebræos, beneficentiæ & communionis nolite obliuisci: Haud difficile est percipere hanc significationem non esse huius loci propriam: propterea quod sanctorū Koinonia, id est, cōmunio istius significationis, manifestè nō sit caput fidei Christianæ: sed e-contra sanctorum cōmunio apertioris, & paulo antè indicatę significationis, sit caput communicationis, quódque sicut nullus existimat vlla præcepta esse expresfsè data in symbolo. ita multo minus credendum sit vllius præcepti complementum eo fuisse apertè propositum credendum.

c. Hebr. 13.

7. Hanc autem sanctorum in bonis communionem ita optimè declarabimus

bimus, si ostenderimus qui hoc loco veniant appellatione sanctorum quæ bona sint sanctorum communia: & quæ communionis significatio inter varias bonorum communionis significationes sit huic loco propria.

8. Et quid in Deus [1] sępius designatur in scripturis nomine sácti. Christus quoque tanquam homo non semel [2] in eis significatur appellatione sancti: & quandoque [3] sancti sanctorum: neque dubiũ est, quin nobis intercedat communio cum Deo & Christo: quia [4] Paulus & Ioannes [5] id expresse tradunt. Nihilominus neque Deus, neque Christus hic veniunt appellatione sanctorum: quandoquidem expressa in eos fides præcedit Ecclesiæ & sanctorum communionis fidem.

9. sanctorum porrò aliorum à Deo & Christo, duplex est in scripturis significatio: vna particularis, eáque multiplex: altera, generalis.

10. Particularem vocamus, quæ pro varietate circumstantiarum nunc has, nunc illas intellectuales & rationales creaturas sanctitatis participes denotat. Etenim quos Lucas [1] & Ioannes [2] apertius sanctos Angelos vocant, scripturæ quibusdam locis designant appellatione sanctorum, ut (exempli causa) in Deuteronomio [3] Et cum eo sanctorum millia, ut apud Danielem, sermo [4] sanctorũ, & audiui vnũ de sanctis [5] loquentẽ: & dixit vnus sãctus alteri nescio cui loquenti. Nonnunquam verò significant hoc nomine quos [6] aliâs clarius nominant sanctos qui dormierũt: ut in Apocal. [7] reddere mercedem seruis tuis Prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum. Sæpissimè verò hoc vocabulo denotant quos Dauid [8] nuncupat sanctos qui in terra sunt; tum in veteri testamento, ut 1. Paral. 6. & Tob 2 tum in nouo, ut (exempli causa) in Actis, quanta [9] mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem, & iterũ [10] & multos sanctorum in carceribus inclusit, ut in epistola ad Ephesios, mihi omnium sanctorum mi imo: ut plurimis alijs locis, quos necessarium nõ est citare: quia sunt passim obuij: neque est qui de hac significatione dubitet.

11. Nam quòd quidam [1] hæretici Catholicos infamant perinde ac si eam negarent, atque adeo oppugnarent, impudenter mentiuntur; ut doctrinam, quam non possunt veris argumentis reuincere, maximis mendacijs adoriantur. Vel sola enim scholasticorum Doctorum commentaria in sacros veteris & noui testamenti libros condemnant eos impudentis mendacij.

12. Et quomodo hoc sentirent, qui eos quoque qui sanctæ suæ vocationi non respondent vita sancta, profitentur etiam appellari à Dei [1] verbo sanctos quamdiu permanent in ecclesia? qui grauissimis alterius sæculi [2] pœnis purgatorijs afflictos meritò iudicant & vocát sanctos, propterea quod in fide Christi decesserint & salui futuri sint? qui denique multas [3] quoque res inanimatas appellant cum scriptura sanctas?

1. nominatim Isa. 6. et 40 Abacuc. 3.
2. Psalm. 15. Act. 2. & Apocal. 3.
3. Daniel. 9.
4. 1. Cor. 1.
5. 1. Ioan. 1.

1. Luc. 9.
2. Apoc. 14.
3. Deute 33.
4 Daniel. 4.
5. Daniel 8.
6 Mat. 27.
7. Apoca. 11.
8 Psalm. 15.
9 Act. 9.
10. Act 34.
11. Ephes. 3.

1 nominatim Marinus Chemnitius in examine decreti concilij Tridentini de venerat. sanctorum, & Musculus in loco in Isai. 16.

1 Isai. 16. & 1. Cor. 1.
2 Cor. 3.
3 Leuit 3. 2. 30. & 10. 19. 2. Paral. 30. Psal. 5. 12. 26. 46. 64. 68. 137. Act. 3. & Hebr. 9.

13 Generalem uerò sanctorum significationem dicimus, quæ denotat (ut scripturæ 1 quandoque apertius loquuntur) omnes sanctos: hoc est, sanctos Angelos: Sanctos qui posteaquam dormierunt, fruuntur in altero sęculo requie: Sanctos qui illic salui fiunt tanquã per ignẽ: & sãctos qui in terra sunt. Cui⁹ significationis vsus extat psal. 88. Deus qui glorificatur in concilio sanctorũ: apud Daniel. cap. 9. & vngatur sanctus sanctorũ: & alijs 2 locis.

1. Apoc. 8. & 19.

2. Ephes. 2. & Coloss. 1.

14 Deprehendimus autem compluribus argumentis particulares vocabuli sanctorum significationes non satisfacere sententiæ symboli. Nam quod hic non significet solos sanctos Angelos, vel ex eo manifestum est, quòd nulla causa sit cur profiteamur nos credere sanctorũ Angelorum inter se communionem: & non simul profiteamur nos credere communionem sanctorum corpore exutorum qui naturâ nos contingunt. Rursus quòd non denotet sanctos corpore exutos, vel solos, vel etiam cum bonis Angelis, hinc apparet, quòd nobis nihil profuerit profiteri horum omnium inter se absq. nobis communionem. Quod verò non significet solos sanctos qui sunt in terra, eodem argumento compertum habemus, quo 1 probauimus rem-ipsam testari, sanctorum communionem esse germanã partem Symboli ab Apostolis traditi.

1. supra sect. 1. & 2.

15. Relinquitur ergo ut vocabulũ sanctorũ hic denotet oẽs, quoscũq., qualescunque, vbicunque sitos sanctos: generali videlicet eius significatione.

16. Id quod etiam alijs quinque argumentis euincimus. Primũ enim græcus articulus (qui Græcis arctat amplitudinem significationis, quia vel denotat id de quo antea sermo fuit, vel quod inter alia excellit) non est additus in Symbolo græco vocabulo hagion, id est sanctorum. Deinde nota regula est, indefinitum æquiparari vniuersali. Tertio, cõmunio sanctorum hic à nobis inita non finitur morte, quia in æternum coita est: vt suo 1 loco fusius dicemus. Quarto, plurima re-uera sunt omnibus sanctis cõmunia: ídque communione præcipua & passim cognita. vt paulò 2 post apparebit. Postremo Paulus 3 & Ioannes 4 tradunt in suis scriptis longè maiorem societatem, siue (vt Tertullianus 5 legit) communionem quam nostra sit cũ Cœlitibus: videlicet communionem nostram cum ipso Deo & Iesu Christo.

1. tituli. 2. sectione 15.
2. infra sect. 19. 20. et 28
3. 1. Cor. 1.
4. 1. Ioã. 1.
5. In lib. aduersus Praxean.

17. Diximus qui hic veniant appellatione sanctorum. Dicemus nunc de bonis quæ sunt ipsorum communia. Neque enim esse potest communio nullius rei: sed omnis communio est minimum vnius rei, vel plurium, vel etiam omnium rerum. Ostendimus 1 autem res quæ hic sunt communes, esse bona. Igitur necesse est, vt hæc quoque bonorum cõmunio, siue societas, sit, perinde atque omnis 2 alia vel vniuersorum bonorum, quam Iurisconsulti 3 vocant specialiter koinonian: vel saltem aliquorum.

1. supra section. 4. et 5.
2. L. societas D. pro socio.
3. §. 1. tituli de societate lib. 3. Instit.

18. Porrò

18. Porrò sanctorũ cõmunionem non esse societatẽ omnium bonorũ, manifestum est, tũ ex eo quod Koinonia non habeat articulũ adiunctum qui eã arctet ad cõmunionis vniuersorum bonorũ significationẽ: tũ ex eo quòd quum in huiusmodi 1 societate res oẽs quæ coeuntiũ sunt continuò cõmunicentur, omnes & singuli quatuor ordinum quos memorauimus sancti, manifestè habent quædã bona sibi propria. Nã singuli sanctorũ qui sunt in terra habent 2 propriã virtutẽ, siue facultatem naturalem. Sunt in eis diuisiones 3 gratiarũ, & vnusquisq. 4 propriũ donum habet, alius quidẽ sic: alius verò sic. Immo ne bona 5 quidẽ huius sęculi sunt his omnibus Dei præcepto proprietate cõmunia. Quinetiam manifestũ est eos qui sunt in cœlo differre 6 inter se beatitudinis gradu. Angeli quoque ornati 7 sunt proprijs donis. Vt ex detrimẽti diuersitate 8 quod patiuntur qui salui fiunt tanquã per ignẽ, certo apparet hos quoq. proprijs donis esse inter se distĩctos. Quãto minus oĩa omniũ qui vbicũq. sunt sanctorũ bona sint singulis omniũ ordinũ sanctis cõmunia.

19. Igitur Apostoli senserũt de cõmunione, siue societate partis bonorũ. Ea verò huiusmodi est: Omnib⁹ sanctis alterius & huius sæculi, quorũ quidẽ vita eorũ sanctæ vocationi responder, cõmunis est vnus Deus: non solum eo sensu quo ẽt pessimi eũdẽ Deũ habent: sed quo is est Deus solũmodo bonorũ; nimirũ eos sanctificando, in eis habitãdo, ipsis insignibus donis tũ in hoc, tũ in altero sæculo benefaciẽdo, iuxta significationẽ verborum: Ero Deus tuus Genes. 17. Ierem. 31. Apoc. 21: ac informatam in omniũ animis notionẽ qua scimus Deũ hoc quoq. sensu esse Deũ sanctorũ Angelorũ: atq. adeo sanctorũ qui in altero sæculo, licet tanquã per ignẽ, tamẽ salui fiunt. Siue eo sensu quo oẽs sancti eũ tãquã beneuolũ erga se Regẽ & beneficũ dominũ experiũtur & agnoscũt: & noĩatim sancti hic viuẽtes istis vocib⁹, Deus 2 meus, & Deus 3 noster. Ex quo porrò sequitur oẽs sanctos esse populares 4 & ciues vni⁹ regni & ciuitatis. Oĩbus sanctis cõmunis est vnus 5 Pater, Deus, adoptione videlicet, & cõsequẽter oẽs sancti 6 sunt & iure vocãtur filij Dei, & inter se 7 fratres. Oĩbus sãctis, ẽt Angelis, cõmune est caput Iesus Christus, nõ solũ eo sẽsu quo caput 8 est oĩs principatus, & potestatis, & virtutis, & dominationis, & cõsequẽter ẽt oĩum dæmonũ, rõe videlicet imperij: sed ẽt quo est caput 9 oĩs Ecclesiæ, ex quo porrò cõsequẽs est oẽs sanctos esse vnũ 10 Christi corp⁹ & singulos eiusdẽ corporis mẽbra: eisque omnibus esse vnum spiritum, quo totum hoc corpus viuit. Denique sanctis quatuor ordinum cõmune est charitatis donum, quo tum Deum, tum sese mutuo diligunt.

20. Et hæc quidẽ sunt bona quæ præcipuè faciũt ad expositionẽ cõmunionis sãctorũ. Cæterũ præter hæc bona sãctorũ quatuor ordinũ cõmunia, habẽt & plures quædam, & singuli generales sanctorum ordines multa omnibus

1. L. 1. § in societate D. pro socio. 2. Matt. 25. 3. 1. Cor. 12. 4. 1. Cor. 7. 5. Exod. 20. Ephes. 4. & alijs locis. 6. Matt. 16. & Rom. 2. 7. Iudic. 13. Daniel. 8. 9. et alijs locis. 8. 1. Cor. 3.

1. Act. 17. 2 Psalm. 17. 58. 142. & alijs locis. 3. Deute. 6. Psal. 45. & alijs locis. 4. Ephes. 2. et Heb. 12. 5. Mat. 6. et 6. Ioan. 1. et Apocal. 6. 7. Rom. 8. 1. Thess. 4. Hebr. 13. 1. Pet. 2 3. 5. Apocalyp. 6. 8. Ephes. 1. 9. Ephes. 1. 10 Ephe. 4.

eorundem ordinum sanctis communia Exempli causa: Omnes Angeli, & sancti corpore exuti qui cœlum incolunt, sunt [1] Christo præsentes, & vident faciem Dei. Omnes sancti qui dormierũt & qui adhuc hic viuunt, habẽt vnũ Redemptorem & Mediatorem [3] Iesum Christum: qui idem etiam est caput [4] eorum specialiori ratione atque est caput sanctorum Angelorum. Omnes sancti huius sæculi & qui in altero sæculo salui fiunt tanquã per ignẽ, sunt hæredes [5] secundum spem vitæ æternæ: & hæredes [6] Dei cohæredes autem Christi. Omnes sancti qui in terra sunt, habent (ut Paulus [7] ait) κoinoniam in Euangelio Dei, ut qui idem euangelium audiunt & recipiunt. Habent [8] vnam fidem: quæ propterea [9] dicitur communis fides. Habent eandem spẽ: Vnum ut eisdem sacramentis Habent vnum Vicarium [10] caput sub Christo. Et, ut vno verbo multa complectar, habent vnam, eámque veram Dei religionem Cui cõtraria erat immensa illa religiorum, seu potius superstitionũ varietas, quam Iudæi apud Ioannem [11] vocabulo dispersionis, contrario cõmunioni, notabant, & quam Christus morte sua in electis deleuit, ut cui propterea mortuus sit, auctore eodem [12] Apostolo, ut filios Dei qui erãt dispersi (præcipue religionibus) congregaret in vnum.

1. Philip. 1. et Apoc. 5. 2. Matt. 18. 3. Cor. 13. & 2 Cor 5. 3. 1. Timoth. 2. & Apoc. 1. & 9. 4. Ephes. 4. & 5. 5. Tit. 3. et 1. Cor. 3. 6. Rom. 8. 7. Philip. 1. 8. Ephes. 4. 9. Tit. 1. 10. Mat. 16. 11. Ioan. 7. 12. Ioan. 11.

21. Sancti quoque non sanctè viuentes habent quædam bona inter ses & cum verè sanctis communia. Nam sunt participes [1] vocationis cœlestis, fuerunt eodem quo sanctè viuentes modo admissi in Ecclesiam: & plerique eorum perinde atque isti iustificati, licet postea exciderint à gratia, perseuerant cum iustis in Ecclesia, tantisper dum non excõmunicantur, vel ipsi semet-ipsos ab ea nõ præscindunt schismate vel hæresi: ut qui enim in Ecclesia locum teneant, quem [2] palmites infructuosi in vite, & mortua in viuo corpore membra habent. Audiunt & recipiunt cum iustis verbum Dei: vtuntur eisdem sacramentis: diligunt pacem Ecclesiæ: gaudent de beatitudine eorum qui sunt in cœlo. Denique faciunt cum iustis quædam communionis opera à Deo præscripta.

1. Hebr. 3. 2. Ioan. 15.

22. Retulimus bona sanctis communia. Restat ut exponamus significationes communionis bonorum, & ut quæ inter eas sit huius loci propria dispiciamus. Triplex namque est vocabuli communionis significatio in tractatu communionis bonorum: Rarior, rara & vulgò vsitata: quas omnes vsu populorum receptas Iurisconsulti illustrarunt.

23 Rarior significatio est qua hoc vocabulum denotat accidentalem (ut ita dicam) bonorum communionem: qualis (exempli causa) accidit in re duobus legata: vel vbi hæreditas aut donatio cõmuniter aliquibus obuenit: eáque propterea nusquam appellatur societas. Imo libentius dixerimus eos, quibus ista simul hoc modo obueniunt, habere res communes, quàm habere

com-

communionem.

24 Rara verò significatio est, qua hoc vocabulum ista accidentali communione exclusa, denotat voluntariè initam communionem absque affectu communionis præcipuæ significationis: quam Caius quidem significauit nomine societatis in L. Nihil. D. de cõmuni diuidundo, & alij quidam: sed tamen cæteri Iurisconsulti declarant non esse propriè dictam & præcipuam societatem, nominatim Paulus in L. I. D. de cõmuni diuidundo, & Vlpianus in L. vt sit pro socio, D. pro socio, in exẽplo, si à duobus simul res empta sit.

25. Propriæ autem, vulgo vsitatę & præcipuæ significationis communio bonorum siue societas est, quum conuenit [1] inter aliquos ut res vna, vel plures, aut etiam omnes sint communes, quæstus communis causa. Quæstus [2] verò communis intelligitur qui ex opera vniuscuiusque descendit. Differt autem à prima, quod voluntate contrahentium ineatur: ab vtraque vero, quod ea coniuncti ad [3] præstationes personales teneantur: & vsqueadeo suis operis communioni studere debeant, vt alij alijs culpæ [4] nomine teneantur: id est, desidiæ & negligentiæ: nec (quod amplius est) compensetur [5] compẽdium cum negligentia. Ad quas præstationes personales non obligantur duabus primis communionibus coniuncti: solum autem percipiunt cõmune lucrum quod ex re ipsa communi prouenit.

26. Apostolos verò nõ sensisse de communione bonorum primæ significationis, manifestum est multis argumentis, puta quod eius vsus sit rarior. 2. quod non dicatur societas, koinonia verò significat societatem. 3. quod accidentalis sit: qualem Apostolos proposuisse in symbolo ut omnes fideles crederent, incredibile est. 4. quod nemo, nisi volens, inseratur corpori Christi. 5. quod quum de ea sermo est, soleat ei expresè addi res quæ communis est: hic verò simpliciter communio.

1. L. nã cum tractatu, D. pro socio.
2. L. quæst⁹ enim. D. eodem titulo.
3. L. 1. D. de cõmuni diuidundo. L. societas contrahitur, D. societas autem est L. ut sit pro socio actio. D. pro socio.
4. L. socius pro socio. D. eodem titul.
5. L. Et ideo. D. eodẽ titul.

27. Quinetiam constat eos non esse locutos in altera significatione; quandoquidem hæc quoque non est vulgo vsitata significatio. 2. neque propriè dicitur societas 3 imo ne simpliciter quidem cõmunio, sed huius vel istius rei. 4. neque est præcipua societas, qualem videlicet & particula sanctorum & symboli dignitas postulant.

28. Proinde Apostoli senserunt de communione bonorum tertiæ significationis. Nam hæc est communio siue societas vulgò vsitatæ, propriæ, & præcipuæ significationis. 2. ea dicitur simpliciter communio siue societas. 3. de communione huius significationis Paulus [1] & Ioannes [2] manifestè loquuntur 4. hanc significationem postulat sanctorum & symboli dignitas. 5 denique ad hanc significationem res ipsa nos vocat: quia constat sanctos qui in terra sunt sibi mutuó, & his sãctos Angelos studere: iuxta Scripturas, vnicuique

1. 1. Cor. 1.
2. 1. Ioan. 1.
3. Eccles. 1.

4. Psal. 90. et vide sectionē 3. tertia. 4. primo argumento

que mandauit Deus de proximo suo, & quia Angelis suis mandauit de te.[4]

29. Itaque sicut quum in profana societate affirmamus aliquos habere inter se communionem, siue societatem, non denotamus eos habere bona communia ex quibus fructum communem percipiant: sed significamus ipsos eo fine habere bona communia, vt suis operis quæstum communem faciant ex eis: Ita quum Apostoli docuerunt fideles credere sanctorum communionem, significauerunt omnes sanctos tali communione esse inter se coniunctos, vt suis operis communioni studeant & acquirant ex bonis cōmunibus.

30. Nec quemquam ab hac cōmunionis acceptione remorari debet, quòd qui in humanam societatem coeunt, ipsi-met conferant bona: & quas volunt leges communioni dicant. tametsi enim plerumque eueniat ut conferant bona qui socij fiunt ijs quas volunt legibus: tamen non refert ad eius substantiam quis bona conferat. potest enim (exempli causa) pater conferre pro filio, Dominus pro liberto, amicus pro amico. Et si quis vsqueadeo liberalis sit vt collata in cumulum pecunia vocet aliquos in societatem cui leges præscripserit, vera fuerit societas. Deus ergo, qua est bonitate, iam inde ab initio instituit societatem omnium sanctorum: & quia nihil habebant qui ad eam vocabantur quod à se conferrent, ipse-met dedit & dat, quantū in se est, omnibus bona, vt ex eis studeant communitati iuxta leges à se præscriptas. Quid enim iustius, quàm ut is qui omnia confert, eas quas vult leges, societati præscribat?

1. 1. Ioan. 1.
2. Mat. 18.
3. L. societas § societas aūt. L. verū est. societas soluitur, D. pro socio.
4. L. si contractus §. sed etsi, D. pro socio.

31. Quas si quidam non implent, non retinent quidem omnimodam (ut ita dicam) siue omnium bonorum alijs omnibus sanctis communium societatem: de quali Ioannes[1] loquitur quum Apostolorum & Dei ac Christi societate excludit eos qui in tenebris ambulant: sed tamen non propterea excidunt communione sanctorum in Symbolo tradita, quandiu sanctorum appellatione veniunt: hoc est, quandiu vel ipsi-met schismate aut hæresi non renuntiauerint societati, vel sancta Ecclesia[2] ipsis non renuntiarit in suis pastoribus societatem per excommunicationem. Primum quia necessarium non est ad societatis[3] contractum & conseruationem, vt omnes socij omnia bona communia habeant. Deinde quia aliud est præstare debitas operas: quod soli boni socij faciunt: aliud, obligatum esse ad eas præstandas, quod etiam in malos quadrat. Vulgò enim perdurat societas, etiāsi quis[4] ex socijs conditionem quandam qua societas erat inita, non præstet. & ne ea quidem euertitur etiam si quis iniuriosus & damnosus sit socius: quando ipse vel eius socij non renuntiauerint societati. Postremo, quia Symbolum loquitur de sanctorum, id est omnium sanctorum communione. mali autem neque à se abrupti, neque ab alijs præcisi ab Ecclesia, comprehenduntur appella-

tione sanctorum, vbi mentio fit integræ alicuius Ecclesiæ, ut (exempli causa) Iudaicæ in libro [5] Sapientiæ, & Corinthiacæ [6] apud Paulum, & consequenter multo magis vbi sermo est de omnibus sanctis. [5] cap. 18. [6] 1. Cor.

32 Ex his autem facile est colligere causam adiectionis sanctorũ communionis, in symbolo. Nempe necesse habebant Apostoli sancto Deo Patri totam eius sanctam ciuitatem, Iesu-Christo redemptori omnem qui per eum redemptus est, & cui per eum benefactum est, sanctum populum, & spiritui sancto integrum eius templum subjicere: quandoquidem quæ memorauerant Dei & Christi opera, huius præcipuè multitudinis causa patrata fuerant.

33 Sed quia nostra ante omnia intererat vt cognosceremus partem huius multitudinis iam inde á Christi & ab Apostolorum temporibus fuisse esse, & futuram esse in terra vsque ad cõsummationem sæculi: & vt ea quænam esset dignosceremus; docuerunt fideles priore parte credere sanctam Ecclesiam Catholicam.

34 Deinde vt sciremus eos sola Ecclesia Catholica non circumscribere totam, quanta quanta est, Ecclesiã Dei: & multò minus sentire vnà plures esse diuersas Dei Ecclesias: addiderunt sanctorum communionem. qua docuerunt, sanctos, id est, omnes vbi vbi sint, sanctos, habere inter se communionem: propriè dictam, inquam, & præcipuam: & consequenter vnam eámque integram constituere Dei Ecclesiam: vt-vt maximis, & naturarũ, & donorum, & locorum diuersitatibus inter se differant. quandoquidè fieri nõ possit vt alieni sint ab Ecclesia Dei qui sancti sunt, & necesse sit vt non nisi vnam Ecclesiam constituant. qui vsque adeò arcta societate sunt inter se coniuncti, vt ei similis nulla vspiam sit. Nullum enim est imperium, nullum regnum, nulla ciuitas, cuius omnes & singuli subditi ac ciues vinculo societatis sint inter se coniuncti. Ciuitatis autem, regni, & imperij Dei, etiã vsque ad cœlum cœlorum porrecti, ciues, & subditi, quicunque, qualescumque, & vbicumque, etiam extra terræ habitabilis limites, atque adeò etiam in cœlo cœlorum, constituti, & omnes cum omnibus & singulis, & singuli cum singulis & omnibus, sunt societate coniuncti: eáque non vulgari, sed excellenti: ita vt suis operis communioni studeant, particulâ, omnes, quæ in symbolo intelligitur, haud obscurè complectente singulos.

35. In summa, cui placebit, doctrinæ clarioris ergo, hanc causam partiri in plures: is traditionis huius partis causas tres reddet. Nam ea indefinito sanctorum nomine innuit esse alios sanctos præter eos qui comprehenduntur sancta Ecclesia catholica. Deinde docet arctissimum vinculũ

quo tum omnes sancti Ecclesiæ Catholicæ, tum quicumque alij, qualescũque, & vbicumque siti, inter se sunt coniuncti. ita inquam ut non nisi vnam Ecclesiam constituere possint: puta propriè dictam communionem. Tertiò, præbet materiam sapienti colligendi definitionem integræ Dei Ecclesiæ, vt quæ nihil aliud sit, quàm omnes sancti habentes inter se communionem.

1. 1. Ioan. 1. 35. Cæterùm præter doctrinam adfert & alias vtilitates. Procreat enim in nobis magnum gaudium, auctore [1] Ioanne: quòd digni habiti simus Apostolorum & omnium aliorum sanctorum, & consequenter etiam Dei, & Christi, societate: re inæstimabilis honoris & valoris. Ad hæc gignit in nobis consolationem: quòd dum cogitamus quàm infirmi & nullius pretij simus, spes nostra omnium sanctorum communione confirmatur: exemplo Dauidis, qui se ea solabatur quum dicebat, [2] Particeps, siue socius (hunc enim chauer significat) ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Denique parit gratiarum actionem quam Propheta eodem loco persoluit exclamatione, [3] Misericordia tua Domine plena est terra.

2. psal. 118.

3. eodem eiusdem psalmi loco.

De Officiis & beneficiis quæ ex Sanctorum communione profluunt & præcipuè de iis quæ hac tempestate sunt ante alia scienda,
Titulus II.

EXpendendum nunc est, quales & quæ sint operæ quibus omnes sancti communioni student: & qualis & quis sit eorum quæstus communis.

2. Dubium autem non est quin istæ operæ sint spirituales & cœlestes. & consequenter certum quoque est, quæstum etiam esse sanctum & diuinũ. Nam hæc communio non est quorumlibet hominum: sed tantùm sanctorum. bona sanctorum omnium communia sunt (vt [1] apparuit) spiritualia, ac cœlestia, & finis sanctorum communionis hic proculdubio est, ut sancti adducant ad verum Deum cognoscendum eos qui eum, vel penitus ignorant vel non satis nouerunt: ut eos qui sancti sunt ad Deum quem nouerunt colendum & amplius amandum promoueant: ut nondum beatos ad communem beatitudinem prouehant, eáque simul fruantur.

1. tit. 1. sect. 18. & 19.

3. Etsi enim quæstus communis in humanis societatibus, neque ab ijs neque in ijs quæratur qui sunt socij: sed ab aliis qui non sunt socij acquiratur communioni: & acquisitus suo tempore diuidatur inter omnes socios:

quia agitur de augmento bonorum temporalium quod nullus sociorum habet: nec potest à socijs quæri sine eorum dispendio: & quia pauci coire solent in huiusmodi societaté: tamē res aliter se habet in sanctorum societate, quia oēs sancti coeunt in vnā societatem. & ut omnis rationalis creaturæ finis hic est, ut Deum cognoscat, ut Deum quem nouit colat, ut Deo, quem nouit beata sit: Ita finis sanctorum communionis est (vti iam iam indicauimus) vt sancti Dei cognitione & cultu prouehant omnes (quantum in ipsis est) ad communē beatitudinem, qua Deo, & se-ipsis omnibus in Deo fruantur.

4. Ex quo porrò etiam intelligimus quæ sint operæ quibus sancti student communioni: & quis hic sit eorum quæstus: nam hæ operæ sitæ sunt in officijs siue operibus quæ ex dilectione proximi profluunt, præcipuè spiritualibus: corporalibus verò, quatenus necessaria sunt, vt hîc Deo viuamus. tametsi enim opera quæ ad Dei amorem & cultum directè pertinent, prioré locum teneant apud Deū, quæ proinde sancti ante omnia studere debeant ingenerare & augere in alijs: tamen opera quibus sancti Deum directè colunt, non sunt directè opera communionis sanctorum: nisi fiant & referantur ad communem vtilitatem: vt quidem accidit in sacrificio corporis & sanguinis Domini.

5. Quæstus quoque qui communioni acquiritur situs est in acquisitione nouorum sociorum, & prouectione veterum ad communem gratiam, et ad eius augmentum. et hinc ad communem beatitudinem, qua Deo et se-ipsis omnibus in Deo in æternum fruantur.

6. Diuiditúrque hic quæstus cōmunis in sanctis iuxta numerum eorum quos opus cōmunionis contingit: et iuxta mensurā à Deo ordinatā. Neque enim dicitur communis, quasi omnes sancti directè percipiant fructum cuiuslibet operis communionis: sed quòd directè sit communis eius à quo fit et cuius siue quorum causa fit. Etenim sicut multa opera conmunionis fiunt solū horum vel istorum causa: eo quod communio nobis intercedat non solùm cum omnibus simul, sed etiam cum singulis sanctis, particulâ omnium quæ in symbolo intelligitur: complectente singulos: Ita quæstus communis latius se directè non porrigit, quàm ad istos. In cæteris verò non habet locum nisi ex consequenti: quo modo (exempli causa) procuratio sanitatis vnius membri pertinet ad sanitatem totius corporis.

7. Neque verò etiam dicitur communis, quasi necesse sit eius partes esse in omnibus æquales: sed quòd sancti sint huius communis lucri participes secundum mensuram iusti iudicij Dei. nam si hominibus[1] in profanam societatem coeuntibus licitum est inæquales lucri partes exprimere, quæ

[1] § & quidem, titulo de societate lib. 3. Institut.

seruandæ sint: quanto iustius licuit Deo, societatis sanctorum auctori lucrum inæqualiter partiri, vel diuersi status ergo, vel maioris industriæ causa, vel acquisitionis ex bonis proprijs, quæ charitas, non quærens ¹ quæ
1. 1. Cor 13. sua sunt, sed quę sociorum, cum alijs communicat: vel alia quapiam iusta ex causa.

8. Et quidem haud obscurum est quæ sint communia omnium sanctorum erga omnes sanctos officia. certum est enim omnibus sanctis Dei laudes & gratiarum pro omnibus sanctis actiones esse communes.

9. Quinetiam haud obscurum est quænam sint particularia officia quibus sancti huius sæculi student sanctis eiusdem ordinis, omnibus & singulis, quandoquidem catechismi ea tradunt: ac vulgò manifestum est inter ea e¹u-
1. Math. 6. cere particulares pro toto hoc ordine, & singulis gratiarum actiones & pre-
2. Rom 8. ces. quarum formam Christus ¹ clarissimé talem concepit qua nullus pro se
3. Augusti. lib cōtra Maximinū 1 & 2. cap 9. oraret, quin vnà pro alijs omnibus precaretur: & Apostolus ² consensum tanti fecit, vt eius causa dixerit spiritum postulare, id est (efficere ³ vt postulemus) gemitibus inenarrabilibus.

10. Sed quæ sint particularia officia quibus sancti Angeli & alij qui cœlum incolunt, sibi mutuò student: maxima ex parte nobis est incognitum. quia pauca nobis sunt verbo Dei tradita, propterea quòd nullum damnum ex eorum ignoratione percipiamus. Tempus autem erit quum in familiarem eorum consuetudinem admissi, hæc opportuné perspecta habebimus.

11. Cæterum multa (vt nunc sunt tempora) dicenda sunt de quibusdam eorum erga nos officij: & de nostris erga ipsos. quia omnium nostrum interest vt nunc ea perspecta habeamus. Quæ proinde ex symboli verbis quomodo profluant, & prosint communioni, hic ostendemus: postea verò fusius scripturis probabimus.

12. Constat ex verbis, sanctorum communionem, etiam sanctos Angelos studere saluti nostræ suis operis. & qui didicerunt quæ traduntur vbi de creatione, substantia & officijs agitur, cognitum habent ex generalibus scripturæ sententijs & particularibus exemplis, eos excubare in circuitu¹ ti-
1. psalm. 33. mentium dominum, eos custodire ² fideles in omnibus vijs suis: eruere ³ ip-
2. psal. 90. sos ex periculis: consolari ⁴ afflictos: delere ⁵ eos qui fideles oppugnant, &
3. psalm. 33 alia his consentanea peragere, quæ ipsis cōmunione nobis coniunctis prom-
4. Gene 16. 5. 2. paral. 32 tum est repræsentare.

13. Sed quod præcipuè notandum est propter quosdam hæreticos huius sæculi, hoc est, rectè concludi ex eo quod sancti Angeli studēt nobis suis operis, sequi, ipsos sæpius etiam orare Deū pro nobis: & plurima nobis impetrare per & propter Dominum nostrum Iesum Christum. quandoquidē

non sunt nescij nos multis indigere, quae ipsis nondum data à Deo, sint per hunc communem dominum ab ipso petenda & impetranda. Quod dum faciunt, licet sibi in se non acquirant nouam mercedem, sed contrà pro mercede habeant quod tum hoc, tum illa alia Deo placentia opera peragant: tamen hoc sensu acquirunt sibi, quòd eo ipso quo nobis benefaciunt, acquirunt nouos in cœlo socios in locum angelorum qui olim suo principali exciderunt.

14 Nulla est huius sæculi vsqueadeò arcta ligatura, necessitudo, societas, quæ vllo pacto conferri possit cum vinculo sanctorum communionis. Accidit autem sæpius vt homines, etiam non rogati, propter eos qui insigni aliquo officio se demeruerunt, sponte sua benefaciant eis qui necessitudinis, vel humanae societatis, vel alterius alicuius coniunctionis vinculo sint ipsis colligati. tanta est vis bonitatis: eo in pretio est demonstratio grati animi tanti fit amicitia: Quanto ergo magis Deus, solus bonus, atque adeò ipsa met bonitas, liberalitas, merces, propter sanctos tum hic constitutos, tum præcipuè corpore exutos, & propter bona opera quibus ipsum demeruerunt, benefaciat alijs sanctis qui sunt in terra, tum similibus ligatis, tum arctissimo communionis vinculo ipsis coniunctis? quando non hoc sæculum, sed futurum destinatum est plenae sanctorum retributioni. Solemus autem etiam vulgò, ita loqui, ut eum nobis prodesse dicamus, qui causa est cur alius nobis benefaciat. Igitur sequitur ex sanctorum comnunione sanctos qui in terra sunt, & multo magis sanctos qui in altero sæculo sunt, prodesse alijs sanctis hîc viuentibus, meritis quæ sibi Christi gratia comparauerunt. 1. Math. 19.

15. Omnis humana societas [1] coitur, vel ad tempus, vel summúm in perpetuum, id est, dum socij viuét nulla verò eiusmodi societatis [2] in æternum coitio est: sed omnis humana [3] societas finitur morte. Et meritò. nam & bona, communia sunt bona huius sæculi, quæ vt non comitantur migrantes exeo, sed his pereunt: ita amissa [4] finiunt societatem: & quæstus qui quæritur, terrenus est: neque est qui vel velit, vel possit se obligare ad præstandas post mortem operas ad hunc quæstum pertinentes. Sanctorum verò communio siue societas coitur in æternum: nec proinde finitur morte, quia & bona omnibus sanctis cõmunia æterna sunt: & quæstus qui quæritur, vel ad æternitaté proficit vel ét æternus est: & finis sanctorũ societatis est (ut [5] diximus) fruitio Dei & sanctorũ in Deo. Et cõsequenter recté admonu [6] imus Apostolos sanctorũ cõmunione docuisse sanctos quoque corpore exutos etiã studere nobis suis operis. Sed cuius causa ista præcipuè hîc dicũtur, hoc est quòd ex eis etiã sequatur sanctos corpore exutos nobis studere precibus

1. L. 1 D. pro socio.
2. L. Nullo D pro socio.
3. L. itaque § morte vnius socii, D. pro socio.
4. L. e. verũ est § societas soluitur D. eodem titulo.
5. supra sect. 1. & 3.
6. vide tit. 14 sect. 16 18 & 19.

Quia

Quia enim sancti qui in terra sunt debeat sibi mutuò ratione societatis varia officia, & nominatim etiam precum, ad consequendum communē beatitudinem vbi contingit aliquos hinc ad eam migrare, liberantur quidē qui hic remanent operis precum pro eis: quia isti peruenerunt ad destinatum finem. Hi verò, quia sancti qui in terra sunt nondum eum sunt assecuti, non liberantur, nisi officijs quæ non conueniunt cum beatitudine. cuiusmodi non est precum officium, vt videre est ex sanctorum Angelorum & Christi pro nobis orationibus. Igitur hoc ipso quod societas hic coita non finitur morte, sancti qui in cœlum migrauerunt, remanent obligati ad officium precum tantisper dum alij sancti hic viuunt: verarum, inquam, quandoquidem preces quas in hoc sæculo fundebant erant veræ preces. & nō solūm generalium, sed etiam particularium, quia repugnat rectæ rationi, vt precum officium pro nobis longe maxima sui parte tunc sit diminutum, cum eorum sanctitas & consequēter beneuolētia erga socios, insigniter aucta est.

1. supra sect. 7. 16. Admonuimus, 1 sanctos oblata occasione ex proprijs quoque bonis acquirere communioni: eo quòd charitas, bonum omnium sanctorum cōmune, quærat quæ sunt sociorum. Sancti autem 2 corpore exuti sunt facti participes regni Dei & Christi, regunt dono Christi gentes, iudicant nationes. Igitur hoc ipso quod sunt nobiscum charitatis communione coniuncti, prosunt nobis hac quoque regia sua dignitate.

2. vide infra titulum 14.

17. Quod si hęc officia & beneficia ab eis qui in cælis habitant ad nos ipsis non cooperantes proueniunt: quanto procliuius et vberius proueniāt, si nostras operas eorum operis adiunxerimus? hoc est, si Deum orauerimus per Christum Dominum nostrum, ut benefaciat nobis propter sanctos suos & propter bona eorum merita? ut exaudiat cœlicolarum pro nobis preces vt nos custodiat & regat per eos: Hos verò si precemur ut pro nobis orent vt nos regant? vt nobis benedicant? quid enim obstet quo minus socij sociorum tanta societate sibi cōiunctorum auxilium implorent? Quis iure dānet quòd socij quum simus, nostras operas eorum operis coniungamus in aditum ad Deum per Iesum Christum? Imò quis non vtile iudicet quòd donatos regia, quam attigimus, potestate prouocemus in nostrum auxiliū votorum nuncupatione? quis non vtile existimet vt eò proficiscamur quò ipsa necessitas nos vocat? hoc est, vt peregrinemur ad eorum reliquias & memorias miraculis celebres, vt eorū beneficia, illic vbi volunt, percipiamus?

18 Et hæc quidem sunt officia & beneficia quæ à beatis ad nos ex sanctorum communione proueniunt. Quæ verò à nobis ipsis præstantur, sunt alterius generis: nam quia non possumus beatis prodesse eo beneficij genere quo nobis prosunt, vt qui bonorum nostrorum non egeant, operæ nostrę

directè

directè ipsis præstitæ sitæ sunt in honoribus ipsis à nobis debitis. Non quòd eos non aliquo pacto honoremus, quum bene sentimus de eorum erga nos officijs quæ memorauimus[1]: vel quasi non ad insignem eorum honorē pertineat quòd operas nostras quarum iamiam[2] meminimus, ipsorum officijs adiungamus: aut quasi nullum beneficium ex eorum veneratione quæramus & percipiamus: Sed quòd quum in tractatu sanctorum communionis distinguendæ sint operæ beatorum pro nobis à nostris pro ipsis: aliud sit beneficia directè ab eis quærere, & ita ipso facto eos honorare: aliud, directè eos honorare, & fructus qui ex hoc facto proueniunt, percipere.

1. supra sect. 12. 13 & sequentibus.
2. supra sectione 17.

19. Sæpius audiuimus Apostolos docuisse fideles credere sanctorū cōmunionem: nusquam verò audiuimus sanctorū confusionem quin potius didicimus,[3] suas esse sanctis gratias & excellentias absque dispendio cōmunionis. Excellentia verò beatorum licet infinito inferior sit Dei excellentia: & ob id nullo pacto sit debito Deo honore colenda: tamen longè præstat excellentiæ sanctorum qui sunt in terra: & excellentiæ sæculariū potestatū. Igitur colimus beatos gratiarū actione Deo reddita nō solùm pro eorū creatione, redēptione quod ad hoiēs attinet & sanctificatione: verum etiam pro eorum beatitudine: præcipuè in sacrificio corporis & sanguinis Domini & solennissimè in natalitijs eorum diebus. Celebramus opportunè eorum laudes verbis & scriptis. Honoramus eos cordis & corporis inclinatione, prostratione, genuum flexione, capitis apertione, & similibus internis & externis signis, intellectæ à nobis eorum excellentiæ respondētibus. Sanctorum corpore exutorum reliquias communis omnium sanctorum hinc migrantium sepulturæ honore afficimus: vbi verò constat de eorum beatitudine, condimus eas arcis & conditorijs pretiosis: eisque conuenientem venerationem reddimus. Et ne hæc quidem temporis lapsu negligantur, sed pro dignitate ab Ecclesia fidelium minimùm semel singulis annis peragantur, dicamus ipsis dies festos, & præcipue natalitios, in quibus etiam gaudemus cum gaudentibus. Denique eos templis, imaginibus & alijs memorijs, & iu templis imaginibus & memorijs honoramus. Fitq; his honorarijs operis, ut Deus in sanctis beatis laudetur: ut sancti beati sint in memoria æterna: ut sancti qui ipsis hos honores habent ad eorum imitationem excitentur, eorum meritis consocientur, & precibus adiuuentur.

3. titulo 1 sectio. 18. 19. & 20.

20 Postremo quod attinet ad sanctos qui in altero sæculo purgantur, breuiter sic habendum est, quoniam hi quoque sanctorum communione continentur, beatos pro ipsis, ipsos pro nobis, nos pro ipsis orare, eorū releuationi & quieti meritò studere oblatione sacrificij, ieiunio & eleemosynis, & alijs huius generis operibus.

De peccatis hæreticorum huius ſeculi contra Sanctorum communionem, & eius officia & beneficia, Titulus III.

DIximus de auctoritate & germano ſenſu communionis, de vera traditionis eius cauſa, & de officijs ac beneficijs quæ ex ea profluunt. Nihil horum eſt, contra quod non inſigniter peccetur ab hæreticis huius ſeculi. idque differenter. vt quidem hic quoque opinionum varietate inter ſe non conueniant.

2. Sunt qui hanc partem exiſtiment adiectam fuiſſe ſymbolo poſt veterum ætatem: vt Zuinglius[1], qui ſcribit hoc membrum inter veteres in articulis fidei non fuiſſe numeratum. Vt Caluinus[2], qui tradit hanc ſymboli particulam à veteribus prætermiſſam fuiſſe. Sed bene habet quòd hic ſuum errorem aliquo pacto correxit in poſtrema editione Latina, addita particula, fert. licet rurſus ea in poſtrema editione Gallica abſit

3. Condemnant autem eos de errore etiam Lutherus & auctores confeſſionis Auguſtanæ, atque Centuriatores Magdeburgenſes. Ille enim[1] eam cum alijs ſymboli partibus abſque vllo diſcrimine refert. & hi[2] ne[3] verbũ quidem de ea nobiſcum commutant.

4. Quo magis mirum eſt Eraſmum[1] ſcripto prodere probabile eſſe hanc particulam fuiſſe ab aliquo adiectam ſymbolo, ídque non ſolùm cauſa & ſenſu falſis: de quibus paulò[2] poſt dicemus: verumetiam argumento vaniſſimo: propterea videlicet quòd non addatur apud Cyprianum, nec apud Auguſtinum: ac ne per occaſionem quidem horum verborum faciant mentionem. Etenim quod aſſumit falſum eſt. nam quem exiſtimat eſſe Cyprianum, is eſt Ruffinus, longè & ætate, & eruditione, & ſanctitate inferior Cypriano: vel teſte eodem Eraſmo[3] hunc ſuum errorem agnoſcente in commentarijs in caput 15. prioris epiſtolæ ad Corinthios & Auguſtinus licet eam quandoque prætermittat, tamen multis locis[4] refert. atque adeò quandoque exponit. Deinde conſequentia non valet. Ruffinus enim æquè ſilentio præterijt[5], vitam æternam, germanam ſymboli partem, atque ſanctorum communionem. Imò hæc conſequentia vſqueadeò pernicioſa eſt, vt ſi valeret, plurimæ ſcripturæ partes habendæ fuerint incertæ, vel etiam nothæ, propterea quòd Interpretes nunc has, nunc iſtas, ſilentio quoque ſæpius prætermittant. vt (exempli cauſa) Auguſtinus[6] verba quinti

capitis

1. In ſermo. Bernæ habito in quo interpretatur ſymbolum.
2. lib. 4. Inſtit. c. 1. ſect. 3.
1. in catechiſmis.
2. in principio confeſſionis vbi ſymbolũ referũt.
3. centuria 1. lib. 2. c. 4. titulo de ſymbolo Apoſt.
1. in princip.
2. catechiſ. in ſymbolum Apoſtolorũ.
3. ad verba in Chriſto omnes viuificabuntur.
4. vide ſupra ſect. 1 tit. 1.
5. in expoſitione ſymbo.

capitis Ioannis, Ego veni in nomine Patris mei, & cætera vſque ad finem eiuſdem capitis.

6. in tractatibus in Ioã.

5. Quòd autem pauci Veterum eius meminerint in ſuis ſcriptis, mirũ nobis eſſe non debet. Nam pauci ſcripto expoſuerunt ſymbolum Apoſtorum, contenti viuæ vocis expoſitione in catechiſmo. Et quidam eorum qui de eo ſcripſerunt, non obſeruauerunt exactè contextionem symboli. vt Cyrillus Ieroſolymitanus: ſicut videre licet catacheſi 18. & qui hoc ipſum de ſe [1] teſtatur Auguſtinus, in quibuſdam [2] operibus. Fuêre alij, & nominatim Ruffinus [3] qui multis tractarent vnitatem Eccleſiæ, occaſione ſingularis numeri, Eccleſiam, quos propterea veriſimile eſt hanc particulam tráſilijſſe tanquam ſatis expoſitam, nulla tunc eam oppugnante hæreſi, idque eo magis quod quidam ipſam iſtis temporibus deſignarent nomine vnitatis. vt Hieronymus [4]. In quibuſdam Eccleſijs mos hic receptus erat propter hæreticos, vt omiſſis symboli ordine, & hac particula, quia non conueniebat interrogationi, quæreretur à baptizandis, num crederent remiſſionem peccatorum & vitam æternam per ſanctam Eccleſiam. vt videre licet apud Cyprianum epiſtola 6. libri 1. Poſtremò fieri potuit vt hominibus aliquid humani acciderit, hoc eſt, vt quidam negligentia vel alia quapiam culpa eam prætererint. qua velle vti ad conuellendum verbum Dei, dementiæ fuerit.

1. lib. 1. retract. cap. 17.
2. nominatim in Enchiridio & in libro de fide et symbolo.
3. in expoſitione symboli.
4. in lib. ad Pãmachium aduerſus errores Ioan. Ieroſolymitani.

6. Iam verò quod ad interpretationem attinet, quidam peccant omiſſione, nominatim Auctores Auguſtanæ confeſſionis, & Centuriatores Magdeburgenſes. ut qui ne verbulo quidẽ eam vſpiam exponant: ac ne alium quidem Veteribus citent qui eam expoſuerit.

7. Nam quod hi centuria quinta notant [1] Chryſoſtomum accepiſſe Sanctorum communionem in ſermone de Euchariſtia in Encænijs, pro publicis conuentibus Chriſtianorum: non eo faciunt vt oſtendant Chryſoſtomum eo loco hanc symboli partem iſto ſenſu expoſuiſſe: ſed vt probent eum publicos Chriſtianorum conuentus quandoque appellauiſſe nomine Communionis Sanctorum. vt apud eos [2] videre eſt. Quod ipſum nihilominus (vt hoc quoque obiter dicamus) falſum eſt. Accipit enim iſtic communionem Sanctorum pro participatione Euchariſtiæ: vt manifeſtum eſt ex titulo ſermonis, & ex eo quod reprehendit eos qui deſerta Euchariſtiæ participatione, & Eccleſiæ congregatione occupabantur circa horam terribilis menſæ in conuiuatibus vaniloquentię. Item ex alijs eius locis, & nominatim ex fine orationis de beato Philogonio, vbi ait, Regem excepturus es per communionem.

1. in indice in verbis, ſanct. cõmunio quid Chryſoſt. ſit, & in principio cap. 6.
2. in princip. c. 6. cẽturia 5.

8. Alij autem peccãt in peruerſa huius partis expoſitione. Principio e-

1 nominatim Auctores apologiæ cõfessionis August. 2. libro 1. de origine erroris cap. 15. 3 tit. 4 sec 3. in 1 argumento, quod ad Angelos attinet, & de reliquis in aliis titulis.

nim omnes, quos quidẽ legerim, excepto Bullingero, accipiunt sanctos solũ pro sanctis qui in terra sunt: & plerique, ne pro his quidem omnibus, sed tantùm pro [1] iustis. Bullingerus [2] verò solùm pro istis & pro defunctis, nullam penitùs sanctorum Angelorum mentionem faciens. Probauimus autem tituli primi sectionibus 14. 15. 16. & 28. omnes sanctos hîc venire appellatione sanctorum: idémque pleniùs suis locis [3] ostendemus ex scripturis.

9. Deinde variè & peruersè accipiunt vocabulum communionis. Et tertiò quidam eorum pro varietate confictæ significationis, varias quoque & falsas vnà reddunt traditionis huius partis causas: cæteris hac in parte planè mutis.

1. in cap. de Ecclesia. 2 catechesis. in symbolum Apostolorum

10. Auctores [1] enim Apologiæ cõfessionis Augustanæ accipiunt sanctorum communionem pro sanctorum communitate, siue pro multitudine sanctorum: & hanc partem additam existimant, vt exponeret quid esset Ecclesia: nimirum congregatio sanctorum qui habent inter se societatem. Quibus Erasmus hunc errorem præiuit dum [2] scripsit probabile esse hãc partẽ abs quopiam adiectam fuisse qui studuerit explanare quid intelligendum esset per sanctam Ecclesiam; nimirum quòd Ecclesia sit societas, non quorumlibet, sed sanctorum.

11. Et quidem si retẽta vera communionis significatione dixissent haud difficile esse ex ea colligere descriptionem vniuersæ Ecclesiæ: puta quòd sit multitudo omnium sanctorum communionem inter se habentium: non aberrassent à vero. Sed dum volunt esse epexegesin, multa conuincunt eos erroris. Primum quòd epexegesis locum habere non debeat in breuissima fidei summa: Deinde quòd Apostoli non exposuerint gentibus longe intellectu difficiliorem symboli partem, Sedet ad dexteram Patris. Ad hæc, quòd nihil sit quod exponat vocem, Catholicam: quæ vtique negligi non debuit. Præterea quòd κοινωνία eius quam aiunt significationis, sit (vt minimum dicamus) æquè obscura, atque Ecclesia: In epexegesi verò id obseruetur vt obscura per aperta exponantur: & nisi id fiat, battologia fit, non epexegesis. Postremò, quòd, tametsi scripturæ sæpius vtantur hoc nomine significante communionem siue societatem, nusquam tamen hæc vocabula accipiant pro ipsis hominibus communionem siue societatem inter se habentibus.

12. Zuinglius autem sanctorum communione intelligit communicationem siue conuersationem cum sanctis. Quod intelligimus ex causa traditionis huius partis quam reddit. Ait enim, hoc membrum post veterum ætatem additum posteaquam nonnulli sectas secuti, alij excellentiæ gratia præ

cæteris

cæteris efferentes se ab Ecclesia separabant. Verùm facile est omnibus peruidere hoc leuius esse, quā vt inseri debuerit summæ fidei Christianæ [1], quasi scilicet id sit caput religionis nostræ. Et si sectæ fuissent causæ additionis huius membri, id non post veterum ætatem, sed statim post excessum Apostolorum ex hoc mundo, fuisset additum symbolo. Imò Apostoli id cum reliquis partibus tradidissent, quandoquidem ipsorum quoque [2] tempore erant sectæ: ijdémque [3] in spiritu præuidebant longè plures futuras post discessum suum de hoc mundo ad Deum.

1. In sermo. Bernæ habito in quo interpretatur symbolum. 2. 1. Ioan 4. In epistola Iudæ, & Apocalypsi 2. 3 Act 19. & 2. Pet. 2.

13. Caluinus verò variat in acceptione communionis. Modo [1] enim intelligit communione communicationem donorum. Ostendimus autem sectione sexta primi tituli hanc significationem non esse propriam huius loci. Modo verò [2] communionem accipit pro communione vnius corporis & spiritus. Et hoc quidem rectè, si pluribus exposuisset germanam & huius loci propriam communionis significationem, quæ operas & præstationes personales postulat, latius communicatione donorum patentes. Sed is eā vbique, etiam in catechismo, veteratoriè subticuit, vt qui ignarus Iuris non fuerit.

1. lib. 4. Instit c. 1. sec. 3. in principio. 2. eadē sec. 3.

14. Reddit autem duas in hoc libello adiectionis huius partis causas. Ait enim eam additam ad exprimendam clariùs, quæ inter Ecclesiæ mēbra est, vnitatem: simul ea indicari quidquid beneficiorum largitur Deus Ecclesiæ, in commune omnium bonum spectare, quum inter se omnes communionem habeant. Peccat autem speciatim in vtraque. In priore quidē, quia nulla antea facta fuit mentio vnitatis Ecclesiæ, & quia hîc fit mentio vinculi non solius Ecclesiæ catholicæ, sed vniuersæ, quanta quanta est, Ecclesiæ Dei. In altera verò, quia debuit scripsisse ea indicari omnes sanctos omnibus sanctis communibus & priuatis bonis debere studere. Et peccat in genere, quòd non tres quas [1] exposuimus generales huius partis causas reddat.

1. sect 34. tituli primo.

15. Bullingerus intellexit quidem sicut Caluinus, partem significationis vocabuli communionis: sed plenam eius significationem, quam iste, vt Iuris peritus, ignorare non potuit, imperitia non vidit. Vidit tamen, quod iste & cæteri non viderunt, sanctorū appellatione venire ét sāctos corpore exutos. Rectè namque ait [1] communionem sanctorum in eo consistere, quòd tā viui, quàm mortui sancti: conciues sint Dei, fratres Christi, Dei filij, & Christi cohæredes. Sed dum his adijcit: hoc verò quid facit ad probationē eius quod aiunt (puta, Catholici) quòd sancti orent pro nobis? haud obscurè declarat se non intellexisse hanc cōmunionem importare operas & præstationes personales.

1. lib. 1. de origine erroris cap. 5.

16. Neque his nouatoribus suffecit, quòd varijs interpretationibus im-

 peritis

peritis & falsis conspurcauissent Sanctorum communionem: sed plerique etiam ingenium suum intenderunt, ut quod Dauid ad eam[1] pertinens dixit, Particeps[2] siue socius, sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua: ipsi de longè minoris momenti societate interpretarentur, putâ de societate vsus & familiaritatis: perinde videlicet ac si Dauid dixisset, Adiungo me socium timentibus te: cúmque sensum redderent in Biblijs lingua vernacula expositis: & psalmis carmine Gallico & Flandrico redditis. Sed bene habet quòd particula omnium conuellit hunc sensum: quod insignis quæ sequitur exclamatio in misericordiam Dei, Misericordia tua Domine plena est terra, testatur Dauidem sensisse de insigni societate quam haberet cum omnibus Deum timentibus: quod solicita quam huic exclamationi attexuit oratio, Iustificationes tuas, siue iudicia tua, doce me (ne videlicet ignorantia eorum peccem, & indignus fiam, vel etiam excidam hac societate) argumento est eum de excellenti societate locutum. Factúmque est etiam diuino iudicio, vt qui in his carminibus aduersus sanctorum communionem peccarant, singuli, quot sunt apud Dauidem in his duobus versibus verba, tot minimum admitterent peccata, inuersione ordinis verborum, omissione, additione, mutatione, & his similibus.

1. Psal 118.
2. vide sectione 35 titu. 1.

17. Sunt etiam quidam, & nominatim Caluinus, qui non clarè proferunt ad lectores, imò eos, quantum possunt, celant, quod sentiunt, varia Communionis, Communicationis, Communitatis, & Societatis acceptione in eodem capite, & quandoque etiam in eadem sectione, atque adeò propositione, ita ut doctis quoque negotium facessant de significatione. Cuius vitij exemplum extat apud Caluinum in Institutione ea[1] qua hanc symboli partem tractat sectione.

1. sect. 3. ca. 1. lib. 4. Instit.

18. Et, quod maius peccatum[1] est, quidam in hac sancta materia vtuntur etiam profanis vocabulis. Posteaquam enim placuisset Erasmo dicere, Ecclesiam esse contubernium sanctorum: placuit & alijs huius vocabuli vsus in hac materia: eíque deinde & alia accesserunt, & nominatim Commercium. eóque Caluinus ita vtitur quum de sanctis corpore exutis[2] ait, Quos à nostro contubernio dum subduxit Dominus, nullum nobis cum illis reliquit commercium: ac ne illis quidem nobiscum, quantum assequi licet coniecturis: vt inspicienti quæ præcedunt, videatur commercio intellexisse vsus & consuetudinis communicationem. consideranti verò quod hic in fine de coniecturis ait, videatur commercio significasse, officiorum, quę ex communione profluunt, communicationem. quandoquidem scripturis proditum, & experientia compertum habemus sanctos corpore exutos non conuersari nobiscum familiariter, ita ut nulla hic opus sit coniectura. De

1. 1. Timot. 6.
2. lib. 3. Institut. cap. 20. sectione 24.

18. De qua si sensit, pugnat aduersa fronte contra Apostolicam sanctorũ cõmunionẽ, eo quòd fieri nõ possit, vt beati non impleant officia cõmunionis.

19. Postremò, nõ hic solùm, sed omnes ferè huius sæculi hæretici peccant, alij grauius, alij leuius, contra officia & beneficia, quæ quã potuimus breuissimè ostendimus profluere ex sanctorum communione, à sectione 13. tituli secundi ad vltimam vsque sectionem. idque adeò variè & multipliciter vt necessarium fit ea sigillatim exactè tradere: & hæreticorum errores suis quosque locis exponere & confutare.

De Sanctorum Angelorum pro nobis orationibus, Titulus IIII.

DElineauimus [1] sanctorum Angelorũ pro nobis orationes ex verbo Dei non scripto: putà ex Sanctorum communione ab Apostolis in symbolo tradita. Dicemus nunc plene de eis ex scripto Dei verbo: aperto, & in aperto latente: & ex historia Ecclesiastica. *1. sectione 13. tituli 2.*

2. Plena verò earum cognitio continetur scientia decem horũ capitum. 1. Quòd sancti Angeli orent Deum pro nobis. 2. Quòd sese mutuò adiuuẽt in orationibus pro nobis. 3. Quòd offerant Deo preces nostras. 4. Quòd verè & propriè orent: & preces nostras suis veris precibus Deo cõmendent. 5. Quòd non solùm in genere, sed specialiter quoque hæc officia præstent. 6. Quòd sciant dicta, facta, cogitata nostra, quatenus eorum nobiscum cõmunio, & ministerium erga nos istud requirit: & nominatim preces nostras, & quomodo hoc concordet cũ notitia cordium soli Deo tributa. 7. Quòd hæc eorum officia sint nobis valde vtilia. 8. Quæ peccata hæresiarchæ huius sæculi hic admittant. 9. Quòd eademque nũc est, semper fuerit Ecclesiæ de his capitibus sententia. 10. Quòd, & quomodo bene conueniat precibus Sanctorum Angelorum cum Christi intercessione.

3. Igitur quòd sancti Angeli orent Deum pro nobis, certum est multis argumentis ex sacris literis depromptis, nominatim his.

1. Ostẽdimus ex symbolo S. Angelos sãctorũ cõmunione cõtineri; tali, inquã quæ obliget eos ad operas nobis præstãdas. Idẽ aũt probatur his scripturis. Sancti Angeli dicũtur Iob 1. & 38. filij Dei: & cõsequẽter sunt fratres nostri. vt qui ẽt dicimur filij Dei Ioã. 1. 1. Thess. 5. 1. Ioã. 3. Christus prædicatur ab Apostolo Coloss. 1. caput sanctorum angelorum & fideliũ. ex hoc verò consequens est ipsos esse nobiscum membra mystici corporis Christi. Ijdem amant nos, manifestum est ex eorum de nobis gaudio: Lucæ capite 15. Et consequenter non solùm debent, sed etiam præstant nobis debitas operas, *1. tit. 1. sectio 14 15. 16. 17. 28.*

vt qui vel hoc-ipſo quod ſunt ſancti, non obliuiſcantur fraternitatis, ſed ſint ſoliciti de noſtra ſalute, iuxta analogiam membrorum vnius corporis à Paulo expreſſam 1. Cor. 12. & præſtent nobis officia amoris, quandoquidé charitas non eſt otioſa. 1. Ioan. 3. Itaque qua conſequentia ex nobis debiti ab Angelis operis iuxta symboli partem quam tractauimus, intulimus[a] ſanctos Angelos orare Deum pro nobis per Chriſtum Dominum noſtrum: eadem ex his ſcriptura proditis ſequitur eos idem orationis officium præſtare, vt qui non ignorent vnde bona noſtræ ſaluti neceſſaria proueniant: & à quo, per quem, & qua ratione acquirantur.

a. ſect. 13. titulo 2.

2. Ex ſcripturis veteris & noui teſtamenti profluxit quod vulgò dicitur, ſingulis fidelibus datum eſſe à Deo Angelum cuſtodem. Iacob enim expreſsè meminit Angeli qui eum eruerit ex omnibus malis, Geneſ. 48. & fideles idé credidiſſe temporibus Apoſtolorum videre licet ex hoc eorum verbo Act. 12. Angelus eius eſt. neque eſt qui per pſalmũ 90. neſciat hanc cuſtodiã præcepto Dei ſancitam eſſe. Angeli verò, licet multa dona à Deo in hunc finem data in ſua habeant poteſtate: tamen non habent omnia nobis neceſſaria in ſua manu: vt colligere eſt ex eo quod etiam Chriſtus quædam petit à Patre pro nobis, Rom. 8. Igitur cœleſtes hi cuſtodes noſtri obligantur ratione iniunctæ cuſtodiæ ad preces quibus Deum orent, vt det nobis, ſiue per ſe ſiue miniſterio ſuo, quod inueniunt ſe tunc non poſſe dare nobis.

3. Conſtat ex literis ſacris, & nominatim ex pſalmo 102. bonos Angelos laudare Deum de beneficijs in homines collatis: ex hoc porrò ſequitur eos etiam orare Deum pro nobis, quandoquidem ſola laus non plenè ſuccurrit malis noſtris, ſed preces eorum minimùm æquè nobis neceſſariæ ſunt atque laudes.

4. Et quomodo non præſtarent nobis precum officium, qui longè maius officium nobis perſoluunt? benedicunt enim & benefaciunt hominibus, præſertim fidelibus, bonis quæ Deus eis dedit vt dent ipſis: vt videre eſt Geneſ. 32. & 48. Eſai. 6. & Zachar. 3.

5. Satan, qui aliàs immundus ſpiritus & malus Angelus dicitur, orat Deum vt ſibi liceat nobis malefacere. Ergo multò magis ſanctus & bonus Angelus orat Deum in noſtram vtilitatem. Antecedens manifeſtũ eſt ex eo quod Satan ait Deo, Iob 1. ſed extende paululùm manum tuam, & tange cuncta quæ poſſidet. & cap. 2. mitte manum tuam & tange os eius & carné. vtroq; enim loco intelligit quod hypocriſi ſubricet, per me. Id quod ſcimus, tum ex eo quod ſemper paratus ſit ad eiuſmodi opera: tum ex reſponſis Domini quæ hanc eius intentionem detegunt: Ecce vniuerſa quæ habet in manu tua ſunt: tantum in eum ne extendas manum tuam. ecce in manu tua eſt: verumtamen

rumtamen animam illius serua. Quinetiam idem manifestum ex eo quod Christus ait Lucæ cap. 22. Satanam expetiuisse vt cribraret Apostolos sicut triticum: nimirum à Deo. nam hoc Christus indicat quum addit se rogasse pro Simone ut fides eius non deficeret: hoc est, se precibus Satanæ opposuisse suas preces. Consequentiam autem esse validam ex his deprehendimus, quòd Satan inuitus faciat ut fit supplex Deo: sanctus verò Angelus libenter eius dominium agnoscat. quòd Satan nullum habeat præceptũ nocendi hominibus: sanctis verò Angelis mandatum sit ut prosint fidelibus. quòd Satan nullam mercedem consequatur: sancti verò Angeli nouos socios acquirant in locum eorum qui cœlo exciderunt.

6. Christus verbis quibus Matthæi capite 18. ait, Videte ne contemnatis vnũ ex pusillis istis. dico enim vobis quòd Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei qui in cœlis est: non solùm docuit quàm honorificè fideles tractet Deus, Angelos ipsis assignans custodes, domesticos & intimè ipsi familiares: sed etiam contemptoribus eorum minatus est. quandoquidem homines non sint à maleficio se temperaturi propter solam custodum dignitatem. perinde ac si dixisset, non impunè contemni eos quorum Angeli Deo propinqui sint & familiares, vt vindictam exigere possint. Quanto ergo magis pusillis expetierint à Deo misericordiam, vt qui sint ab eo constituti salutis eorum procuratores: vindictam verò non expetant, nisi extraordinariè, id est, sceleris grauitate commoti. Diligentérque notandum est quod quos Psalmista vocat Angelos Dei, iuxta illud, Qui facit Angelos suos spiritus: Christus hîc vocet Angelos hominum, propterea vtique quod non so- 3. Psal. 103.
lùm Dei ad nos mãdata, sed etiã nostras necessitates & petitiones ad Deum perferant, & legatione apud eum pro nobis fungantur.

7. Sancti Angeli leguntur in scriptura salutasse fideles eisdem salutationum formulis, quibus hi sese mutuo salutare, id est, sibi mutuo bona precari solebant. Sicut enim (exempli causa) Boos salutat messores suos Ruth. 2. his verbis, Dominus vobiscum: Ita Angelus Iudicum cap. 6. Gedeonem istis, Dominus tecum vir fortissime. & quomodo Christus præcepit Apostolis Matthæi cap. 10. vt domum in quam ingrederentur salutarẽt his verbis, pax huic domui: & Paulus fere omnibus quibus scribit pacem precatur: Ita Angelus ait Danieli cap. 10. pax tibi. & sicut Abisai Arachites salutat Absalom 2. Reg. 16. verbis, salue Rex: ita Angelus Gabriel Mariam Luc. 1. Aue: & Raphael Tobiam cap. 5. gaudium sit tibi semper.

8. Eliu capite 33. libri Iob manifestat sanctos Angelos esse oratores & legatos apud Deum pro hominibus, & in hominum, etiam eorum qui peccauerunt, vtilitatem. Nam quod Hieronymus sensum reddens vertit, si fuerit

Angelus pro eo loquens, vnus de milibus, ad verbum. est: si fuerit Angelus propter eum, vel pro eo orator siue legatus, vnus de milibus. Et, quod amplius est, addit quod significat eos eiusmodi allegare quod Deum non iustitia. sed precibus inclinet ad reddendam peccatori morituro sanitatem & salutem. Neque enim æquitas de qua subsequenti sermone ait, vt annunciet hominis æquitatem, hic significat iustitiam qua quis iustus est, de qua paulò post ait, & reddet homini iustitiam suam: sed denotat æquitatem, qua dicimur aliquid æquo animo ferre, & quam aliàs vocamus æquanimitatem siue patientiam in aduersis. quæ vtique non est causa sufficiens impetrandæ iustitia sanitatis & veniæ. Eliu verò tum in alijs propositionibus, tum in hac quoque esse credendum, certum est ex eo quòd Deus cap. 38. significat eum locutum esse sententias.

9. Manifestum est ex cap. 28. Genesis Angelos qui ex cœlo descendũt in terram, rursus ex ea ascendere in cœlum ad Deum qui eos misit. & ex cap. 10. Danielis, Principes regnorum & prouinciarum egressos à Deo ingredi ad eum. Quorsum hoc? nisi vt, quod res-ipsa & scriptura indicat, causas agant hominum quibus ministrant, & regnorum & prouinciarum quibus præsunt. Angeli verò, sunt omnium confessione, sapientes aduocati. Igitur nituntur potius precibus & imploratione misericordiæ Dei, quàm eius iustitia: quandoquidem miserabilis status noster eiusmodi actionem postulat. Et vt quandoque nitantur iustitia, immensa Regis, quam conueniunt, maiestas postulat preces quibus demississimè orent vt patienter audiantur in nostra causa.

10. Certum est ex eodem Danielis libro Angelos stare pro hominibus: Ego, inquit vnus sanctus Danieli cap. 11. ab anno primo Darij stabam vt confortaretur & roboraretur: & cap. 12. In tempore autem illo consurget Michael princeps magnus qui stat pro filijs populi tui. Stare verò huius significationis complectitur officium precum, teste Mose, quum Deuteronomij cap. 10. ait: Ego autem steti in monte, sicut prius, quadraginta diebus & noctibus, exaudiuítque me Dominus etiam hac vice.

11. Denique habemus apud Zachariam cap. primo expressissimam hanc Angeli orationem: Domine exercituum, vsquequo tu non misereberis Ierusalem & vrbium Iuda quibus iratus es? Iste iam septuagesimus annus est.

4. Súntque hæc vndecim argumenta eo diligentius memoriæ cõmendanda, quòd fundamenti locum teneant in hoc tractatu, & pleraque eorũ quæ probanda restant, demonstrent.

5. Nam, vt ad alterũ deueniamus caput, ea ostendunt non solũ vnum aliquem Angelum, sed plures quoque simul orare pro vno fideli, si in assumptionibus coniungamus simul plures Angelos, hoc modo.

1. Non

1. Non solùm hic vel ille Angelus est frater meus, & commembrum meum, amoris vinculo mihi coniunctum: sed plures quoque, imò omnes Angeli sunt fratres mei, & commembra mea, amore mihi sociata, & consequenter plures quoque mei meminerunt, mihi compatiuntur, & charitatis signa erga me ostendunt. Si quid patitur vnum membrum, inquit Paulus 1. Cor. 12. compatiuntur omnia membra. Et Christus Lucæ cap. 15. maius gaudiũ ait futurum in cœlo coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente: hoc est, multos Angelos intentioris amoris signum ostensuros erga vnum peccatorem pœnitentiam agentem. Igitur multi quoque Angeli orant pro me.

2. Assumpsimus in secundo argumento singulos fideles habere Angelum custodem. verùm hoc non ita accipiendum est, quasi singuli fideles non habeant vno plures custodes: habent enim plurimos: vt clarissimè apparet ex famosa ista scriptura psalmi 90. Quia Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis: & ab exemplis quæ extant Genesis cap. 31. & 4. Regum 6. Ita vt quærenti num singuli fideles vni, vel pluribus Angelis sint commendati? respondendum sit, vni, & pluribus. vni quidem peculiariter, pluribus verò qui huic adsunt vbi expedit. Igitur hi omnes oblata occasione orant pro sibi commendato à Deo, ut satisfaciant præcepto custodiæ.

3. Nullus est qui inficietur vno plures Angelos laudare Deum pro beneficijs vni fideli tributis. Proinde nullus quoque negare debet plures vno Angelos orare Deum pro vno fideli.

4. Maius est officium deferre aliquem in sinum Abrahę & in cœlum, quàm pro eo orare. Angeli autem detulerunt Lazarum in sinum Abrahæ Luc. 16. & nunc deferunt fideles morientes in cœlum. Igitur fatendum est plures quoque Angelos orare pro vno fideli.

5. Ostendimus quinto argumento exemplis scripturæ, Satanam, qui est malus Angelus, orare Deum vt sibi liceat nocere hominibus: atque ex eo sequi, multò magis bonum Angelum orare vt prosit hominibus. Inuenimus autem exempla in scriptura in quibus plures mali Angeli simul eodem fine orant Christum: nam duorum dæmoniacorum dæmones Matthæi 8. simul orant eum, dicentes, si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. & ex Marci capite 5. & Luc. cap. 8. constat, in horum altero fuisse multos dæmones, qui omnes Christum multùm sint deprecati vt eis permitteret ingredi in porcos: nimirum vt vel hac saltem ratione nocerent hominibus, dominis eorum. igitur multò magis multi Angeli simul orant Christum vt nobis prosint.

6. Qui quod diximus Dauidem docere psalmo 90. de cura vnius fidelis

multis Angelis commendata, adiunxerit ei quod sexto argumento tractauimus ex capite 18. Matthæi, statim animaduertet Dominum indicare offendiculo vnius paruuli etiam multos Angelos prouocari ad expetitionem vindictæ. Et consequenter animaduertere quoque debet multos Angelos longè procliuiùs expetere à Deo misericordiam pro paruulo.

7. Dedimus exempla quibus nunc hic, nunc ille Angelus salutauerunt homines formulis Iudæis vsitatis. Damus nunc exemplum in quo plurimi Angeli simul salutant Iudæos: hoc est, eis formula vsitata precantur bona, apud Lucam cap. 2. his verbis, Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Sicut enim verbum, sit, necessariò intelligitur in verbis quæ præcedunt, gloria in excelsis Deo, ut multitudo cœlestis militiæ verè dicta sit ab Euangelista laudauisse Dominum eo quod absque eo nuda fuerit annuntiatio gloriæ quæ ab alijs tribueretur Deo in altissimis: Ita idem verbum intelligitur quoque in verbis, Et in terra pax, ut quæ vno eodémque tenore prolata sint.

8. Eliu quum cap. 33 libri Iob ait, *Si fuerit Angelus pro eo loquens, siue, orator pro eo, vnus de milibus, ut annuntiet hominis æquitatem, miserebitur eius,* & cætera: haud obscurè significat Deum multò magis flecti ad misericordiam precibus principis alicuius Angeli, & plurium Angelorum de milibus.

9. Angelus qui Danielem alloquitur cap. 10. reuelat ei se habere adiutorem apud Deum Michaelem principem Iudæorum. Michael ergo eadem quam nono argumento tradidimus consequentia, iungebat preces suas istius precibus.

10. Et sicut idem Angelus dicit cap. 11. se stetisse ut Darius roboraretur: nimirùm in vtilitatem Iudæorum: ita cap. 12. Michael dicitur stare pro eisdẽ. Diximus autem hoc stare complecti etiam preces. Igitur hi principes Angeli orabant pro Iudęis.

11. Postremò qui attentè considerauerit Dominum Zachariæ capite 1. non respondisse Angelo Domini, qui eis quibus[1] diximus verbis istic orat pro Ierusalem & vrbibus Iuda: quíque modò dicitur vir ascendẽs super equum rufum qui stabat inter myrteta: modò, Angelus Domini qui stabat inter myrteta: sed Angelo qui loquebatur in Zacharia: deprehendet hunc quoque Angelum idem precatum fuisse cum isto altero principe Angelo: tametsi scriptura istud expressis verbis non dixerit. quorsum enim alioqui Dominus isto principe Angelo precante huic alteri minoris gradus Angelo respondisset, nisi iste princeps Angelus huius preces suis precibus adiuuisset?

[1] *vide infra sectionis 20. argumentum quintum.*

6. Quinetiam certum est argumentis ex scriptura depromptis sanctos Angelos offerre Deo preces fidelium, id est, suis precibus commendare.
1. Nempe sancti Angeli sunt pleni sapientiæ, & consequenter tales proculdubio pro nobis preces concipiunt, quales nobis maximè sunt vtiles, Porrò eæ preces sunt omnium confessione efficacissimæ apud Deum, quæ allegant & re-ipsa ostendunt eos pro quibus oratio funditur, etiã officium suum hac in parte implere. Igitur sancti Angeli non negligunt oblationem precum nostrarum.
2. Idque eo minus quòd nos ardenter diligunt: quódque curam nostri ipsis à Deo demandatam diligenter capessunt.
3. Et quì eam negligerent? quando ne Dæmones quidem huiusmodi oblationis genus contemnunt: imò diligenter obseruant, quippe qui, ut facilius à Deo impetrent quod nobis obsit, accusant in suis precibus mala nostra opera, calumniantur bona, ut videre est Apocalypsis 12. & Iob 1. & 2.
4. Nimirum boni Angeli æquè perambulant terram, atque mali: teste Zacharia cap 1. & Iob 1. & 2. quum venissent filij Dei vt assisterent coram Domino: putâ, ex perambulatione terræ, idque vt Deo quæ inuenerint referant. non quasi ea nesciat qui omnia etiam ante quàm fiant, nouit: sed vt testes, qui etiam sui præsentia ea quomodo nos comperta habeant. Inter cætera autem inueniunt alios orantes: alios qui non orent. Igitur sicut mali Angeli referunt Deo malos non orare, & huius negligentiæ vindictam ab eo expetunt: Ita boni Angeli preces fidelium ita Deo referunt ut eas offerant.
5. Angeli expetentes vindictam de subuersione pusillorum, repræsentant Deo offendicula eorum, qui ipsos impulerunt vt caderent: Igitur quum orant pro conuersione pusillorum, commendant Deo preces eorum. Quod idem manifestum est ex eo quod qui aliàs dicuntur Angeli Dei, hic dicantur Angeli hominum.
6. Apparet ex capite 33. Iob Angelos memorare Deo patientiam peccatorũ morbo oppressorũ, ut eis sanitatem & pœnitentiã ac iustitiam impetrent. Multo ergo procliuius ei repræsentauerint preces miserorum clamantium ad eum.
7. Angeli orantes apud Zachariam pro Ierusalem & vrbibus Iuda repræsentant Deo afflictiones earum, verbis, quibus iratus es, vt eum ad misericordiam flectant: Ergo multò magis repræsentant Deo preces fidelium, vt eis misericordiam impetrent.
8. Legimus in historia Iudicum cap. 13. Angelum nuntiatorem natiuitatis

Sampsonis ascendisse in cœlum cum flamma sacrificij Manue. quid verò hoc denotauerit, nisi significet hunc Angelum quodam modo detulisse in cœlum ante conspectum Dei sacrificium Manue, ad grati animi testificationem & repræsentationis nuntij petitionem oblatum? vt qui veluti dubius de euentu, sperauerit certius sibi euenturum quod promittebatur, si holocaustum offerret.

9. Et, quod amplius est, eiusdem libri cap. sexto Angelus ita cooperatur sacrificio Gedeonis, vt summitate virgæ quam tenebat, tangat carnes & panes azymos: ascendátque ignis de petra, & carnes azymósque panes consumat.

10. Capite verò 12. libri Tobiæ Angelus Raphael his verbis eum alloquitur: Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & cætera, ego obtuli orationem tuam Domino.

11. Denique Ioannes reliquit scriptum capite 8 Apocalypsis alium Angelũ venisse, & stetisse ante altare habentem thuribulum aureum, & data illi esse incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum. hunc enim fuisse verum Angelum, octauũ numero, manifestum est ex eo quod verba, & alius Angelus venit, præcedit, & vidi septem Angelos: quod is dicitur stetisse ante altare aureũ, quod proculdubio est Christus: quòd posteaquam misisset carbones de igne altaris in terram, facta sint tonitrua, & voces & fulgura, & terræ motus magnus. Nam quod quædam exemplaria habent, ut daret (putâ, ea) orationibus sanctorum omnium, ne hoc quidem infringit vim argumenti. Et ut daremus (quod tamen dandum non videtur) hunc Angelum esse Christum, adhuc hoc testimonio constaret Angelos orare pro nobis, ut qui veniant appellatione omnium sanctorum.

7. Itaque quoniam orare pro alijs, & aliorum orationes Deo offerre, peculiariter sacerdotum est: haud male sanctos Angelos appellauerimus sacerdotes. Eóque faciunt apparitiones eorũ in lineis vestibus, nominatim Ezechielis 9. & Danielis 10. his enim sacerdotes ornabantur, ut videre est Exod. 28. & 29. Leuit 10. & Ezech. 44.

8. Atque hæc sola cum expositione fructus istorum officiorum, discentibus abunde sufficere potuissent in Ecclesiæ pace. Ea verò, quomodo sentimus turbata, cætera quoque capita sunt tractanda.

9. Quòd ergo sãcti Angeli, nõ cõficta, sed vera vocabuli significatione, non figuratè, sed propriè orent pro nobis: constat eisdem argumentis quæ attulimus[1] pro vnius angeli & plurium pro nobis orationibus. Intuenti namque ea diligenter, clarè apparet eos hoc officium æquè verè & propriè

1. supra sect. quibus. 3. & 5.

implere

implere, atque res saluti nostræ necessariæ veris & proprie dictis precibus impetrandæ sunt à Deo. 2. atque Angeli verè Deo benedicunt pro beneficijs in homines collatis. 3. atque Angeli quandoque fideles verè benedicunt, eisque verè benefaciunt. 4. atque Satan Iob. 1. & 3. & immundi spiritus, Deú & Christum verè & propriè orauerunt Matth. 8. vsque adeò, inquam, verè, ut hunc multùm deprecarentur, & multitudo Dæmonum vnius dæmoniaci, cui nomen erat Legio, diceret Christo Marci 5. & Luc. 8. obsecro te, adiuro te per Deum ne me torqueas. 5. atque fideles sese mutuò salutantes, sibi mutuò salutem & alia bona verè & propriè precantur. 6. atque Angeli verè & propriè laudabant Deum, dicentes, Gloria in excelsis Deo. 7. atque ijdem extraordinariè Dei punitionem, vindictā significatam, expetunt. 8. atque oratores & legati propriè loquendo intercedunt pro alijs. 9. atque causidici verè causas agunt. 10. atque Moses verè orauit, quum in monte stetit quadraginta diebus & quadraginta noctibus. 11. Denique atque per se manifestum est, Angeli orationem apud Zachariam veram fuisse orationem, fusam ut auferrentur veræ, eæque ingentes, miseriæ.

10. Vtuntur quidem scripturæ quandoque figurato sermone in hac materia: eòque etiam nos, exemplo earū, vsi sumus in operis, solicitudine, & vindictæ expetitione: sed tantum absunt ut veras & propriè dictas orationes eiusmodi sermone tollant, ut eas efficaciter significent. Audiuimus ex libro Tobiæ Raphaelem obtulisse orationem eius Domino. proinde sicut qui magno Regi munus alterius nomine offert, orat, si quidem sapiat, ut id ipsi sit acceptum: ita Angelus hoc sermone significauit se veras, & propriè dictas Tobiæ preces suis veris & propriè dictis precibus Deo commēdauisse: atque adeò tanto verioribus, quāto hic Dominus infinito maior est omnibus Regibus terræ. Vidimus ut Ioan. cap. 8. Apocalypsis vsus sit figurato sermone in incensis siue suffitibus, & ut nihilominus vnà eis orationes adiunxerit: veras inquam, & propriè dictas: nam orationes nostræ sunt, confessione omnium, eiusmodi, & consequenter etiam reliquorum omniū sanctorum orationes; quandoquidem Apostolus vnico orationum vocabulo vsus est in omnibus, & Dauid incensum non auferre, sed stabilire veras & propriè dictas orationes, declarat quum ait: Dirigatur oratio mea sicut incēsum in conspectu tuo. vnde non malè incensis hic intellexerimus iuxta vulgarem lectionem, quæ excellunt in singulis orationibus sanctorum. Linea verò Angelorum vestis significat eos tā veras orationes fundere, & veris ac propriè dictis suis precibus nostras orationes Deo commendare: quàm sacerdotes veras & propriè dictas orationes pro se & pro populo fundebant. Eodémque nos ducunt cætera quæ attulimus argumenta pro commendatione

1. supra sect. 6.
2. Psal. 140.
3. supra sectione 6.

tione precum nostrarum: ut quæ proprijs verbis certò demonstreat Angelos in hac actione æquè vti veris, & propriè dictis orationibus: atque qui sapientiæ & dilectionis pleni sunt, quàm-vtilissimas pro amicis preces concipiunt: atque mali Angeli verè allegant in suis precibus nostra peccata, & inter cætera, omissionem orationis, & calumniantur bona opera: atque Angeli verè annuntiant Deo hominum æquitatem siue patientiam: Denique atque Angelus nuntiator natiuitatis Sampsonis verè ascendit in cœlum cum flamma, & alius Angelus verè cooperatus est sacrificio Gedeonis.

11. Iam verò si eadem argumenta studiosè eo fine expenderimus, ut deprehendamus quales sint Angelorum pro nobis preces & commendationes: generalesne tantùm, putâ, pro toto genere humano, vel pro tota Ecclesia: an verò etiam particulares: certo certius cognoscemus ex eis, ipsos speciales quoque preces & commendationes concipere. 1. Angeli enim non solùm sunt fratres omnium nostrum simul: sed etiam singulorum: & amant etiam singulos: ut qui gaudent de vno peccatore pœnitentiam agente. 2. Dati sunt custodes etiam particularibus hominibus & prouincijs. 3. Benedicunt singulis quoque hominibus: ut (exempli causa) Iacob, Ephraim, & Manasse: eisque benefaciunt, ut Esaiæ, Iesu filio Iosedec, & eis quos deferunt in cœlum. 4. Dæmones. 5. Oratores. 6. Sacerdotes concipiunt particulares preces. 7. Angelorum iustitiæ expetitio apud Deum contra offendentes pusillos, particularis est 8. Salutationes angelicæ Gedeonis, Danielis, beatę Mariæ, Tobię, sunt particulares. 9. Eliu loquitur de particulari oratione Angeli pro vno homine ægrotante. 10. Angeli ascendunt & ingrediuntur in cœlum, ut causas agant particularium hominum & prouinciarum. 11. Angelus reuelat Danieli se stetisse pro Dario, & pro re particulari: nimirum ut confortaretur & roboraretur: & Michaelem stare pro filijs populi Israel. 12. Princeps ille Angelus apud Zachariam orat pro particularibus ciuitatibus, videlicet pro Ierusalem & Vrbibus Iuda, & in eis, pro monte Sion: pro particularibus rebus, nimirum ut Deus misereretur Ierusalē & vrbium Iuda, quibus fuerat iratus: hoc est, ut Ierusalem & templum reædificaretur, ut vrbes Iuda habitarentur, ut inimici Iudæorum humiliarentur: nam ad hæc omnia Angelum oratione respexisse, manifestum est partim ex eius verbis: partim ex responsione Domini, & eius declaratione, quæ hæc complectuntur. 13. Postremo Angeli offerunt Deo particularem orationem Tobiæ, & desideria Gedeonis, & Manue.

12. Sequitur ut ostendamus eos scire dicta, facta, cogitata nostra, quatenus eorum nobiscum communio, & ministerium erga nos istud requirunt

runt: & nominatim preces nostras. Et quidem dubium non est quin Angeli emissi in ministerium plurima hominum dicta, facta, & accidentia cognoscant ea cognitionis specie, quæ ipsis, sicut & nobis, visione rei præsentis contingit. quia tunc intersunt rebus humanis: & ut nos ipsis sumus, ut Paulus [1] ait, spectaculum: ita sunt spectatores nostri, siue spectant nos. eáque cognitione Angeli qui perambulauerant terram sciebant apud Zachariam [2] omnem terram habitari, & quiescere, exceptis Ierusalem & vrbibus Iuda. Imò ut Angeli sunt spiritus immensa scientia & sapientia præditi, possunt multa ex signis à se visis verè colligere de cogitationibus humanis. De hac cognitione sentiebat etiam Dominus quum dicebat Satanæ qui responderat se perambulasse terram: numquid considerasti seruum meum Iob, & cætera.

1. 1. Cor. 4.
2. Zachar. 1.

13. Verumenimuero sola hæc cognitio angustior est, quàm ut sancti Angeli ea satisfaciant fini perambulationis terræ: & quæ hoc maiora sunt, officijs communionis sanctorum, & mandato quod habent de nobis custodiendis. Sæpius enim (exempli causa) accidit, ut Angelorum in cœlum [1] vel alio profectorum operis indigeamus. Hi verò quum sunt in cœlo vel alibi, non sunt nobis præsentes, quia habent naturam finitam: consequenter non possunt tunc scire hac cognitionis specie nostras necessitates. Cogitationes autem & affectiones nostras, si eas nullis signis retegamus, ne præsentes quidem nobis, atque adeo in nobis sic cognoscunt. Licet enim quandoque sint in homine, ut apparet ex eo qui loquebatur in Zacharia [2]: sicut & mali Angeli [3] in eis quos possident: tamen neutri sunt in anima: & multò minus in eius secreto. Atque hinc accidit, ut Satan (cui ista cognitio communis est cum bonis Angelis) erraret [4] in consideratione Iob, & malè de eius animo iudicaret. Omnis autem error turpis fuerit in sanctis Angelis, ac manifestè beatitudini eorum repugnat, ut nesciant quæ ipsos præsentes & absentes scire oportet, ut rectè officia sua impleant: & præsertim cogitationes. quandoquidem hæ principem locum tenet in vitijs & virtutibus. Proinde sciunt ista, & in his etiam preces nostras.

1. Matth. 18.
2. Zach. 1. & 2.
3. Matth. 8. & 12. Mar. 5. & Luc.
4. Iob. 1. et 2.

14. Idque etiam ostendimus ex scripturis quibus Angelorum pro nobis preces & precum oblationes [1] demonstrauimus.

1. Sect. 5. & 6.

1. Vsi enim sumus, ut probaremus Angelos amare nos, scriptura Lucæ capite decimoquinto. Christus verò hic sic ait de verbo ad verbum: Dico vobis quod ita gaudium erit in Cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis qui non indigent pœnitentia. Et paulò post explicans aliquos Cœli habitatores, ait:

Ita dico vobis gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente: quæ particula, coram, etiam Angelis gaudium tribuit, iuxta significationem Lucæ etiam his locis vsitatam cap. 4. Si adoraueris coram me: & cap. 9. Non est in obliuione coram Deo. Atqui nullus gaudere potest de bono incognito: & multo minus obseruare in pluribus bonis incognitis diuersos gaudiorum gradus. Igitur Angeli Dei, etiã qui iam longè à nobis absunt, quàm cœlum distat à terra, perfectè sciunt iustitiam fidelium, & pœnitentiam peccatorum. quæ vtique profluunt ex corde: imò præcipuè in corde sunt, nec sine bonis operibus, & nominatim precibus subsistũt.

2. Allegauimus etiam scripturam psalmi 90 quia Angelis suis mãdauit de te ut custodiant te in omnibus vijs tuis. Hæ verò viæ præcipuè sunt cogitationes cordis, quandoquidem de corde exeunt bona & mala. Angeli ergo eas cognitas habent, & consequenter verba & facta. Eodémque facit quòd sequitur, In manibus portabunt te, ne offendas ad lapidem pedem tuum. quomodo enim curauerint Angeli ne fideles vel leuiter lędantur? nisi occurrerint malis cogitationibus, quas cor nostrum corruptum gignit? Gene. 8.

3. Iacob capite 48. Genesis (quod pro benedictione sanctorum Angelorum citauimus) orat expressis his verbis Angelum suum, nulla habita distinctione absénsne esset, an præsens: Angelus qui eruit me de cunctis malis meis, benedicat pueris istis. Igitur Patriarcha quum esset, credidit Angelos, æquè absentes ac præsentes, audire nostras preces.

4. Vnus de Seraphim capite 6. Esaiæ (quod pro benefactis Angelorum allegauimus) audit Prophetam lamentantem his verbis: Væ mihi, quia tacui: quia uir pollutus ego sum: & in medio populi labia polluta habentis ego habito, & Regem Dominum Exercituum vidi oculis meis: non obstante tanto eorum clamore, ut superliminaria templi eo commouerentur, siue auferrentur: scit eum ex aio dolere & queri, & cognitũ habet eum re-uera esse pollutum labijs. alioqui enim non volauisset ad eum, neque labia eius purgauisset carbone de altari sumpto.

5. Dominus his verbis capitis 18. Matthei, Videte ne contemnatis vnum ex pusillis istis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei qui in cœlis est: intentauit (vti diximus) contemptoribus eorum timorem vindictæ, quam Angelis ipsorum in cœlis Deo præsentibus promptum esset ab eis expetere. Et consequenter significauit, Angelos in cœlis scire offendicula & ruinas pusillorum: ac eadem ratione, etiam aliorum. Offendicula uerò & ruinæ ab animo & in animo præcipuè fiunt.

6. Eliu quum cap. 33. libri Iob ait, Si fuerit Angelus pro eo loquens, vnus de milibus, ut annunciet hominis æquitatem: innuit nõ esse alienum à quouis Angelo

uis Angelo de milibus vt annuntiet Deo hominis patientiam in aduersis, quę vtique ab animo proficiscitur. Igitur etiam minimi Angeli sciunt affectiones animi nostri.

7. Probauimus ex multis scripturis Angelos offerre orationes nostras Deo. Harum autem valor manifestè pendet à corde, neque sancti Angeli creden di sunt temerè quasuis orationes offerre Deo.

8. Et, quod diligenter notandum est, Raphaelis verba sonant eum in cœlo obtulisse orationem Tobiæ quum hîc funderetur, præsertim si cum eis cõsideres quod paulò post ait: Et nunc misit me Dominus, & cætera. Raphael ergo sciebat in cœlo preces Tobiæ in terra.

9. Nec Angelus ille cui in Apocalypsi data sunt incensa multa vt daret de orationibus sanctorum super altare aureum, potuit ignorare quæ sibi data essent incensa, & de quibus sanctorum orationibus daturus esset, præsertim super eiusmodi altare.

10. Addimus autem his argumentis & alias duas scripturas quarum hactenus non meminimus: quia manifestè probant quod tractamus. Constat ex capite quarto Danielis Angelos, qui vigiles dicuntur, reddere sententias, etiam de Monarchis terræ: nominatim de Nabuchodonosor: quæ vocentur sententiæ altissimi. Eiusmodi verò sententiæ prærequirunt exactam causæ cognitionem.

11. Paulus 1. Timoth. 5. obtestatur Timotheum coram Deo, & Iesu Christo, & electis Angelis eius, indefinite, inquam: sensit ergo omnes electos Angelos, etiam in cœlo constitutos, scire eiusmodi obtestationes quæ hic fiunt.

15. Consideranti verò attentè quæ Christus ante ea ait quæ ex capite 15. Lucæ citauimus primo argumẽto, haud obscurè apparet Angelos neque naturali, neque præsentia percepta, scientia hæc cognoscere: sed Dei reuelatione data: præcedit enim: Et quum inuenerit (putâ, ouem perditam) & cætera, conuocat amicos & vicinos, dicens illis: congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat: dico vobis quod ita gaudium erit, & cætera. Et iterum: Et quum inuenerit (nimirum, drachmam perditam) cõuocat amicas & vicinas dicens, congratulamini mihi, quia inueni drachmã quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit, & cætera. Et accuratè examinanti quod quinto argumento attulimus ex capite 18. Matthæi, manifestum est istorum reuelationem eis fieri visione Dei: vt quos Dominus hic indicauerit scire contemptum & offendicula pusillorum videndo faciem Patris qui in cœlis est.

16. Ex his autem haud difficile est percipere quomodo hæc Angelorũ

1 Psal.7. Ierem.17. & Roman 8. 2 3.Reg. 8. ſcientia non repugnet ſcripturis quę Deo [1] ſcrutationem cordium & renum, eiſque ſoli [2] notitiam cordis omnium filiorum hominum attribuunt. Deus enim à ſemet ipſo perſpectas habet cordium cogitationes & affectiones: Angeli verò eas ſolũ nouerũt Dei dono. Deus ſolus nouit cor omniũ filiorum hominum: putâ, eo modo quem ſcripturæ explicant, videlicet ſcrutatione, id eſt, ſui in corde præſentia: qua haud ſecus omnes eius ſinus cognitos habet, ac ſi ſcrutatione vteretur. ut qui ſit ubique, etiam in corde: Angeli verò non cognouerunt cogitationes & affectiones cordis, ut ſunt in corde: quia non ſunt præſentes cordi: ſed ut ſunt cognitæ à Deo quem vident. Poſtremò Deus nouit exactè omnium filiorum hominum corda: Angelos autem ſolùm dicimus nouiſſe cogitationes, & affectiones cordis, quatenus eorum nobiſcum communio, & miniſterium ipſorum erga nos iſtud requirunt.

17. Diximus de ſcientia Angelorum quod hic ſufficit. Dicemus nunc de vtilitate precum Angelicarum: tametſi enim facile ſit conijcere tantos & tales ſpiritus non fruſtra precari Deum pro nobis: tamen expedit, ut ex his argumentis cognoſcamus quantopere preces eorum ſint nobis vtiles.

1. Oratio Angelorum pro nobis, eſt opus Communionis ſanctorum à Deo inſtitutæ: quæ longè præſtat cæteris ſocietatibus. Omnis verò communio ſiue ſocietas cum ſuis operibus fit quæſtus cauſa. nec Angeli errant in ſuis operibus. Igitur eorum oratio inſignem nobis adfert vtilitatem.

2. Oratio Angelorum eſt opus curæ quam Deus mandauit eis de nobis. Finis verò huius curæ deſcribitur inſignis cùm alijs locis, tum pſalmo 90. ut cuſtodiant te in omnibus vijs tuis: & cætera.

3. Angeli orant communem ipſis & nobis Patrem per Chriſtum, commune ipſis & nobis caput: ídque pro rebus magni momenti. Ergo impetrant quod petunt, quia orant iuxta regulam à Chriſto præſcriptam, ſi quid petierius Patrem meum in nomine meo dabit vobis. Ioan. 15.

4. Mali Angeli multa impetrant precibus à Deo & Chriſto: ut (exempli cauſa) licentiam nocendi Iob in bonis externis: deinde in corpore Iob, 1. & 2. ut non expellantur extra regionem: & ne eis imperetur ut eant in abyſſum: ut eis liceat in porcos ingredi: Matth. 8. Marc 5. & Lucæ 8. Ergo ſancti Angeli longè facilius quæ nobis vtilia ſunt ad ſalutem, impetrant à Deo & Chriſto.

5. Apparet ex capite 18. Matthæi vindictam quam Angeli puſillorum poſſint expetere à Deo contra eos qui ipſos impellunt in ruinam, maiorem eſſe quã ſi quis alligata ad collum eius mola aſinaria demergatur in profundum maris. Igitur Angeli multò magis expetierint & impetrauerint puſillis à Deo

quæ

quæ pretiosiora sint hac vita temporali.

6. Scriptum est Apocalypsis cap. 8. post oblationem incensorum de manu Angeli: Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo. Quis autem nescit sanctos etiam maxima petere in suis orationibus?

7. Deus quantum valeant preces Angelorum multis exẽplis declarauit, nominatim capite 33. libri Iob. cuius verba quia digna sunt quę memoriæ commendentur, hic citamus. Si fuerit pro eo (nimirum morituro propter peccata) Angelus loquens, Vnus de milibus, ut annuntiet hominis æquitatem: miserebitur eius, & dicet, Libera eum ut non descendat in corruptionem, Inueni in quo ei propitier. consumpta est caro eius à supplicijs, reuertatur ad dies adolescentiæ suæ. Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit: & videbit faciem eius in iubilo: & reddet homini iustitiam suam. Respiciet homines & dicet, Peccaui, & verè deliqui: & ut eram dignus non recepi. Liberauit animam suam ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret. Neque enim conditionalis coniunctio si, nihil hic ponit, in verbis, si fuerit pro eo Angelus loquens: sed supplendum est, ut quidem non semel contingit: sicut apparet tũ ex sequentibus verbis quæ citauimus: tum ex eo quod his additur: Ecce hæc omnia operatur Deus. Si autem vnus Angelus de milibus sanitatem, pœnitentiam, & iustitiam impetrat peccatori: quanto magis cum huic, tum alijs minora dona impetrauerit? quãto magis princeps aliquis Angelus ista, & maiora exorauerit? quãto magis plures simul Angeli de milibus obtinuerint quæ petierint? Et si hæc ab eis impetrantur precibus solũ innixis æquitati, id est, æquanimitati siue patientiæ afflicti graui morbo: quanto facilius impetrauerint quæ petant, si annuntiauerint Deo pœnitentiam, iustitiam, & preces eorum pro quibus orant?

8. Capite verò sexto & septimo Iudicum omnia prospera succedunt Gedeoni iuxta salutationem Angeli.

9. Darius Medus roboratur in imperio, iuxta preces Angeli quæ extant cap. 11. Danielis.

10. Dominus respondet Zachariæ cap. 1. Angelo qui in eo loquebatur verba bona, verba consolatoria.

11. Denique Tobiæ preces aliquandiu dilatæ ut probaretur, ita exaudiuntur à Deo, Raphaele eas offerente, ut visum receperit.

18. Habemus quæ ante scienda erant ex scripturis, quã aggrederemur ad exponendum peccata, quæ hæresiarchæ huius sæculi hic admittunt. Habet enim etiam hic tractatus suam, eámque insignem, vtilitatem. Imò planè necessarius est ad plenam eorũ quæ hactenus tractauimus cognitionem.

 19. Igitur

19. Igitur sunt qui ne verbo quidem attingunt quæstionem de precibus sanctorum Angelorum: nominatim Auctores confessionis Augustanæ. Ita scilicet bellè fungantur officio suo. Alij verò de ea loquuntur: sed sic ut in varias reprehensiones incurrant.

10. Bullingerus [a] apertè negat sanctorum Angelorum pro nobis orationes, & clarissimam illam Angeli apud Zachariam [b] orationem qua non semel vsi sumus, refert ad hypotyposim, siue suffigurationem, qua solùm Deus voluerit docere Prophetam se decreuisse misereri populi sui. Circumstantiæ verò, quibus Deus hunc locum velut valido muro contra omnem vim hæreticam muniuit, declarant hic esse historiam. Primò enim apparent Prophetæ post virum insidentem equo rufo, equi rufi, varij, & albi. Angeli verò alias quoque equorum forma re vera apparuerunt, nominatim 4. Regum 6. Secundo Zacharias interrogat quid sint isti? Quam interrogationem non fictã, sed verã fuisse ipsa hæc formula interrogationis declarat, quid sunt isti Domine mi? Tertio Angelus qui loquebatur in eo, respondet: Ego ostendam tibi quid sint hæc. Angeli verò interpretando Prophetis visiones non memorant ficta: sed instituunt eos de rebus veris, ut videre est Danielis cap. 7. 8. 9. 10. præsertim huiusmodi verbis. Quarto isti dicunt se perambulasse terram, & ecce omnem terram habitari & quiescere. Constat autem ex libro Iob etiam bonos Angelos perambulare terram: nã Satan propterea respondit se perambulasse terram; quia filij Dei venerant ex peregrinatione vt assisterent coram Domino: perinde videlicet ac si dixisset: feci quod Filij tui fecerunt. Ipsi perambulauerunt terram: & ego. Deinde historiæ gentium testantur pacem tunc fuisse in omni terra, excepta Iudaica. Ex quo Angelus Domini (putâ is de quo proximè fuit sermo, & cui equi isti, siue insessores eorum, dixerant, perambulauimus terram & cætera) sumit occasionem (quod quinto loco notandum est) orandi pro Ierusalem & vrbibus Iuda, vt quæ solæ affligerentur. Sexto, si hęc eius oratio non sit vera oratio: nulla erit vera oratio. vsqueadeo insigni orationis forma constructa est. Septimo, orationi respondet exauditio: additur enim Dominum respondisse Angelo qui loquebatur in Zacharia verba bona, verba consolatoria. Vltimo, hic Angelus exponit quæ sint hæc verba consolatoria, dum præcipit Zachariæ vt clamet dicens: Zelatus sum Ierusalem, & cætera. In summa, historia est, non solum rebus & personis constans: sed etiã colloquium multarum personarum continens, Prophetæ, Angeli in Propheta loquentis, Principis Angeli, aliorum multorum Angelorum, & Dei.

11. Auctores verò Confessionis Vvittembergensis rectè videntur inficiari quod Bullingerus apertè negauit, quasi videlicet sancti Angeli solùm figuratè

[a] lib. 1. de origine erroris c. 18. in responsione ad quartum argumentum.
[b] cap. 1.

guratè dicantur orare. Nam quo [1] capite de sanctorum inuocatione tractat, *1. parte 24.*
scribunt sanctos in cælis suo quodam modo pro nobis coram Deo orare, sicut Angeli pro nobis sunt soliciti. Quasi scilicet oratio & solicitudo nō differenter dicerētur in beatis. Atqui constat eas differenter in eis dici. Ostendimus [2] enim orationem Angelis conuenire propriè loquendo. Solicitudo *2. supra sect. 9. & 10.*
verò non nisi figurato sermone eis, omnium confessione, tribuitur. Et quū scripturę [3] apertis verbis vocent Angelos, oratores pro nobis: nusquam verò expressis verbis dicant Angelos esse solicitos de nobis, improbè faciunt quod Angelorum orationem solicitudine commutant. *3. Iob 33.*

22. Architecti autem repetitionis Confessionis Augustanæ, quam vulgò Confesionem Saxonicam vocant, solùm [1] aiunt non esse dubium beatos orare pro Ecclesia. Qui si beatorum appellatione complectantur bonos Angelos: solùm agnoscunt eos orare pro nobis in genere. Probauimus [2] autem multis argumentis eos speciales quoque pro nobis preces fundere. Sin hoc nomine solùm significent sanctos corpore exutos: incidunt in idem negligentię crimen, de quo accusauimus [3] Auctores Confessionis Augustanæ. *1. in tit. de inuocatione hominū qui ex hac vita discesserunt.* *2. supra sect. 11* *3 supra sect. 19.*

23. Plerique verò fatentur Angelos orare pro nobis: verè, inquam, & propriè: sed differenti gradu. Nam Caluinus eo [1] institutionis loco quo respondere conatur argumentis fidelium pro orationibus sanctorum corpore exutorum, formato hoc eorum nomine argumento, Angelorum orationes leguntur sæpius: neque id modo: sed in Dei conspectum per eorum manus perferri dicuntur fidelium preces: ita respondet, ut det quidem quod objicitur, eo quod Angeli curandæ nostræ saluti sint præfecti: non tamen dicat id esse verum: sed totus sit in oppugnanda consequentia. Et in commentarijs [2] in caput primum Zachariæ relata sua de Angelo istic orante sententia, addit. Cæterùm si cui hoc non placeat, simpliciter sumamus de quolibet Angelo: Certum est ipsis omnibus iniunctum hoc munus vt curent salutem fideliū, & cætera. Ergo in eo nihil erit incommodi si dicamus quemlibet ex Angelis precatum fuisse pro Ecclesia. Auctores [3] verò Apologiæ Confessionis Augustanæ sunt paululùm liberaliores. Neque enim aliunde, ut hic, suum sensum ad scripturam adferunt: neque solùm dicunt nihil incommodi sequi si dicamus Angelos orare pro Ecclesia. sed innixi claritati hujus orationis, simpliciter dicunt se largiri quod Angeli orent pro nobis: extare enim testimonium Zachariæ cap. 1. vbi Angelus oret, Domine exercituum, vsquequo, & cætera. Alij autem pluribus, eisque simplicioribus verbis agnoscunt, Angelos orare pro nobis, in tantum vt quidam peccent in excessu. Chennitius enim [4] non contentus agnoscere Angelos offerre orationes nostras Deo, & referre exauditionem auctoritate Tobiæ cap. 12. citat etiam caput 1. Lucæ & *1. sect. 23 ca. 20. lib. 3. Institution.* *2. Ad verba domine exercituum, vsquequo.* *3. in ca. de inuocatione sanctorum.* *4 in examine conc. Triden. de inuocatione sanctorum ad argumentū 6*

caput 10. Actorum, quæ istud non docent. Et Magdeburgenses [5] quod scriptura docet, multitudinem cœlestis militiæ siue exercitus (singulari numero) precatam fuisse pacem in terra, & iuxta quorumdam græcorum codicum lectionem, hominibus bonam voluntatem: magna aux esi scribunt, exercitus integros Angelorũ hominibus omnia fausta precatos fuisse verbis, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, hominibus bona voluntas.

5. centuria 1. lib. 1. cap. 4. titu. de bonis angelis, in fine.

24. Verumenimuero hi omnes vltra ea quæ in aliquibus iam-iam reprehendimus, admittunt multa peccata, Nam plerique eorum non tractãt hoc dogma ex professo: sed, ut vulgò aiunt, incidenter, & velut casu. nominatim Auctores apologię confessionis Augustanæ, Caluinus & Chennitius. Et quidam quo loco eam tractare debebant, eam ibi prætermittunt, ut Caluinus, qui tametsi descripserit [1] officia Angelorum, ne verbulo quidem illic ait, vel negat, eos orare pro nobis. Plerique silentio prætereunt quæstiones de oblatione precum nostrarum & de cognitione actionum & cogitationum humanarum, quæ, ut nunc sunt tempora, minimè prætermitti debuerunt. Nec quisquam eorum est qui quæstionem de precibus Angelorum, & alias huic coniunctas quæstiones, pro dignitate tractarit. Denique, quod deterrimũ est, exarmant, quantũ in ipsis est, Ecclesiam insignibus scripturæ locis quæ has quæstiones decidunt: & histo riã Ecclesiasticã corrũpũt.

1. sec. 6. c. 14. lib. 1. Institutionis.

25. Notum est quomodo Lutherus & Caluinus, atque eorum sectatores, eleuent authoritatem libri Tobiæ, & quo loco Lutherus, & bene multi Lutherani habeãt Apocalypsim, licet in his quæstionib⁹ hos libros facto (ut ita dicã) canonizẽt, ut qui eorũ locis hîc perinde vtantur atque fideles.

26. Sunt qui Angelũ apud Zachariam malint esse Christum, quàm Angelum propriè dictum, ut Caluinus [1]: tametsi hanc alteram interpretationẽ non improbet. ut Rodulphus Gualterus [2] qui se cum illis sentire ait qui hunc Angelum fuisse dicunt Iesum Christum: aut saltem illius personam sustinuisse. Sed hi omnes grauissimè errant. Arianizant enim, ut qui Dei filio, Deo vero, & Patri æquali tribuant orationem ante incarnationem: ac eum, qui tunc solùm erat Dominus, faciant Angelum Domini.

1. In cõment. in c. 1. Zach.
2. homilia 2. in Zachariã.

27. Plerique, nominatim Caluinus [1] & Chennitius [2], celeberrimũ illum locum cap. 33. libri Iob, si fuerit Angelus pro eo loquens, vnus de milibus, ut annuntiet hominis æquitatem, sic reddunt: Si fuerit iuxta eum Angelus interpres, & cætera. ut annuntiet homini æquitatem: quasi videlicet Hebraica verba non ferant antiqnam versionem: sed hæc noua sit sequenda. Sed qui Hebraicam linguam didicerunt, sciunt malach, licet generali significatione denotet quẽuis nuntiũ, tamẽ propriè significare spiritum, quẽ vulgò Angelum vocamus. non ignorant melits etiam significare oratorem & legatum

1. sermo. 125. gallico in Iob. & in biblijs Geneuẽsibus.
2. in examine decreti conc. Tridẽtini in respõsione ad 11. argumẽ

gatum

gatum. non sunt nescij particulam, al, non solùm iuxta, sed propter quoque & pro, denotare: cognitum habent seruilem literam lamed, quæ est in leadam, iungi nō solùm genitiuo, sed etiam datiuo. Et oculis in totius loci circumstantias coniectis, deprehendunt eas, non hanc nouam, sed veterem versionem postulare.

28. Primù n enim non est recedendum à propria vocabuli malach significatione ad generalem absque legitima causa. cōstat autem ex alijs scripturæ locis Angelos orare pro nobis. Deinde, licet sacerdos semel dictus sit in scriptura Angelus, id est, nuntius Domini, propter verbi Dei, & in eo voluntatis eius annuntiationem: tamen nusquam dicitur Angelus interpres. neque interpres sumitur pro doctore: idque apparenter causa fuit cur Caluinus non reddiderit, sed subticuerit vocabulum, interpres. Tertiò familiare est scripturis appellare nomine milium immensam Angelorum multitudinem. nominatim Deuteronomij 31. & cum eo sanctorum milia. psalmo 67. milia lætantium. Daniel. 7. milia milium. tempore verò Iob non erant milia doctorū, Ecclesia in angustias redacta: præsertim inter gentes Quarto, ut tunc fuissent milia doctorum, Eliu rarissimum remedium annnntiasset. quibus perculsus Caluinus 2 substituit gallicè numerum singularem pro plurali, vnus de mille, & interpretatur positiuo gradu, eloquentem. Quinto Deus non solum per eloquentissimos: sed etiam per alios operatur salutem peccatorum. Sexto, multis annuntiatur, etiam ab eloquentissimis bonitas Dei, & debitum ipsi à nobis officium, qui non conuertuntur ad Deum. Septimo exhortatio ad æquitatem, id est, ad id quod æquū est, ut Chennitius interpretatur, siue ad pœnitentiam: & annuntiatio misericordiæ Dei, ut alij intelligunt, non est certum remedium recuperandæ sanitatis corporeę. multi enim ægroti, ét ad Deū conuersi, moriuntur. Octauo, Deus dicit huic Angelo, Libera eū (putâ grauiter ægrotantē) ne descendat incorruptionē. quod ēt eloquētissimi cōcionatores ordinariè præstare nō possūt: possunt aūt Angeli, ut videre licet in lib. Tobiæ & Ioan. 5. Postremo certū est ex textu, Eliu referre tria remedia quibus Deus peccantes ad se conuertit. Ecce inquit, hæc oīa operatur Deus tribus vicibus per singulos. Remediū verò tertio loco memoratū pertineret iuxta istorū interpretationē ad verbi annūtiationē primo loco positā. Morbi aūt cū precibus Angeli custodis repræsētātis Deo patiētiā moribūdi, rectè ponūtur loco 3. post ānūtiationē verbi, et nocturnā visionē.

1 tantū enim vertit sermone 125. in Iob. s'il y a messagier.

2 sermo. 125 in Iob, s'il y a messagier eloquent, vn d'entre mille,

29. Ac ne īprobos quoque istorū conatus in historia eccleśiast. silētio prætercam', Chēniti' quod Origen. lib. 8. cōtra Celsū scribit Angelos, animásq;, et cæteros spiritus beatiores vnà cū Deo gratificari volētib' supplicare et precari, et ita ut affirmare id ausit, vel hoīb' vltrò quæ potiora sūt aīo destinātib'

Deóque,

Deóque supplicantibus, potestates illas innumeras, nec vocatas quidem, vltro Deum vnà comprecari, generique huic nostro adesse, admonet solùm priuatam, eámque apocrypham, Origenis opinionem fuisse: non verò publicum & receptum Ecclesiæ dogma.

29. Magdeburgenses autem tanta negligentia, & quod deterius est, incōstātia in historia vsi sunt: ut ex ea haud facile collegeris quæ fuerit eorū de precibus Angelorum & alijs eis coniunctis quæstionibus sententia. Nam neque centuriæ primæ libris duobus, neque centurijs secunda & tertia vllius Ecclesiastici scriptoris testimonium proferunt pro sanctorum Angelorū orationibus. Et in hac [1] expressè notant Patres tertij sæculi rectè sensisse ignotas esse Angelis hominum cogitationes, quæ soli Deo constent: neque tamen pro hac sententia plura citant quàm hæc Origenis verba ex tractatu nono in Matthæum: Deo soli cognitum est propositum mentis: Angelis verò non. Quartæ verò centuriæ capite quarto solùm [2] referunt inter rectas his de rebus sententias vnius Dionysij (quem huius sæculi scriptorem fuisse nugantur) locum ex epistola ad Demosthenem monachum (sic enim placet eis appellare Demophilum) in quo is scripserit Angelos amare homines, miserari gentes, & pro illis bonum deprecari. Et nihilominus eodem eiusdē centuriæ capite referunt inter næuos huius sæculi sententiā Ephrem ex libro de spirituali certamine, qua (ut aiunt) affirmat Angelos & Archangelos cum gaudio orationibus piorum occurrere: illisque ineffabilem lætitiam esse sanctorum orationes purissimas Deo offerre. Item hanc Hilarij ex commentarijs in cap. 18. Matthæi: Saluatorum per Christum orationem Angeli quotidie Deo offerunt, male memores se paulò [3] post in vita Hilarij referre inter rectas eius de Angelis sententias hæc verba ex commentarijs in psalmum 129. Sunt secundum Raphaelem ad Tobiam Angeli assistentes ante claritatem Dei, & orationes deprecantium ad Deum deferentes. Eadémque inconstantia pergunt citare Veteres cēturijs [4] quinta & sexta: nam in illa referunt inter rectas Augustini sententias, duos locos in quibus ait Angelos offerre preces nostras: alterum ex libro 2. Meditationum cap. 3. alterum ex cap. 27. libri soliloquiorum animæ ad Deum. Iidémque nihilominus paulò [5] post citant inter errores Augustini locum ex epistola 121. ad Probam cap. 9. in quo aiunt eum dicere cogitationes hominū innotescere Angelis qui eas Deo offerant. Quod etiamsi dixisset, non errauisset. nunc verò dixit postulationes, tanta est in eis negligentia. In sexta [6] verò centuria proferunt inter sanas de religione sententias Alcimi carmen ex libro de diluuio, quo tradit Angelos offerre Deo vota & preces nostras: & hæc Gregorij magni verba: interius quippe exteriúsque sciendo diffusi sunt, quia ipsum fontem

1. ca. 4. titu. de angelis.
2. tit. de bonis angelis.
3. cap. 10.
4. ca. 4. titu. de bonis angelis.
5. in inclinatione doctrinæ.
6. cap. 4. tit. de bonis angelis.

fontem scientiæ contemplantur: quid enim de his quę scienda sunt nesciunt, qui scientem omnia sciunt? Et ijdem nihilominus eodem capite citant inter corruptelas verba Cassiodori ex commentarijs in psalmum 21. quibus docet ex Tobia Angelos offerre Deo preces hominum. Centurijs verò septima octaua & nona maximum est his de rebus silētium in 7 doctrina & inclinatione doctrinæ. Hoc excepto: quod notant centuria octaua in inclinatione doctrinæ opinionem Bedæ esse libro tertio in Iob, quod Angelus quilibet assistens Deo possit pro quolibet peccatore in flagellis castigationum posito, intercedere. ipsis enim curam iniunctam à Deo vel maxime, vt hominibus, vel diuersis nationibus defensionis suæ opem ferant. licet hi libri non sint Bedæ, & cuiuscumque verba sint, verum sensum habere possint. Eodémq; modo pergunt in cæteris libris. Quid an Magdeburgenses nō præclare funguntur officio suo? an non belle sibi-ipsis consentiunt? 7. c 4. titulo de Angelis.

30. Quod si quis quærat, quî fiat ut in hæc peccata ruant qui fatentur Angelos orare pro nobis? In promptu responsio est. Micans scripturarum splendor extorquet ab eis veritatis confessionem: consideratio verò damni quod ex ea percipiunt in alijs quos tuentur erroribus, nō solū nō permittit vt hanc quæstionem pro dignitate tractent: sed etiam stimulat, vt quantum possunt contra nitantur. vident enim hinc duci argumentum pro sanctorū corpore exutorum orationibus: & Origenem animarum sanctarum orationes cum Angelicis coniunxisse: præuident in his, velut seminarijs latere argumenta pro sanctorum Angelorum inuocatione: animaduertunt optimam argumentorum partem, quibus fideles infamant de Idolomania, de iniuria in interpellationem Christi, & de alijs similibus calumnijs, propter doctrinā de precibus sanctorum corpore exutorum, his contundi & frangi. Proinde nullam ex accurata harum rerum consideratione voluptatem quærūt. quin potius quantum possunt factis destruunt quod ædificauerunt,[1] & cōsequenter se-ipsos præuaricatores constituunt. 1. Gal. 2.

31. Authores verò & instinctores huius transgressionis non alij sunt, quàm dæmones, vel teste hac simili actione. Manifestum est ex euangelijs dæmones sæpius professos fuisse Iesum Christum esse filium Dei. idque non solum voce: sed etiam clamore, eóque magno: tremore, obsecratione, adiuratione per Deum; submissione in eius potestatem: adoratione, & obedientia. Et ijdem nihilominus nihil magis conati sunt extinguere atque huius veritatis professionem, per se, per sapientes huius mūdi, per potestates huius sæculi, fraude, blanditijs, promissis, minis, & omni suppliciorum genere. Ad illam confessionem adigebantur efficaci potestatis Christi experientia, velut ingenti eos adurente flamma. hoc verò sua sponte & libenter conati

 sunt,

sunt, quod inuiderent Dei & Christi honori, quódque perspicerent hanc cõfessionem regno suo allaturã exitium. Ad hunc modum licet sciant vera esse quæ diximus de sanctorum Angelorum orationibus & oblationibus: vt qui ipsi met nonnunquam Deum, & Christum orauerint, & etiamnunc orent: quamuis alio fine: vt qui apud Deum malefacta hominum accusent, & calũnienter bona, ac inter hæc orationes eorum: tamen quia perspecta habent quæ ex eis percipiunt damna: & peruident ad insignem Dei & Christi gloriã facere, cui acerrime inuident, quod tanti talesq; e Spiritus Deum per Christum suppliciter pro nobis orent: laborant quantum possunt, vt doctrinam eorum quæ tractauimus, vel euertant, vel obscurent.

32. E-contra vero sancti Angeli, quia sunt pleni sapientiæ diuinæ, & studiosissimi gloriæ Dei & Christi: in partem beatitudinis suæ numerarunt quod hæc dogmata reuelauerint sanctis qui in terra erant. Quum enim multa dogmata innotuerint hominibus solum per homines: placuit Deo ista etiam per Angelos, atque adeo præcipue per eos, reuelare hominibus. vt apparuit ex 1 Zacharia, 2 Daniele, 3 Tobia, 4 Ioanne, & alijs. Iidemque
1. c. 1. proinde dant etiam quantum possunt operam vt fideles ea perspecta ha-
2. c. 10. 11. beant: & ut non sit in eis, sicut in istis hæreticis, etiam & non: sed etiam, ad
12. Dei & Filij eius Iesu Christi gloriam. Amen.
3. c. 12.
4. Apoc. 8.

33. Sed tractemus historiam Ecclesiasticam ex veritate. quandoquidem sufficienter examinauimus scripturas. Ante omnia autem notandum est dogmata de precibus sanctorum Angelorum non tunc primum innotuisse Ecclesiæ Dei: vt alia quædam 1 dogmata: quum Christus & eius Apostoli cum hominibus cõuersati sunt: sed iam inde ab antiquissimis temporibus credita fuisse, tantum abest ut ignota fuerint duobus, aut etiam tribus, primis Ecclesiæ Christianæ sæculis. Nempe vetus Ecclesia hoc proculdubio credidit, quod ei haud obscure reuelatum erat verbo Dei. 2 Apparuit autem ex verbis Iacob, etiam Patriarcharum saeculis ista fuisse fidelibus cognita. corúmque cognitionem 3 Iudicum libro confirmatam fuisse. Et quod amplius est, constitit 4 ex libro Iob etiam gentes eius aetate, atque adeo longe antea, eadem cognita habuisse. Neque enim Eliu quod de intercessione Angeli ait, id tanquam nouum & tunc primum acceptum memorat: sed tãquam perspicuum: & quod nulla probatione indigeret. Auxit postea 5 Dauid horum scientiam suis psalmis. Et quum Ecclesia nutare videretur translatis sub Ozee decem tribubus in Assyriam, & sub Sedechia reliquis duabus Babyloniam: Deus curauit vt eadem dogmata expressius quam vnquam antea

1 Ephes. 2. Col. 1. Act. 10. 11. 15.
2. supra sectionis 3. argumento 2. & 3.
3. supra sectionis 3. argumento. 7. & sectionis 6. argumento 8.
4. c. 1. 33. & 38. vt supra ostendimus sectionis 3. argumentis 1. 5 8. & sectionis 5. argumento 8. & sectionis 6 argumento 8.
5. vt supra diximus sectionis 3. argumento 2. & 3.

antea Iudaeis illic agentibus inculcarentur historijs [6] Tobiae & [7] Danielis. & omniũ expressissime duabus tribubus reducib⁹ verbis & [8] libro Zachariæ.

6. Vt videre est ex c. 5 et 12. Tobia sectionis 3. argumento 7. & sectionis 6. argumento 10.

7 c.10.11.12. Vt ostendimus sectionis 3 argumentis 9 & 10. & sectionis 5. argumentis 9. et 10.

8. c.1. Vt supra videre licet sectionis 3 argumento 11. et sectionis 5. argumento vltimo. Cætera vero apparēt tum his, tum aliis scripturis in sequentibus sectionibus vsque ad sectionem 18.

34 Ab his autem deuenerunt ad Christi & Apostolorum sæculũ. Qui doctrina & scriptis ea denuo ita confirmarunt: & nominatim commemoratione precum [1] satanæ & dæmonum, [2] salutationum Angelorum, comminationis vindictæ quã Angeli possint impetrare. & [4] oblationis orationum omnium sanctorum: vt Ecclesia Christiana, præsertim primorum aliquot saeculorum, non potuerit ista non habere perspecta.

1. Mat. 8. Marc. 5. Luc. 8 et 22. 2 Luc. 1. et 2. 3. Matt. 18. 4. Apoc. 8. de quibus omnibus diximus sectionibus 3. 5. et 6.

35. Et consequenter necessarium non fuit vt haberemus alia veterum minoris notæ scripta ad testificãdum nobis Ecclesiæ fidem, præsertim tribus primis sæculis. vt quæ nullo pacto conferri possunt cum doctrina & scriptis Apostolorum & Euangelistarum. ex quibus Ioannes dicitur vixisse ad Traiani vsque tempora à quo placuit Magdeburgensibus auspicari historiam secundi sæculi.

36. Nihilominus tamen Deus, qua est bonitate, fecit ex abundanti vt etiam testimonijs aliorum inferioris gradus scriptorum constaret nobis de fide omnium saeculorum. Nam, vt de primo loquamur primo loco, certum est ex Philone ne Iudaeos quidem sui saeculi ignorauisse preces Angelorum pro nobis, vt qui [1] scribat bonos spiritus propterea à Mose appellatos fuisse Angelos, quod bonarũ rerum nuntij sint à summo Rege ad subditos: quódque rursus pro horum necessitatibus legatione ad illum fungantur. tantum abest vt Christiani nesciuerint quod eos sciuisse certum est ex [2] Dionysio Areopagita, Angelos amantes homines misericordia in gentes commoueri, & Deum pro eis rogare.

1. in libro de plantatione Noe sub principium.
2. in epist. ad Demophilum.

37. Quod autem vsqueadeo manifestum erat primo sæculo vt etiam extranei ab Ecclesia id scirent: non potuit non fuisse cognitũ secundi sæculi fidelibus: Licet huius saeculi scriptores istud aperte, quod quidem sciamus, non tradiderint. quia non attigerunt hanc quaestionem in paucis operibus quae ad manus nostras deuenerunt. Idémque confirmatur ex eo quod fideles tertij saeculi hoc ipsum sciuerint. Neque enim dogmatum diuinorũ, vt boletorum, ortus occasúsq; paucis diebus includitur: sed ea semel tradita sunt perennia. Verum ne forte quis rudior haec argumenta non tanti quanti sunt æstimet, declarabimus exemplis his affinibus etiam scripturã quaedam

dogmata celebria ita tradere, vt subticeat ea multis sæculis fuisse fidelibus cognita: & nihilominus colligendam relinqua. Ecclesiæ horum sæculorum
1.*Genes.* 16. fidem ex præcedentibus vel sequentibus quæ tradit. Liber Genesis non ante facit mentionem Angeli, quam [1] narret Angelum Domini inuenisse in deserto Agar fugientem à facie Sarai dominæ suæ. Et nihilominus tantū abest vt hinc colligamus Angelos antea fuisse fidelibus penitus ignotos, vt ex hoc loco considerato vt oporteat inferamus fideles præcedentium quoque sæculorum credidisse angelos esse. Si computemus annos qui intercesserunt inter
2.*Gen.* 48. [2] narrationem letalis Iacob Patriarchæ morbi, in qua fit mentio Angeli: &
3 *Exod* 14. 23.& 32. [3] proximas quæ Angeli meminerunt scripturas, inueniemus [4] multa sæcula
4.*Exod.* 12. ante effluxisse, quam Deus verbo suo renouaret mentionem Angelorū, sed nullus propterea infert doctrinam quod Angeli essent his sæculis extinctam fuisse: quin potius qui sapiunt colligunt ex præcedentibus & sequentibus scripturis quæ de ipsis, vt de rebus fidelibus notis, loquuntur, eam toto quoque hoc tempore cognitam fuisse.

1.*centuria* 3. *c.* 4. 38. Fideles vero tertij sæculi imbutos fuisse doctrina precum Angelicarum, constat ex Origine, Tertulliano, Cypriano: quorum [1] Magdeburgenses nullam penitus mentionem faciunt. Et quod Chennitius ait Origenem verbis quæ sectione 28. citauimus ex libro octauo contra Celsum, referre suam priuatam, eámq; apocrypham, non vero receptam Ecclesiæ sententiam, falsum est. Origenes enim preces Angelorum pro nobis cum inculcat, vt qui eas minimū tribus locis tradat, libro octauo contra Celsum, & in alijs operibus sæpius: tum probat scriptura Matthæi 18 Angeli eorum in cælis, &c. nominatim circiter medium libri octaui contra Celsum paulo ante verba à nobis & Chennitio citata: & homilia 22. super Numeros: & homilia 23. super Lucā. Et quod amplius est, docet eadem scriptura in eodem libro octauo Angelos offerre Deo nostras orationes: sub finē verò libri quinti & homilia 9. super Leuiticum, ea scriptura quę tradit Angelos descendere & ascēdere. repetitque idem dogma homilia 23 super Numeros. Easdémque oblationes Tertullianus & Cyprianus in plane alia parte Africæ agnoscunt. Ille quidem in libro de oratione in verbis, Angelo adhuc orationis astante. hic verò in libro de mortalitate, & in libro de oratione Dominica: vtroque loco ex scriptura Tobiæ 12. Nec refert quod Origenes vocabulo audeo vtitur in verbis, affirmare ausim. primum quia solum eo vtitur in spontaneis orationibus Angelorum pro destinantibus mutare vitam in melius: non simpliciter in orationibus Angelorum, quas antea verbis alijs asseruit. Deinde quia
2.1.*cor.* 6. & 11. etiam vtitur Paulus [2] eodē verbo in rebus bonis & certis. Adhæc, quia scri-
3.*Iob.* 33. ptura maius aliquid docuit per [3] Eliu: putā orationes Angelorum pro impœniten-

pœnitentibus. Vltimo, quia Origenes hoc, affirmare ausim, simul etiam de alijs rebus dicit quæ sunt, omnium confessione, certæ ex varijs scripturis, & nominatim ex psalmo 90. nimirum quod Angeli adsint generi nostro: & (quod Chennitius resecuit) cum dæmonibus (vt ita dicamus) certamen ineant quos viderint eorum impugnare salutem qui se Deo permiserint. Eo autem magis hoc commentum dedecebat Chennitium, quod is, sicut 4 diximus, agnosceret ex scripturis Angelos offerre Deo nostras orationes. Sed hoc fuit quod eum huc impulit. videbat Origenem simul cum precib9 Angelorum docuisse preces sanctarum animarum. constitutum autem ipsi erat eas pertinaciter negare.

4. supra sectione 23.

39. Idem Origenes loco à Chennitio citato scribit apertissime Angelos animásque & spiritus cæteros beatiores sentire quinam sint Dei benignitaté promeriti. Et consequenter ne secum manifeste pugnet, quod tractatu nono in Matthęum ait soli Deo cognitum esse propositum mentis, Angelis vero non item: intelligendum est de cognitione naturali & ea quæ acquiritur ex conspectu rei præsentis. non vero de cognitione mentis quam eos habere ex Dei visione 1 ostendimus multis scripturis. Qua ratione etiam omnes Angeli prospiciunt (vt Tertullianus 2 scribit) de cælo & singulos denotant, quis blasphemiam dixerit, quis audierit, quis linguam, quis aures diabolo aduersus Deum administrauerit. Debebántque Magdeburgenses loco eius quod ex his solius Origenis verbis 3 notarunt Patres tertij sæculi rectè sensisse ignotas esse Angelis hominum cogitationes quæ soli Deo constent: Debebant, inquam, scripsisse Patres huius sæculi rectè credidisse Angelos scire cogitationes hominum ex Deo quem vident, seu videre eas in Deo: nescire vero eas naturali ipsis scientia, & scientia quæ ex conspectu rei præsentis acquiritur. vt qui nō sint in animis hominum. Quæ distinctio vt ex 4 scripturis profluxit, ita necessaria est ad conciliandos sequentium quoque sæculorum Patres. & nominatim Gaudentium 5 Brixiensem qui scribit Angelos nescire cogitationes hominum: & 6 Cæsarium Arelatensem, qui eos videre ait animum hominum.

1. supra sectionibus 13 14 & 15.
2. In libro de spectaculis.
3 centuria 3. c. 4. tit. de Angelis. de quo supra sectione 29.
4 vide supra sectiones 13. 14. 15 & 16.
5. In præfatione, in suos tractatus in scripturam.
6. Homil. 3. inter homil. de varijs rebus.

40 Quum autem deuentum esset ad quartum sæculum, Deus prouidit vt longe plures quam antea fidei precum Angelicarum præcones existerent: ex quibus constaret posteritati ecclesiam tametsi longe processisset, tamen adhuc firmiter tenuisse quod acceperat. 1 Athanasius enim vsqueadeò certum habuit Angelos orare pro nobis, ut in medio reliquerit num non continue orent pro nostra salute. nam quæstioni quod sit opus supercælestium potestatum, respondet, hymnus irremissus: & amor incessabilis erga maiestatem Dei: fortasse etiam obsecratio continua de nostra salute. Et quod hic

1 Athanasius in libro de communi essentia Patris, & Filij, & spiritus sancti.

in medio reliquit, Antonius Abbas non dubitauit affirmare. scripsit enim epistola secunda ad Arsinoitas Angelos pro nobis postulare semper. Idémque vt supplices & ardentes eorum preces significaret, ait figurato sermone epistola 4. eos vti lachrymis & gemitibus pro nobis in conspectu Conditoris. Quo locutionis genere etiam Ephrem oblationes precum nostrarum tractauit, tum in sermone de virginitate, tum in libro de spiritali certamine: exemplo scripturæ quæ 2 gaudium (& à contrario tristitiam, & quae eam comitantur) & fortassis etiam 3 fletum in Angelis expresse tradit: ac orationem 4 ascendere significat. cui proinde Angeli, quos constat 5 saepissime descendere, rectè ab Ephrem dicti sint occurrere. vt-vt istud 6 Magdeburgensibus non placeat. Hilarius quoque, vt 7 audiuimus, docuit apertissime Angelos offerre Deo nostras orationes. neque Magdeburgenses vllam causam habuerunt cur inter errores referrent quod ait Angelos quotidie offerre saluatorum per Christum orationes. quandoquidem fideles quotidie plurimas orationes Deo fundunt. Ambrosius in libro de Viduis indicauit Angelos posse orare pro nobis, & impetrare. & in commentarijs in caput 15. Lucae scripsit eos qui conuertuntur debere affectare patrocinium Angelorũ. In caput vero 18. eiusdem Euãgelistae professus est infirmorum preces ad Dominũ, etsi ipsi virtutũ meritis infirmi sint, Angelorum tamen patrocinijs euehi. Et in libro de Isaac & anima ait nos etiam per Angelos Deo loqui, siue orationes nostras per eos recitari Deo. Hieronymus interpretatus est verba Angeli Danielis c. 10. Et nemo est adiutor meus, & caetera, his verbis: Ego sum Angelus ille qui offero orationes tuas: & nullus est alius qui adiutor meus sit rogandi pro vobis Deum, nisi Michael Archangelus, cui creditus est populus Iudaeorum. Basilius in concione in psalmũ 33. ad verba, Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum, prodidit spirituales potentias dictas fuisse à Dauide oculos & aures Domini, propter inspectionẽ nostri, & precum nostrarum susceptionem: siue propter potentiam eorum inspectiuam nostri, & susceptricem precum nostrarum. Et, quod amplius est, tradidit verbis expressis in libro de virginitate nullum esse sanctorum spirituum qui non vbiq; omnia videat. Neque dubium est quin apud alios quoque huius saeculi scriptores his consentanea occurrant.

2. Luc. 15.
3. Esai. 33.
4. Apoc. 8.
5. Gen. 28.
6. vide supra sectionẽ 29.
7. eadem sectione 19.

41. Durauitque eadem benefica Dei erga nos prouidentia etiam quinto saeculo. Nam Chrysostomus scribit in libro de orando Deum Angelorum opus esse deprecationem. & homil. 3. de incomprehẽsibili Dei natura affirmat Angelos & Archangelos tempore sacrificij corporis & sanguinis Domini orare Deum pro genere humano, hæc eis verba ascribens: Pro his Domine rogamus quos tu adeo dilexisti, vt pro eorum salute mortem obires,

animam

animam in cruce efflares, pro his supplicamus pro quibus ipse tuum largitus es sanguinem: pro his oramus, pro quibus corpus hoc immolasti. Et in sermone de Eucharistia in Encænijs concionatur omnes incorporeas virtutes pro nobis cum sacerdote intercedere hora sacrificij. Augustinus auté docet tribus locis, quos [1] Magdeburgenses citarũt, eos offerre orationes & postulationes nostras Domino, idque authoritate capitis 12. Tobiæ. Eadémque docent complures alij scriptores. vt author operis imperfecti hom. 13. in Matthæum, vt Nicephorus Constantinopolitanus Episcopus teste Anastasio in quæstionibus in sacram scripturam, vt Systimius hymno secundo, vt Author trium librorum in Iob qui extant sub nomine Origenis libro primo. *1. vide supra sectioni 29.*

42. A quibus & præcedentibus abunde illustrata sequentium temporum Ecclesia firmiter eandem fidem tenuit ad nostrum vsque sæculum. vt manifestum est ex [1] Gregorio Magno, [2] Gregorio Turonensi, [3] Alcimo Auito, & [4] Cassiodoro, quod ad sextum sæculum attinet. ex [5] Isidoro Hispaléñsi quod ad septimum: ex [6] Albino & [7] Beda, quod ad octauũ: ex [8] Rabano & [9] Christiano Druthmaro quod ad nonum sæculum pertinet. & ex alijs ad Bernardi vsque ætatem qui ista [10] diligentissime tractauit. & ab hac ad nostrum sæculum ex Scholasticis doctoribus.

1. 2. 3. *in lib. de diluuio.* 4. *in commentariis in psalmum 23* 5. 6.

7. 8. 9. 10 *Homil. 3. de laudibus virginis matris, et sermone 2. in vigilia natalis Domini. et sermone. 1. in festiuitate sancti Michaelis. et sermone 5. in festo omnium sanctorum. et sermone 12. in psalmum, Qui habitat in adiutorio altissimi. et sermone 7. in cantica canticorum.*

43. Restat vt dicamus de concordia intercessionis Angelorum & Christi. Angelus octauo capite Apocalypsis dat de orationibus sanctorum omnium super altare aureum quod est ante thronum. & ita fumus incensorum ascendit de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo. & eiusdem libri capite 19. Angeli sequuntur Verbum vestitum veste aspersa sanguine. quinto verò capite canunt Christo laudes cum alijs sanctis propter redemptionem generis humani. Proinde Angeli quum intercedunt pro nobis non inuadunt locum Christi intercessoris nostri, neque stant cum eo: sed stant à parte nostra, & nobiscum orant Deum per communé ipsis & nobis Dominum Iesum Christum. eorúmque intercessio non eo fit quasi intercessio Christi, si nobis contingat, non sit sufficiens vt per eum orantes exaudiamur absque Angelorum intercessione: sed vt Christus intercedat apud Patrem orando vt exaudiat preces Angelorum pro nobis. Nempe Deus ita acceptauit mortem Christi pro hominibus, vt per & propter eam multa precibus sanctorum Angelorum ijs largiretur, etiam infidelibus, impœnitentibus & nihil minus cogitantibus, quam de orando Deum: quæ alioqui absq; Angelorũ precibus nõ fuisset daturus. Idé etiã voluit fideles officiũ suũ facere, vt à se dona impetrarét: & inter cætera orare vt oportet, id est, humiliter,

ardenter, perseueranter. Quod quia sæpissime non repræsentamus, Angeli iungendo preces suas nostris qualibuscumque precibus, supplent suis quod nostris abest. Itaque non insufficientia (vt ita dicam) & impotentia intercessionis Christi (qui semper quum orat exauditur à Patre) sed nostra infirmitas & Dei beneplacitum remunerare volens per & propter Christum Angelicæ charitatis officium, sunt fundamentum precum Angelorum.

Quod sancti corpore exuti sint & viuant Deo.

Titulus 5.

ORDO postulabat ab officijs & beneficijs precum Angelorum transiremus ad officia & beneficia sanctorum corpore exutorum. Sed quia sunt bene multi qui hos post mortem dormire, sine sensu, sine intellectu prędicant, vel etiam esse negant: quidam autem nesciri aiunt an sint in cælo: neque desunt qui velint esse incertum an cælesti gloria fruátur: necessario de his capitibus ante dicẽdum est, quam ad ista tractanda aggrediamur.

1 *lib. 6. eccl. histor. c. 37.* 2. Fuere olim in Arabia qui teste [1] Eusebio, animas in hoc præsenti tempore vna cum corporibus mori, & in futura resurrectione simul cum illis vitæ denuo restituendas dicerent. Sed cõgregata ob hanc causam non mediocri synodo vocatus Origenes de quæstione hac ita publice disputauit, vt mẽtes eorum qui antea seducti fuerant ab errore conuerterentur.

3. Nostro vero sæculo, hæresum feracissimo Matthias Deuayus Hungarus docuit animas piorum post separationem à corpore ad carnis vsque resurrectionẽ dormire sine sensu, sine intellectu. Eúmque errorem quidam Anabaptistæ cupide sunt amplexi. Alij vero Anabaptistæ vltra progressi sepultum tot sæculis Arabicorum (sic enim placuit Augustino [1] eos appellare) maximum errorem excitarunt.

1. *In lib. de hæresibus c. 83.*

4. Vtinam autem Origenes suam disputationem scripto tradidisset: leuasset nos haud modico labore. Sed is non mandauit eam literis ac ne synodo quidem placuit vllum decretum hac de re facere. quia non existimauerunt futuros qui in eundem errorem laberentur. Quoniam verò nunc aliter accidit atque sperauerant: faciendum nobis est ut lectores intelligant quanti sint hi errores Reportabũt hanc quoque vtilitatem, quòd germanum plurimarum scripturarum sensum, & earum inter se concordiam cognoscent. Dicemus autem prius pro veritate, deinde de veritate: vtilitate hunc ordinem postulante.

5. Sacræ

5. Sacræ scripturæ præcipuam hominis partem bonæ malæq; volũtatis capacẽ appellant varijs nominibus: sed frequentissime [1] animæ & [2] spiritus. Et nihilominus tribuunt his vocabulis etiam alias, eásque multiplices significationes. Sed ex solum hic memorandæ sunt, quæ nisi expendantur, æquiuocatione simplicibus imponant.— *1. nominatim Ezech. 18. 2. nominatim psalm. 30. et Iacob. 2.*

6. Anima ergo [1] frequentissime etiam significat in sacris scripturis vitam, tropo metonymiæ, eoquod anima sit causa vitæ. Nostra vero vita mortalis est. Proinde mirum non est scripturas prædicare animam [2] donari à potestatibus huius sæculi: animam [3] quæri, [4] poni, [5] mori, quia intelligunt animã vitam non animam, quam nonnunquam iungunt cum vita in eadem propositione, vt simplices earum distinctionẽ facilius percipiant. nominatim psalmo 48. anima eius in vita ipsius benedicetur: & quã [6] docent non posse occidi à persecutoribus. Eadem vox quandoque etiam [7] denotat voluntatẽ siue desiderium, eoquod anima sit voluntatis & desiderij sedes. Frequenter quoque designat [8] homines animatos. & nonnunquam [9] significat flatum quo spirant homines. Et quia voluntates & desideria mutantur, homines moriuntur, flatus expirantur: quàm mirum non est has animas finiri, occidi, [10] afflari: tam hæc nihil faciunt ad probandam mortem animæ, substantiæ immortalis. *1. vt Iob 15. Iudic. 12. Psalm. 45. Act. 20. et alijs locis. 2. Hester. 7. 3 Exod. 4. et Matt. 2. 4. Ioan. 1. 5 Deuter. 22 et Iosue 2. 6. Matth. 10. 7. Gen. 34. Exod. 15. 1. Reg. 18. Act 4.*

8. Exod. 1. Leuit. 1. et 20. Num. 15. 9. Iob. 11. 10. Iob. 11. et ierem. 15.

7. Spiritus quoque varia significat in scripturis: vt [1] ventum: vt [2] omne quod spirat: vt rem [3] vanam & nihili: vt [4] donum spiritus sancti: vt quod in [5] nobis ex spiritu Dei regeneratum est. Sed quid, amabo te Lector, facit ad præsentem de spiritu, id est, anima præcipua hominis parte, quæstionẽ, quod venti [6] conquiescant, quod omne quod [7] spirat dilabitur? quod res vanæ euanescunt? quod [8] spiritus quandoque extinguitur? quod qui [9] spiritu cœperunt, sæpius carne consumantur? *1. Psal. 147. et 148. sapi. 7. 2. Ezech. 5. et alijs locis. 3. Psal. 150. 3. Isa. 26. 4. Luc. 11. 5. Gal 5.*

6. Matt. 18. 7. Iosue. 10 8. 1. Thess. 5. 9. Galat. 5.

8. Et illi quidem qui humano tantum sensu expendunt conditionem hominis, facile adducuntur vt totum hominem perinde esse mortalem existiment, atque bestiam: aut saltem vt iudicent nesciri quid hac de re sentiendum sit. Eorúmque hunc errorem, sicut & aliorum multa falsa iudicia, Salomon ad se transfert in Ecclesiaste, vt hoc quoque exemplo ostendat quod [1] initio libri pro argumento sumpserat, vanitas vanitatum & omnia vanitas: Ecclesiastæ enim siue concionatoris est praua iudicia & colloquia manifestare, & deinde confutare. Dixi, [2] inquit, in corde meo de filijs hominum, vt probaret eos Deus & ostenderet similes esse bestijs. Idcirco vnus interitus est hominis & iumẽtorum, & æqua vtriusque conditio. sicut moritur homo, *1. Eccl. 1. 2. Eccl. 3.*

sic & illa moriuntur. similiter spirant omnia: & nihil habet homo iumento amplius. cuncta subiacent vanitati. & omnia pergũt ad vnum locum: de terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. Quis nouit si spiritus filiorũ Adam ascendat sursum? (puta, vt Deo reddat rationem operum suorum) & si spiritus iumentorum descendat deorsum? (id est, collabatur & disperdatur?) & deprehendi, nihil esse melius quàm lætari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet vt post se futura cognoscat? hæc Salomon ex persona animalis hominis, qui 3 non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. stultitia enim est illi. Cæterum qui hanc de hominis anima quæstionem examinant ex Dei sententia, amplectuntur Salomonẽ in eodẽ libro ex ore Dei scribentẽ: Quid 4 habet amplius sapiens à stulto? & quid pauper? nisi vt pergat illuc vbi est vita, & quod 5 postea tractabimus, 6 reuertatur puluis in terram suã vnde erat: & spiritus redeat ad Deũ qui dedit illũ.

3. 1. Cor. 2. 4. Eccl. 6. & vide Gregorium lib. 4. dialogorum. 5. infra sectione 25. 6. Eccles. 12.

9. Nam quod scriptura viuentem animam æque 1 attribuit bestijs atque 2 homini: non probat non aliam homini infusam à Deo animam quàm quæ sit illi cum bestijs omnibus communis. aliud namque est bestias æque habere animam viuentem atque hominem: quod scriptura docet. aliud vero, hominem non nisi animam viuentem habere, quod scriptura non dicit, quia verum non est. Sicut rursus aliud est primum hominem factum fuisse in animam viuentem: non vero in animam viuificantem: quod 3 Apostolus docet: hoc 4 est, non in animam omnem ita à corpore auferentem corruptionem vt non posset mori. aliud est, primum hominem absolute solum factum esse in animam viuẽtem. quod manifeste falsum est. vt qui factus sit etiam in animam intelligentem & volentem: id est, in animam præditam intellectu & voluntate. quæ virtutes vt non sunt annexæ corpori: ita demonstrãt viuentem animam hominis subsistere absque corpore. Eámque differẽtiam scriptura hoc ipso insinuauit quod narrauit Deum creauisse verbo viuentes bestiarum animas ex aqua & terra, rebus corruptibilibus: hominis vero viuentem animam velut ex se produxisse; intellectum, omnium confessione, voluntatem, & immortalitatem habente. Formauit igitur dominus Deus hominem, inquit 5 Moses, de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: & factus est homo in animam viuentem.

1. Genes. 1. 2. Genes. 2. 3. 1. Cor. 15. 4. Aug. epistol. 146. 5. Genes. 2.

10. Sicut anima 1 quandoque flatum corporeum significat: ita flatus quoque animam nonnunquam designat. nominatim Esaiæ c. 42. non quod anima & flatus proprio sermone res sint eædem, sed quod sic dicantur metonymice, propterea quod anima sit causa flatus: & flatus sit præsentiæ animæ signum: sicut quum abest, absentiæ eius. Sed quum Moses 2 ait Deum inspirauisse,

1. vide supra sectionem 6. 2. Genes. 2.

uisse, siue insufflasse in faciem, siue in nares, hominis spiraculum, siue flatum, vel anhelitum, vitæ: rem spiritualem & humano sensu altiorem re corporea figurauit. Nempe Deus, quia 3 spiritus est, neque sufflat, neque flatum vel anhelitum habet, sed spiritus Dei dicitur 4 fecisse hominem & spiraculum omnipotentis eum viuificasse, vt hoc rei corporeæ symbolo disceremus Deum procreauisse viuentem animam hominis, non ex rebus corporeis, ex quibus produxerat viuentes animas bestiarum quæ proinde sunt corruptibiles: sed velut ex se: & cõsequenter fecisse eam inter cætera participem intellectus, voluntatis & immortalitatis. Eadémque ratione 5 Ezechiel quandam resurrectionis hypotyposim faciens vocat spiritum à quatuor ventis: eique præcipit vt insufflet super interfectos, & reuiuiscant. non quod sentiat spiritum Dei, vel hominis animam viuificantem, nihil esse nisi spiritum siue ventum: quod per se ridiculum est: sed quod quum expressa & velut iconica visione resurrectionem repræsentare vellet animis corporum reliquias viuificantibus: idque esset alienum à spiritali natura: similitudinem sumat à rebus corporeis, quæ imaginis vice esset. 3. Ioan. 4. 4. Iob. 33. 5. Ezech. 37.

11. Constat ex scripturis primum parentem nostrum, qui poterat non mori, incurrisse in mortem inobedientiâ, iuxta notam illam 1 Dei comminationem. Morte morieris: eámque deinde ab eo in omnes homines perträsiuisse. Sed quatenus hæc comminatio & pœna pertinent ad animam, non significant eius interitum: sed desertionem à Deo vita sua, vt non possit operari opera Deo placentia, vt videre est ex eo quod scriptum 2 est, homo per peccatum occidit animam suam. est enim & viuit anima quæ peccat: sed non viuit Deo. quin potius viuens mortua est. vt (exempli causa) anima 3 viduæ delitiãtis apud Paulum. & animæ 4 eorum qui sepeliebant mortuos suos in Euangelio. eóque iniustius hæc contorquentur contra immortalitatem animæ, quod certum sit Christum ab hac morte, nos liberauisse. 1. Genes. 2. 2. Sap. 16. 3. 1. Tim. 5. 4. Matth. 8. & Luc. 9.

12. Quinetiam manifestum est scripturas prædicare eos 1 qui moriuntur obdormire, & qui mortui 2 sunt dormire. idque vsqueadeo frequenter, vt vix alia phrasis sit eis familiarior. Verum hinc non sequitur animas sanctorum dormire ad resurrectionis vsque diem: eoquod hic somnus conueniat sanctis ratione corporis, tropo videlicet synecdoches quo pars toto significatur. Id quod multis argumentis euincimus. Primo quia dormiendi verbum nusquam inuenitur in scripturis attributum animis, quoties pro morte ponitur. Deinde quia etiam impij dicuntur obdormire. nominatim in libris 3 Regum & Paralipomenon, quorũ animas constat grauiter cruciari. Tertio, quia scriptura sæpius adiungit huic verbo particulas quæ declarant 1. Act. 7. 2. Ioan. 11. 3. nominatim 3. Reg. 14. & 4. Reg. 14.

4. Iob.7.& 21. dormitionem tribui homini propter corpus. vt (exempli causa) in [4] puluere, in [5] sepulchris, è [6] sepulchro. in quibus certum est cadauera, non animas re-
5. Psal 86. quiescere. Postremo quia Christus quoque dicitur 7 obdormiuisse. cuius ani-
6. Esai 14. mam nullus ausit dicere sine sensu & intellectu dormiuisse. Vtrúrque scri-
7. Psal.3. et 4o ptura hoc synecdoches tropo etiam alias sæpius in hac materia vt (verbi
8. Genes.3, gratia) quum ait hominem in [8] terram & [9] cinerem reuerti; quũ dicit [10] pu-
et Ps. 45. tredinem esse matrem nostram & vermes sororem nostram: quum [11] prædi-
9. Iob. 34. cat vermes operire nos, & similia. Fuisse autem hanc etiam veterum fideliũ
10. Iob.17. quam de dormitione exposuimus sententiã, vel hinc colligimus, quod lo-
11 Iob.21. cum sepeliẽdis fidelium corporibus destinatum vocauerint κοιμητήριον ἀπὸ τοῦ κοιμᾶσθαι, quod dormire significat.

13. Legimus etiam vitam nostram [1] esse ventum. atque adeo [2] ipsum
1. Iob.7.3 hominem esse spiritum vadentem. verum nõ proprie, vt per se apparet: sed
2. Psal.77. metaphorice. quo tropo legimus quoque omnem carnem [3] esse fœnum, &
3. Esa.40. huic similia: quibus scriptura humanæ conditionis imbecillitatem, breuitatẽ & vanitatem designat: quæque nonnunquam explicat proprio sermone. vt
4. Psal.102. (exempli causa) sicut [4] fænum, quasi flos, & his similibus similitudinibus,
& 1. Petr.1. quæ multæ & pulcherrimę extant sapientiæ capite 5. Plurimúmq; interest
5. Iob.14. ad intelligendũ totum hunc tractatum vt consideremus num quod dicitur,
psal. 102. et tropico, an proprio sermone intelligendum sit.
Esai.40. 14. Homo manifeste neque anima est, neque corpus: sed homo res est composita ex anima & corpore, quæ quum separantur, homo proprio sermone loquendo interit: neque est amplius, neque erit, neque reuertetur. puta, ad resurrectionis vsque diem: siue vt [1] Iob loquitur, donec cælum attera-
1. Iob.14 tur. Proinde nihil facit ad probandam animę mortalitatem quod idem ait,
2. Iob. 7. Oculi [2] tui in me, & non subsistam, &, antequam [3] vadam & non reuertar,
3. Iob.10. quod Dauid dicit, remitte mihi vt [4] refrigerer prius quam abeam & amplius
4. psal. 38. non ero: psallam Deo [5] meo quamdiu sum: spiritus [6] vadens & non rediens,
5. Psa.146. & quod Matthæus ex Ieremia citat, noluit consolari quia non sunt. Imo po-
6. psal. 78.
7. Matt.2. test absolute dici sine præiudicio resurrectionis, & immortalitatis animæ,
8. Ier.31. hominem nunquam reuersurum hoc videlicet sensu, quod homo moriens
9. 1.Cor.15 nunquam talis rediturus sit, qualis hic vixit. [9] anima enim (exempli causa) quæ nunc est viuens, tunc erit viuificans. & corpus, quod modo est animale & mortale, tunc erit spirituale & immortale.

15. Homo autem quum proprio sermone loquendi intereat moriendo: simul cum eo pereunt omnes cogitationes eius: præsertim mundanæ & va-
1. psal.38. næ. de talibus enim Dauid sentit psalmo 46. Idem quum non sit amplius,
2. Eccles.17. non [1] narrat alijs misericordiam Dei, non [2] confitetur Deo, nõ [3] laudat Deũ:
3. Psalm.115.

proprio

proprio in quam sermone, non synecdochico scriptum est: non 4 moriar, sed viuam: & laudabo opera Domini. Beati 5 qui in domo tua sunt Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te. 6 Deus meus in æternum confitebor tibi: laudabo nomen 7 tuum in sæculum & in sæculum sæculi. tametsi nihil impedit quominus multa quæ scripta sunt de mortuis non 8 confitentibus Deo, & 9 Deum non laudantibus, intelligamus de mortuis morte æterna: hoc est, de damnatis. quorum etiam Deus 10 non est memor amplius: puta, vt eis benefaciat: & qui de manu eius, nimirum benefica, abscissi sunt.

4 psal. 117. 5 psal. 83. 6. psal. 29. 7 psal. 114. 8. Ecclef. 17. 9 psal. 115. Esai. 38. Baruch. 2. 10. psal 87.

16. Eadem distinctio hominis ab anima, viam aperit ad intelligendum quomodo quæ scripta[1] sunt de reddenda omnibus in vltimo iudicio mercede: pijs gloria, impijs gehenna: non probent animas statim post mortem nō recipere operum suorum mercedem. Neque vt hoc daremus (quod nullo pacto dandū est) sequeretur eas non esse, vel si sint, dormiare sine sensu & intellectu, quia aliud esse, aliud esse in gloria vel gehenna, aut hoc pacto dormire: possetque aliquid esse, & non esse in horum altero, neque sic dormire. scripturis quæ de iudicio loquuntur ne syllaba quidem somni intermedij temporis ab istis conficti mentionem facientibus.

1. Mat. 13. 24. & 25. Daniel. 12. & alijs locis.

17. Postremo quod scriptum 1 est Deum solum habere immortalitatem, probaret fideles ne post resurrectionem quidem futuros immortales: & Angelos nunc esse mortales: siquidem hoc crude accipiendum esset. Nunc autē significat Deum solum habere immortalitatem, atque ita vt cui velit possit eam largiri. Et cōsequenter Angelos & spiritus, nō à se: sed Dei dono habere æternam perseuerantiam.

1. 1. Tim. 6.

18. Præparauimus viam ad veritatem explanatis quæ simplicibus aspera videri possint. Deueniendum nunc est ad veritatis ostensionem.

19. Igitur scripturæ, vt apertissime memorant duas hominis partes: corpus, siue carnem: & animam siue spiritum: nominatim Sap. 9. Tob. 2. Matth. 10. Luc. 24. Rom 8. 2. Cor 7. 1. Thessal. 5. Hebr. 12. Iacob. 2 ita clarissime eisdem locis loquuntur de anima siue spiritu, tanquam de substantia: eáque non dependente à corpore.

20. Eædem etiam significant animam, siue spiritum, esse præcipuam hominis partem, dum appellāt 1 corpus, terrestrem domum: dum id 2 tabernaculi nomine designant: dum animam 3 vocant habitatorem domus luteæ: dum dicunt 4 spiritum hominis qui est in homine.

1. 2. Cor. 5. 2. 2 Pet. 1. 3. 3. Iob. 4. 4. 1. Cor. 2.

21. Et quod amplius est, tradunt animam esse superstitem à morte, quū habent corpus 1 pro vestimento quod anima exuat: quum mortem 2 depositione tabernaculi designāt: quum aiunt 3 animam egredi, & 4 spiritum exire: quum in resuscitatione dicunt 5 animam & 6 spiritum reuerti, & similia.

1. 2. Cor. 5. 2. 2. Pet. 1. 3 Gene. 35. 4 psal. 146 5. 3. Reg. 17 6. Luc. 8.

22. Idémque Apostoli docent in symbolo dum volunt nos credere carnis resurrectioné: animæ vero resurrectionem non item: eoquod anima non cadat. Nam quod caro quandoque significat in scripturis totum hominem, non habet hic locum. primum quia symbolum in gratiam omnium, & præcipue rudium, compositum, debuit simplicibus & proprijs verbis construi. deinde quia carnis resurrectio temporibus Apostolorum, etiam ipsis Pharisæis, solum significauit proprie dictam carnem: non totum hominem, vt qui [1] simul cum carnis resurrectione crederent spiritum esse. Adhæc, quia [2] Paulus hanc Pharisæorum sententiá probauit. Postremo, quia si anima æque caderet ac caro, Apostoli necesse habuissent minimum æque exprimere resurrectionem animæ, atque resurrectionem carnis. vt quæ sit præcipua pars hominis: cuius mors, vt corporis casus, non perciperetur sensibus: & interitus propterea haud facile in animum admitteretur. quod immortalitatis animæ notionem impressisset animis nostris naturæ author Deus.

1. *Act.* 39.
2 *eodé loco.*

23. Et hæc quidem probant in genere immortalitatem animæ. Verum quia res ista maioris momenti est, quám vt hæc sola sufficiant discentibus: dicemus de ea plenius.

24. Constat ex [1] Genesi Deum creauisse hominem ad imaginem & similitudinem suam. Deus [2] autem spiritus est. & consequenter imago hæc est in anima Porro imago debet exprimere suum exemplar, ita inquam, vt illud ex eius conspectu agnoscatur. Dei vero [3] præclarum insigne est, habere immortalitatem. Igitur anima hominis creata est particeps immortalitatis.

1. *Genes.* 1.
2. *Ioan.* 4.
3. 1. *Tim.* 6.

25. Nec est quod quis existimet eam morte, in quam homo per peccatum incidit, esse sublatam. Nam mors non est interitus partium hominis sed dissolutio iuxta illud [1] Pauli, desiderium habens dissolui. Quæ quum accidit, corpus quod de [2] terra sumptum est, in terram dilabitur. anima vero quæ [3] ex Deo profluxit, reuertitur ad Deú. iuxta hoc Ecclesiastæ verbú: Et reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum.

1. *philip.* 1.
2. *Genes.* 2.
3. *Genes. eodé cap. & vide supra sectionem* 9.
4. *Eccl.* 12.

26. Lucas scribit [1] Sadducæos sensisse non esse spiritum, id est, animam à corpore separatam. Verba eius hæc sunt: Sadducæi autem dicunt non esse resurrectionem, neque Angelum, neque spiritum. Pharisæi vero vtraque confitentur. Etsi enim spiritus quádoque pro Angelo, & sæpissime pro spiritu sancto, accipiatur in scripturis: tamen neutra significatio huic loco conuenit. Non prior. quia Angelus seorsum positus est à spiritu. ídque cum coniunctione distinctiua. quia particula τὰ ἀμφότερα, id est, vtraque, haud obscure refert Angelum & πνεῦμα, id est, spiritum, prætermissa resurrectione, tanquam omnibus notissimo Pharisæorum dogmate, quod æque constabat

1. *Act.* 23.

constabat Sadducæos negare. quia sequitur paulo post rursus disiunctiue: quid si spiritus locutus est ei, aut Angelus? Non posterior. Nam πνεῦμα positum est vtroque loco sine articulo 2. Angelus & spiritus hic æquantur: quandoquidem modo Angelus spiritui, modo spiritus Angelo præponitur. 3. nec verisimile est Pharisæos notitiam habuisse spiritus sancti. vt quem etiam [2] discipuli Ioannis ignorabant. habuerunt autem, teste [3] Iosepho, cognitionem immortalitatis animæ: Sadducæis sentientibus eam cum corpore extingui. Paulus autem Pharisæum se esse ait, non Sadducæum. Igitur Sadducæi sunt aspernati ab Apostolo, qui animam à corporis interitu superesse negant. 2. *Act.* 19. 3. *lib.* 18 *antiquitatum iudaicũ. c.* 2.

27. Sed audienda etiam sunt quæ apud Euangelistas extant de confutata à Christo hæresi Sadducæorum non credentium carnis resurrectionem: vt quæ multa contineant digna quæ hic notentur. De resurrectione autem mortuorum, inquit dominus apud [1] Matthæum: siue, vt [2] Marcus scribit, quod autem mortui resurgant, non legistis quod dictum est à Deo [3] dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob ? non est Deus mortuorum, sed viuentium. omnes enim ei viuunt, vt [4] Lucas ait. Principio autem videmus hinc, non solum habendum esse pro Dei verbo quod expressis verbis scriptum est: sed etiam quod in expresso Dei verbo latet: siue quod ex illo firma consequentia sequitur. Quum enim nullum sit in hac Exodi scriptura verbum quod expresse dicat Patriarchas viuere & resurrecturos esse: Christus tamen ait Deum ea scriptura ista dixisse. Et consequenter bene fecimus quum [5] promisimus nos dicturos de orationibus sanctorum Angelorum ex scripto Dei verbo aperto, & in aperto latente. benéq; & hic facimus, & in posterum faciemus, dum idem & hic præstamus, & postea præstabimus. Deinde audimus quod Dominus ex relatione colligit, Deũ non esse Deum mortuorum, sed Deum viuentium. eo quod sicut pater nullus esse potest absque liberis, neque Rex absque populo: ita proprie Dominus nisi viuorum Deus vocari non possit. ex quo apparet Abraham, Isaac, & Iacob, atque adeo omnes sanctos defunctos viuere. hęc autem aduersa fronte pugnant cum animarum interitu. Tertio, diligenter considerantibus ista Christi, & præcipue Dei quæ is citat, verba, manifestum est somnum quoque illum sanctarum animarum sine sensu, sine intellectu ab alijs confictum, pugnare cum Dei & Christi doctrina. Nam esse Deum Abraham, Isaac, & Iacob, significat se exhibere eis Deum, esse seruatorem eorum, est ipsis benefacere. Idémque etiam ostendit quod sequitur ex Luca, & quarto loco notandum est, Omnes enim ei viuunt. Nam viuere Deo, hic est, non amplius necessitatibus carnis, sed penitus Deo viuere, siue cælestem vitam agere,

1 *Mat.* 22. 2. *Mar.* 12. 3. *Exod.* 3. 4. *Luc.* 20.

5. *sectione* 2. *toli.* 4.

quo

6 Rom. 6. quo sensu Paulus[6] de Christo ait: quod enim mortuus est, mortuus est semel: quod autem viuit, viuit Deo. tametsi qui animam viuere prædicant, eámque simul omni sensu spoliant, prorsus animam fingant quæ nihil habeat animæ: aut ipsam animam à se discerpant: quum eius natura, absque qua subsistere non potest, sit moueri, sentire, intelligere. Quinto instruimur his verbis vt quum scriptura dicit aliquid olim in terra accidisse sanctis quos constat olim esse defunctos, id accipiamus de sanctis Deo viuentibus, & non solum de sanctis qui olim fuerunt. vt (exempli causa) cap. 16. Apoc. quia sanguinem sanctorum & Prophetarum effuderunt. hoc est, sanctorum & Prophetarum qui tunc erant in terra: nunc vero sunt coram Deo. Sexto, depræhẽdimus Christum insinuare verum illud esse quod ex Luca ostendimus, Sadducæos negasse non solum resurrectionem carnis: sed immortalitatem quoque animæ, etiam sanctæ. nam hoc præcipue agit aperte, vt credant Abraham, Isaac, Iacob, & reliquos sanctos viuere: resurrectionem vero carnis quæ præcipua quæstio erat, relinquit omnibus ex eo colligendam duobus manifestis argumentis. Quia enim sanctorum animæ viuunt, idque Deo: consequens est vt corpora quoque quandoque iterum viuant, idque Deo. vt quæ simul cum animabus Deo hic inseruierunt. Rursus, quia animæ sanctorum appellantur nominibus antiquis, tropo videlicet synecdoches quo pars sortitur nomen totius: sequitur vt totus homo aliquando instauretur. Nam si corpora irreparabiliter perijssent, animæ non essent amplius partes hominũ: sed res quędam in se absolutæ: & consequenter Deus eas nominibus totius non appellauisset. Septimo, animaduertimus nõ esse quod animicidę se propterea Sadducæis præferant quod animas cum corporibus resurrecturas credant. quãdoquidem primus gradus ad fidem resurrectionis carnis sit credere animam corpore exutã esse & viuere: quod non magis credunt quam Sadducæi. Vltimo notandum est morem loquendi de animabus sanctorum corpore exutorum sub nominibus totius, quem fideles cum priuatim, tum publice obseruant in orationibus quas collectas vocant, in litanijs, & alijs precibus, antiquissimum & sanctissimum esse. vtqui ab Exodi scriptura, & hac Christi doctrina profluxerit: & sit vitæ sanctorum & resurrectionis carnis eorum professio.

28. Christus suos discipulos animans ad corporeæ mortis contemptum maiorum suppliciorum metu, paucis verbis docet immortalitatem animæ, corporis resurrectionem, & totius hominis æterna supplicia, vel gaudia. Et
h Mat. 10. nolite, [h] inquit, timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possũt occidere: sed potius timete eum qui potest animam & corpus mittere in gehennam. Si enim anima non superesset post mortem: perinde potestas esset

tyrannis

tyrannis in animam, atque in corpus. nunc autem corpore ab eis occiso, anima salua est.

29. Idem in famosa illa apud [1] Lucam Diuitis & Lazari historia clarissime patefacit animas piorum & impiorum à morte superesse: & intelligere, sentire, meminisse, vt manifestum est à verbis, Eleuans autem oculos cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius, & cęteris vsque ad finem eius historiæ. Dicimus historiam, non parabolam, eo quod non soleat aliquis nomine vocari in parabola: hic autem nominetur Lazarus & Abraham, quòdque ipsa verba manifeste præ se ferant narrationem historiæ. homo quidam erat diues qui induebatur purpura & bysso, & cætera. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, & cætera. Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ mortuus autem est & diues, & cætera. Et vt daremus (quod dandum non est) esse parabolã: res eodẽ recideret. quãdoquidẽ parabola, id est, collatio, stare nõ potest sine veritate: vt quæ sit similitudo sumpta ex veritate. & quæ hîc dicuntur, necessario referẽda sunt ad rem præteritam, vel præsentem: non ad rem futuram post iudicium. Diues enim meminit quinque suorum fratrum, qui adhuc hic viuebant. & Abraham ait eos posse audire Moysem & Prophetas, id est, Mosis & Prophetarum libros: qui vtique non extabunt post iudicium, sicut neque vlli homines erunt in terra. 1 Luc. 16.

30 Christus pendens 1 in cruce Latroni eum his verbis oranti, Memento mei Domine quum veneris in regnum tuum, respondit: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Nota Lector contra animicidas & somni animarum confictores, particulas, eris, &, mecum, & in paradiso. ac ne cauillatione aliqua tibi imponant, considera particulam, hodie, respondere verbis, quum veneris. 1. Luc. 23.

31 Christus moriens 1 cõmendauit & 2 tradidit in manus Patris spiritũ suũ, neque dubiũ est quin Pater quem cõmendabat & tradebat spiritum susceperit. eoque verbo Stephanus moriens 3 vsus est dicens, Domine Iesu suscipe spiritum meum. Non traditur autem quod euanescit: nec suscipitur à manibus Dei & Christi quod non est. 1. Luc. 23. 2. Ioan 19. 3. Act. 7.

32. Petrus [1] ait Christum mortuum venientem his qui in carcere erant spiritibus prædicasse. Erant ergo iuxta eius sententiam, & viuebant sensu & intelligentia præditi spiritus qui in carcere detenti Christum prædicantem audierunt. 1. 1. Pet. 3.

33. Paulus compluribus locis manifestat animas sanctas à morte superesse, sensu & intellectu præditas. nominatim in [1] posteriore ad Corinthios epistola. Scimus, inquit, quoniã si terrestris domus nostra huius habitationis 1. 2. Cor. 5.

H dissol-

2. Phil. 1 dissoluatur, quod ędificationem ex Deo habemus domum non manufactam in cęlis. & in epistola 2. ad Philippenses, desiderium habens dissolui, & esse
3. Hebr 12. cum Christo. & in epistola 3. ad Hebræos eo loco quo inter nostros conciues numerat Angelos primitiuos qui conscripti sunt in cælis, & spiritus iustorũ perfectorum.

34. Ioannes in Apocalypsi describit sæpius vitam sanctarum animarum à corpore separatarum: earumque excellentia opera, nominatim c. 4. 5. 6. 7. quorũ verba in sequentibus tractatibus citabimus alijs de causis.

1 Math. 18. 35. Postremo apparitiones & colloquia sanctorum præsenti vita defũc-
2. 2. Machab vltimo. torum: vt (exempli causa) 1. Mosis, Oniæ, 2. Ieremiæ: ac miracula quæ & olim, vt ad 3. contactum ossium Elizæi: & postea à temporibus Apostolorũ,
3. 4 Reg 13 teste toto mundo, facta sunt apud sanctorum reliquias & memorias: declarant eos viuere sapientes & fortes.

1. Sape 3. 36. Damnauit autem olim etiam Sapientia Salomonis insipientiæ eos quibus sancti videbantur secundum animam mori. Iustorũ animæ, 1 inquit, in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum. visi sunt oculis insipientium mori: & existimata est vexatio eorum exitus, & (vt græci legunt) à nobis abitus contritio. Illi autem sunt in pace.

1 nominatim Chemnitius in principio tractatus de veneratione sanctorũ & infra pagina 632 & se in impressione Frãcofortensi anni 1576. 2. titulo 1 sectionibus 10. & seq.

37. Damnant & hos Anabaptistarum errores etiam cæteri hæretici tãquam impios & fanaticos. Neque Catholici eos ipsis, vt quidam eorũ 1. simulant, affingunt. Sed quod dissimulant, repræhendunt in eis quod quum videant meliora probéntque, deteriora sequantur: dum vulgo vsurpant importune sanctos mortuos: & eos sæpius generali tantum nomine mortuos cõtemptim appellant.

38. Ostẽdimus 2 suo loco multos venire appellatione sanctorũ in scripturis: nominatim Sanctos qui sunt in terra: & Sanctos qui hinc ad Deum migrauerunt. Proinde non male faciunt, qui Sanctos de quibus loquendum est, discernunt ab alijs. Neque dubium est quin ij de quibus tractamus pos-
1. Matth. 27 sint varijs appellationibus distingui ab alijs. Nam vocantur à scriptura 1 Sancti qui obdormierunt. neque male dicuntur ex doctrina Scripturæ Sancti per Exochen, comparatione videlicet Sãctorum qui sunt in terra: Sancti mortui, Sancti præsenti vita defuncti, Sancti corpore exuti, Sancti qui dissoluti sunt cum Christo, Sancti qui præsentes sunt Domino.

1 Roma. 14. 39. Veruntamen plurimum interest quid singulis locis dicatur. Exempli causa: Si tractemus de morte quã Sancti 1 perpessi sunt, & de eorũ resurrectione, vel de Dominio Christi quod non in viuos modo, sed in mortuos quoque porrigitur: opportune vtemur appellatione Sãctorum qui obdormierunt vel Sanctorum mortuorum. sin sermo sit de eorum pro nobis orationibus,

de Inuocatione eorum, de admirabilibus eorũ operibus, & de alijs eiusdẽ generis factis, importune eos vocauerimus sanctos mortuos. nisi id fiat ad maiorem potentiæ eorum exaltationem : quam hæretici non agnoscunt. Sed tamen hic appellationis eorum error non est maximus.

40. Illud eorum erratum plane intolerabile est quod in harũ rerũ tractatibus sæpius eos designant generali mortuorũ nomine: vt (exempli causa) Melanchthõ quũ 1 ait: Pauca igitur de Inuocatione mortuorũ dicã. Et paulo post: Erat consuetudo facere mentionẽ mortuorũ in publicis precibus. Et iterũ: fortassis aliqui priuatim mortuos inuocabant. vt Caluinus 2 quum scribit: dum mortuorũ precibus & meritis miscetur, quàm si ea penitus omissa, soli mortui in ore essent. Quasi scilicet aut soli sãcti mortui sint : aut fideles quibusuis mortuis tribuant quæ sanctis ascribunt.

1 in libro cõtra iudicium Coloniensiũ.

2. libro. 3 Instit. c. 20 sect. 21.

41. Procitiscitur autẽ hoc maledictũ à diaboli in Sanctos inuidia. quæ olim Iulianũ quoque apostatã impulit in eandẽ cõtemptibilẽ appellationẽ, tametsi crederet animã esse immortalẽ. vt videre est in eius libro quẽ Cyrillus 1 cõfutat. Oportebat autẽ eos talẽ antesignanũ perhorrescere: & Scripturã potius imitari : quæ vbi opportunis locis Sanctos mortuorum nomine designat, addit particulas, In Domino 2 In Christo, 3 & similes.

1 præsertim libro 6. & 10.

2 Apocal 14
3. 1. Thess 4

Quod Sancti corpore exuti sint in Cælo.

Titulus VI.

Diu est quũ claritas euangelicæ doctrinæ discussit caliginem, quã quidã induxerant in Ecclesiã, dũ Sãctos corpore exutos volebãt esse in Inferno: vel sub terra: vel in paradiso terrestri: quasi scilicet anima à corpore separata requireret oblectamenta corporalia: vel in inuisibili aliquo loco eis à Deo destinato: vel in communi custodia: vel in pluribus custodijs : vel in abditis quibusdã receptaculis: omnibus Catholicã sententiam amplectentibus, quod sint in cœlo.

2. Sed hoc sæculũ est vsque adeo infælix, vt nihil sit, quantumuis certũ, quod hæresis aggredi nõ audeat. Caluinus libro tertio Institutionis capite 25 sectione 6. nõ vult quæri, ne disputationis quidẽ causa, quem locum occupet sanctæ animæ. quod stultum & temerariũ sit de re incognita altius inquirere. Et paulo post ait hanc quaestionem ineptam & futilem esse : quando non ea sit animae dimensio, quae corporis. Quasi scilicet quispiam sentiat animas occupare locum similem loco corporũ: aut quasi Deus nos celauerit vbi sint

sactae animae In concordia vero euangelica scribés in verba capitis 16. Lucae, delatus est ab angelis in sinum Abrahae, licet hic quoque nolit nos cogitare de loco earum: tamen expressè ait eas etiam ante Christi mortem fuisse cũ Abrahae in cœlo: in his verbis: iam eodem in cœlis domicilio fruantur. Idemque insinuat ad verba, super hæc omnia, quum ait clausum esse transitum si quis à cœlo ad Inferos descéderevelit. In fine autem sectionis vigesimæ capitis 20 libri tertij Institutionis pronuntiat solum Christum ingressum esse sanctuarium cæli: reliquos vero omnes residere in atrio ad consummationem vsque saeculorũ. Et scribens in verba Christi apud 1 Ioannem, Vado
1 Ioan 4. vt parem vobis locum, aperte tradit nullas animas sanctorum, neque eorum qui Christum praecesserunt, neque eorum qui ipsum secuti sunt, esse in cælo: sed hoc donum differri in diem extremum.

3 Potéstne autem quispiam secum magis pugnare, quam si dicat non esse quaerendum, ne disputationis quidem causa, de loco sanctarum animarum: & eum qui de ipso quaerat, stulte, temere, inepte, & futiliter facere? & nihilo minus non semel de eo quaerat, &, quod amplius est, pronuntiet? quã si affirmet animas Patrũ fuisse in cœlo ante Christi mortem: & non fuisse in cœlo ac ne nunc quidem vllam esse, vel futuram esse ad resurrectionis vsque diem? huic Lector animam tuam commendes, si beatam velis. Sed venia-
1 o. Psal. 30 mus ad rem.
& Iacob. 2.

4 Nullus Fidelium credit animas defunctorum esse in tali loco, in qua-
2. Esai. 56. li sunt corpora, vt qui sciãt eas 1 esse & vocari spiritus. veruntamé omnes fi-
3. Ioan 14. deles credunt eas esse in loco spiritui conueniẽti: ita vt quũ hic sint, non sint
4. Luc. 16. alibi. habét enim, sicut & ãgeli, naturã circũscriptã & certis limitibus definitam. de quali sanctorum animarum loco dominus ait apud 2 Esaiã: dabo eis
5. Iudic. 2. in domo mea & in muris meis locum. Et 3 Christus apud Ioannem: vado vt
6. Luc. 11. parem vobis locum. sicut de dãnatarũ loco diues ille epulo inquit 4 apud Lucam: ne & ipsi veniant in hunc tormentorum locum. Inuenitur que etiam Angelis similis locus tributus à scriptura: bonis quidem in libro 5 Iudicum, vbi angelus dicitur venisse ad locum flentium: malis vero, vbi 6 Christus ait immundum spiritum, quum exierit ab homine, ambulare per loca arida & inaquosa. De loco ergo animabus conuenienti loquuntur Theologi, quum quaerunt, non ambigúe positis verbis, vt hic versipellis dum ait, quem locum occupét: sed vbinam sint? Et consequenter non inepte & futiliter id quaerunt, sed sapienter.

5. Quod autem non temere istud quaerant, manifestum est ex eo quod scripturae loca sanctarum animarum declarauerunt. Sed Caluinus quia ea nolebat agnoscere, vt se quoquo modo liberaret, si ab eo, quod proxima erat

quae

quaereretur, vbinã ergo essent? callide quidem, sed iniuste damnauit hanc quaestionem illorũ probrorum. Oportuerat autem tum ipsum, tum eos veteres qui eas in locis Deo cognitis, nobis vero incognitis, collocauerunt, minimũ cogitasse ne veri simile quidẽ vllo modo esse Deum qui caelare noluit locum damnatarum, caelauisse fideles loca sanctarum. 1. sectionibus

6. Et quidem probauimus 1 multis scripturis in libro de descensu Iesu 18. & 19.
Christi ad inferos, animas sanctorum ante Christi mortem descendisse ad Infernum: non illum damnatorum, ex quo nulla est redemptio: sed eum in quo requies erat & consolatio: qui dictus fit à Christo sinus Abrahae. & vulgo in scholis Limbus. Christum vero ad eum descendisse, non vt exemplar esset futuris sanctis descensus ad eum: sed vt eos qui hic detinebantur, liberaret: & hanc diaboli in sanctos tyrannidẽ in posterum euerteret. Quod quia quidam Veteres non animaduerterunt, inciderunt in errorem: dum temere existimauerunt Christum, qui exemplar nostrum fuisset in morte, resurrectione, & ascensione, quod quidem ad corpus attinet: exemplũ quoque suo hoc descensu nobis praebuisse sanctorum ad Inferos descensus.

7. Hic solum probandum est scripturas docere sanctas animas, quae 1. Ephes 4.
istic captiuae detentæ à Christo liberatae sunt & quae post eius ascensũ cor- 2. Psal.
pore excesserunt, esse in cœlo.

8. Igitur Christum ascendentem ad cœlum duxisse illas secum, mani- 3. 2 Deuter.
festũ est ex 1 Apostolo 2 Dauidis sensum sic referente iuxta vulgarem lectio- 21. & 1. Pa-
nem, etiam ab Hieronymo, & à graecis Chrysostomo & Theophylacto pro- ral. 28.
batam: Ascendens in altum (id est, vt is Paulo post interpretatur, supra om- 4. Psal. 61.
nes cœlos) captiuam duxit captiuitatem: hoc est 3 multitudinẽ captiuorum: puta quàm ceperat (vt idem insinuat) descendens in inferiores partes terrae: 4 hoc est, in Infernũ. Neque enim potest intelligi eas aliò duxisse, quàm quo ascendebat, id est, in altum, siue ad cœlum cœlorum, quod est supra omnes caelos corporeos. Ascendens, inquit, in altum captiuam duxit captiuitatem: puta, in altum. Id quod non quadrat in diabolum, carnem, & mundum. quos quidam hic importune ingerunt ductos fuisse à Christo in triumpho, idque eo minus, quod Apostolus solum dixerit, duxit: & non quod ei addunt, in triumpho.

9. Et verò nullo modo conueniebat vt tantus Imperator ascenderet ad cælũ incomitatus. quin potius eius maiestas postulabat, vt qui ab eo in libertatem asserti fuerant, & fratres eius adoptiui erant, ipsius vestigia sequerentur, praesertim obuiam ei veniente Deo, Patre ipsius & Patre ipsorum, cũ immensa Angelorum multitudine: teste Dauide eo 1 psalmo quo Christi ascensum & eius in homines dona praeuidit in spiritu, ex quo Paulus sumpsit 1. Psal. 67.

etiam quod iam-iam citauimus. nam quum laudato Dei monte (puta, eode quo locutus fuerat psalmis 23.& 42) dixisset, Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem: addidit: Currus Dei decem millibus multiplex: millia laetantium. Dominus in eis. Deinde
1. Exod. 19. ne miraremur hunc Domini cum suis Angelis occursum, adiecit: In Synai,
3 Deuter 33. In sancto. His enim verbis significauit Deum aliâs longe minori de causa
4.3.Reg.8. aduenisse cum suis angelis. nimirum in Synai 2 quum legé dedit. tunc enim 3 apparuit 3 de monte Pharã, & cum eo sanctorum millia. & in Sancto 4. Sanctorum, vbi dabat responsa.

1. Hebr. 12. 10. Praeterea autem idem Apostolus in epistola 1 ad Hebraeos addit innumerabili angelorum conuentui ecclesiã primitiuorum siue primogenitorum (id est, Patriarcharũ & aliorum procerũ veteris ecclesiae cum reliquis eorum imitatoribus) qui conscripti sunt in coelis: hoc est, qui nouiter ascripti sunt
nominatim cum angelis in coelis. Et Ioannes in Apocalypsi non 2 semel collocat in coelo
c.4.& 5. viginti quatuor seniores. de quorum numero esse Patriarchas & Prophetas nemo est qui inficietur.

11. De Apostolis vero, & in eis de caeteris sãctis Christus sic 1 ait: Vado v
Ioan. 14. paré vobis locũ (abibat auté, omniũ confessione, ad Patré in caelũ) Et si abiero
2. Luc. 12. & praeparauero vobis locũ, iterũ venio (puta, per angelos 2 antecursores
& 16. meos in morte, & per 3 me-ipsũ in vltimo die) & accipiam vos ad me-ipsũ
3. Matth. 25 (prius secundũ animam: & suo tempore secundum vos totos) vt vbi sum ego, & vos sitis. hoc est, in caelo ad quod sum breui ascensurus.

12. Nempe Christi aduentus in morte & in vltimo die non habentur nisi pro vno aduentu consummato, consideratione totius hominis, quomodo (exempli causa) opus aliquod inchoatum & perfectũ non nisi vnum opus est. Et dies mortis idé est cũ vltimo die, quod ad iudiciũ attinet, quando-
1 nominatim quidé quales in morte iudicamur secundũ animã, tales toti iudicabimur in vl-
Matth. 24 timo die. Quae Scriptura significat, dũ 1 modo transit ab aduentu vltimae diei
& Marc. 13. ad aduentum in die mortis: modo ab hoc 2 ad illum transitum facit: modo de
2. 2. Cor. 5. vtroque 3 simul loquitur.
3. Luc. 12.

13. Et operaepretium est considerare quam solicite Christus eodem loco Apostolos de suo discessu moestos consoletur. Dixerat capite 13. se ire ad Patrem. quod quia sentiebat ipsis esse valde graue, constituit eos consolari. ac vt id cũ maiore fructu faciat, postulat ab eis initio capitis 14 vt ijs quae dicturus est eandem quam Dei verbis fidem habeant: Creditis, inquit, in Deum: & in me credite. Deinde addit: In domo Patris mei mansiones multae sunt. ac si diceret, non se abire ad Patrem vt ab eis separatus maneat, esse enim in domo Patris sui, id est, in coelo, non sibi vni locum: sed etiam ipsis & multis alijs.

alijs. Eisque adijcit, Sin minus, dixissem vobis: hoc est, si me vnum cælestis domus maneret, nollem vos frustrari, dixissem ergo vobis, nemini præterquam mihi vni locum esse in cœlo apud Patrem. sed res aliter se habet. quia vado vt parem vobis locum. Præpropera autem, atque adeo ridicula fuisset hæc tam solicita consolatio, si Christus abiuisset in cœlum vt eis locum præpararet solum in diem resurrectionis, reiectis in tantum tempus animabus eorum à sua consuetudine, eius nunc capacibus.

14. In Apostolis autem etiam omnes electos comprehendi, Dominus clarius exposuit. quum [1] postea ait: Pater quos dedisti mihi volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum. 1. Ioan. 17.

15. Sed quia incidimus in mentionem mansionum domus Dei, siue cœli, committere non debemus quin obiter Lectorem admoneamus, has mansiones, quas [1] alibi Dominus appellat æterna tabernacula, non male quoque dici receptacula sanctarum animarum consideratione migrationis è corporibus: & custodias considerazione conseruationis: & promptuaria (quo nomine liber [2] quartus Esdræ vtitur) respectu resurrectionis. dummodo ea nunc non alia habeantur, atque cælestis istæ mansiones. quod dum quidam Veteres non obseruauerunt, inciderunt in errorem. Verum redeamus ad propositum. 1 Luc. 16. 2. 4 Esdr. 4.

16. Stephanus [1] visis cœlis apertis & Filio hominis stante à dextris virtutis Dei, ait, Domine Iesu suscipe spiritum meum: nimirum, in cœlis vbi te video. 1. Act. 7.

17. Paulus quibus verbis dixit in [1] epistola ad Hebræos Spiritum Sanctum significasse quamdiu vetus tabernaculum stetit, nondum propalatam siue manifestatam fuisse viam in sancta, id est, in cœlum: haud obscure significauit viam in cœlum propalatam fuisse sublato typico tabernaculo, & consequenter damnat Caluinum [2] obseruantem post euersionem huius tabernaculi, distinctionem inter ingressum in sācta & ingressum in atrium. 1. Hebr. 9. 2. vide supra sectionem 2.

18. Et quum postea [1] ait Christum ascendentem in sancta, id est in cœlum, intrauisse, siue dedicauisse nobis viam nouam, & viuentem: ita vt fiduciam habeamus adeundi in sancta in sanguine eius: declarauit ab ascensu Christi patere fidelibus viam in cælum quæ antea non patuerat, esse qui hanc viam semper terant, vt quæ ab eis dicatur viuens, eos autem qui fiduciam adeundi in cœlum differunt in vltimum diem, pretium sanguinis Christi valde imminuere. 1. Hebr. 10.

19. Quæ vero is tribus sequentibus locis scribit, ea clarissime docent quod intendimus. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius 1. 2. Cor. 5.

habi-

2. capite eodē habitationis dissoluatur, quod aedificationem ex Deo habemus (nota Lector, habemus, praesenti tempore) domum non manufactam in cœlis. 2. Audétes 2 igitur & scientes quoniam dum sumus in hoc corpore. peregrinamur á Domino (per fidem enim ambulamus, & non per speciem) audemus auté & boná voluntaté habemus magis peregrinari à corpore, & praesentes esse ad Dominum 3. Desiderium 3 habens dissolui, & esse cum Christo.

20. Omittimus caetera testimonia: tū quia qui his nō reiicitur, nullis cedet: tum quia Lutherani omnes, & plerique Caluinistae fatētur Sāctos corpore exutos esse in cœlo.

Quod sancti corpore exuti videant Deum per speciem,

Titulus 7.

1. in cap. Apostolicā. ex extra. presbytero non baptizato.

2 in extrauagāti quae incipit, Benedictus Deus. quam Alfōsus de castro integram refert de ver bo ad verbum in sexta haeresi de beatitudine. 3. in literis vnionis. 4.

Neque verò Caluino vlla alia vera causa fuit absterrendi suos à quæstione de loco eorum: deinde negandi eos in cælo esse: quàm quia constituerat inficiari eos videre Deum per speciem, vt hoc quoque prætextu aggrederetur eorum Inuocationem, nihil moratus quod 1 Innocentius 3 & præcipue 2 Benedictus 12 deinde concilia 3 Florentinū & 4 Tridentinū hāc quæstionem cum præcedente plane contra definiuissent, atque ipse sentiret.

1. Hebr. 9. & 10. 2. Vidit enim Paulum in 1 epistola ad Hebræos insinuasse velo templi significatum fuisse cœlum. Et cōsequenter quomodo velum quamdiu stetit expansum, impediuit ne sancta viderentur: cæterū eo 2 scisso in Christi morte à summo vsque ad imum sancta visa fuerunt: Ita cælum quidem obstitisse, quo minus Deus videretur, quamdiu nullus id ingressus est. verum vbi sancti ad id ascenderunt, Deum ab ipsis visum esse, vt qui in 3 cælo, velut in regia sua, esse dicatur.

2. Math. 27.

3. Math. 6.

3. Quamquam is hanc quoque quæstionem æque inconstanter tractauit, atque praecedentem. nam tertio Institutionis libro. c. 26. sect. 6 prenunciat stultum & temerarium esse hac de re inquirere. Valde, inquit, se torquēt multi disputando num caelesti gloria iam fruantur, nec ne (puta, animae sánctorum.) Atqui stultum & temerarium est de rebus incognitis altius inquirere, quàm Deus nobis scire permittat. Scriptura, vbi dixit Christū illis praesentem esse, & eas recipere in paradisum, vt consolationem percipiant: reproborum vero cruciatus quales meritae sunt perpeti: non vltra progreditur. quis iam doctor aut magister, quod Deus nobis caelauit, patefaciet? Et idem

Idem nihilo-minus paulo post eadem sectione definit eas non frui gloria caelesti: sed eam expectare iuxta doctrinam scripturae & consequenter damnat semetipsum stultitię & temeritatis; atque adeo mendacij. Interea, inquit, quum scriptura vbique iubeat pēdere ab expectatione aduentus Christi: & gloriae coronam eousque differat, contenti simus his finibus, diuinitus nobis praescriptis: animas piorum militiae laboribus perfunctas in beatam quietem concedere, vbi cum fœlici laetitia fruitionem promissae gloriae expectant. atque ita omnia teneri suspensa donec Christus appareat Redemptor. Reprobis vero eandem esse sortem dubium non est, quam Iudas diabolis assignat. vinctos catenis teneri, donec ad supplicium cui addicti sunt, trahantur. In commentarijs autem in caput 12 posterioris epistolæ ad Corinthios agnoscit eas frui cælesti gloria & vita beata. Sic enim ait: Quoniā hortus Dei in scripturis vocatur amœnissima quæque & beatissima regio: Inde 1. Esai. 51
vsus apud Græcos inualuit vt paradisus cælestem gloriam significaret. quem admodum patet ex Ecclesiastico c 4. & 44. atque in hūc sensum capitur apud Lucam c 23 in responso Christi ad Latronem, hodie eris mecum in paradiso: hoc est, frueris Dei præsentia in conditione vitaque beatorum.

4. Solet autem hæc quæstio moueri varijs verbis, sed quæ rem eandem designant. Quæritur enim an habeant vitam, vel requiem æternam? an sint vere beatæ? an receperint coronam gloriæ? an Deum videant per speciem, facie ad faciem, sicuti est? & quod ita explicat, an videant diuinam essentiā, siue an diuina essentia perfruantur. Nec male etiam quæritur an cælesti gloriæ fruantur: tametsi Caluinus callide his verbis libentius vtatur, propterea quod neganti eas esse in cœlo promptum sit inficiari eas frui cælesti gloria. elegimus autem præ alijs tum hic expresse memoratis, tum intellectis in synonymis quærere an videāt Deum per speciem: eo quod scriptura his verbis per consequentiā vtatur in animis à corpore separatis: quodque hæc 1. 2. Cor. 5.
Dei visio causa sit beatitudinis; quę varijs verbis significatur. Sed dicamus de ipsa re.

5. Scriptura quum dixit Sāctos qui peregrinātur à corpore, pręsentes 1. 2 Cor. 5.
adesse apud Dominum: & quum significauit 2 in paradiso esse cum Christo: 2. Luc 23.
sufficienter docuit eos videre Deum per speciem, siue sicuti est, vel facie ad faciem. videmus enim per speciem & sicuti sunt, quaecunque nobis præsentia sunt facie ad faciem praesentes homines, & Deum cuius facies tro 3. Matth. 18
pæ treis iterum. Et paradisus, in responso Christi ad 4 latronē (quod non prop 4. Luc 23.
ter ipsū tantū, sed etiam propter sanctos editum est) haud obscure significat iuxta loci circumstantias, delicias regni Dei & Christi quod est in altero seculo, easque tales, qualibus ipse-met Christus fruitur: hoc est, beatitudinē

æternã. Respondet enim petitioni, Memento mei quum veneris in regnum tuum, vt apparet ex verbis, Amen dico tibi: quæ manifeste concedentis sunt petitioni. Neque solũ dictum est, hodie eris in paradiso: sed hodie mecũ eris in paradiso.

5.2. Cor. 5. 6 Ex abundanti tamẽ Scriptura vltra progressa est. docuit enim hac præsentia Deum videri per specẽ abolita fidei visione: dum paulo ante 6 dixit eos qui peregrinantur à Domino ambulare per fidẽ, & non per speciẽ: & per
6.1.Cor.13. consequentiam indicauit præsentes Domino ambulare per speciẽ & nõ per fidem. quam mutationẽ in priore ad 2 Corinthios epistola notauerat verbis: videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autẽ facie ad faciẽ docuit causam cur Christus suos voluerit secum esse in cœlo, hanc esse, vt videãt
5.Ioan.17. gloriam quam Pater ei dedit, quum ipsum ab æterno genuit. Pater, inquit 5. Christus apud Ioannem, volo vt vbi sum ego & illi sint mecum, vt videant claritatem, siue gloriam meam quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante mundi constitutionẽ. Species autem, siue forma, & gloria Dei res eadem sunt
4.2 Cor. 12 cũ Dei essentię. docuit praeter istã formalem (vt ita dicam) paradisi significationem, caelestem esse regionem paradiso terrestri significatam: quae nunc 4. tertium cœlum, nunc paradisus Dei Christi dicatur: in quo Christus dei vincenti edere de ligno vitae: id est frui beata & diuina immortalitate, iuxta eius
5 Apocal.2. 5. promissionem: vincẽti dabo edere de ligno vitae, quod est in paradiso Dei
6.Apocal. 2 mei. Denique docuit in morte dari fidelibus vsque ad mortem, coronam vitae: iuxta eiusdem 6 Christi verbum: Esto fidelis vsque ad mortem: & dabo tibi (nonne Lector manifeste intelligitur, in morte?) coronam vitae.

1.Matth 25 7. Quod vero quidam veterum hic errauerunt, inde praecipue accidit,
2. Matt.20 quod eis in mentem non venit aliud esse animam, aliud hominem: neque rec
3 Matth. 25 te vbi oportuit distinxerunt inter locutiones synecdochicas, & proprias. Le-
4 Daniel 12 gebant 1 Christum in vltimo die iudicaturum pios & impios: Patrẽfamilias 2
5.1. Ioan.3. omnibus operarijs simul redditurum mercedem ad vesperam: Christum 3 in iudicio vocaturum electos in possessionem regni æterni: populum 4 Dei in illo tempore saluatum iri: 5 similitudinem gloriae Christi promitti, quum apparuerit: quia videbimus eum sicuti est. Ex his colligebant frustra iudiciũ futurum, si ante factum fuisset: mortem non esse vesperam in qua omnes operarij simul recipiant mercedem, sed finem mundi: non possidere nunc regnum cœleste, qui in vltimo die mittendi sint in eius possessionem: non esse modo in regno cœlesti, quibus tunc dicetur vt veniãt: populum Dei non esse in hoc tempore saluum, qui in illo saluandus sit: non esse Christo similes, qui nondum apparuerit. Sed hæ collectiones nullius pretij erant. eo quod haec omnia scripta sint proprio sermone de homine. qui licet, à morte nunc

non

non sit tamen ante futurus est per resurrectionem, quàm iudicetur & recipiat secundum opera sua non de anima: quae vt proprie loquendo non est homo: ita tametsi iudicata videat Deū ... non praeiudicat his sententijs 1. Iustum enim est non solum animam, sed hominem quoque suo tempore iudicari & recipere secūdū opera sua: vt qui is sit qui proprie loquendo bona & mala egerit eaque non postrema causa est ex quinque quae 6 suo loco redduntur cur post iudicium an mae particulare, de quo 7 scriptum est, facile est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundum vias suas, iudicium generale sit futurum. 6. ad articulum, inde venturus est iudicare viuos & mortuos 7 Eccles. 11.

8. Et quod Caluinus alludens ad locum Pauli 2. Timoth 4. de reposita corona iustitiae in illa die, eum 1 applicat animabus piorum: manifesta depravatio est scripturae. Apostolus enim sic scribit: Reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: non solum autē mihi: sed & ijs qui diligunt aduentum eius. Hic vero audimus ter, mihi: & praeterea: sed & ijs qui diligunt aduentum eius. neque ignorare possumus Paulum & caeteros qui diligebant aduentum Christi, fuisse tunc non animas, sed homines. 1. supra sectione. 3. 1 titulis sectione 12.

9. Oportuerat autem illos ex eo quod Dominus reddet homini vitam aeternam in vltimo die potius collegisse eum prius eandem reddere animae: quandoquidem aduentus in morte & in vltimo die pro vno consummato aduentu habentur 2. in scriptura & dies mortis & consummationis mundi censetur. vnus dies. quod ad iudicium attinet, vt i suo, 1 loco diximus. 1 Heb. 11. 2 eodē capite

10 Quidā vero etiā locis Pauli decepti sunt quibus ait 1 Abrahā, Isaac, & Iacob defunctos esse non acceptis repromissionibus: & plurimos 2. alios iustos nō accepisse repromissionē Deo melius aliquid pro nobis prouidēte vt non sine nobis consummarentur: dum non ... naduertunt eum eodem loco dicere eos accepisse repromissiones: operati sunt, inquit, iustitiam, adepti sunt repromissiones. neque distinguūt repromissiones quietis, consolationis & beatitudinis animae quas isti assecuti sunt, à repromissionibus factis de manifestatione Christi, de doctrina eius. & effusione gratiarum ipsius, item de resurrectione carnis, quae ad Patres facta, re ipsa adimpleta est in Christo: in sanctis vero non ante adimplebitur, quam omnes simul consumentur. haec enim repromissio dicitur etiam in scripturis repromissio per exochen, nominatim Act. 13. & 26.

11 De eo autē quod Ioannes in Apocalypsi 1 scribit. Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei. sic habendum est: constare ex scriptura repudiandum esse crassum illum sensum quasi altare significet terram, vel reconditum aliquod receptaculum in quo animae sint in tenebris: 1 Apocal. 6

ac ne istum quidem subtiliorem amplectendum. quasi altare significet humanitatem Christi, quàm sancti in altum prospicientes videant: sed non possint Deum videre, eo quod ea velut quidam paries eius conspectum impediat. Nam Ioannes eodem loco narrat istis datas esse singulas stolas albas. certum
a 1. Cor. 5. autem est ex a Paulo hanc stolam albam significare vitam absorbentem quosuis mortales affectus animæ etiam innoxios: id est, vitam beatam, quàm is quoque paulo ante appellat domum non manufactam æternam in cœlis, & habitationem de cœlo qua cupiamus superindui. Scimus enim, inquit, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem à Deo habemus domum non manufactam æternam in cœlis, nam & in hoc ingemiscimus habitationem nostram quæ de cœlo est superindui cupientes: si tamen vestiti & non nudi inueniamur. nam & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati, eo quod nolumus expoliari, sed, superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est à vita. Ac ne vllus vel minimus scrupulus
a Apocal. 7. hic restaret, idẽ Ioãnes a postea scribit hos martyres stolis albis indutos stare ante thronũ Dei: & seruire ei die ac nocte in tẽplo eius. Qui autẽ stãt ãte thronũ Dei, parati vt nutui eius sẽper seruiãt in tẽplo eius: vtique hi vident Deũ sedentẽ in throno suo in cœlo. Itaq; altare Ioanni significat Christũ immolatũ: & quod is dicit se vidisse animas interfectorũ propter verbum Dei sub altari, significat hos interfectos tametsi mortui sint propter verbum Dei: tamen dignitate longe inferiores esse Christo, vt cuius passionis merito etiam datum sit eis mori propter verbum Dei.

12. Et vero quum Deus non sit procliuior ad puniendum iniustos, quàm ad remunerandum pios: Imo e contra longe sit procliuior ad compensandũ Bona, quàm ad retribuendum peccatis mala: Is autẽ iniustos defunctos nunc
a Luc. 16. gehennæ tormentis cruciet in inferno, vt manifestum est ex a historia diuitis illius & Lazari, & ex multis alijs scripturis: consequitur vt multo magis nunc pios remuneret secundum animam gloria in cœlo.

b vide eius verba supra sectione tertia. 13. Caluinus autẽ etiam b in eo errat, quod non distinguat præsens animæ impij tormentũ à futuro impij hominis tormẽto. cum certum est differri in vltimũ diẽ eo quod homo iniustus perinde ac iustus, neque nunc sit, neque
a 2. Petr. 2. futurus sit ante vltimũ diẽ. Petrus namque a manifeste loquitur de homine quum ait: Nouit dominus pios de tentatione eripere. iniustos vero in diẽ iudicij reseruare cruciandos. Iudas autẽ quo loco b loquitur de præsenti iudicio
b in epistola sua Catholica. dæmonum pronũtiat verbis expressis Sodomã & Gomorrham, ac finitimas ciuitates, hoc est, habitatores Sodomæ & Gomorrhæ ac finitimarũ ciuitatũ, in exemplũ futuri iudicij sustinere pœnam ignis æterni. vt hoc firmiter credentibus nihil officiat qualecunque tandem sit præsens dæmonũ iudicium.

14. Et

14. Et vero si Angelis colligendus sit status sanctorum præsenti vitæ defunctorum, longe iustius cum æstimauerimus ex conditione bonorum angelorum, quam malorum. Boni autem angeli vident faciem Dei 1 & consequentur etiam sancti defuncti.

1. Matth. 18

15. Probaturque idem dogma etiam argumento. Deus 1 praecepit homini ne moretur apud ipsum opus mercenarij sui vsque mane. Igitur Deus, qui iustus est, atque adeo ipsa iustitia multo minus retinet mercedem animarum sanctarum gloriae suae capacium, ad consummationem vsque saeculi.

1. Leuit. 19.

16. Ostendimus ex Scripturis quantopere Caluinus, tum in praecedenti, tum in hac quæstione erret & si attendimus quaecūque diximus, perspeximus eum ne hoc quidem iure obtendere posse multos tum veteres, tum Neotericos aliter de eis sensisse, atque docuimus. Fuerunt enim (vti 1 diximus) decepti non recte accipiendo Scripturas quæ de vltimo iudicio & non accepta retributione loquuntur quarum posteriores etiam 2 Caluinus aliter accipit, atque ipsi interpretati sunt vero circunstantiae manifeste declarant scriptas esse de homine: non de sola eius anima: quæ homo nō est, proprie loquēdo. Eosdēque scriptores alij quoque particulares errores quos perstrinximus adiuuerunt vt facilius hic quoque caderent &, cuius errati nullā mentionem fecimus, quosdam impulit in casum error Chiliastarum. Quorū omniū errorum nullum Caluinus vel alius quispiam ex Nouatoribus amplectitur.

1. sectione 7 & 10.
2. in c. 11. ad Hebr.

17. Quibus accedit quod quidam istorū Scriptorū nonnullis locis operum suorū tradiderunt orthodoxā sententiam errori contrariam, alij vero ea clare alijs locis prodiderūt, ex quibus obscuri eorū loci qui ad hæc errata prima facie propendere videntur, recte intelliguntur à 1 Catholicis. Quarū legitimarum exceptionum: Caluinus & 3 Magdeburgenses vsque adeo nullā rationem habent, vt quorundam Scriptōrum erroneas vel obscuras sententias citent: prætereant vero eorundem sententias manifestas & orthodoxas.

1. vt videre est apud R. Robert. Bellarminū in libro de beatitudine sanctorū c. 4. et 5.
2. Caluinus in Psychopannychia in expositione ad quintum argumentum.

3. Magdeburgenses tum alijs locis: tum centuria quarta capite quarto titulo de loco animarum.

1 c. 7. parte 1. 2 in epistola ad Romanos. 3 apud Eusebium eccles. hist. lib. 4. c. 15. 4 libro 5. c. 20. 5 homilia. 3. in Lucā 6 epistola 56. libro 4. ad Antonianum. & c. 11. libro de exhortatione martirij. 7 libro 4. hist. eccles. c. 15. & libro 6.

18. Postremo nulla humana authoritas opponi debet authoritati Ecclesiæ Catholicæ. Cuius hanc esse sententiam quod Sancti sint in cœlo, & Deū videant per speciem, manifestum est ex locis à nobis in margine citatis ex 1. Dionysio Areopagita, 2. Ignatio, 3 Polycarpo, 4 Irenæo, 5 Origene, 6. Cypriano, 7 Eusebio Cæsariensi, 8 Athanasio, 9. Hilario, 10. Cyrillo Hierosolymitano, 11. Ephrem, 12 Ambrosio, 13 Hieronymo, 14 Basilio, 15 Gregorio Nazianzeno, 16. Gregorio Nysseno, 17. Prudentio, 18 Epiphanio, 19. Chrysostomo, 20. Augustino, 21 Primasio, 22 Cyrillo Alexandrino, 23 Leone, 24 Theodoreto, 25 Prospero, 26 Paulino, 27 Seuero Sulpitio 28 Maximo Taurinensi, 29 o magno Gregorio, 30 Turonēsi, 31. Cassiodoro, 32 Alcimo Auito, 33 Venantio Fortunato,

da, 35. Albino, 35. Ioanne Damasceno, 37. Simeone Metaphraste, 38 Theophylacto, 39. Oecumenio, 40 Haymone, 41. Ansellmo & 42. Bernardo

8. in vita Antonii ubi meminit visionis animæ Ammonis. 9 in commentarijs in psalmos 50 64 & 134. 10. catechesi 1 ubi loquitur de latrone. 11. in sermone de sanctis quibusdam qui tempore illo requiescebant. epistola 59. ad Thessalonicenses. 13. in epistola ad Marcellam de obitu Leæ 14. homilia in 40 martyres. 15. in oratione in Basilium & in Cipriano 16. in oratione in 5 Ephré & 5 Macrinã. 17. in hymno de beata Agnete 18. heresi 78 in fine. 19, homilia 32 in epistolã ad Romanos & homilia 10 in secun ad Corinthios & homilia 3 & 4 in epistolã ad Philippenses & homilia 61. ad populum Antiochenum. & homilia in illud sapientiæ, Iustorum animæ in manu Dei sunt. & in sermone, quod oportet flere peccatores. & catera. 20. libro 12. de Genesi c 34 & libro 20 de ciuitate Dei c. 11 & in commentarijs in psalm 136 1 ad verba, heu mihi quia incolatus meus, & in libro meditationũ c. 22 & 24. 21 in comẽtarijs in c 9 epistole ad Hebræos. 22 libro 11 in Ioãnẽ c 36. 23 in sermone de sancto Laurentio. 24 libro octauo de curatione græcarum affectionum, qui est de martyribus. 25. libro 1 de vita contemplatiua c 1. 26. natali. 3. de S. Felice 27. in epistola ad Amandum Monachũ de obitu Martini, & in epistola ad Bassulã socrũ suã. 28. in homilia in sãctum Eusebium Vercellensem. 29 in psalmum quartum pœnitentialẽ, & libro. 4. dialogorum c. 25. ad festiuam sororem c. 5: 30 passim in suis operibus. 31. in cantica canticorum. 32 in libro 33 in libro de vita sancti Martini, & in libro de miraculis sancti Martini. 34. in caput. 6 Apocalypsis. 35 sæpius in suis operibus. 36 in fine historiæ de Barlaam & Iosaphat. 37. in vita sancti Ioannicii, & in fine vitæ Thomæ Apostoli, & in fine vitæ sancti Pantaleonis. 38 in c. 23 Lucæ. 39 in c 9 epistolæ ad Hebræos 40 in c 6 Apocalypsis. 41 in commentarijs in c 5. posterioris epistolæ ad Corinthios 42. sermone 5 in omnium Sãctorum. & in sermone de transitu sãcti Malachiæ. & in epistola ad Fratres de Hibernia, quæ hunc sermonem sequitur & in sermone de obitu Vmberti & epistola 8 ad Brunonem. & 266. ad S Sugeriũ Abbatem & in tractatu de diligendo Deo

1. in Extrauaganti quæ incipit Benedictus Deus, quam Alfonsus de Castro integram refert in sexta hæresi de beatitudine.

19. Post cuius ætatem quum quidam Latini, & præcipue sub Ioanne 22. contendissent Sanctos non videre diuinam essentiam: & postea bene multi Græci odio Latini nominis huius quoque quæstionis causa discessissent ab Ecclesia: illos Benedictus 12. huius Ioannis successor sua definitione compescuit. Hi vero redierunt in amicitiam Latinorũ in concilio Florentino. Cuius 3 decretum Sennadius scholarius in insigni libro defendit: Concilium vero 4 Tridentinum confirmauit.

20. Sed tempus est vt redeamus ex diuerticulis in viam hoc est ad officia & beneficia sanctorum corpore exutorum. Inter quæ ante alia occurrit quæstio de beneficijs quae consequimur per eorum merita.

2. vt videre est in literis vnionis. 3. in libro cui titulũ fecit, defensio quinque capitum quæ in sãcta & ecumenica sinodo Florentina continentur, in co... c 4. tracta de fruitione sãcto... stẽdem eos fruĩ visione Dei.

Quod Sancti corpore exuti prosint hic viuentibus suis meritis,

Titulus 8.

Mundus nunc vsq; adeo alienatus est à veritate ad mẽdaciũ vt certissima & notissima dogmata pessime oderit. Quid certius & notius est Ecclesiæ

Dei atque quod sancti corpore exuti prosint hic viuentibus suis meritis? Omnes tamen hæretici huius sæculi illud non solum præcise negant: sed etiam omnibus viribus oppugnant, damnant, execrantur.

2. Sed quam inulte hoc faciant, haud difficile est demonstrare, si viam facilem & expeditam ad veritatem teramus. Frangemus ergo in multas partes quod hi coniunctum aggrediuntur, vt facilius simplicium animos frangant & plena huius dogmatis demonstratio constabit expositione & probatione horum duodecim capitum.

3 Quod Deus propter Sanctos qui in terra sunt benefaciat hic viuentibus aliquo vinculo eis coniunctis 2. Quod deus propter Sanctos corpore exutos benefaciat eisdem. 3. Quam infirma sint quæ hæretici hic comminiscuntur, vt agnito primo capite negent secundum 4 Quæ sint vincula quibus hic viuentes sunt coniuncti sanctis, in quorum gratiam Deus ijs benefacit 5. Consideratio diuersitatis bonorum quae scriptura prodit Deum alijs dare propter sanctos suos. 6. Quod sancti recte dicantur nobis prodesse atque adeo benefacere eo quod Deus nobis benefaciat in gratiam eorum. & de sententijs Christi huc pertinentibus. 7. Quod Fides, dilectio, & quae ex eis profluunt bona opera, sint causa cur Deus propter Sanctos hic viuentes & defunctos benefaciat alijs 8 Quod huius causae causa sit quod illa in tantum Deo placeant, vt ea etiam hac misericordi mercede dignetur. 9. Quod ex his sequatur verum esse sanctos corpore exutos prodesse hic viuentibus suis meritis, idque tribus sensibus: tantum abest vt istud falsum sit. & de huius particulae vtilitate & necessitate 10 Quod & quomodo ea que diximus bene constitant cum gratia & meritis Christi. & de astu diaboli merita sanctorum meritis Christi oppugnantis. 11. Quantopere hæretici, & præsertim Magdeburgenses obscurent Ecclesiæ his de rebus sententiam. 12. Quod Ecclesia hæc dogmata semper crediderit.

4. Primum caput manifestum est sequentibus argumentis 1 Natura docuit homines benefacere propter amicos alijs aliquo vinculo ipsis coniunctis & quo quisque generosior est: eo amplius affectat hoc præstare. Deus autem author est naturae. idemque fecit 1 hominem ad imaginem & similitudinē suā. neque vlla creatura est quae generositate comparari possit cum ipso Deus ergo à se excellit genere hoc beneficentiae. De assumpto & consequētia dubitari non potest. Antecedens autem compertum est varijs exemplis 2 quae occurrunt apud profanos authores. & quotidiana experientia. & nihilominus addimus exempla ex scriptura deprompta, eo quod hæc maximi sint momenti apud fideles. Pharao ille in cuius domum deducta fuit Sara, infidelis erat cum subditus ei Ægyptijs. & nihilominus audimus Abrahā hoc naturali

1 Gen 1 [illegible]
2 nominatim Augusti in gratiam Liuiæ imperiū priuigno suo Tiberio reliquisse et Traiani multa alijs donata in gratiam Plinij secundi vt videre licet libro decimo epistolarū Plinij.

3. Genes. 12. lumine illustratum, dicentem 3 Saræ: dic ergo obsecro te quod Soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, &: viuat anima mea ob gratiam tui. Neque falsus est expectatione sua, sequitur enim paulo post: Abraham vero bene vsi sunt propter illam: puta Principes Pharaonis: siue, vt nunc redditur, Abraham benefecit (puta Pharao) propter illam. Eiusdem peccati incredulitatis reus erat alius Pharao tempore Ioseph. & tamen hic tantum de ipso sibi pollicebatur, vt 4 Patri & fratribus auderet ante promittere ab eo omnia bona Ægypti & medullã terræ in Ghessen, quàm eum hac de re conuenisset. neque hæc præsumptio eum fefellit. nam hic Pharao paulo post 5 dicit Ioseph: Pater tuus & fratres tui venerunt ad te terra Ægypti in conspectu tuo est. in optimo loco fac eos habitare: & trade eis terram Ghessen. In nouo autem testamento Paulus orat 6 Philemonem his verbis: si ergo me socium habes, suscipe illum (putâ, Onesimũ) sicut & me: Neque opus est pluribus exemplis quando etiam vulgo dicimus eum qui nos amat, amare quoque canem nostrum.

4. Genes. 45 & 46.

5 Genes. 47.

6 in epistola ad Philemonẽ

2. Deus propter malos qui in terra sunt punit alios eis aliquo nexu coniunctos Ergo multo magis propter sanctos qui in terra sunt benefacit hic viuentibus aliquo vinculo eis coniunctis. Firmitas consequentiæ ex eo manifesta est, quod Dei beneficentia sit, omnium confessione longe profusior erga bonos, quàm eius iustitia est, rigida erga malos. Antecedens vero apparet in Chanaam 1 filio Cham, in domibus 2 Pharaonis & 3 Abimelech, in primogẽito 4 Pharaonis, & 5 primogẽitis Ægyptiorũ, in filio 6 Dauidis nato ex Bethsabee, in populo Israel propter 7 Achã & 8 Dauidem, in Iuda propter 9 Achas, in nautis 10 propter Ionam. & in alijs similibus.

1 Genes. 9
2. Genes. 12
3. Genes. 20
4 Exod. 4.
5 Exod. 11. & 12.

6. 2 Regum 12 7 Iosue 7 8 3. Regum 24 9 2 Paral 28 10 Ion. 1.

3. Paulus tanquam locum tenens Dei & Christi, condonat incestuoso peccatum & excommunicationem propter Corinthios. Ergo Deus & Christus remittunt alijs peccata & peccatorum pœnas propter sanctos.

8. 2. Cor. 2.

1, Genes 7. 4. Postremo constat expressis & illustribus exemplis de capite quod
2. Genes 19. tractamus. Deus enim benefecit domui 1 Noe propter Noe, Lòth 2 propter
3. Genes 30. Abraham, Laban 3 propter Iacob, domui 4 Putipharis propter Ioseph, & du-
4 Genes. 39 centis 5 septuaginta sex animabus propter Paulum. Idem etiam pepercisset 6
5. Act. 27.
6. Genes. 18 Pentapoli si in ea inuenti fuissent decem iusti: & generis 7 Loth propter so-
7. Genes 19. cerum, si ei credidissent: & ciuitati 8 Ierusalem, si inuentus in ea fuisset vir fa-
8. Ierem. 5. ciens iudicium & quærens fidem.

5. Secundum vero caput demonstramus argumentis partim his similibus, partim alijs.

1. Sumus natura ita constituti à Deo, vt optimi quoque propter amicos defunctos benefici sint in viuentes qui eos aliquo pacto coniungunt. & qui se

cus

eius faciant pessimi habeantur. Cuius rei testis est omnium conscientia: testis est Philosophorum doctrina: testis est multitudo exemplorum quae 1 apud profanos historiographos hac de re extāt. deniq; testis est scripturæ doctrina quæ ex compluribus exēplis trahitur. Saul enim (verbi gratia) deleturus iussu Dei Amalec dicit 1 Cinæo: abite, recedite, atque discedite ab Amalec: ne forte inuoluam te cum eo. tu enim fecisti misericordiā cum omnibus filijs Israel cū descenderet ex Ægypto. Dauid autem 2 dicit post mortem Naas Regis filiorum Ammon: faciam misericordiam cum Hanon filio Naas. præstitit enim pater eius mihi gratiam. Et Salomon 3 parcit vitæ Abiathar, contentus eius relegatione, quia portauerat arcā domini coram Dauid, & cætera. Noemi 4 quoque beneprecatur Boos propterea quod benefecisset viduæ & nurui amicorum defunctorum, dicens: benedictus sit à domino, quoniam eandem gratiam quam præstiterat viuis, seruauit & mortuis. Et hæc quidem sunt exempla optimorum. Pessimorum vero qui aliter fecerunt, exempla habemus in filijs Israel 7. qui non fecerunt misericordiā cū domo Ierobaal Gedeon iuxta omnia quæ fecerat Israeli. In Sichimitis, quibus Ioathā exprobrat quod non reddidisset vicem beneficijs Gedeō. In Ioas rege Iuda, qui in occisione Zachariæ 9 notatur quod non fuerit recordatus misericordiæ, quā fecerat Ioiada pater illius secum: sed interfecerit filium illius. Apparentque ijdem mores etiā in Ethnicis. Durauit enim (exempli causa) 10 munificentia Regum Ægypti propter Ioseph erga posteros Iacob plurimis annis post mortem Ioseph, donec surgeret nouus Rex super Ægyptū qui ignorabat Ioseph. Et consequenter Deus author naturæ benefacit hic viuētibus etiā propter sanctos defunctos, amicos suos. Immo tāto hac in parte præstat pijs hōinibus, quāto eos bonitate superat. Potestq; hoc argumētū formari cōtra hæreticos etiā ad instar argumēti quod à natura duxit 11 Paulus cōtra Corīthios, hoc modo: An ne natura quidem ipsa hominis docet vos Deum benefacere hic viuentibus propter amicos suos defunctos? Item verbis 12 Eliphas hac forma, Nunquid factore suo purior erit vir? vt hic quidem benefaciat hic viuentibus propter amicos suos defunctos: Deus autē non idē faciat? Et tertio verbis cōmodato sūptis 13 ex Dauide, hoc modo. Existimastis inique quod sim similis hominibus pessimis. arguā vos in iudicio, & statuā contra faciem vestram exempla piorū.

vide excēpl. in Alexandro Magno apud Iustinū historiographum libro 11.
1. 1. Reg. 15.
2 1. Para. 19.
3 3 Reg. 2.
4 in libr. Ruth
7 Iudic 8.
8. Iudic 9
9. 2. Paral. 28.
10. Exod. 1.
11 1 Cor. 11.
12. Iob. 4.
13. Psal. 49.

2. Deus propter malos defunctos sæpius punit hic viuentes. Igitur multo magis benefacit propter sanctos defunctos hic viuentibus. Antecedens probatur doctrina & exemplis. Ieremias enim 1 ait de Deo: Et reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum post ipsos. Exempla vero hæc sunt. 2 Amalechitæ oppugnauerāt Israelem quum egressus esset ex Ægypto. Id dominus iusserat scribi ob memoriam in libro, & tradi auribus Iosue, promittens se deleturū

1. Iere. 32.
2. Exod. 17.

1.1.Reg.15. 4.2.Reg.21 5.3.Reg.2 6.Esai.39 leturum memoriam Amalec sub cœlo verum hoc demum 3 præstitit per Saul in posteris istorum post annos plus minus quadringentos. Propter Saul, qui mortuus erat, facta est 4 fames trium annorum, & crucifixi sunt septem viri de filijs eius. Abiathar priuatur Pontificatu propter Elí olim defunctū. Ezechias mortuus erat, quum completum est vaticinium 6 Esaiæ prolatū cōtrarium: Et de filijs qui exibunt de te, quos genueris, tollent: & erunt Eunuchi in palatio Regis Babylonis. Propter 7 Manassen defunctū Deus dedit Iudæos in feruorem & angustias vniuersis regnis terræ. Consequentia vero hinc manifesta est quod Dei beneficentia plurimis, atque adeo tot partibus profusior est erga pios, quam eius iustitia sit rigida erga malos, quot mille, atque adeo millia, superātres & quatuor, testibus scripturis quas 8 paulo post citabimus.

7 4.Reg.24

8 in argumēto. 5 & 6.

3. Deus pollicetur posteris piorum, benedictionem, absque distinctione vtrum adhuc hic victuri sint, nec nominatim his scripturis: Quis 1 est homo qui timet dominum? anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hæreditabit terram. Et, Non 2 vidi iustum derelictum, & semen eius quaerens panem: tota die miseretur & commodat: & semen eius in benedictione erit. Igitur neque nos distinguere debemus gratiam sancti defuncti à gratia sancti hic viuentis.

1.Psal.24. 2.Psal.36.

4. Immo constat expressis scripturis Deum propter Abraham, & propter reliquos patres ac propter Dauidem defunctos, benefecisse posteris eorū. Mortuus enim erat Abraham quum Deus 1 dicebat Isaac: benedicam tibi & multiplicabo semen tuum propter seruum meum Abraham. Et 2 Paulus de Iudaeis etiam sui temporis ait: secundum electionem charissimi propter patres. Deus quoque diu ante mortuo Dauide 3 dicebat Salomoni: veruntamen in diebus tuis non faciam, de manu filij tui scindam illud, nec totum regnum auferam: sed tribum vnam dabo filio tuo propter Dauid seruum meum. Elapsi erant adhuc longe plures anni à morte eiusdem sancti Regis, quum 4 scriptura ait Deum dedisse impio Abiam propter Dauid lucernam in Ierusalem, vt suscitaret filium eius post eum, & statueret Ierusalem. Denique intercesserant aliquot sæcula inter obitum eiusdem Regis & Ezechiam, cui 5 Deus ait: Protegam hanc ciuitatem propter me, & propter Dauid seruum meum.

1.Genes.26 2.Rom.11. 3.3.Reg.11. 4.3.Reg.15. 5.4.Reg.19

5 Et quod diligenter notandum est, Deus se talem describit in decalogo vt hinc liquido appareat eum in gratiam sanctorum defunctorum benefacere hic viuentibus. Ego sum, 1 inquit, Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorū qui oderunt me: & faciens misericordiam in millia his qui diligunt me & custodiunt praecepta mea. Idemque repetit deuteronomij capite quinto, vbi

1.Exod.20.

Hierony-

Hieronymus vim pluralis numeri exprimens vertit in multa millia: & deuteronomij capite septimo, hoc excepto quod hic ait, in mille generationes. Hæc enim manifeste non implentur in sanctis hic viuentibus. Et ex eo quod Deus facit misericordiā in millia siue in millibus & mille generationibus, necessario ponitur Deum facere misericordiam millibus, & mille generationibus propter sanctos. Proinde ignorant, vel potius ignorare se simulāt decalogum qui hoc caput negant.

6. Sed nihil æque notandum est, atque quod Deus alio loco docet misericordiam hanc in millia esse partem omnis boni sui. Quum enim dixisset 1 Moysi: ego transire faciam omne bonum meum iuxta faciem tuam: siue ego ostendam omne bonum tibi transeundo clamans 2 exponit omne bonum suum his verbis, iuxta Pagnini versionem: Dominus Dominus ego sum, fortis, commotu, misericors, & cætera: custodiens misericordiam millibus. vel iuxta nostram versionem ipse Moses instinctu Spiritus sancti transeunte Domino: dominator Domine Deus, misericors & clemens, & cætera: qui custodis misericordiam in millia. Ex hoc enim sequitur eum qui sanctis defunctis hāc misericordiam in viuentibus repræsentari neget, tollere, quantum in eo est, Deum è medio, quomodo videlicet si quis ab eo auferre velit fortitudinem. vt qui aliqua boni sui parte non magis diminui possit, atque omni bono suo priuari. 1. *Exod.* 33. 2. *Exod.* 34.

7. Et quia hæc misericordia in millia, siue in multa millia digna est vt attente consideretur, vt quæ maximi sit momenti: animaduertendum est eam cum iudicio fieri. quandoquidem Deus 1 simul iustus & misericors est. ita vt qui amplius dilexerit, & plura ac pretiosiora opera fecerit misericordiam percipiat in pluribus millibus: & qui summe dilexerit, in plurimis. Euenitque aliquando vt ea se ad innumeros, & in plurima sæcula extendat, vt apparet ex benedictionibus posterorum Abrahæ & Dauidis. Inter quas 2 & ista est & omnem terram Chanaan in possessionē æternam. & hæc, 3 vt bene sit eis & filijs 3 eorum in sempiternum: & illa: & cœpisti benedicere domui serui tui vt sit semper coram te. te enim benedicēte, benedicta erit in perpetuum. Nec mirum. quandoquidem euenit vt peccata maiorum puniantur in posteris non solum vsque ad tertiam & quartam generationem: sed etiam tā diu, aut saltem fere tam diu ac posteri futuri sunt: iuxta illud 4 Dauidis à 5 Paulo citati: Et dorsum eorum semper incurua. Quod si cōtigerit vt sancti etiam relinquant in hoc mundo velut semina ex quibus bona opera ij si accrescant ad consummationem vsque sæculi: vt quidem multi reliquerunt, & nominatim beata Maria, Apostoli Euangelistae, & Doctores, iam dubium non erit quin hæc misericordia hac quoque de causa perduret ad finem vsque sæculi. 1. 2 Reg. 17. Psal. 7 & alijs locis. 2. Genes. 17. 3 Deuter 5. 3. 1. Para. 17. 4. Psal. 68. 5. Rom. 11.

 8. Depre-

8 Deprehendimus in scripturis argumentum ab experientia valere in hac materia, in tantum in quantum vt 1 Laban & 2 Putiphar, licet idololatræ, eo recte vsi sint, approbante eorū collectionem scriptura. Quanto ergo iustius fideles vtantur hoc argumenti genere, quibus Deus propter sanctos viuentes & defunctos ita benedixit, vt hanc Dei misericordiam compertissimā habeant? & priuati, qui Dei opem in eorum gratiam senserunt; & integræ familiæ, quæ ab eis nomē & celebritatē traxerunt: & ciuitates, quae sicut olim Bersabee 3 celebris facta est propter 4 Abraham & 5 Isaac qui ibi habitauerant: ita insignes euaserunt propter sanctos Christianos qui locum earū incoluerant, & integrae regiones. Declarabimus in rudiorum gratiam quod sentimus in vna ciuitate, & prouincia. In Audomaropoli videlicet, sanctos Audomarum & Bertinum sic alloquente: Experimento didici Dominum benedixisse mihi propter vos. Paruula, imo nulla eram: sed tantum locus desertus & obscurus, antequam venireris ad me. Posteaquam vero praesentia vestra honestata & illustrata fui, facta sum illustris ciuitas. Et in Flādria haec secū meditante: Est quod Deo maximam gratiam habeam per Iesum Christum, quod ad me venerint sācti Amādus, Eligius, Vrsmarus, & Liuinus. Ante eorum aduentum eram maxima ex parte maris æstus, & pars syluae Arduennæ, pauper, humilis, ignobilis. Sed vbi hi me religione Dei imbuerunt, & plurimos insignes pietate viros in Christo genuerunt: omni ex parte exculta fui: sicut paradisus Dei florui: diuitijs potentia, famæ celebritate plaerasque regiones magnitudine mihi pares lōge superaui: nulli inferior fui. Optime ex his noui Dominum fuisse cum eis, & tantas Dei benedictiones ad me propter ipsos deuenisse. Itaque Labano & Putiphare infidelibus infideliores sunt qui tot & tantis experimentis non credunt.

1. Genes. 30. 2. Genes. 39. 3. 1. Reg 17. 4. Reg. 2. et 1. paral. 19. 4. Gen 12. 5. Genes. 26.

6 Habemus certo certiorem ex scripturis demonstrationem duorum primorum capitū, quæ sunt fundamenta praesentis quaestionis. Diciemus nunc de ijs quae his de rebus extant apud haereticos: ne quid hic absit quod vllo pacto faciat ad plenissimam Lectoris institutionem. Summa autem eorū hęc est: Deum quidem in gratiam sanctorum hic viuentium alijs aliquo societatis nexu ipsis coniunctis quandoque benefacere, caeterum eum non idem praestare in gratiam piorum defunctorum eōque Caluinus progreditur, vt fideles appellet stultos, propterea quod hoc viuorum elogium trahant (vt ait) ad mortuos: & vt hāc distinctionē inter sanctos hic viuentes & corpore exutos tueantur, tradunt inspiciendum esse in quem finem Deus quandoque benefaciat viuentibus propter pios hic viuentes: seu quis sit horum beneficiorum vsus. Deū namque partim his beneficijs impios suis cultoribus obstringere velle, quo tutius & commodius inter eos agere possint: partim vero fi-

1. hanc summā tradunt cum alijs multis, cum Marloratus ex Caluino in exposit. eccle siastici noui testamenti ad verba capitis 27 Actorum, donauit tibi Deus. et Rodolphus Gualterus homilia 168 in eandem [illegible]

dem

dem & religionem piorum his velut testimonijs commendare, vt eos his in rebus imitentur. Quæ vero a scripta sunt de beneficijs propter Abraham & reliquos Patres ac propter Dauidem, defunctos, tributis: ea ipsis ascribi propter pacta quæ Deus cum ipsis iniuerat. hæc isti. *a hæc responsio omnium hæreticorum* *communis passim occurrit in eorum operibus.*

7. In quibus principio notandum est, eos perinde se gerere, ac si fideles nullum aliud, excepto quarto cui respondere conantur, argumentum haberent pro gratia defunctorum, nisi quod traherent (vt aiunt) à gratia viuorū. Atqui iam-iam produximus septem alia eaque solidiss.ma argumenta. hoc vero non memorauimus, quia ista satis supérque sufficiebant.

8. Sed vt insipientia eorum magis ac magis appareat, addimus recte posse duci argumentum à viuorum elogio ad gratiam sanctorum corpore exutorum. Nempe finis huius generis beneficiorum est, præcipue Dei gloria. vt apparet tum ex re-ipsa: tum ex capite 33 & 34 Exodi. deinde sanctorum quoque in suo gradu gloria. vt quos Deus tanti faciat, vt non solum ipsis, sed alijs quoque propter ipsos benefaciat. & tertio commoda bonorum à scriptura commemoratorum quæ hi percipiunt. Causa vero & origo horum beneficiorum est Dei 1 bonitas & misericordia, prouocata fide, dilectione sui, & obseruatione mendatorum suorum. *1. Exod. 10. 33. et 34. deu. 5. & 7.*

9. Ex his commoda ista beneficiorum quæ scriptura varijs locis exprimit, & de quibus postea speciatim dicemus, manifestò æque cadunt in eos qui sanctis supersunt, atque in eorum coætaneos. Cætera, vero maiora inueniuntur in gratia propter defunctos viuentibus facta. Nam hic manifeste maior est Dei misericordia: quam ipsum misericordiae fontem vtique magis decet praestare, quàm minorem. Et consequenter maior quoque Dei & sanctorum in suo gradu gloria. Et dilectio sanctorum vsque ad mortem pretiosior est dilectione ante mortem. vt quae comitata & velut coronata sit perseuerantiâ. Cuius pretium Christus ostendit quum ait, Qui 1 perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. *2. Matth. 10. & 24.*

10 Quos vero hi fines appellant, & haud minore asseueratione tradunt atque si Deo fuissent à consilijs, eae sunt vtilitates euentu (vt ita dicam) accidentales. quandoquidem non à sola Dei beneficium dantis liberalitate dependent: sed partim à gratitudine animi beneficium propter sanctos acceptum alio beneficio velut in sanctos refundentis: partim ab animo colligente eos non posse non esse Deo charos, in quorum gratiam is sibi ea beneficia largiatur. proinde se eorum religionem imitari debere.

11. No-

11 Neque tamen vehementer contendere volumus de nomine. Si placeat quamcumque vtilitatem ex operibus Dei quoquo modo collectam, appellare finem á Deo intentum: licebit eis per nos has quoque vtilitates, quæ quandoque accidere possūt, vocare fines: dummodo Lector cognoscat eos neque præcipuos, neque generales siue perpetuos esse.

12. Nam quod non sint præcipui, manifestum est ex eo quod gloria Dei & sanctorum in suo gradu, manifeste præstent his finibus: & quod scriptura verbis expressis memoret varia beneficia quæ coniuncti sanctis perceperint propter ipsos, non memoret autem commoda quæ sancti ab illis perceperint ac ne attingat quidem commendationem fidei & religionis eorum.

13. Quod vero non sint generales siue perpetui, apparet, primo, quia Deus non solum benefacit malis propter bonos: sed etiam bonis propter

1. Genes. 19. 2. 3. Pa. 2. meliores, vt (exempli causa) 1 Loth iusto 2 propter Abraham. Deinde quia sancti qui in solitudine vel tutis locis habitant aut alijs imperant, nullum tutioris & commodioris habitationis fructum percipiunt. Tertio quia Deus sæpissime propter sanctos qui in terra sunt benefacit ijs qui ignorant sibi bene fieri in gratiam eorum. Exempli causa. Solus Noe 3 audiuit á Deo domum suam seruari propter se. & Pentapolis 4 euasisset horribile illud excidium prop

3. Genes. 7 ter decem iustos ea istud ignorante: si quidem Deus totm ea inuenisset, ne-

4 Genes. 18 que Loth 5 sciuit se ereptum de eodem excidio propter Abraham.

5. Genes. 19 14. Quibus accedit quod posterior finis quadrat etiam in sanctos corpore exutos. Euenit enim quotidie vt filij & nepotes meminerint religionis parentum quos ante mortem nouerant De maiorū vero suorū & aliorum sanctorum religione constat ipsis fama & scriptis doctorum.

15. Intelleximus argumentum ductum à sanctorū hic viuentium elogio

1 vide tásu præsectione 6. in fine. 2. supra sectione 5. 1 ad sanctos corpore exutos firmum esse, si quis eo vti velit: & Nouatores frustra in eo euertendo laborasse. Examinanda nunc est responsio 1 eorum ad quartum argumentum, quod multiplicibus scripturis subnixum 2 produximus. Ea vero diligenter expensa inuenitur æque vana, imo vanior, atque argutia quam iam iam confutauimus.

16. Peccat enim primum in eo quod præsupponit nulla beneficia data

1. 3. Reg. 11. fuisse Iudæis, nisi quæ comprahensa essent fœderibus Quod falsum esse, ap-

2. 4. Reg. 19. paret ex scripturis à nobis citatis quæ significant Salomonis 1 regnum non fuisse scissum in diebus eius propter Dauidem. & Ierusalem 2 non fuisse captá à Sennacherib. Deus enim potuit scindere regnum Salomonis in diebus eius

3. 4. Reg. 25 perinde atque id scidit in diebus Roboam filij eius: & euertere Ierusalem ministerio Sennacherib, sicut eam 3 excidit per Nabuchodonosor, absque violatione fœderis cum Dauide inito. Possumusque idem demonstrare in Ismaele, 4

quem

quem 4 & eius posteritatem, Deus multis & magnis beneficijs affecit propter Abraham, tametsi cum eo non fuisset pactum Dei: sed cum Isaac, vt ipsemet Deus 5 expressis verbis ait. 4. Genes. 16 & 17. 5. Genes. 17.

17. Deinde peccat in cor sequentia. Etsi enim scriptura pleraque beneficia Iudæis & domui Dauidis tributa sæpius ascribat iuraméto & pacto Dei cum Abraham, Isaac, & Iacob inito: nominatim Leuitici capite 26 & 4. Reg. 23.ité cũ Dauide, vt 2 Paral. 21: tamen hinc non sequi eadé beneficia nô fuisse in eos collata propter istos, manifestũ est ex eo quod scriptura alijs locis ea istis accepta refert. Immo ne hoc quidé sequitur ea Patribus solũ tribui velut insignitis his pactis. Nã scriptura quibusdã locis simpliciter ait propter eos, absq; vlla pacti mentione: & duobus locis quos primos citauimus, insinuauit qua ratione hæc formula per se intelligatur, nimirum eo quod Patres causa fuerint vt Deus hæc pacta cum eis iniret. sic enim ait ante verba quæ citauimus ex c. 26 Genesis: Tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has cõplens iuramentum quod spopondi Abraham patri tuo: & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, eo quod Abraham obedierit voci meæ. Altero autem loco Paulus claris verbis ait, Secundum electionem charissimi propter Patres.

18. Ex quo porro fideles hoc argumentum colligunt, cui etiam non satis fit hac responsione. Quandoquidem Deus olim vsque-adeo dilexit sanctos patres, vt dignaretur etiam specialia eaque eiusmodi pacta cum eis inire, quibus præter promissum de Christo ex semine eorum exorituro, obligaret se ad plurima alia beneficia danda propter eos posteris ipsorum: fieri non potest tametsi is similia specialia pacta cum principibus sanctis noui testamenti non inierit, eo quod ecclesia nũc sit diffusa per totum terrarum orbem: quin tamen det quoque nobis propter patres noui testamenti, vt (verbi gratia) Apostolos & similes, plurima beneficia ex eodem fonte misericordiæ manantia, ex quo pacta ista, & pactorum beneficia olim profluxerunt. Etenim Deus temporibus noui testamenti minimum æque misericors est, atque temporibus veteris testamenti: idémque Apostolos vnice dilexit, vt videre licet apud Ioannem præcipue à capite 13 vsque ad caput 18. Neque refert quod Christus nunc sit exhibitus: quando quem nos credimus exhibitum, illi crediderunt exhibendum: & nihilominus hæc specialia pacta, & beneficia pactis cõpræhensa, propter patres consecuti sunt. 1. Genes. 17. 26. 13. 2 Reg 11.

19. Sed his omissis deueniamus ad quartum caput quod est de vinculis, 2 Deut. 7.
quibus inter se coniũcti sunt propter quos & quibus benefit. Scriptura ergo 3. Genes. 19.
prodit ista: Patris 1 & Filij, aui & nepotis, 2 proaui & pronepotis, maiorũ & & 30.
posterorum in mille generationibus: Soceri 3 & generi ac 4 nurus: 5 Patrui 4. Genes. 7. 5. Genes. 18.

& nepotis

nepotis, patrisfamilias & domus. 7 Domini & serui: principis 8 & populi pręcedẽtis & populi 9 sequentis: simul 10 nauigãtiũ 11 vnius & 12 pluriũ sanctorũ ex aliqua ciuitate & natione, & ipsius ciuitatis & nationis: 13 eleemosynã dan-
6. Genes. 7. 7. Genes. 39. tis & recipientis: sociorũ 14 sanctæ religionis inter se: Apostoli 15 & fidelium

4 Reg 19. & 15 9 1 Reg 15 10. Act. 27. 11 Ierem 5. 12. Genes. 18. 13. Luc. 6. & 16. 14. in epistola ad Philemonem. 15. 1. Cor. 7.

20. Ex quibus reliquę carnales & spirituales necessitudines æstimandæ sunt: quæ quanto præstant carnalibus: tanto Deus maiorem earum rationem habet. Fieri enim non potest vt aliquæ excludantur: quando etiam seruilis conditionis & coniunctæ nauigationis ratio habetur.

21. Eá que omnia vincula Deus locis quæ supra citauimus argumentis 5
1 Deuter. 7. & 6, complexus est duobus verbis: puta, in 1 mille generationes. quod pertinet ad vinculum carnale descendentium ad mille vsque generationes. & in 2
2 Exod. 20 & Deut. 5. millia, sic, multa millia, quod generale est, & pertinet ad coniunctos quibusuis vinculis. tametsi enim Dominus in vindicta vbique memoret patres: tamen in misericordia nusquam eos expresse memorat, sed vbique dicit diligẽtes se & custodientes præcepta sua: etiam ijs 3 locis quibus mentionem mise-
3 Exod. 34. & Ierem. 32. ricordiæ præponit mentioni iustitiæ. eisque generalibus vocabulis respondet generalis particula, in millia, re ipsa etiam ostendente eam referri non debere ad mille millia generationum.

22. Inuenimus autem in scripturis beneficia quibus Deus nos donat propter sanctos suos (quod quinto loco declarandum sumpsimus) sita esse in euitatione malorum & consecutione bonorum: cuiusuis, inquã, generis.

23. Sicut enim propter malos affliguntur alij malis externis: vt (exempli
1 2 Reg. 24 causa) 1 fame, bello, statuum 2 amissione, 3 ignobilitate, 4 paupertate, 5 men-
2 1. Reg. 2. dicitate, 6 seruitute: Ita propter sanctos alij cum hæc 7 euitant, tum viuunt in
& 3. & 1. 8 alta pace, sunt 9 in honore, 10 euadunt diuites, 11 præsunt alijs.
Reg. 2.

3 Sapient 3. & 1. Reg 2. 4 Iob. 27 & Psal. 101. 5. Psal. 101 6. Genes. 9. 7. Genes. 9. psal. 36. & 1. Reg. 2 8 1 Paral 22. 9 psal 111. & 1. Reg. 2. 10. Genes. 30 & 39. psal. 36. & 111. 11. Num. 25.

24. Et quomodo propter malos alij (exempli causa) sunt steriles: sunt 2
1 Iob. 18 breuis vitę: intereunt 3 violenta morte: Ita propter bonos alij abundant 4
2 Iob. 27. et pignoribus: sunt 5 longæ vitę: non 6 intereunt violenta morte
1 Reg. 2 psal 3 & Sap. 3. 8. 4 Exod 4 11 & 12. Iob. 27. 1. Reg. 2. 2. Reg. 24. 3 Reg. 14. 4. Reg. 9 & psal. 108 4 Iob 5 & psal 127. 5 Genes. 15 4 8 & 5. 6. Act. 27

25. Postremo, quod hic pręcipuum est, sicut propter malos puniuntur alij malis spiritualibus: Ita propter sanctos alij donantur bonis spiritualibus.

26. De priore parte constat ex sapientia, illic vbi declarat filios eorum
1 Sapi. 3 qui disciplinam abijciunt, nequissimos: maledictam creaturam, siue execrabilem progeniem eorum: filios adulterorum, si celerius defuncti fuerint, non

habere

habere spem, nec in die agnitionis allocutionē nationis enim iniquæ diras esse consummationes. Item ex euangelijs eo 2 loco quo dominus significat propter Cain interfectionem Abelis, & alios Prophetarum occisores, venturum super gentem Iudaicam omnem sanguinem qui effusus est à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, occisi inter templum & altare. Et illo 3 loco quo prædicit propter Iudæos reprobantes lapidem angularem Christum regnum Dei auferendum esse à populo Iudaico. Meminerúntque harum pœnarum spiritualium etiam Moses & Dauid. Ille in 4 Cantico: hic psalm 9 sexagesimo octauo. vbi attribuunt etiam nunc perdurantem Iudæorū vastitatem, cæcitatem, derelictionem Idololatriæ & occisioni Iesu Christi filij Dei à maioribus eorum perpetratę. 2. Matth. 23. 3. Matth. 21. 4. Deut. 32.

17. Altera vero pars cōperta est nobis sequentibus argumentis 1. Scripturæ ex od. 20 & 34 Deuter 5 & 7. Ierem. 32 & psal. 111, quibus probauimus Deum beneficere hic viuentibus propter sanctos viuentes & mortuos memorant in finite misericordiam & benedictionem. Igitur præcipua misericordiæ & benedictionis species non est hic excludenda. 2. Iam iam 1 docuimus Deū etiam pœnis spiritualibus animaduertere in posteros propter parentes & maiores impios. Proinde is multo magis tribuit filijs & alijs posteris bona spiritualia propter sanctos parētes & maiores. 3. Deus quū 2 propter Noe seruauit domum eius à submersione, 3 seruauit ecclesiam suam ab excidio, quandoquidem Noe non legitur alios alios genuisse. 4. Benedictio illa propter Abrahā facta Genes. 17. vt sim Deus seminis tui post te: & paulo post, eróque Deus eorum: continebat præcipue benedictionem spiritualem. vt videre est etiam ex c 41 Ieremiæ. 5. Salomon quum ait iustum 4 qui ambulat in simplicitate sua derelicturum post se filios beatos: haud obscure docet Deum benedicturum ipsi bonis spiritualibus. quia beatitudo non potest omniū con fessione subsistere absque bonis spiritualibus. 6. Deus propter Dauid 5 dedit impio Abiam pium filium Asa vt statueret Ierusalem. 7. Protectio 6 Ierusalē ab exercitu Sennacherib propter Dauid, licet prima facie videretur solum pertinuisse ad huius vitæ bona, tamen penitus introspecta complectebatur publici & solennis cultus Dei in templo conseruationem. vnde & narrationi profligati exercitus Sennacherib additum est in posteriore 7 Paralipomenon libro. Multi etiam deferebant hostias & sacrificia domino in Ierusalem. 8. Deus & Christus 8 remiserunt per Paulum incestuoso peccatum propter Corinthios. 1 sectione 6. 2. Genes. 7. 3 1. Pet. 3. 4. Prouerb. 5. 3. Reg. 15. 6. 4. Reg. 19 et 20. 7. 2. Paral. 26. 8. 2. Cor. 2.

18. Ex his autem sequitur, quod est sextum caput, sanctos præsentes & defunctos nobis prodesse, idque omni beneficiorum genere. sunt enim omnes, & viuunt. ac causa sunt cur Deus nobis ipsis coniunctis varijs vinculis,

& particularibus & generalibus, nominatim vinculo communionis sanctorum, propter ipsos benefaciat. Qui vero causa sunt cur Deus alijs benefaciat hi, omnium confessione, eis prosunt. Immo etiam vulgo dicuntur eis benefacere.

29. Eumque vulgarem loquendi morem etiam Christus comprobat in adiutorij specie ad hanc materiam pertinente. Etenim vbi in 1 parabola narrauisset dispensatorem iam-iam amouendum à sua dispensatione conciliasse sibi amicos in prospera fortuna de pecunia Domini sui, à quibus aduerso casu perculsus sustentaretur: infert, Et ego dico vobis, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt quum defeceritis (puta in morte & in rationis redditione) recipiant vos in æterna tabernacula. nimirum gratia & fauore, quibus in æternis tabernaculis constituti pollebunt apud Deum. eorũ namque est alios in ea recipere, qui ãte sũt in ea recepti. Et hæc quidẽ Christus ait de eleemosyna sanctis & domesticis fidei danda. quibus etiam Paulus docet ante alios esse benefaciendum.

1. Luc. 16.
2. 1. Timoth. 5.

30 Alio 1 vero loco adhortans ad eleemosynã omnibus faciendam, eodẽ quoque loquendi modo ait: date, & dabitur vobis. mensuram bonam & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabũt in sinum vestrum. putâ, vel ipsi quibus benefecistis: vel si indigni fuerint æterna Dei amicitia, alij sancti eorum nomine, quorum gratiam (vt 2 Ambrosius notauit) compararunt largiendo pauperibus.

1. Luc. 6.
2. in cõmẽtarijs inc. 16. Lucæ ad verba, facille vobis amicos de mammone iniquitatis.

31. Porro si inquiramus quid sit in sanctis propter quod Deus benefaciat alijs propter ipsos: depræhendimus ex scripturis id esse fidem, dilectionẽ, & quæ ex eis proficiscuntur bona opera. 1. Nam & homines benefici sunt in alios viuentes propter beneficia, siue bona opera viuorum & defunctorum erga se. vt videre licet in scripturis quas 1 citauimus de Saule erga Cinæum, de Dauide erga Naas, de Salomone erga Abiathar. 2 Et Deus punit alios propter mala opera aliorũ viuentium & defunctorum. in memoriã eius redeunte vt 2 scriptura loquitur, iniquitate ipsorum. vt (verbi gratia) domos 3 Pharaonis & 4 Abimelech, eo quod tulissent in domos suas Sarai vxorem Abrahã. vt 5 Israelem, propter furtum anathematis Acham. vt domum 6 Heli, propter peccatum ipsius & filiorum eius. vt domum 7 Dauidis in sempiternum propter adulteriũ, homicidium, & scandalum. vt posteros 8 Saul ob violatã Sabaonitis fidem. vt 9 Iudam, eo quod Achas contemptui habuisset dominũ. vt 10 eundem propter peccata Manasse. vt 11 Iudaeos viuentes ętate Ieremiae propter parentum & suam idolatriam & inobediẽtiam, vt posteros Iudaeorũ qui 12 Prophetas & Iesum 13 Christum interfecerunt propter haec peccata. 3.

1 supra sermone. 5.
2. psal. 108.
3 Genes. 12.
4 Genes. 20
5. Iosue 7.
6. 1. Reg. 2. & 3.
7. 2 Reg. 12.
8. 2. Reg. 21
9. 2. Paral. 26.
10. 4. Reg. 21. & 24 et
Ierem. 15.
11. Ierem. 16
12. Matt. 32
13. Matth. 23.

Praeterea

Præterea autē Deus reuelauit se hoc genus beneficij præstare 14 iusto, 15 mi 14. psal. 36.
sericordi, 16 timenti se, 17 diligenti se, ac facienti & custodiēti præcepta sua. 15. psal. 11.
illa quæ etiā declarabo. Cur? nisi vt hac velut illecebra homines alliceret ad iu 16. psal. 24.
stitiam, misericordiam, timorē & amorē sui, & ad obseruationem mandato- 17. Exod. 20
rū suorū, quæ causa sint huius generis beneficiorū. Vnde & Moyses 18 postea 18 Deut. 40
ait: Custodi præcepta eius atque mandata quæ ego præcipio tibi, vt bene sit 19. Deut. 5.
tibi & filijs tuis post te. 19 & alibi, Quis det, inquit, talem eos habere men-
tem vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore,
vt bene sit eis & filijs eorum in sempiternū. Deus verbis manifestis profi-
tetur se viuentibus benefacere propter iustitiam sanctorum, & obseruationē
mandatorum suorum. vt qui ait Noe. Ingredere tu, & omnis domus tua in
arcam. te enim vidi iustum coram me in generatione hac.

32 Sed tamen alijs iā apertius illud declarat, atque in pactis cū Abrahā,
Dauide, & alijs initis. Per memetipsū iuraui, inquit ad Abrahā, quia fecisti
hāc rē, nec pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicā tibi, multipli 1. Genes. 22.
cabo semē tuū, & cætera. Et Isaac, multiplicabo 2 inquit semē tuū sicut stellas 2 Genes. 26
cœli & cætera eo quod Abrahā obedierit voci meæ, custodierit præcepta &
mandata mea, & ceremonias legesq; seruauerit. In libro autē tertio 3 Regū scrip 3. Reg. 15.
tū est: sed propter Dauid dedit ei Dominus Deus suus lucernā in Ierusalē &
cætera: eo quod fecisset Dauid rectū in oculis Domini & nō declinasset ab ō
nibus quæ præceperat ei cūctis diebus vitæ suæ. excepto sermone Vriæ He-
thei. In pacto vero cū Caleb initio 4 sic ait Deus: Et ipsi dabo terrā quā calca- 4. Deut. 1.
uit, & filijs eius, quia secutus est dominū. Et in pacto cū 5 Phinees: Ecce do ei 5 Nume. 25
pacē fœderis mei & erit tā ipsi quā semini eius pactū sacerdotij sēpiternū:
quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorū Israel. Et in pacto 6 cū 6. Ierem. 35.
Rechabitis: Pro eo quod obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & fecistis
vniuersa quæ præcepit vobis: nō deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab stās
in cōspectu meo cūctis diebus. Quæ ōnia vsq; adeo aperta sūt, vt quod hæretici
nugātur ea solū significare ordinē cōsequētiæ vel vna eorū lectione dissipetur

33 Ad hæc his pro sexto argumēto, cōstare ex scriptura Deū præclara be
neficia largitum esse posteris, gratia hominis impij: eo quod studiose impleuis
set quæ sunt eius præcepta. Iehu nam que 1 non custodiuit vt ambularet in le 1. 4. Reg. 10.
gē domini Dei Israel in toto corde suo. nō enī recessit à peccatis Ieroboā qui
peccare fecit Israel, nec dereliquit vitulos aureos qui erant in Bethel & Dā.
& nihilominus is 2 audiuit à Domino: Quia studiose egisti quod rectū erat 2. eodē capite
& placebat in oculis meis, & omnia quae erant in corde meo fecisti cōtra do
mū Achab: filij tui vsq; ad quartā generationē sedebūt super thronū Israel.
3 Notauitq; postea spiritus sāctus expresse, Deū impleuisse hūc suū sermonē 3 4. Reg. 15

1 Luc. 16. et vide supra sectione 29. 2. 2. Cor. 8

34. Vltimo, sunt Christus 1 duxit de personis, facile vobis amicos de mammona iniquitatis, vt quum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula: Ita Paulus de 2 bonorum operum abundantia ait: In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat: vt & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum. In quibus & hoc annotatione dignum est, quod Apostolus quum loquitur de communicatione bonorum huius sæculi, restringat eam ad præsens tempus: eo quod hæc eleemosyna non habeat locum in futuro sæculo. In præsenti tempore, inquit vestra abundantia illorum inopiam suppleat. Caeterum vbi loquitur de abundantia spiritualium bonorum siue operum, de quibus alibi 3 ait, diuites fieri in operibus bonis, eum non arctare supplementum ad praesens tempus: sed id extendere in futurum illimitatum nullius quidem temporis mentione facta: & consequenter etiam ad futurū sæculum. Vt & illorum, inquit, abundātia, vestrae inopiae sit supplementum Quod quum vere scriptum sit de communibus ecclesiae Ierosolymitanæ mēbris, quanto iustius dicatur abundantia beatę Marię Apostolorum, Euangelistarum, Martyrum, & aliorum illustrium sanctorum supplere inopiā nostrā?

3 1. Timoth. 6

35. Iam si quis vlterius quaerat cur Deus alijs benedicat propter bona opera sanctorum? ei respondendum est quod ea ipsi placeant. idque in tantū vt ea misericordia compenset hoc genere beneficij.

36. Prius enim membrum constat esse verum tribus argumentis. Primo scripturis veteris & noui testamenti, quae istud expresse affirmant de bonis operibus in rebus ad praesentem materiam non pertinentibus, nominatim 4 Reg. 20 & 22. 1 Timoth. 2. Phil. 4. & Hebr. 13. Altero scripturis de praesenti materia loquētibus quae idem innuunt. vt (verbi gratia) his, quas alia de causa ante citauimus: Per 1 memetipsum iuraui, dicit Dominus, quia fecisti hanc rē, & non pepercisti filio tuo Vnigenito propter me: Et, 2 eo quod Dauid fecisset rectum in oculis Domini: haec enim indicant ista opera vehementer ipsi placuisse Tertio, scripturis apertis huc pertinentibus. nominatim 3 illa de Iehu: Quia studiose egisti quod rectum erat & placebat in oculis meis: & omnia quae erant in corde meo fecisti contra domum Achab.

1. Genes 22. 2. 3. Reg. 15. 3. 4. Reg. 10

37. De altero vero membro hinc certi sumus, quod scriptura hoc genus beneficij vocet mercedem: illic vbi 1 ait. ecce hęreditas Domini, filij: merces fructus ventris. quodque per se manifestum sit Deum ista beneficia conferre in gratiam non indignorum: sed dignorum.

1. psal. 126.

38. Latini porro eum qui studet alicui placere obsequijs & officijs, dicūt demereri siue promereri ipsum. vt (exempli causa) Quintilianus quum 1 ait: simul vt pleniori obsequio demererer mei amantissimos. & Cyprianus dum 2 ait: Interest verum quis homines promereri, an Deum cupiat. Idéque nō

1. proœmio in insti. orator 2 epist. 3. libro 2.

solum

solum beneficium: sed etiam obsequium & officium vocant meritum. Demeremur enim & promeremur merito. Et consequenter sancti rectè & vere dicuntur prodesse nobis suis meritis. quandoquidē hoc latine significat quod diximus scripturam docere, sanctos nobis prodesse operibus quibus Deum demeruerunt, siue quibus Deo placuerunt.

39. Rursus, quia dignum esse aliqua re, & eā mereri sunt synonyma (quibus vtique licet vti per scripturas) & spiritus sanctus mercedis vocabulo in hoc beneficij genere vtens insinuauit meritum: propterea quod merces relatiue dicatur ad meritum, testibus authoribus 2 veteris & noui 3 testamenti atque etiam omnibus Grammaticis, dialecticis & rhetoribus, Qui hac meriti significatione dicit sanctos nobis prodesse suis meritis: dicit vocabulo ex scripturæ doctrina profluente, quod ostendimus scripturam etiam docere, sanctos nobis prodesse operibus quae Deo in tantum placuerunt, vt ea etiam hoc beneficij genere compenset. *2. Genes. 30 et 31. 2. Reg. 7 & 1 Paral 24. 3. Luc 10 et 1 timoth. 5 Apocal 22. Matth 20 et alijs locis.*

40. Sed quia res haec indiget paulo ampliore expositione: addimus breuiter ex doctrina de meritis, duplicem inueniri in scripturis compensationē siue mercedem. vnam quae misericordia fit. qua (exempli causa) quidam dicuntur digni qui Apostolos recipiant hospitio, & domus dicitur digna pace ab eis ipsi optata. Alteram, quae iuste 1 redditur à Deo 2 tanquam iusto Iudice qua (verbi gratia) Filij Dei dicuntur 4 digni Deo, 5 regno cœlorum, & 6 consuetudine Christi. Ex quo porro sequitur duplex quoque esse meritum: vnum quod vulgo vocant de congruo, siue congruum & conueniens misericordiae Dei. alterum quod vulgo dicunt de congruo, siue meritum iustum cui merces redditur à Deo tanquam iusto Iudice. *1. Matth. 10 2. Apocal 18 & 22. 3 2. timoth 4. 4. Sap 3. 5. 2. thessal. 1 6. Apocal. 3.*

41. Scripturae vero passim ascribūt hoc genus beneficij quod tractamus 1 misericordiae Dei. & excutienti varietatem exemplorum quae apud eas hic illic leguntur, quaedam occurrunt in quibus meritum de condigno manifeste non habet locum. vt (exempli causa) in munere filij 2 pij Asa dato propter Dauid impio Abiā, quandoquidem nemo sibi-ipsi, multo minus alijs meretur primam gratiam. *1 nominatim Exod. 20 et 28. et deuter. 5. & 7 2. 3. Reg. 15*

42 Vtrum autem Filij Dei bonis operibus quibus sibi mercedē merentur quae à Deo tanquam iusto Iudice redditur, vnà alijs quaedam beneficia etiā eadem meriti specie mereantur, osculantibus se-se mutuo misericordia & iustitia: quod Dauid significare videtur, quum ait, Et iustitia illius in filios filiorum his qui seruant testamentum eius: relinquimus studiosis examinandum.

43. Tertio, inest huic vocabulo & alia vtilis significatio rei à scripturis traditae. Certum est sanctos corpore exutos repraesentare in cœlo multa bo

eo non adiuuemur ad intelligendũ quomodo iſtud cõcordet cũ gratia Redẽptoris. Alter vero viã aperit ad iſtud intelligendũ: tradit enim aperte hæc beneficia miſericordia Dei tribui ſanctis in alijs. Proinde connectendi ſunt hi duo ſcripturarũ loquendi modi hoc pacto: Deus alijs benefacit propter ſãctos ſuos, quibus hãc miſericordiã præſtat vt eis etiã in alijs benefaciat. Porro omni certo certius eſt ex ſcripturis omnẽ miſericordiã fieri propter Chriſtũ. Et cõſequẽter plena ſcripturarũ doctrina hęc eſt, Deũ benefacere alijs propter ſãctos ſuos, quos tãta miſericordia proſequitur propter Chriſtũ vt eis benefaciat etiã in alijs.

47. Quod ſi licuit ſcripturis veteris teſtamenti & Patribus vti formula Propter ſãctos, nulla plane mentione Chriſti facta, propterea quod eius redẽptio & gratia lateret in doctrina & myſterijs Iudaicis: quãto minus accuſãdi ſint fideles de iniuria in Chriſtum, ſi forte contingat eos non ſemper nomẽ Chriſti exprimere in hac adiutorij ſpecie: vt qui id non poſſint non ſubintelligere propterea quod imbuantur à teneris annis doctrina gratiæ Chriſti: & eam cum Eccleſia profiteantur etiam in publicis orationibus notiſſima omnibus appendice earũ, Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiũ tuũ.

48. Iam intelleximus quomodo formula ſcripturis & fidelibus familiaris, Propter ſanctos, conſiſtat cum miſericordia & gratia Dei propter Chriſtum. Exponendum nunc eſt breuiter ex doctrina de meritis quomodo ſimul conſiſtant meritum Chriſti & gratia Dei, & meritum quod à Deo preuenit homini. de hoc enim quæſtio eſt, non de merito hominis quatenus ſolum homo eſt quod omnibus certum eſt repugnare gratiæ.

49. Igitur licet vtamur eodem meriti vocabulo in ſanctis, quo vtimur in Christo: eo quod ſcripturæ in vtriſque vſæ ſint mercedis & huic ſimilium vocabulis: tamen non ſumus neſcij meritum Chriſti immenſo præſtare merito ſanctorum. Omne namque meritum quod fideles recipiunt, eſt fructus meriti Chriſti: quo ſimus participes gratiæ ipſius, etiam titulo mercedis: vel miſericordis, vt accidit in merito congruo: vel etiam iuſtae, vt euenit in merito juſto. quod quanto maius eſt tanto magis illuſtrat meritum Chriſti. Vt quod potens fuerit mereri fidelibus opera digna quibuſdam alijs gratijs: atque adeo etiam vita ęterna. Ita vt haec dona dupli ci titulo poſſideamus: merito Chriſti & gratia Dei: & merito noſtro id eſt, nobis à Deo dato, ac mercede ei reſpondente. *1. Iſai. 62. & Matth. 5. & 10. 20. & alijs locis.*

50. Non quod meritum Chriſti non ſit ſolum in ſe ſufficiens: Chriſtus enim meritus eſt ſufficientiſſime omnes gratias vtiles & neceſſarias ad vitam aeternam, atque adeo etiam vitam aeternam: ſed quod hoc meritum, [illegible] in ſe [illegible]

in se potentissimum & sufficientissimum, non prosit nisi ijs qui gratiarum eius fiunt participes quomodo (exempli causa) pharmacũ, quantumuis potens, non prodest nisi bibatur. Fimus au.ẽ participes eorum quæ Christus meruit, fide, sacramentis, & bonis operibus. Deus enim indignos censuit otiosos & ignauos gratia Christi. præscripsit ergo suis bona opera: eademque merito Christi fecit esse vere digna vita æterna & multis alijs gratijs: hoc est, verè merita: vt gratiarum meriti Christi participes essemus etiam sub titu
6.Act.10. lo mercedis voluit enim nos operari iustitiã & salutem nostram. vt serua
a.Philip. retur ordo institutus in Adamo: cui vita æterna proposita erat acquirenda operibus ea dignis.

51. Declarabimus exemplis quod diximus. Christus meruit nobis vitam
b.Rom.6. æternam & consequenter dubium non est quin vita æterna sit gratia. quod clarissime apparet in infantibus baptizatis qui excedunt è viuis ante vlla bona opera. idem etiam nobis meruit alia omnia dona quæ Deus reddit bonis operibus fidelium proinde certum est hæc quoque omnia esse gratias. quod apertissime cernere est in ijs qui præuenti abundantia benedictionis Dei confestim eisdem donis ditantur, atque ordinarie alij post bona opera. Præterea vita æterna & ista alia dona sunt hac quoque ratione gratiæ quod ipsa quoque bona opera quibus vita æterna & hæc alia redduntur, sint gratiæ profluentes ex merito Christi Sed his non obstantibus eadem quoque bona opera fidelium sunt vere merita per meritum Christi: quia sunt vere digna varijs do
a.Matth.6. nis atque adeo vita eterna, nobis implentibus conditiones sub quibus insti-
Ioã 3 Ro.8. tuti sumus haeredes Dei & cohæredes Christi. Et sunt vere merita nostra.
a.timoth 2. quãdoquidẽ sunt nobis data á Deo merito Christi quod enim nobis datũ est,
hebr. & a. vere nostrũ est eo quod donatio sit modus legitimae acquisitionis.
lijs locis

52. Itaque quomodo (exempli causa) potentia Christi magis illustrata fuit quod dederit Apostolis potestatem faciendi miracula, quam si solus ea præstitisset: Ita quod is communicauit cum fidelibus vt ipsi quoque mererentur in suo gradu quasdam mercedes, illustrat potentiam eius: tantum abest vt eã obscuret. Et sicut Apostoli non poterant gloriari nisi in Deo & Christo de potestate faciendi miracula, eo quod eã à Christo accepissent, eaque in Christi nomine praestarent: ita fideles non habent quod glorientur propter hoc
s.1 Cor. 1 meritum nisi in Deo & Christo: quia acceperunt (vt diximus) hoc meritum
Cor. per meritum Christi donatione Dei quae excludit omnem malam gloriam:
z.1.Cor. 4. iuxta illud Apostoli: si autem accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis?

53. Et haec est vera doctrina de merito, siue id referas ad mercedem in eorum persona: siue extendas ad mercedem ipsi datã in alijs. nisi quod istud magis illustrat meritum Christi, & bonitatem ac sapientiam Dei. meritum Christi

Chriſti quod tam potens fuerit vt alios potentes fecerit merendi quædam non ſolum ſibi, ſed etiam alijs. bonitatem Dei, qui dignatus ſit compenſare fidem & alia bona opera ſanctorum non ſolum in ipſis, ſed etiam in alijs propter ipſos. ſapientiam vero Dei, qui quum præuideret plurimos non præſtituros opera à ſe præſcripta, vel non niſi ſegniter ea facturos, paucorum inſignibus virtutibus prouiderit iſtorum commodis.

54. Quæ omnia vt obſcuret diabolus, inuidus gloriæ Dei & Chriſti, & vt homines plane indignos reddat hoc ſanctorum auxilio, oppugnat meritis Chriſti, quæ ſcit omnes ſuſpicere, merita ſanctorum, illuſtriſſimum fructum meritorum Chriſti. fingit enim, inter alia, ſanctos à nobis ſubſtitui in locum Chriſti: merita ſanctorum addi meritis Chriſti tanquam ſuppleméta, vel ſubſidiaria quædam auxilia: & plura his ſimilia. quomodo enim aliter hîc fideles ſeduceret? Nempe naturalius nihil eſt, quam vt membra vnius corporis ſeſe mutuo adiuuent: nihil iuſtius, quam vt ſocij ſociorum bonis communicent: nihil in ſcripturis expreſſum quod magis concordet cum verbo Dei tradito per ſermonem atque ea quæ docuimus ex ſcripto Dei verbo cum iſto non ſcripto, Dei Verbo à nemine ignorato, CREDO SANCTORVM COMMVNIONEM.

55. Reſtant tractanda duo poſtrema capita: quæ pertinent ad eccleſiaſticę ſententiæ expoſitionem, quæ res maximi momenti eſt: eoquod ea confirmemus in germano ſcripturarũ quibus vſi ſumus ſéſu: atq; adeo in ipſis dogmatibus. Incredibile auté eſt quæ peccata Magdeburgéſes hic admittãt. Quũ enim ne centeſimam quidem partem memorauiſſent eorum quæ de meritis extabant apud Veteres iam inde à 1 Minutio Faelice, 2 Tertulliano, 3 Origene, 4 Iuſtino, 5 Ignatio, ad noſtri vſque ſaeculi Scriptores: viderunt conſentaneũ eſſe huic ſuo peccato vt multo minus officium ſuum facerent in exponenda Eccleſiae ſententia, de eo quod virtutes ſiue merita ſáctorum alijs prodeſſent. Itaque centurijs ſecunda, tertia, quarta, ſeptima, octaua, nullius Veterum teſtimonium proferunt, qui ea crediderit quae docuimus. quinta vero centuria ſolum citant duas ſententias, vnam Leonis, alteram Paulini. & ſexta ſimiliter vnam Ennodij, & Iuſti vnam: & nona, vnicam Haymonis. atque ita (ſi Deo placet) vt eas referãt ad inclinationé doctrinae. idque non ſub aliquo certo titulo: ſed hic illic ſub titulis de bonis operibus, de oratione, & capite 10. de vitijs ſanctorum: ipſis interim nullum plane proferentibus (quia nó poterant) qui ſcripſerit Sanctos corpore exutos non prodeſſe hic viuentibus ſuis meritis.

1. in Octauio in verbis: quoties à nobis & meritis verborũ, & orationis incendiis de corporib' exiguntur. 2. in libro de resurrectione carnis, cũ vero etiam facta deuincta sint meritis. & in apologia, suscitatis omnibus ab initio defunctis, & reformatis, et recensitis ad vtrumq; meriti dispunctioné & iterum, vt boni, seu contrarij meriti iudicium à Deo referat & tertio, Et anima non sine carne meruerint. 3. sub initium libri quinti contra Celsum loquente de angelis, Et inde rursũ descen-

descẽdere eorum cuique pro meritis iussos aliquid subministrare. & libro 8. in verbis: quippe qui simul & sentiant quã Dei sint benignitaté promeriti. *4. in secunda apologia in verbis: Cumque eis persuasum sit vnumquemque recepturum quod meruit, Deo pensante malam, bonamue operam, & iterum: & cuique pro meritis & pœnam repositam, aut salutem sempiternam. Et in principio libri cui titulum dedit, Confutatio dogmatum aliquot Aristotelicorum: in verbis: Inter omnes honestos conatus quibus homines Deum demereri student.* *5 in epistolis ad Tralianos, Magnesianos, & Smyrnenses, in verbis, vt Deum merear adipisci*

56. Quid, quod admittunt insignia peccata etiam in prima centuria? Narrant enim libro priore, capite quarto, titulo de eleemosyna, dictum esse à 1
1. Luc. 16. Christo de vera facultatũ collocatione: facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, vt quũ defeceritis recipiãt vos in æterna tabernacula. sed ne verbulo quidem exponunt qui sint hi amici, quoque modo eos qui deficiunt recipiant in æterna tabernacula. Memorant libro altero capite 10 in vita Pauli 2
2. Act. 27. donationem ipsi factam 272 animarum, sed ita vt nullo pacto attingant præsentem materiam. postremo referunt capite 4. eiusdẽ libri plurima ex scripturis Apostolorũ de bonis operibus, & nominatim de eleemosyna. sed omittunt 3 sententiam Pauli: In praesenti tempore vestra abundantia illorum ino-
3. 2. Cor. 8 piam suppleat, vt & illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum.

57. Sed faciamus omnes vt cognitum habeant Magdeburgensibus non materiam, sed voluntatem defuisse citãdi scriptores pro ijs quae tractauimus. & nominatim pro virtute meritorum erga alios.

Ignatius ergo his verbis vtitur in epistola ad Smyrnenses: Pro animabus vestris spiritus meus & vincula mea sint quae non spreuistis, & non erubuistis.

Irenaeus libro quarto aduersus haereses c. 49. arguit Ægyptios ingratitudinis erga filios Israel his verbis: qui nullam gratiam ex merito parentum debitam reddiderunt. & libro quinto dicit Mariam fuisse Heuae aduocatam fide & obedientia: cuius germanum sensum vide infra titulo 15 sectionibus nona & sequentibus usque ad decimam sextam.

Origenes homilia 3. in diuersos loquens de parentibus paruulorum occisorum ab Herode, Eorum vero parentes, inquit, pro ipsorum merito passionis, dignam mercedis accipient retributionem à iusto æterno Domino Deo.

Tertullianus libro. 4. aduersus Marcionem citans locum Luc 16: facite vobis amicos, & cætera: admonens, inquit, nos de sæcularibus suffragia nobis prospicere amicitiarum.

Ephrem in fine sermonis de laudibus sãctorum martyrum: Ego item imbecillis accepto vestris meritis & precibus robore.

Ambrosius in libro de arca & Noe: Noe, inquit iusti merito etiam domus eius in diluuio seruatur. Et libro 1 de Abraham: Illorum (puta, sanctorum) nos fides seruat, illorum iustitia ab excidio defendit. Sodoma quoque si habuisset

viros

viros decem iustos, potuit non perire. Et sermone 77 de natali sanctorũ Octauij, Aduentitij, & Solitoris: Cum sanctis ergo martyribus quiescẽtes euadimus Inferi tenebras eorum proprijs meritis. Et sermone 91 de inuẽtione corporum Geruasij & Protasij: Atque amentiæ in tantum procedunt (puta Arriani) vt negent martyrum merita, quorum opera etiam dæmones confitentur. Et sermone 93 de natali sanctorum martyrum Nazarij & Celsi profert hanc insignem sententiam: Immensa enim Dei nostri pietas, multiplex ad bonitatem, & artifex ad salutem, proponens arduam virtutum palmam, raro appetitore pretiosam, in paucorum triumphis, plurimorum commodis prospicit. Illorum siquidem merita, nostra vult esse suffragia Et postea non clauditur locis quod diffunditur meritis.

Hieronymus libro 2. aduersus Pelagianos: In multis, inquit, Regibus legimus de stirpe Dauid quod non suo merito, sed Dauid patris virtutibus conseruati sint, qui fecerit placitum in conspectu Dei. Et in cõmentarijs in caput 37 Esaiæ, ad vreba, Et saluabo eã propter me, & propter seruũ meũ Dauid: In quo, inquit, admonentur & suæ negligẽtiæ: & illius (puta, Dauid) fidei & iustitiæ quod in tantũ iustiã diligit Deus, vt etiã posteros sãctorũ hominũ, nõ suo merito, sed maiorũ virtute tueatur. Et in caput 15 Ieremiæ, ad verba, Et dabo eos in furorẽ propter Manassen: quomodo sãctorũ merita descendunt ad posteros, sicut Dauid & cæterorum: sic peccatorum flagitia, si liberi nepotesque similia gesserint, ad posteros perueniunt. Et in caput 18 Ezechielis, vt merita patrum, filiorum adiuuet conuersio.

Prudẽti9 in hymno Quirini martyris insignẽ meritis virũ Quiri. placitũ Deo

Paulinus natali 8. Fælicis: Ille preces nostras meritis pius afferet altis. Et iterũ: Non est cura haec noua sanctis Exorare Deum pro peccatoribus ægris, Vique boni meriti meritum superare sinistrum. Et sub finem panegyrici de obitu Celsi pueri (quem solum locum Magdeburgenses citant tanquam ex natali. 9. Faelicis, Innocuisque pares meritis peccata parentum Infantes castis vincite suffragijs.

Idem author, siue alius eiusdem nominis, in vita Ambrosij: tamem adhuc intra palatium mulitudo Arianonrum cum Iustina constituta deridebat tantã Dei gratiam, quam ecclesiae suae Catholicae Dominus Iesus meritis martyrum suorum couferre dignatus est.

Lucianus Presbiter in epistola ad vniuersam ecclesiam: fultus beatissimi martyris Stephani meritis.

Augustinus innititur quatuor locis scripturę: & alias saepius tanquã rem notam sine scriptura tradit. Libro quaestionum super Exodum c. 149: vt eo, inquit, modo admoneremur quum merita nostra nos grauassent ne diligere-

mur à Deo, releuari nos apud Deum illorum meritis posse quos Deus diligit. nam cum ab Omnipotente dicitur homini, sine me, & conteram eos, quid aliud dicitur, quam contererem eos nisi diligerentur abs te. Et libro 1. de consensu Euangelistarum c. 10: Quia merita Petri & Pauli, etiam propter eundé passionis diem, celebrius & solenniter Roma commendat. Et quæstione. 8. libri. 2. quæstionum euangelicarum, innixus loco capitis sexti Lucæ: Non enim inquit, diceret, dabunt in sinum vestrum, nisi quia per illorum merita quibus vel calicem aquæ frigidæ in nomine discipuli dederint, mercedem cœlesté recipere merebuntur. Idem in libro de cura pro mortuis agenda c. 5. fatetur animam defuncti iuuari meritis martyris. Et libro 8 de ciuitate Dei capite vltimo: sanctificari, inquit, ibi eos volunt per merita martyrum. in nomine domini martyrum. Et libro 16. eiusdem operis capite 37. innixus loco Genesis 26: Erant proculdubio, inquit, paternæ fidei & obedientiæ merita potiora, in tantum vt propter illum dicat Deus huic se facere bona quæ fecit. Et libro 21. capite 27 tractans locum Lucæ 16: illi auté, inquit, qui recipiûtur in æterna tabernacula, fatendum est quod non sint his moribus præditi vt eis liberandis sine suffragio sanctorum sua possit vita sufficere. paulo post. Est itaque quidá vitæ modus, nec tam malæ vt his qui eam viuunt nihil prosit ad capessendum regnũ cœlorum largitas eleemosynarum, quibus etiam iustorum sustentatur inopia, & fiunt amici qui in æterna tabernacula recipiant: nec tam bonae vt ad tantam beatitudinem adipiscendam eis ipsa sufficiat, nisi eorum meritis quos amicos fecerint, misericordiam cõsequantur. Et libro 20. contra Faustum c. 21 addit populum Christianum memorias martyrum religiosa solénitate celebrare, & ad excitandam imitationé, & vt meritis eorum cõsocietur, atque orationibus adiuuetur. Nã quod Chénitius 1 ait Augustinum per cõsociationem meritorum intellexisse, vt consors reddatur virtutum illarum quas in martyribus celebrat: & vt aliquando consors & socius fiat praemiorum quorum martyres in vita aeterna facti sunt compotes: alienos hic affingit sẽsus Augustino. Prior enim significatus est ab eo verbis, & ad excitandam imitationem: Posterior debuisset sequi verba, atque orationibus adiuuetur. Chrysostomus quoque nititur varijs locis scripturae: & nonnumquam eos subticet. Saepe inquit, quando non inuentus est in praesenti vita iustus, propter defunctorum virtutem viuentium miseretur & curam habet. Et homilia. 2. in psalmum 50: hic enim sanctus Dauid non solum placuit Deo: sed & post mortem suã viuis inuenitur praestitisse grande solatium, & caetera. Dauid mortuus est: & merita eius vigent. ô rem admirandam. ô ineffabilis clementia Dei. homo mortuus viuo patrocinatur. ô iustorum & post consummationem inexpugnabilis pugna virorũ. Quibus similia habet homilia 27 in Matthæum

1. pagina 949. tracta. contra Inuocationẽ sanctorum.

theatrum:& libro.3.aduersus vituperatores vitæ monasticæ:& homilia 77. ad populum Antiochenum:& sermone de pœnitentia & confessione. homilia vero post reditum prioris exilij sic ait: Veniamus ad Timotheum nouũ Paulum,& Andream alterum Petrum. credimus iuuari nos illorum meritis.
Leo sermone, non primo vt Magdeburgenses male notauerunt, sed secundo de anniuersario assũptionis suæ die ad summum Pontificatum: si quid itaque à nobis recte agitur: Si quid à misericordia Dei quotidianis supplicationibus obtinetur, illius est operum & meritorum, cuius in sede sua viuit potestas & excellit authoritas. Et sermone 1 & 7 de ieiunio septimi mensis: Apud beatum Petrũ pariter vigilias celebremus: cuius meritis & orationibus confidimus nobis per omnia misericordiam Dei nostri esse præstandam per Dominum nostrum Iesum Christum.
Cassiodorus libro Institutionis diuinarũ lectionum, eius possimus nunc meritis adiuuari.

58. A cuius ætate & deinceps necessarium non est vt plura testimonia citemus, quandoquidem ea passim occurrunt apud scriptores. vt (exempli causa) apud 1 Gregorium Magnum, Gregorium 2 Turonensem, 3 Maximum, 4 Ennodium, 5 Alchimum Auitum, 6 Faustum, 7 Fortunatum: & alios qui vitas sanctorum scripserunt inde à Merouæis & Pipinis.

1. nominatim libro 3 dialogorum c. 19.
2. in omnibus eius libris.
3. nominatim in sermone de Nazario & Celso. *4 in epistola ad Faustũ.* *5 in libro de diluuio c.6.* *6. in præfatione in vitam sancti Mauri, & in ipsa vita in sanatione cæci.*
7. passim in eius operibus, & nominatim libro 4 de vita S. Martini.

59. Quid, quod certum est ex Iosepho Iudæos quoque hęc dogmata credidisse? Is enim 1 tribuit Abiam hæc verba: Sed etsi per ætatem aliquid peccasset (putà, Roboã) æquum erat veniam dedisse, vel propter Salomonẽ, & illius in hanc gentem beneficia. par enim est parentum meritis posterorum peccata condonari. hoc autem est pars argumenti quod 2 suprà sumpsimus à natura hominis bene formata ad eius authorem. Et sub finem libri de Machabæis scribit eos morte sua restinxisse peccata gẽtis Iudaicæ. Et paulo post Videte, inquit, quãtũ nobis septẽ filiorũ ac matris passio præstiterit collegarũ Ecce totius gentis mala populique peccata paucorum exemit exitium.

1. libro 8. antiquit. Iudai. c.5.
2. sectionibus 4. & 5.

Quod Sancti corpore exuti orent pro nobis, ex sacris scripturis.

Titulus 9.

Ostendi-

Ostendimus ex sacris scripturis sanctos corpore exutos nobis prodesse operibus quae hic praestiterũt. Sequitur vt ostendamus ex sacris scripturis eos etiam nobis prodesse operibus quae faciunt in cœlo: & ante alia orationibus, idque exacte. propterea quod omnes haeretici eis quoque aduersentur: differenter tamen.

2. Conueniunt enim omnes in eo quod praecise damnant varias & particulares eorum pro nobis preces. De generali vero eorum oratione variant Nã Authores 1 Confessionis Saxonicæ rotunde fatentur non esse dubiũ quin beati orent in genere pro ecclesia. Hæc enim sunt eorum verba. Authores vero Apologiæ confessionis Augustanæ solum 2. aiunt se nobis concedere quod sicut sancti viui orant pro vniuersa ecclesia: ita defuncti orent pro ecclesia. quod manifeste longe minus est illo Saxonum verbo, Non est dubium & longe minus esse plenius intelligitur ex eo quod addunt: tametsi testimoniũ nullum de mortuis orantibus extet in scripturis praeter illud somnium sumptum ex libro Machabæorum posteriore. Chemnitius autem istis longe parcior est. etsi enim 3 pium esse scribat existimare eos in genere orare pro ecclesia: tamen nusquam istud concedit Catholicis: & plane ex diametro pugnat cum illo Saxonum verbo, Non est dubium affirmat enim istud neque posse neque debere tradi pro articulo fidei: eo quod in scriptura Canonica nullũ prorsus extet (vt inquit) perspicium, expressum & certum testimonium de sanctis orantibus in altero sæculo pro ecclesia militante. cum alias Apocalypsis Ioannis multa & varia de statu beatorum in altera vita ostendat. Postremo bene multi sunt hic rigidissimi. Inter quos principẽ locũ tenent 4 Henricus Bullingerus, 5 Rodolphus Gualtherus, & Caluinus. nam duo primi tradunt certum quidem esse sanctos nobis bene velle: & posterior adijcit eos quoque cupere Dei nomen inter homines sanctificari. caeterum eos non orare pro nobis. Caluinus vero vno 6 loco scribit probabile esse eos stata & immota voluntate in Dei regnum aspirare, & in hunc modum pro nobis orare. verũ ne hoc quidem simpliciter concedit. & ex alijs 7 locis quibus sanctorum pro nobis orationes oppugnat absque vlla distinctione, manifestũ facit, ista verba, in hunc modum improprietatem designare. haec isti.

1. *in titulo de Inuocatione hominum qui ex hac vita discesserunt.* 2. *in capite de Inuocatione sanctorum* 3. *in examine decreti concilii Tridẽtini de Inuocatione sãctorum.* 4. *libro. 1. de origine erroris c. 15.* 5. *homilia 69. in c. 13. epis. 1. ad Cor* 6. *Instit. lib. 3. c. 20 sect. 24.* 7. *nominatim ex commentariis in c. 13 epist. 1 ap Corinth ad verba Charitas numquam excidit.*

3. Quae dum conantur tueri, plurima alia insignia peccata admittunt. Commune enim est bene multis quaedam nullius momenti argumenta pro sanctorum orationibus referre & confutare: fortia vero subticere: & si quae eiusmodi attingant, ea qua decet fide non memorare: deinde verò eis insultare: vocare omnia futilia, ridicula, & talia vt ex eis appareat quam ruinosa sit

fit hęc causa cuius talia ponuntur fundamenta Omnes calumniantur fideles hic detorquere scripturas in alienum sensum. Omnes comminiscuntur exceptiones siue responsiones ad eas. Omnes fingunt has orationes iniuriosas esse in Christi pro nobis intercessionem. Magdeburgenses vero 1 his addũt eas Deo suum honorem eripere & creaturis vindicare. Caluinus autem 2 adijcit eas fideles à Christo abducere. neque erubescit quaerere quis vel angelus vel dæmon de eiusmodi quam fingimus intercessione syllabam vnam renuntiauerit? In scriptura enim nihil extare. 3 Papistas vero has intercessiones excogitasse. Chemnitius vult 4 orationes sanctorum quas scriptura prodit significare gratiarum actiones. Brẽtius 5 comminiscitur improprias quasdam eorũ orationes, dicens eos quodam modo pro nobis orare. Denique 6 sunt qui confingũt erroneas historias de initio, progressu, & complemento sententiæ de precibus sanctorum pro nobis, qua plerique hactenus (vt aiunt) delusi sint. De quibus & multis alijs dicemus exacte suis locis.

1. centur. 4. c. 4. titulo de oratione in inclinatione doctrin.
2. libro. 3. Instit. c. 20. sec. 21.
3. apud Marloratum in expos. eccle. in. c. 13 epist. 1 ad Corinth. ad verba, Charitas numquam excidit
4. in examine concilij Tridentini de Inuocatione sanctorum in responsione ad 11. argumentum.
5 in Confessione VVittenbergensi in capite, de Inuocatione sanctorum.
6 vide infra titulum.

4. Hîc autem solum plene tractabimus ex sacris scripturis sanctos corpore exutos orare pro nobis. qualescunque (quod hoc titulo non examinabimus) preces pro nobis fundãt. idque quindecim argumentis. confutatis omnibus hæreticorum ad ea responsionibus. Magnopere enim nobis cauendũ est ne Lectorem nimia & confusa rerum multitudine oneremus: malo quorundam hæreticorum exemplo, qui omnes quaestiones coniungunt, etiã de Inuocatione & veneratione.

5. Igitur quod sancti corpore exuti Deum precentur pro nobis, aperte traditũ est (sicut 1 Origenes & 2 Eusebius Cæsariensis olim notauerũt) capite vltimo libri secundi Machabæorum. Illic enim Iudas Machabęus videt in somnis Oniam defunctum protendentem manus & preces fundentem pro omni populo Iudaeorum: & alium quoque virum aetate & gloria mirabilẽ, de quo Onias ait: hic est fratrum amator & populi Israel. hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate Ieremias Propheta Dei. qui etiã extenderit dextram, & dederit Iudae gladium aureum dicens: accipe sanctũ gladium, munus à Deo, in quo deijcies aduersarios populi mei Israel.

Primum argumentum ex capite vltimo libri 2 Machabaeorum

1. homilia. 3 in canticum canticorum & in Ioannem, vbi tractat verba Christi, ne cœperitis dicere, Patrem habemus Abraham.
2. libro 12. de preparatione euangelica.

6. Et ne quis forte istud parui faceret propterea quod fuerit somnium (vt quidem id hac de causa parui 1 faciunt Authores Apologiæ Confessionis Augustanæ) aut, quod deterius est, existimaret id esse de numero sõniorũ quo-

rum

2.Leuit.19. tũ 2 obseruatione nobis interdictũ est: Sed vt é contra omnes scirét id reponẽ
3.Nume.12. diũ esse inter 3 sõnia diuina: qualia (exẽpli causa) fuerunt sõnia 4 Iosephi, sõnia
4.Genes.37 5 pincernæ & pistoris Pharaonis, sõnia 6 ipsius Pharaonis, sõnia 7 Nabuchodo
5.Genes.40 nosor, sõniũ 8 Danielis, sõnia 9 in quibus Deus apparuit Salomoni & sõnia 10
6.Genes.41 in quibus Angelus apparuit Ioseph viro Mariæ Virginis. Eodẽ loco sõniũ hoc
7.Daniel 2. & 4. dicitur fide dignum: eius narratio vocatur sermones optimi, quibus milites
8.Daniel.7 cultus Dei vindices à Iuda eorum duce incensi constituerunt prælio decerta
9.3.Reg.3. re contra Nicanorem: denique euentus narratur respondisse somnio.
10.Matth.1.& 2. 7. Quibus pressi hæretici, peccatum peccato accumulantes, eo confugiunt vt Machabæorum libris certam verbi Dei authoritatem abrogent. A qua præuaricatione multa eos deterrere debuerant. primum quod Deus in deprecationem persecutionũ huius historiae ædi 1 curauerit psalmum 78 inde à tempore Dauidis. Deinde quod is tanti hanc historiam fecerit vt 2 Danieli & per Danielem fidelibus persecutorem Antiochum typũ Antichristi, multis ante saeculis reuelauerit, quam in viuis esse cœpisset. Et hæc historiae scilicet non fuerit digna quae spiritu Dei scriberetur. Ad haec, quod cõstet ex 3 euangelio tum populum Iudaicum, tum ipsum Christum obseruasse festum Encaeniorum, cuius institutionem 4 vterque liber Machabaeorum narrat. praeterea quod 5 Paulus meminerit suppliciorum martyrum, quae 6 secundus liber memorat. Denique quod hi libri traditi sint ab Apostolis ecclesiae Christianae pro verbo Dei.

1.1.Machab 7. et vide Eusebiũ Caesariensẽ 10. demonst. euang. c. 1.
2.Daniel 8.9. et 11.
3.Ioan. 10.
4. Machab 4. et 2. Machab. 10.
5. Hebre. 11.
6. c. 7.

8. Nam quod olim quaedam argumenta facta sunt aduersus eorum authoritatem, nihili aestimandum est. Facta enim sunt, & etiam num fiunt, longe plura, cõtra quasuis certissimas scripturas, vel serio ab haereticis, vel à fidelibus plenioris doctrinae causa. Et quæ pauca hactenus adinuenta sunt, plenissime soluuntur in tractatu de canone sanctarum scripturarum. Sed quoniam non semel vtemur horum librorum authoritate, & haeretici semper in ore habent hos libros non fuisse in canone Iudaeorũ: necessario hic breuiter dicendum est de hoc scrupulo.

9. Esdras, sciba doctus in lege Domini, vbi redijsset ex captiuitate Babylonica, & ipse met legit publicé, & alios exemplo suo prouocauit publicé le
1.2 Esdr.8. et 9. gere, primum Legem, deinde caeteros libros diuinos, vt certum est ex 1 alteroEsdrae libro, & ex legendi more etiam temporibus 2 Christi & 3 Aposto-
2.Luc. 4. lorũ durãte. Sed quũ animaduerteret Iudaeos 4 dedidicisse loqui hebraicé,
3.1. Corint 3. et Ac. 15. & plane rudes euasisse in rebus diuinis: selegit maxime necessarios libros
4 nominatim qui ordinarie legerentur in synagogis: quorum complexum vocauerunt ca-
4. Reg. 18 nonem. Omisit autem historiarum libros ad quos libri 5 Regum & 6 Parali-
6 nominatim Paral. 35. pomenon saepius remittunt Lectorem, eo quod essent valde prolixi. Sapien

tiam

tiam verè, propterea quod scripta esset græce in gratiam Principum gentium quos Salomon sententijs huius libri 7 catechizauerat: Tobiam vero & Iudith quod scripti essent Chaldaicé. 7.3.Reg. 4.

10. Tempore vero procedente quum scopus Esdræ multorum animis excidisset quidam cœperunt ambigere de authoritate harum scripturarum. quasi videlicet Esdras voluisset hos libros proscribere de numero diuinorũ librorum: & Baruch quoque, librum scribæ Ieremiæ qui ei venerat sub nomine Magistri, cuius etiam epistolam continet maxime necessariã aduersus idolatriam migraturis in Babylonicam regionem. Eoque nonnulli etiam processerunt, vt sub obtentu huius canonis contenderent Ecclesiasticum & Machabæorum libros post tempora Esdrae scriptos non esse diuinos. quasi scilicet potuerint esse in canone Esdræ qui nondum scripti erant: aut quasi Esdras voluerit spiritui sancto præscribere ne post se vllos diuinos libros dictaret. Et vt errores facile crescunt, hoc scandalum trãsijt ab his Iudaeis ad quosdam Christianos: caeteris nihilominus quae de Deo, Christo & Paulo retulimus, & traditionem Apostolicã merito pluris facientibus, atque hoc vile argumentum.

11. Sed demus (quod tamen dandũ non est) hos libros non esse certo diuinos, ne sic quidem effugient manum Dei retinentem eos vt pœniteãt de licti. Facere enim nullo modo possunt quin eos minimum distinguant ab apocryphis libris, id est, ab ijs qui occulte editi iudicio omniũ cõtinẽt errores: item à scriptis Patrum ecclesiasticorũ, vt, exempli causa, Chrysostomi, vel Augustini: quorum operibus inesse possunt errores: his vero nequaquam eoquod iam inde ab initio coniuncti fuerint Biblijs. quod argumento est eos, licet non essent certo diuini, tamen nihil continere, nisi quod sit pium, & cum certo Dei verbo concordans. quemodo (verbi gratia) si qua exacta paraphrasis alicuius euangelij eo honore iam inde ab initio donata fuisset, vt Euangelijs adiuncta fuisset: nullus quidem ea recte vteretur ad probanda dogmata tanquam ipsis Euangelij verbis: sed haec coniunctio tamen argumento esset eam nihil nisi verum & verbo Dei consentaneum continere.

12. Itaque etiam si libros Machabæorum tantum haberent huiusmodi loco: vera sunt, velint, nolint, quae ex eis pro sanctorum orationibus citauimus falsissima vero 1 qui aiunt, has orationes eripere Deo suum honorem & creaturis vindicare: eas Christi honori officere: eas fideles à Christo abducere: Papistas eas excogitasse: & quæ ex his, licet ea aperte non dicant, tamen necessarié sequuntur, hoc somnium non esse fide dignum, sed illusionem diaboli: verum non esse Oniam & Ieremiã apparuisse orãtes Iudae Machabæo: sed potius satanam transfiguratem se in eorum personas: narrantem hanc 1. supra sectione 4.

 non

non debuisse dici sermones optimos, sed pessimos. Iudam non debuisse animare suos milites his sermonibus, sed potius dehortari, ne vel hac sola de causa luctuosum pugnæ euentum consequerciut: milites eius, vindices religionis Dei, ea credidisse, quæ religioni Dei maxime efficerent: & alia huius generis quæ fidelis animus horret cogitare, & multo magis efferre.

Secunda argumentum ex capite quinto Apocalypsis. *1. sectione. 2*

13. Supra audiuimus Chemnitium iactantem ne Apocalypsim quidem Ioannis habere expressum & certum testimonium de sanctis orantibus pro ecclesia: cúm alias multa & varia de statu beatorum in altera vita ostendat. Sed quam falso hæc dicat, manifestum est legenti caput quintum. Illic enim quatuor animalia & viginti quatuor seniores cadunt coram agno, habentes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum: quæ sunt (inquit Ioannes) orationes sanctorum. Offerre vero orationes sanctorum: quod his verbis mystice, omnium confessione, significatur: est eas precibus suis commendare. & quod indefinite scriptum est, quæ sūt orationes sanctorum, per inde valet ac si dictum esset, quæ sunt orationes omnium sanctorum: & consequenter etiam sanctorum qui sunt in terra eo quod indefinitum æqui polleat vniuersali.

1. in ecclesia ex post. in hunc locum.

14. Quod vero hac visione describatur ecclesia, non qualis in hoc sæculo existit: quod Marloratus hæreticus confingit: sed qualis est in cœlo: apparet ex circunstātijs. Nēpe quum visum esset Deo reuelare per Ioannem persecutiones ecclesiæ: quod facere incipit capite sexto: placuit ei ante patefacere Dei maiestatem ne quis temere putaret eas in ecclesiae afflictionem ipsius impotentia immitti. Item Iesu Christi dignitatem & praestantiam, etiā quatenus hominis.

15. Et quarto quidem capite manifeste describit Dei maiestatem in sua regia sede in cœlo: cui vtrimque assideant viginti quatuor seniores amicti stolis albis habentes super capita sua coronas aureas: & in cuius throno, & circa thronum sunt quatuor animalia figuris quæ istic referūtur descripta. quæ quum clamant absque requie sanctus, sanctus, sanctus, qui est, & cætera; viginti quatuor seniores procidunt ante sedētem in throno, & depositis coronis suis ante thronum, dignū pronuntiant omni gloria virtute, & honore, propterea quod omnia creauisset, & conseruaret.

16. Quinto vero capite describit dignitatem & praestantiam Iesu Christi etiam hominis: qui sua morte nos redemerit, eiusque merito miserit hominibus spiritum sanctum de cœlo, & eis reuelauerit valde obstrusa secreta. quæ causa sint cur ijdem qui antea viginti quatuor seniores cadant coram eo, & offerant ipsi sanctorum orationes: vt quae sint opera spiritus sancti à Christi merito profecta: & simul gratias agant pro redemptione sua, & dignitate

nitate sacerdotali, qua has orationes offerunt: ac regna, qua regnēt & regnaturi sint super terram. participes videlicet 1 facti regiæ illius dignitatis Christi qua in cœlo cōstitutus data 2 ei omni potestate 3 regit gentes in virga ferrea. Et quē prӕterea huius redēptionis causa angeli quoque & quatuor animalia & alij sancti, atque ad eū omnes creaturae laudent: eorumque omnium laudes ijdem qui antea vigintiquatuor seniores approbent facto & voce. 1. Apocal. 2. 2. Matth. vltimo. 3. psal. 2.

17. Ex quo narrationis discursu manifestum est quod intendimus, praesertim considerantibus quinto capite fieri mentionem eorundem viginti quatuor seniorum, & quatuor animalium quorum quartum caput meminit. Veruntamen quaedam circunstantiae sigillatim repetendae & clarius proponendæ sunt in gratiam rudiorum. Primo ergo notandum est regiam sedem Dei, cuius fit mentio initio capitis quarti, positam fuisse in cœlo. Deinde quod viginti quatuor seniores referuntur Deo in sua maiestate sedenti vtrimque assidere. quod 1 non conuenit sanctis in hoc sæculo. Tertio quod dicuntur amicti stolis albis. Stola vero Ioanni significet in 2 hoc libro vestimentum immortalitatis. Quarto quod memorātur habere coronas aureas super capita sua. quöd mercedis æternae insigne est. tametsi enim sancti qui sunt in terra dicantur Reges: tamen non sunt Reges coronati iuxta illud 3 Pauli: de caetero reposita est mihi corona iustiti e quam reddet mihi iustus Iudex & caetera & istud 4 Iacobi: beatus vir qui suffert tentationem: quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Quinto quatuor animalia visa sūt in throno & circa thronum. Sexto, viginti quatuor seniores dicuntur cadere quum quatuor animalia canerent sanctus, sanctus, sanctus, & cætera. sanctis verò qui sunt in terra non recte attribuitur obseruatio huius articuli temporis. Septimo, hos esse reges coronatos ex eo iterum manifestum est quod dicuntur deponere coronas suas. neque enim possent eas deponere quas non gestassent. Vltimo post canticum nouum 24 seniorum capitis quinti additū est: Et vidi, & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum, & cætera. 1. Matth. 19. 2. Apocal 6. 3. 2. Timot. 4. 4. Iacob. 1.

18. Intelleximus ex hoc Apocalypsis loco viginti quatuor seniores offerre in cœlo orationes sanctorum qui sunt in terra. Idem autem locus etiam docet alios quoque sanctos in cœlo orare pro nobis. quandoquidem hi seniores non possent offerre orationes sanctorum, id ast, omnium sanctorum, nisi sancti quoque qui sunt in cœlo orarent. vt qui sint excellenter sancti: & veniant etiam appellatione sanctorum.

19. Quod idem manifestius est ex capite octauo eiusdem libri vbi expresse addita particula, omnium, dicitur angelus venisse & stetisse ante altare habens thuribulum aureum, & data esse illi incensa multa vt daret de orationibus Tertium argumentū ex capite. 8. Apocalypsis.

bus sanctorum omnium, super altare aureum.

20. Quod si quis excipiat his verbis significatum quidē esse sanctos quoque qui sunt in cœlo orare. sed hinc non sequi eos orare: pro nobis. posse enim orare, atque adeo orare pro se: ei replicandum est, primum quod sicut Ioannes vocabulo orationum indefinito, quum ait, de orationibus sanctorum omnium, complexus est non solum preces quas sancti qui sunt in terra pro se concipiunt, sed etiam quas pro alijs fundunt: ita eodem indefinito vocabulo complexus sit etiam preces quas sancti cœlicolæ fundunt pro alijs. tum quia nulla facta distinctione inter hos & illos eodem & vnico vocabulo vtitur in omnibus sanctis: tum quia istud tanto certius est quanto sancti qui sūt in cœlo longe pauciores causas habent orādi pro se. deinde quod ex eo quod pro se orent, consequens sit eos etiam pro nobis orare, vt qui nos proximos suos sicut seipsos diligant: & pro se ac pro alijs coniunctim orandi morem ad huc in hic constituti didicerint.

Nominatim in oratione dominica.

Quartū argumētum ex c. 6. Apocal.

21. Et quoniam incidimus in mentionem orationum quas sancti qui cœlum incolunt pro se fundunt: facere non debemus quin etiam proponamus & examinemus expressam illam animarum martyrum pro se orationē quæ extat eiusdem libri capite sexto. depræhendemus enim ex ea quoque haud obscure sequi, martyres orare pro nobis. Sic ergo ait Ioannes Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei & propter testimoniū quod habebant. & clamabant voce magna dicentes: Vsquequo Domine (sanctus & verus) non iudicas & non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum & fratres eorum qui interficiendi sunt sicut & ipsi.

22. Siue enim iudicare & vindicare significent iniustam sanguinis effusionē punire: siue denotent in libertatem asserere, siue vtrumque significent, sicuti familiare est scripturis plures res eisdem verbis denotare: siue prius verbum illud, & posterius istud significet: sequitur quod diximus Etenim fieri non potest vt non clament voce maxima, id est, non ardentissime expetant misericordiam Dei pro fratribus suis, qui eius vindictam in suos persecutores voce magna, hoc est, ardenter postulant. Neque bene simul consistunt habere à natura, seu potius à Deo naturæ authore, insitum maximum desiderium assertionis sanguinis sui in libertatem (quem quodam modo adhuc detinent qui eum effuderunt) & vna cognoscere hoc suum desiderium non esse ante implendum quam compleantur conserui & fratres eorum qui interficiendi sunt sicut & ipsi: & nihilominus non orare Deū vt compleantur conserui & fratres eorum qui interficiendi sunt sicut & ipsi.

23. Poteſtque ex ſimili deſiderio quo omnes ſancti deſiderant 1 ſuperveſtiri, & notiſſimo omnibus Dei erga omnes ſanctos ſuos decreto quo 2 noluit vllos, ne martyres quidem & Apoſtolos ante vltimos conſummari, ducı argumentum pro precibus ſanctorum omnium corpore exutorum pro noſtra conſummatione. Immo hoc illud eſt quod Paulus ait capite vndecimo epiſtolæ ad Hebræos: Et hi omnes teſtimonio fidei probati non acceperunt repromiſſionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur. Etſi enim hæc verba alium quoque verum ſenſum habere poſſint (vt ſæpius vnius & eiuſdē ſcripturæ multiplices ſunt veri ſēſus) tamen quum ſententia quam ſignificauimus ſit etiam aliunde certa: & circūſtantiæ bene cōueniant: poteſt certum ex eis argumentum ſumi pro ſanctorum oratione quam hac velut neceſſitate impulſi fundunt pro ijs quæ nobis neceſſaria ſunt ad conſummationem: Deo inquam, etiam hac ratione nobis proſpiciente. Eoque argumento 3 Bernardus non ſemel vſus eſt. atque adeo etiam 4 Origenes duobus locis.

Quintum argumētum ſimili deſiderio omnium ſanctorum, & ex Dei decreto de omnibus ſanctis eius in ſcripturis: & ex his capitis 11. ad Hebræos.

1. 2. Cor. 5.

2. 1. Theſſa. 4

3 nominatim in ſermone habito in vigilia Apoſtolorum Petri & Pauli & ſermone 5. in feſto omnium ſanctorum in fine.

4. homilia 16. in Ieſuo & 24. in Numeros.

24. Sed pergamus ad alias ſcripturas, vt pleniſſime conſtet de vanitate eorum quæ audimus verborum hæreticorum contra has preces. Petrus certus de veloci depoſitione tabernaculi ſui, id eſt, de inſtante ſua morte, ait: dabo autem operam & frequenter habere vos, ſiue vt vos habeatis, id eſt, poſſitis (id enim verbum ἔχειν tum alias frequenter, tum hoc quoque loco ſignificat) poſt obitum meum horum memoriam facere. quibus verbis ſignificat ſe in altero ſæculo ſedulo pro eis oraturum, vt memoriam eorum quæ ſcribebat facere poſſent poſt obitum ſuum, quandoquidem erat (vt diximus) morti proximus quum iſtud polliceretur.

Sextum argumētum ex verbis 1. Petri 1.

1 ſupra ſectionibus 2. & 3.

25. Sed quia hæretici manifeſta hæc verba eo contorquent quaſi Petrus ſignificauerit ſe daturum operam ſcribendo hanc epiſtolam vt haberent vnde poſt obitum ſuum eorum quæ dixerat memores eſſent: excutiendæ ſunt circumſtantiæ. Principio audimus verbum, dabo quod eſt futuri temporis: non do. Petrus autem non ſcripturus erat, ſed ſcribebat hanc epiſtolam. Deinde verbo, dabo, addita eſt particula δὲ, id eſt, autem. quæ eſt aduerſatiua ſignificans illud aliud eſſe atque hoc quod præcedit: Propter quod incipiam vos commonere de his: & quidem ſcientes & confirmatos vos in præſenti veritate. Iuſtum autem arbitror quamdiu ſum in hoc tabernaculo ſuſcitare vos in commonitione, certus quod velox eſt depoſitio tabernaculi mei. Tertio ſequuntur in verbis quę tractemus hæ particulæ, καὶ ἑκάστοτε, id eſt

id eſt,& ſemper.quæ manifeſte iungendæ ſunt cum verbis,dabo autem operam.perinde enim valent ac ſi dictum eſſet,& quidem ſemper hoc autem nō poteſt conuenire ſcriptioni huius epiſtolæ:quacunque ſignificatione particula ſemper accipiatur, ſiue pro frequenter,vt Vetus Interpres reddidit: ſiue in propria ſignificatione:quæ hæretic os eam ſequentes magis vrget quando quidem epiſtola tranſitoria & breui opera abſoluta fuit. Vnde factum eſt vt in expoſitione quidam eorum eam non attingant:alij vero Eraſmum ſecuti & diſcerpant a particula ſemper,hoc modo,quin & dabo ſemper operam nō nulli vero auferant 2 de textu particulam ſemper.ac & coniungant cum vos poſſitis.Quarto 3 Chémnitius adijcit textui particulam, vnde, vt ſenſum quem vult quo iure quauc iniuria efficiat: idque omiſſa particula ſemper. Vltimò omnes in eo peccant quod facere memoriam accipiunt ac ſi ſolum ſignificaret eſſe memores & mentionem eorum facere. quum non ſolum ſignificet memoria retinere:ſed etiam operibus repræſentare, quod nuda lectio & mentio non præſtiterit ; ſed efficax ſanctorum oratio facile impetrauerit.

nominatim Marloratus in ſua expoſ eccleſ in hac verba. 2. Caluinus & Beza in vltima editione Gallica nous teſtaments. mais ie mettray peine qu'aprez mõ departemẽt auſſi vous puiſſies auoir memoire de ces choſes.

3. in examine concilij Tridentini de Inuocatione ſanctorum in reſponſione ad 21. argumentum.

Septimũ argumentũ ex verbis Dei capite 15. Ieremiæ.

26. Deus ſignificat apud Ieremiam ſtare coram ſe,id eſt orare pro populo Iudaico,fuiſſe opus conueniens Moyſi & Samueli olim defunctis. Ait enim ſi ſteterint Moyſes & Samuel coram me,non eſt anima mea ad populum iſtum. Attende Lector ei quod agimus.Scimus veram eſſe regulam quod cõditionalis nihil ponat niſi poſita cõditione.proin nõ colligimus ex his verbis Moyſẽ & Samuelẽ ſtetiſſe corã Deo: vt quid fingunt nos colligere. quin potius fatemur ſenſum verborum eo inclinare quod Moyſes & Samuel tũc non ſteterint coram Deo pro Iudæis Sed quod agimus hoc eſt: quod quum Deus non ludat more vanorum hominum ridiculis propoſitionibus conditionalibus:ſed e contra res excellentes tractet: is his verbis ſignificauerit ſtare coram ſe,id eſt,orare pro Iudæis non fuiſſe opus repugnans ſtatui Moſis & Samuelis defunctorum.Immo fuiſſe opus conditioni eorum æque conueniens,atque illud quod Moyſes hic fecerat,qui de 1 ſe ait:ego autem ſteti in mõ
1. Deut. 10. te ſicut prius 40 diebus & 40 noctibus:exaudiuitque me Dominus etiam hac
2. Ierem 18. vice & quod Ieremias fecit,3 qui ait,recordare quod ſteterim in conſpectu
3. Daniel. 6 tuo vt loquerer pro eis bonũ.& hoc quod angeli faciũt apud Danielẽ vbi di-
4. Daniel. 12 cũtur ſtare pro 3 Dario & pro filijs populi Iſrael. Quomodo videlicet recte ſequitur Prophetarum officium fuiſſe ſtare in conſilio Dei,& nota facere verba eius populo Iſrael,ex eo quod Deus apud eundem 5 Prophetam ait:ſi ſte-
5. Ierem. 23. tiſſent in conſilio meo,& nota feciſſent verba mea populo meo:auertiſſem vtique eos à via ſua mala.

27. Sed

17. Sed tractemus plenius præſens argumentum. Deus duo ſpecie externa aliquo pacto ſimilia, ſed nihilominus diuerſa, dicit apud Prophetas: quibus declarat ſe eſſe inexorabilē vbi certo decreuit aliquos punire propter multitudinem & magnitudinem peccatorum quæ ſūt completa. nimirū id quod iam-iam audiuimus ex Ieremia: alterum quod extat apud 1 Ezechielem his verbis: ſi fuerint tres viri iſti in medio eius (putâ terræ peccatricis, quam certo decreuerim punire) Noe, Daniel, & Iob: nec filios, nec filias liberabunt ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. Ex horum proſtremo ſpecie externa aliquo pacto primo ſimili hæretici eundem volunt eſſe ſenſum illius, quē tradunt iſtius videlicet, tam abominanda eſſe populi peccata, vt etiamſi aliquis 2 hic contingeret interceſſor quales fuerunt Moyſes & Samuel dum hic viuerent: aut etiam ipſi-met Moyſes & Samuel per reſurrectionē: ſe non parciturum populo. Sed circumſtantiæ locorum iſtorum ſunt planè differentes: & aliam Moſis & Samuelis: aliam Noe, Danielis, & Iob acceptionem poſtulant. nam apud Ezechielem ſcriptum eſt: ſi fuerint in medio: putâ terræ peccatricis: & iterum: ipſi iuſtitia liberabunt animas ſuas quæ cogunt Lectorem confugere ad tropum: aut etiam ad reſurrectionis miraculum: eoquod Daniel, cui iuncti ſunt Noe & Iob, tunc in viuis fuerit. Apud Ieremiam vero nulla eſt circunſtantia quæ nos inuitet, tantum abeſt vt cogar, ad tropū, & multo minus ad ſimile miraculum. Et ex celebri illa ſcriptura 3 Exodi, Ego ſū Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, ac ex doctrina Chriſti eam interpretantis, ſcimus ſcripturas, quum loquuntur de ſanctis corpore exutis, intelligendas eſſe de ipſis ſanctis qui in altero ſæculo viuunt. niſi circunſtantiæ aliud poſtulent. Hic autē Ieremia & populo pœnas intentatas & imminentes deprecantibus, Deus immutabile ſuum vltionis decretum rectiſſime & expreſſiſſime ſignificat dum reſpondet ſe populo non parciturum, etiam ſi Moyſes & Samuel in altero ſæculo viuentes pro eis orarent. quandoquidem preces ſanctórum ſint illic quam hic efficaciores.

1. Ezech. 14.

2. Chemnitii ſolum tradit priorē ſenſus partē in reſpōſione ad ſextum argumentum. Caluinus vero vtrāque partem libr. 3. Inſtitut. c. 20. ſect. 23.

3. Exod. 3.

4. Matt. 22.

18. Quod ſi iam quis miretur, quum dicamus vnum de alijs officium ſāctorum corpore exutorum eſſe orare pro hominibus, qui factum ſit, vt Moyſes & Samuel, qui plurimum hic pro hoc populo laborauerant, & pleroſque alios hac in parte ſuperauerant, tunc non orarent quum hæc maxima calamitas imminebat, & Deus dicebat: ſi ſteterint Moyſes & Samuel coram me: is conſiderabit multas eſſe potuiſſe, atque adeo fuiſſe, iuſtas huius omiſſionis, cauſas. Magis enim expediuit multis vt tunc aduerſis rebus premerentur, quā vt ſecundis florerent, quæ eorum animos penitus deprauauerant. Deinde ſancti nolunt aduerſari Dei voluntati, quam vulgo beneplacitum appellant. Ei vero fixum immotumque animo ſedebat tradere populum Iudaicum in

manus

te nolentes credere in Christum. & nihilominus tantum abest vt hinc sequatur eos non orare pro nobis, vt ex eo quoque consequens sit eos ordinarie orare pro nobis. Referemus argumentum. Moyses tempore Christi accusabat Iudæos apud Deum, propterea quod obstinate recusarent credere in Christum. Sic enim hic ait: Nolite putare quod ego accusaturus sim vos apud Patrem. est qui accusat vos Moyses. Ergo multo magis patrocinabatur Iudæis fidelibus. quandoquidem stultum & impium sit existimare eum proniorem fuisse ad accusandum obstinatos in infidelitate, quã ad patrocinandum fidelibus & simpliciter errantibus. præsertim quum dubium non sit quin sancti sint moribus similes 2 Christo qui sicut confringit cadentes 3 super se & conterit super quos cadit: 4 ita benefacit electis: quin sint moribus similes Deo: de quo 5 scriptum est, cum sancto sanctus eris, & cum innocente innocens eris: & cum electo electus eris: & cum peruerso peruerteris.

Mosis & Iudæorum ipsum. 1. Ioan 5. 2. Ioan. 5. 3. Matth. 21 & Luc. 2. 4. Luc. 2. 5. psal. 17.

32. Immo ipse-met Christus eodem loco haud obscure innuit Iudæos credidisse Moysem defunctum ordinarie orauisse pro ipsis: præcipue quum aliqua calamitas imminebat: addit enim præcedentibus verbis: in quo speratis, Neque eos hac de causa reprehendit. quin potius probat. Solum autem ostẽdit eos præpostere facere, qui sibi persuadeant fore vt Moyses oraturus sit pro ipsis in maximis peccatis obstinate perseuerantibus. Sanctos enim libenter orare pro nobis, si ipsi nobis non desimus, & nos non reddiderimus penitus indignos oratione eorum. cæterũ pro obstinatis in peccatis, præsertim eiusmodi atque hic referuntur, tantum abesse vt orent, vt (sicut audiuimus) eos accusent, & amore iustitiæ vindictam expetant.

33. Et quî Iudæos hac de causa reprehenderet. Non enim hic sermo est de eiusmodi spe qualem in Deum habemus: sed de tali qualem 1 scripturæ ostendunt recte sub Deo etiam in sanctos huius sæculi collocari propter preces eorum. Exempli causa. Quum Iudæi 2 oppugnati à serpentibus confugerent ad Moysem, eumque orarent vt suis precibus deprecaretur hãc calamitatem: an non sperabant in eo? Et quum dicerent 3 Samueli, Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum vt saluet nos de manu Philistinorũ: & quũ 4 Ezechias misit legatos ad Esaiam precaturos vt oraret pro reliquiis Israel: proculdubio sperabant fore vt suis precibus deprecarentur has calamitates: vtiturque etiam Paulus expresse hoc verbo propter preces, 5 quum ait: nã spero per orationes vestras donari me vobis.

1. vide infra titul 15. sectione 19. 2. Numer. 21 3. 1. Reg. 7. 4. 4. Reg 19 5. in epistola ad Philemonẽ.

34. Quod autem haeretici respondent Christum in his verbis accipere Moysem pro libris & doctrina Moysis: qua significatione etiam Abrahã Moysem acceperit quum 1 dixit diuiti illi epuloni, Moysem & Prophetas habent: commentum est quod veritas facile euertit. Vulgata enim regula est non

1. Luc. 16.

10 prou. 19 Salomon ait: Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. Fratres hominis pauperis oderunt eum: insuper & amici procul recesserunt ab eo.

1. supra sectio ne. 2. 47. Audimus sub 1 principium huius tractatus Henrici Bullingeri & Rodolphi Gualteri sententiam, quod sancti nobis bene velint. ijdemque tradunt istud sufficere ad seruandam charitatem. Sed ludificantur lectores, quandoquidem bene velle est amare: & bona voluntas est (vt 2 Augustinus quoque notauit) ipsa charitas. Quærimus autem ab eis ad probationem huius voluntatis siue dilectionis, exhibitionem operis: quod si absit, charitas i[illegible]s exciderit. Neque se ex hac difficultate explicat Rodolphus dum addit eos in genere cupere Dei nomen inter homines sanctificari: sicut nec Caluinus quum ait probabile esse eos stata & immota voluntate in Dei regnum aspirare: Christus enim docuit sanctos orare Deum vt Dei nomen sanctificetur, & vt adueniat regnum eius. Proinde si vere cupiunt ista: vere orant pro istis. sin hæc non orent à Deo: non vere, sed simulate & ficte hæc cupiunt. quæ quia sanctis tribui non debent: sequitur eos orare pro nobis.

2. in libro 50 homiliarum homilia. 8.

1. homilia 32 in epistolam ad Romanos et vide infra tit. 16. sectionem 105. 2. nominatim in sermone habito in vigilia Apostolorum Petri & Pauli. 3. 1. Cor. 13. Duodecimũ argumẽtum ab officijs mẽbrorum vnius corporis traditis ab Apostolo 1. Cor. 12.

48. Id quod certo certius est etiã ex hoc insigni auctario, quo 1 Chrysostomus & post eum 2 Bernardus, non semel vsus est. Referemus autem argumentum nostris verbis. Deus quanto clarius videtur: tanto magis amatur. tanto porro in cœlo quam 3 hic clarior est Dei visio: quantum distat inter visionẽ eius facie ad faciẽ & visionẽ ipsius per speculũ & in ænigmate. Proĩde charitas sanctorũ erga Deũ, & cõsequẽter etiã erga proximũ, in altero sæculo immẽse aucta est in eis. Ex quo porro sequitur eos lõge magis in cœlo quã hic orare pro nobis, quia vt magna charitas, magna opera facit, ita maxima charitas maxima opera.

49. Apostolus describens membrorum officia à natura profecta, scribit in idipsum pro inuicem solicita esse membra (viua videlicet) & si quid patitur vnum membrum, compati omnia membra. atque hæc officia transfert ad membra mystici corporis Christi. Sãcti vero qui cœlum incolunt æque habent pro suo capite Christum, atque sancti qui in terra sunt, & consequenter sunt membra eiusdem corporis Christi, cuius sancti qui terram incolunt mẽbra sunt. Igitur iuxta legem corporis mystici Christi, quã Apostolus ex lege naturalis corporis colligit, sancti qui in altero sæculo sunt, soliciti sunt de nobis, quos sciunt ex ijs quæ experti sunt, expositos esse maximis periculis: & compatiuntur nobis: quos ex eis quæ passi sunt, non possunt ignorare plurimis malis premi. Solicitudo vero & cõmiseratio eliciunt orationem, spiritualem adiuuandi miseros modum, & hic. sicut 1 scriptum est, salutat vos Epa-

1. Coloss. 4. phras qui ex vobis est seruus Christi, semper solicitus pro vobis in orationibus, vt

bus, vt sieri perfecti & in cœlo, vt apparet in Christo 2 nobis compatiente, 2. *Hebr.* 4.
& consequenter orante pro nobis & in angelis de nobis solicitis, & consequenter orantibus pro nobis. Itaque quia sancti corpore exuti soliciti sunt pro nobis, & compatiuntur nobis, orant pro nobis.

50. Poteſtque hoc argumentum formari instar quorundam argumentorum quibus spiritus sanctus vsus est in scripturis. Exempli causa: Apostolus ex natura adiunctorum 1 colligit quia filij Dei sumus, nos esse hæredes Dei 1. *Rom.* 8.
si filij inquit, & hæredes. Ad hunc modum dicere possumus: sancti sunt viua mẽbra eiusdẽ corporis mystici cuius nos mẽbra sumus. si viua mẽbra, & solicita pro nobis: si autẽ solicita pro nobis, & orantia pro nobis. Ad Corĩthios ita 2 cõuenit: Vos ipsi iudicate: decet mulierẽ non velatã orare Deũ? nec ipsa na- 2. 1. *Cor.* 11.
tura docet vos, quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi? mulier vero si comam nutriat, gloria est illi? Eadem autem formula dicere hic possumus: Inter vos ipsos iudicate, num cõueniat sanctis corpore exutis vt non orent pro nobis, an ne natura quidem ipsa docet vos in idipsum membra pro inuicem esse solicita? & si quid patitur vnum membrum, compati omnia membra? Immo tanto hæc interrogatio ista validior est: quanto naturalius est membris esse solicitis de suis (vt ita dicam) commembris: quam mulieri orare velatam: & viro non nutrire comam: mulieri vero eam nutrire.

51. Et hoc argumento vsi sunt etiam maiores nostri. nominatim Bernardus sermone quinto in festo omnium sanctorum in verbis, hęc igitur nostra & illorum cohærentia est, & cætera. & Cyprianus in sermone de mortalitate in illis ab 1 Augustino laudatis verbis: magnus illic nos charorum numerus, & cętera. Nobis enim pergendum est ad aliud argumentum.

1. in libro de prædestinatio sanctorum. vide verba infra titu. 16 sectione 46.

52. Angeli, quos constat alterius quam nos esse naturæ, 1 orant pro nobis, & hoc quia amant nos: & quia præfecti sunt curandæ nostræ saluti. 2 ostendimus enim ista esse primarios fontes orationum angelicarum, quorum singuli eis orationes pro nobis sufficiant. Igitur sancti corpore exuti sunt etiam hac in parte ἰσάγγελοι, id est, pares, siue æquales angelis, quod orent pro nobis. vt qui nos ament perinde atque isti: immo eo magis quod sint eiusdem nobiscum naturæ, & quod sint nobis regendis præfecti, 1 participes facti potestatis Christi qua regit gentes in virga ferrea.

Decimum tertium argumentum ab angelorũ pro nobis orationib⁹ traditis in scripturis.

1. vide supra titulu quartum de sanctorum angelorum pro nobis orationibus, 2. argumentis 1. & 2. primi capitis eiusdem tituli.

53. Cui argumento dum 1 Caluinus conatur respondere, plurima admitti t peccata. Perinde enim se gerit, ac si sola præfectura esset causa orationũ angelicarum. quasi scilicet notum non sit non solum maiores pro minoribus sed etiam minores pro maioribus & pro æqualibus: atque adeo nos pro omnibus

1. Apocal. 5 & vide infra titulũ 14 de regia sanctorum super nos potestate

1. libro, 3. Instit. c. 20 sec. 25.

nunquam excidit donum enim (verbi gratia) propheriæ aboletur in morte, linguae tunc cessant scientia destruitur, fidei succedit visio, spei apprehensio, charitati vero nihil succedit, nisi charitas: Immo quia charitas nunquam excidit, eadem quae antea charitas semper manet. charitas aeterna & immortalis est.

1.1.Ioan. 3. 39. Dubium autem non est quin loquatur de vera charitate quam 1 habent qui opere & veritate diligunt; non de illa simulata, quam habent qui solum lingua & verbo diligunt. Quin etiam certum est eum non solum sentire de charitate respectu Dei: sed de charitate respectu proximi, tum quia charitas proximi indiuidua comes est charitatis Dei: tum quia circunstantiae

2.1. Cor. 13. istud manifeste docet. Apostolus 2 enim loquitur generaliter: & inter laudes huius charitatis expressis verbis ait: charitas patiēs est, benigna est, charitas non aemulatur, & caetera que manifeste pertinent ad dilectionem proximi.

40. Ex his fideles formant argumentum pro sanctorū orationibus hoc modo. Apostolus verbis, charitas nunquam excidit, docet tantum abesse vt sancti cum corpore exuerint charitatem qua nos diligebant, vt eadem charitate etiam num nos diligant. vera inquam, & operibus efficaci. & consequenter docuit eos, eadem quæ hic præstabant charitatis erga nos opera facere quae non sint aliena à beato statu alterius sæculi. Oratio vero pro alio, est opus charitatis, vt per se manifestum est, & videre licet

1. Genes. 43. in 1 Iacob qui 2 tenere diligebat Ben-iamim. idque non alienum à sta-

2. Genes. 44 tu beatitudinis. quod ostendunt interpellatio Christi summe beati, & preces sanctorum angelorum. Igitur oratio pro nobis non excidit in sanctis corpore exutis.

41. Deinde rursus sic argumentantur. Apostolus quum ait charitatē nūquam excidere, significauit eam in sanctis corpore exutis manere minimum in aliquo opere quo hic miseriam nostram releuabant. quandoquidem loquitur de charitate efficaci per opera. Discurrenti vero per omnia misericordiæ opera, siue corporalia, siue spiritualia, quibus hic subuenimus proximis nostris, manifestum est nullum præter orationem habere posse locum in sāctis corpore exutis. Quare ne charitas in eis exciderit, fatendum est eos orare pro nobis.

42. Habemus explicata quæ in verbis Apostoli latent argumenta. In gratiam vero eorum qui breuitate delectantur, formamus argumentum eisdem formulis quibus Christus Sadducaeos resurrectionem corporum negā-

1 Matth. 22. tes 1 interrogando & 2 affirmando confutauit. De precibus sanctorum corpo

2. Luc. 20. re exutorum. non legistis quod dictū est à beato 3 Paulo, charitas nunquā ex

3.1. Cor. 13. cidit? vel sic: Quod autem sancti orent pro nobis, etiam Paulus ostendit, quū ait, cha-

ait, charitas nunquam excidit.

43. Huiusque argumenti firmitaté etiam Veteres cognouerunt 1 nominatim Origenes & 2 Cyprianus. vt qui charitati sanctorum innixi crediderint eos orare pro nobis.

1. homilia 3. in cantic cantic.

2. epistola 1. libri 1. epist & vide eorum verba titulo 16 sectione 6. 31. 37. 32. & 34. item sectione 19.

44. Sed eius firmitas etiam apparet ex factis & dictis haereticorum. Quidam enim ne ausi quidē fuerunt id memorare ad respondendū. vt 1 Chēnitius. & qui id memorauerunt vel non retulerunt argumentū quomodo oportuit. vt (exēpli causa) 2 Caluinus, qui, vt erat magister in arte veteratoria, ex conclusione nostra facit maiorem propositionem: vel non nisi mendacia & vana attulerunt.

1 in solutionibus argumētorum Pontificiorum pro hoc dogmate

2. etiā apud Marloratū in eccles. exposition in hunc Pauli locū. 1 homilia 69 in Cor. 13, ad verba, charitas nunquam excidit 1.

45. Rodolphus enim Gualtherus 1 scribit nos ex hoc loco argumentari à dicto secundum quid ad dictū simpliciter. quod falsum esse explicata quæ retulimus argumenta demonstrant.

46. Caluinus autem 1 tradit Papistas hunc locum detorquere ad stabiliēdum dogma quod ipsi nulla authoritate cōmēti sint mortuorū (sic enim appellāt sanctos) animas pro nobis orare apud Deū. Iā-iā autē diximus Origenē & Cyprianū olim idē quod nos dogma collegisse ex charitate sanctorū: & res ipsa ostendit id æque natū esse cū hoc Apostoli dicto, atque dogma 2 resurrectionis cum verbis 3 Domini Ego sum Deus Abrahā, & Deus Isaac & Deus Iacob. 4 Idem ait responderi posse, etiam si charitas semper maneat, non tamen protinus sequi esse in continuo actu, vt loquuntur. quid enim impediat quominus sancti tranquilla pace nunc fruentes, charitaté præsentibus officijs minime exerceāt? quid absurdi Papistae in eo reperturi sint? Respōdemus multū per omnē modum nō solū absurdi, sed etiā aperte falsi inueniri in hoc cōmento. eo quod Apostolus manifeste loquatur de charitate non otiosa, sed operante, vti 5 diximus. 6 praecedit enim, charitas patiens est, & caetera. & 7 Ioannes scribat charitaté Dei nō esse in eo qui clauserit viscera sua à misero. Nos autē esse miseros ignorare nō possūt, vt qui eadē qua nos infirmitate circūdati fuerint. His 8 addit quod æque vanū est, si dicamus charitatis perpetuitaté quā hic prædicat Apostolus, post diē extremū fore: nihil pertinere ad tēpus intermediū: vnde contrarium euincent? Respondemus ex ipso Apostolo qui particula nunquā manifeste tēpus quoque intermedium cōplexus est, dū 9. ait, charitas nunquā excidit. Deinde ex naturali lumine cordibus nostris à Deo infuso & à scriptura approbato quod damnat amicos qui diligunt fælices & nullius indigos: & eosdē non diligunt egentes & miseros. Nēpe Caluinus bellos nobis sāctos fingit, qui re-ipsa futuri sint amici nostri quū eximus beati; & non sint amici nostri quum sumus miseri. de qualibus 10

1. etiā apud Marloratū in eccle. expositione 7. hunc Pauli locum.

2 Mat. 22. & Luc. 20.

3. Exod. 3.

4. eodē loco

5 supra sectione 39.

6. 1. Cor. 13.

7. 1. Ioan. 5.

8. eodem loco

9. 1. Cor. 13.

Salom ē

esse recedendum à proprio sensu ad tropicum & improprium, nisi circumstantiae nos huc impellant. vt quidem impellunt in illo Abrahae sermone, eoquod Moyses tunc in viuis non esset cum fratribus diuitis illius epulonis. Nullae autem sunt hic circunstantiae quae nos cogunt ad improprium sensũ cumque, quod amplius est, duplicem: vnum in vocabulo Mosi: alterum in verbo accusare. & vt Moses rarissime accipitur in scripturis improprie, id exigentibus circunstantijs: ita millies accipitur proprie.

35. Immo õnes circũstantię patrocinãtur propriae Mosis significationi. Manifestũ nãq; est Christũ dẽ se proprie loqui, quũ ait: Nolite putare quod ego accusaturus sim vos apud Patrẽ: tũ ex re ipsa, hoc est, ex eo quod alioqui doctrina Christi aeque, immo longe magis, accusabat & accusatura erat Iudaeos atque scripta Mosis: tum ex adiectione particulae. Ego Is autem facit Moysẽ respõdere huic Ego, in verbis, Est qui accusat vos Moses. Proinde Moyses æque significat personam Mosis atque Ego personam Christi. Deinde, accusare in verbis, quod ego accusaturus sim, manifeste, etiam cõfessione hæreticorum, accipitur proprie. & consequenter debet etiam proprie accipi in adiunctis verbis: est qui accusat vos Moyses siue vt græcè aliquanto significantius scriptũ est, ἐςὶν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν μωσῆς: id est, est accusans vos Moses. tãtum abest vt verti debuerit: est qui accuset vos Moses: quod latinum Caluinistarum nouum testamentum peruerse habet: vel, qui accusabit vos Moses quomodo gallica eorum euangelia Geneuæ impressa sunt corrupta. Tertio hic supplendum est ex praecedentibus apud Patrem: quasi aperte dictum sit, est qui accusat vos Moyses apud Patrem. quae circunstantia declarat Christum hic quoque loqui de insigni accusatione, & quae in propria (vt aiunt) persona fiat. Quarto, sensus verborum Christi in quo speratis, quem reddidimus apparet etiam apud Philonem Iudæũ, qui vixit saeculo Christi & Apostolorum, in libro de execrationibus: vt suo loco ostẽdemus. Quinto, quod Christus his addit: si enim crederetis Moysi (putâ scriptori Legis) crederetis forsitan & mihi, ad personas aeque manifeste pertinet: atque haec in fine capitis de literis Moysis, & verbis Christi, ad literas Moysis & verba Christi. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis? Progreditur enim Dominus pulcherrimo ordine ab authoritate personarum, ad doctrinam & literas earum. quem ordinem isti in Moyse impie confundunt. Sexto sequitur, de me enim ille scripsit. Ille vero refert Moysẽm, siue, vt clarius dicamus, personam Moysis: quandoquidem scriptura non dicitur scribere, sed persona. Vltimo, proprius verborum sensus plurimum facit ad declarandũ grauitatem peccatorum Iudaeorum, & ad incutiendum eis terrorem quo resipiscerent: in quo argumento Christus versatur. Sicut enim quanta fuerit

infra tit. 16 sectione 23.

Sodomita

Sodomitarum impietas etiam hinc liquido apparuit, quod boni 2 Angeli, quorum alioqui officium est homines tueri, & pro eis apud Deum intercedere, eos funditus deleuerint: & quanta fuerit reproborum iniquitas ex eo quoque vltimis temporibus apparebit clarissime, quod 3 orbis terrarum, qui propter homines creatus est, pugnabit contra eos: Ita hinc quoque manifestum est maximâ fuisse Iudæorum infidelitatem & vanam gloriam, ac præsens ipsis imminuisse exitiû quod Moyses sit eos accuiâs: ille, inquã, Moyses, qui eos, & olim quum hic viueret summopere dilexerit & tutatus sit, & postea vehementer diligere & tueri soleat: quæ causa fuerint vt in eum sperarent. 2. Genes. 19. 3. Sap. 5.

35. Constat ex scriptura Iesum Christum 1 interpellare Deum pro nobis. neque minus ex ea certum est sanctos corpore exutos esse arctissima vnitatis voluntate, non solum inter se, verum etiam cum Christo coniunctos iuxta has eius 2 preces: Vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me es, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. Proin necesse est vt probent quod Christus orat Patrem suum pro nobis: vt acclament ei, cui præsentes sunt, pro nobis oranti. Denique vt animo & voluntate precentur Deum vt audiat Christum pro nobis orantem: fauendo, inquam, ipsi: nõ adiuuando eius interpellationẽ: vt quæ quoties ab eo fit, sit sola sufficiẽs ad obtinendũ quod orat. Eoque argumento Origenes suffultus alicubi mystice interpretatus est difficillimum illum locum apud 3 Matthæum: vsque in diem illum cũ illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. *Nonum argumẽtum ex interpellatione Christi.* 1. Rom. 8. 2. Ioan. 17. 3. Matth. 26

37. Christus licet acceperit post resurrectionem omnem 1 potestatem in cœlo & in terra: tamẽ 2 adhuc orat pro nobis. vt iam-iam audiuimus. propterea quod nondum obtineat tranquillam eorum omnium que ei data sũt possessionẽ. Ergo sancti qui facti 3 sunt à Christo participes suæ huius regiæ potestatis, necesse etiam habent orare Deum per Christum pro ijs quæ nondum tranquille possident in nobis. idque tanto magis, quanto Christo donatore inferiores sũt dignitate & potestate. Hinc est quod 4 Augustinus alicubi *Decimũ argumẽtum ex regia Christi potestate cũ interpellatione eius considerata.*

1. Matth. vltimo. 2. Rom. 8. 3. Apocal. 1. & vide tituli 10 sectiones 36. & sequ. & integrum titulum. 14. 4 in commentariis in psalmum 89. & vide verba tituli 16 sectione 100.

coniunctim mentionem faciens interpellationis Christi & interpellationũ martyrum, addit interpellationes istorum non cessaturas donec gemitus noster transierit.

38. Apostolus exhortans fideles ad sectandum potiora dona, scribit charitatem cæteris Dei donis hac quoque re præstare, quod nunquam excidat. charitas, inquit nũquã excidit. Donũ enim (verbi gratia) prophetiæ abulcetur in morte linguæ tunc cessant, scientia distruitur, fidei succedit visio, spei apprehensio. Charitati vero nihil succedit, nisi Charitas. Immo quia charitas nũ- *Vndecimũ argumẽtum ex verbis Pauli, charitas nunquã excidit. 1. Cor. 13.*

qui de se securi & perfecti [3] sancti, ac [4] maxima fiducia præditi, [5] stant ante faciem Domini sui? Sed veniamus ad vltimum argumentum.

3. Hebr. 11. 4. 1. Ioan. 3. 5. Apocal. 7.

59. Damnati quandoque orant in inferno pro hic viuentibus: teste diuite illo epulone, qui infelicissime orat Abrahā pro fratribus suis quos moriens hic relinquebat his verbis: Rogo ergo te Pater, vt mittas eum (puta Lazarum) in domum patris mei, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. & non reprehenditur ab eo quod orauerit pro eis: sed non exauditur propterea quod peteret quod non conueniebat dari. Impium autem est credere sanctos corpore exutos esse damnatis immisericordiores: nec diuinam charitatem & sapientiam, quibus redundant, tantum in eis valere pro fratribus & proximis suis secundum carnem, & præcipue secundum spiritū: quantum amor naturalis valet in damnatis.

Decimumquintum argumētum ex precibus damnatorum & nominatum diuitis illius epulonis Luc. capite 16.

60. Sensit vim huius argumenti Caluinus. proin vertit se in concordia euangelica in omnes formas vt inueniat effugium, sed hoc euentu vt frustra laboret, & ingenij sui vanitatem clarissime patefaciat. Principio more Rhetoribus huius sæculi vsitato ita [1] eleuat vim argumenti, vt id modo appellet futile, modo vocet cauillum, quum res ipsa ostendat esse firmissimum, teste cōscientia cuiusuis lectoris. Deinde scribit Papistas esse primos authores huius argumenti. Constat autem etiam Augustinum eo vsum fuisse sub vocabulis recordationis & voluntatis, efficacis inquam, epistola 125. idque cum obseruatione multarum [2] circunstantiarum. Tertio refert dialogum huius diuitis & Abrahæ ad genus colloquij quod fingitur quasi habitum sit, quum non sit habitum: & ad prosopopeiā in qua magis viuorum sensus exprimatur, quā mortuorum cura. Verum suo loco [3] docuimus hanc narrationem esse historiam. & vt sit parabola (quod dandum non est) narrari que accidunt damnatis: præsertim à Christo, sapientissimo parabolarum architecto. eoquod parabola, id est, collatio, stare non possit absque veritate: vt quæ sit similitudo sūpta ex veritate. Et quod amplius est, ipse-met Caluinus in Psychopannichia (quem librum scripsit contra Anabaptistarum errorem de interitu animarum) hæc-ipsa ita firmiter probat, vt nihil supra pro ijs dici possit. Et in principio huius euangelij in concordia euangelica, quamuis non æque asseueranter atque illic, tamen ait se arbitrari potius rem gestam narrari, eoquod Lazari nomen exprimatur: quam esse simplicem parabolam. Quærimus autem ex eo, si res gesta narretur quomodo hic sit prosopopæia, id est, fictio personarum? & si sit historia, quomodo sit eiusmodi quem ait dialogus? deinde si magis hic exprimitur viuorum sensus, quam mortuorum curæ saltem, vel ipso Caluino teste, exprimitur aliqua cura quam damnati gerant de viuis. teste vero Christo hæc omnia non in viuis, sed in damnatis collocantur: & tantā cu

1 ad verba, Rogo te Pater.

2 vide verba Augustini titu. 16 sectione 100.

3 supra titu. quinto sectione 29.

ratorū de viuis exprimitur, vt hic diues erga patrem blandas, humiles, ardentes, & iteratas preces pro fratribus suis. De prima certe & altera qualitate cōstat ex verbis, Rogo te Pater, &, Non Pater Abrahā. tertiā vero demonstrant verba & ipse clamās dixit. vltimæ autē testis est quod replicat. vt videre est in verbis: nō Pater Abrahā sed si quis, & cætera. huiusmodi cū sint preces dānatorū pro viuis: quales oportet esse preces sanctorū pro eis? Vltimo, vt more hæreticis familiari eludat quæ aperta sunt loco vtcunque obscuro, cauillatur se eodem colore posse colligere ex eodem euangelio fideles animas sorte sua non contentas, nisi firmus hiatus eas ab inferis arceret ad infernum damnatorum migrandi desiderio teneri. In quo cauillo ne ipsi quidem Christo parcit. Iudicat enim eum sanctis quod in eos non quadraret tribuisse his verbis: Inter vos & nos ingens hiatus est, vt qui velint hinc transire ad vos, non possint.

61. Sed is aut non intellexit, aut se non intelligere simulauit, hæc non esse prodita ab ipsa sapientia, vt significent sanctos simpliciter velle migrare ex loco fælicitatis in infernū damnatorū, nisi obstaret ingēs hiatus, siue chaos. Nam hæc transitus voluntas manifeste referenda est ad petitā opitulationē: vt intelligamus eos velle transire in hunc infernum, non ad habitandum: sed vt opitulentur dānatis. velle, inquam, non voluntate (vt ita dicam) deliberatiua: sed voluntate naturali eis compatiente. cuius generis voluntate etiam cōstituti in inferno damnatorū intelligendi sunt velle transire in sinum Abrahæ, quippe qui vsqueadeo certi sunt se non posse eo concedere, vt ne hic quidem epulo id petierit. Abraham ergo his verbis significauit, Quod neque ipse, neque alij sancti adiuuēt hunc diuitē & eius socios in extremis pœnis constitutos, id non prouenire ex eo quod exuerint omnem humanitatem & commiserationem: sic enim eis naturaliter compati: sed quia obstet Dei voluntas, qui fines discernentes dānatos à beatis noluerit posse perfringi: cui iustæ eius voluntati sese merito conforment.

62 Ex quo rursus sic argumentamur. Constat ex hoc loco sanctos vsqueadeo non exuisse cum corpore viscera misericordiæ, vt ad ea significanda seu potius ad eorum magnitudinem denotandam dicantur à Christo in Abrahamo, velle transire in infernū damnatorum, nisi obstaret ingens hiatus Dei voluntate impenetrabilis. Quanto ergo illi nos diceremur, si necessarium esset, velle ad nos iuuandos huc transmeare? Nunc autem id necessariū non est. Possunt enim in cælo consistentes orare pro nobis, quandoquidē oratio non requirit præsentiam eius pro quo funditur. Neque Deus legitur eis interdixisse oratione pro nobis: sicut legitur prohibuisse eorum in infernum transitum ad opitulandum damnatis. Quanto ergo illi nos dicentur non solum velle opitulari nobis voluntate illa inefficaci: sed voluntate efficaci, id est pro

ducente

ducente orationem pro nobis Id videlicet Caluinus cauillando cōsequitur vt hoc quoque telo confodiatur.

63. Iam vides omnes dogmatis intercessionis sanctorum pro nobis, meri to tradi fidelibus pro dogmate fidei, vt quod plurimis scripturis traditum sit. & simul perspiciunt insignem hæreticorum peruicaciam vt qui orantibus sanctis angelis pro nobis, orantibus sanctis qui in terra sunt pro alijs, orantibus damnatis hominibus pro fratribus, atque adeo orantibus, quod i antea ostendimus, etiam ipsis demonibus, pergunt negare sanctos corpore exutos orare pro nobis tot scripturis partim expresse, partim latenter id docentibus. Si enim credendum est quod vna scriptura traditum est à Deo: quanto magis fide amplectendum est quod plurimis scripturis cōprehensum est, ex quarum singulis id constat. idque sæpius non vno argumento.

i. supra titulo 4. sect. 3. argumento quinto

Quod Sancti corpore exuti verè & propriè orent pro nobis, ex sacris scripturis.

Titulus 10.

HActenus iecimus solida orationum sanctorum pro nobis fundamenta, qualescunque eæ sint. Deuenien dum nunc est ad specialiorem de eis doctrinam, & ante alia demonstrandum has orationes esse verè & propriè dictas orationes huius enim quæstionis tractatum necessarium fecit insignis quorundam hæreticorum obstinatio. Quis enim aliquis somniasset aliud esse orare, atque verè & propriè orare? Videbant durum esse verbum populo in puro fide catholica cui insidiabantur, sanctos corpore exutos non orare pro nobis: & cognitum habebant extare scripturas quæ etiam expressā facerent mentionem harum orationum. Igitur vt hæretici suæ immorerentur, & simplices facilius fallerent, faciendum sibi putauerūt vt excogitarent nouas vocabuli orationis significationes: quibus vterentur perinde ac fideles quum ex re eorum esset: re ipsa vero ab eis maxime, vt antea, dissiderent.

nifestè sit genus orationis generaliter dictæ: & consequenter genus generalius orationis specialiter acceptæ, tantum abest vt (quod isti etiam nugantur) petitio sit species orationis: petimus enim multa quæ nō oramus, nominatim ea quæ nobis iure debentur. Ex quod profluxit quod 1 Christus ait: quæcunque orantes petitis. Nulla autem est in mera gratiarum actione petitio. 1. Marc. 11.

5. Apparentque hæc omnia clarissime ex ipsis illis locis quos pro hac fictitia orationis diuisione citant. tanta est istorum miseria. Apostolus enim ita scribit 1 Philippensibus: nihil soliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione, (que (vt græcorum verborum sensum apertius exprimamus) sed in omni (putà negotio, etiam tristi) per orationem & obsecrationem cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. An non audis Lector petitionē esse genus orationis? petitiones, inquit, vestræ innotescant apud Deum per orationem & obsecrationem. An non animaduertis Apostolum aperte distinguere inter gratiarū actionem & orationē? per orationē, inquit, cum gratiarum actione. 1.c.4.

6. In priore vero 1 ad Timotheū epistola sic ait: Obsecro, siue adhortor primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarū actiones, pro omnibus hominibus. Et hic quoque videmus nisi cæci simus, orationem distinctam esse à gratiarum actione: quacunque significatione tum hic, tum in præcedenti loco accipiatur: siue vt ea solum differat ab obsecratione & postulatione gradibus intentionis: siue ea speciali significatione denotet rem diuersam ab obsecratione & postulatione. sicut enim per se clarum est obsecrationem & postulationem non significare gratiarū actionē: ita per se manifestum est orationem his iunctam eam non significare. 1.c.2.

7. Quod autem Paulus gratiarum actionem annectit orationi, obsecrationi & postulationi: eo factum est, quod æquū sit eos de acceptis beneficijs gratias agere, qui cupiunt noua beneficia oratione impetrare. Et quod isti hinc moliuntur, æque ridiculum est, ac si quis contendat comedere quandoque significare non comedere, sed bibere: aut duas esse species comestionis, esum videlicet & potum: quia oratio & medicina suadent, vt potum cibo adiungamus.

8. Porro quia oratio non est genus gratiarum actionis, fieri non potest vt quod Bullingerus contendit, oratione tanquam genere gratiarum actio, eius species tropo sinecdoches significetur. Immo ne oratione quidem tanquam toto aliquo gratiarum actio tanquam eius pars significari potest quandoquidem gratiarum actio abesse potest, atque adeo sæpius abest orationi absque eius corruptione: neque tam eius pars aliqua, est atque velut dulcis comes & amica soror.

9. Tametsi vt largiremur eis (quod tamen largiendum non est) orationem significare gratiarum actionem: ne hæc quidem prodigalitas ipsis effugium tribueret. deberent enim nobis pari liberalitate largiri gratiarum actionem significare veram orationem: eodem videlicet tropo quem confinxerunt. præsertim quum nulla causa dari possit cur Sancti corpore exuti gratias agant pro nobis: & iidem non orent pro nobis. Immo (quod in se efficax argumentum est) quia sancti teste scriptura & eorum confessione, pro nobis gratias agunt: sequitur eos etiam orare pro nobis. propterea quod solum gratias agere pro nobis, non est pro eo ac oportet nos diligere: non est pro eo ac necessitates nostræ postulant, miserias nostras alleuare.

10. Deueniendum nunc est ad VVittebergenses. In quibus omnia digna sunt repræhensione. Primum versuta eorũ fallacia: qua quũ dicere deberent sanctos in cœlis orare pro nobis: sicut & angeli pro nobis orant, vt oratio orationi responderet: addiderunt orationi sanctorum in cœlis particulas quodã modo. & in locum precum angelicarum substituerunt solicitudinem quã cõstat eis non nisi tropice tribui, atque ita tamen vt significet auxilium, & præsertim precum, sicuti 1 ostendimus.

1. tit. 4 sect. 10 & 21. & tit. 9 sect. 49 & 50.

11. Fallaciæ succedit inconstantia. Exponunt enim preces sanctorum modò gemitu quo omnes creaturæ pro salute nostra cœlesti quodam modo ingemiscũnt, &, vt Paulus loquitur, parturiunt: modo sonitu precũ olim hic fusarum qui adhuc duret in auribus Dei.

12. Hanc expositionum varietatem sequuntur scripturarum quibus vtũtur peruersæ interpretationes & applicationes. Perinde enim accipiunt verba 1 Pauli. scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque ad huc: ac si loqueretur de gemitu per omnia pari in omnibus creaturis, quum is senserit omnes creaturas, singulas quasque pro sua conditione, ingemiscere & parturire libertatem gloriæ filiorum Dei. putâ inanimatas naturali sua inclinatione: prœditas anima vegetatiua secundum huius animæ potentias: sensu donatos potentia sensitiua, rationales ratione & intellectu repletas spiritu Dei, hoc spiritu vt videre est ex eo quod Paulus 2 his addit: Non solum autẽ ipsa: sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem Item ex eo quod 3 alio loco de omnibus fidelibus dicit: nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cœlo est, superindui cupientes. nam & qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati eoquod nolimus spoliari, sed superuestiri: vt absorbeatur quod mortale est à vita Quum vero inepte rationalis gemitus hominum & spiritualium spiritualis, æquetur gemitui brutorũ & rerum insensatarum omnes iudicare possunt.

1. Rom. 8.
2. eodē capite 8.
3. 2. Cor. 5.

13 Ad.

13 Ad hæc non faciunt hic officium pro eo ac oportebat. solum enim asunt hunc gemitum cælesti quodam modo fieri pro nostra salute diligenter autem cauent ne eum. & cælestem quendam, quem ait, nt, eius modum exponant. more videlicet hæreticis familiari, qui fugiunt lucem ne cômenta eorũ deprehendantur. Paulus autem significat omnem creaturam, vnamquanque videlicet in suo gradu, tẽ ære pro õnibus viribus ad statũ quo excidit peccato primorũ parentũ: hoc est, vt si perpetuo. vt quæ se tueatur & conseruet quo cunq; nisu potest. qui tamen status ei non ante continget, quam filij Dei per resurrectionem liberentur in perpetuum ab omni miseria.

14. Et in creatura quidem irrationali intelligendus est vocabulis gemitus & parturitionis vti tropis prosopopœiæ & metaphoræ. In hominibus vero & præsertim spiritualibus, proprie: quod quidẽ ad gemitum attinet. quod vero spectat ad parturitionem metaphorice. qui tamen tropus significet ingentem eorum conatum. In sanctis autem corpore exutis & bonis angelis, non nisi metaphorice in vtroque verbo. propterea quod constet omnem gemitum & dolorem exulare cœlo. quæ metaphora nihilominus significet spirituale & intellectuale desiderium, quo impense desiderant vindicari in libertatem per resurrectionem. In oratione sanctorum nihil est quod nos vocet ad tropum.

15. Ex quibus tria alia consequuntur annotatione digna contra hos Nouatores. Primum, eos male facere quod orationem in sanctis exponant gemitu & parturitione, quæ manifeste in eis non nisi tropice dicantur. quum oratio rationalibus proprie tribuatur. notissima namque est regula aperta non esse interpretanda per obscura, sed ẽ contra obscura per aperta neque confugiendum esse ad tropum nisi cogamur. Alterum est ex immenso eorum conatu & desiderio aduentus regni Dei quem Apostolus significauit metaphorice vocabulis gemitus & parturitionis, consequens esse eos qui tentent omnia vt quam citissime vindicentur in libertatem, orare minimum vt regnum Dei adueniat. Tertium hanc orationem esse velut quendam effectum huius gemitus & parturitionis. tantum abest vt confundi debeant: cum eis.

16. Eodem modo pergunt ineptire in sequentibus duabus scripturis. Connectunt enim & similia faciunt quæ sunt plane dissimilia. Nam locus Genesis 4. vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, vocat nos ad sensum tropicum. eo quod sanguis hominis interfecti res inanimata quum sit, non habet vocem, neque possit proprie clamare. Locus vero Apocalypsis 6 exigit sensum proprium. quandoquidem qui dicuntur hic clamare, sunt animæ martyrum, viuæ & rationales substantiæ.

17. Na

17. Nec isti autem magnam gratiam ineunt apud Anabaptistas hoc commento. tametsi enim perinde atque fideles, diffidеant ab eis quod sentiãt animas non interire cum corporibus, neque dormire ad diem vsque resurrectionis: tamen comminiscuntur interpretationem qua animæ dici possint clamare, etiam si penitus interijssent. Sed sicut Anabaptistas multæ aliæ circunstantiæ huius loci redarguunt. vt (exempli causa) quod Ioannes dicit, se vidisse animas interfectorum. non vidisset autem eas, si non fuissent vt, quod datae sint illis stolæ albae. quo enim vestiméta ijs qui non sunt? aut quo haec albedo stolarum redactis cum corpore in terram vel aerem? Ita multae aliae circunstantiae conuincunt hos Nouatores falsissimae interpretationis quas

1.*infra sectione 29.* paulo 1 post notabimus.

18. Nec refert quod animae martyrum non sint cupidae vindictae pro more humano: sunt enim cupide vindictae pro diuino more, amore videlicet iustitiae. qui mos apparet etiam in sanctis huius saeculi in Lege, Prophetis, & Psalmis. Si enim (exempli causa) zacharias quum interficeretur à Re-

1.2.*Par.* 24 ge Ioab 1 dicere potuit vera & sancta oratione, videat Dominus & requirat: quanto magis idem liberatus ab omni periculo corrupti affectus recte clamare potuit cum alijs martyribus: vsquequo domine non iudicas & vindicas sanguinem nostrum? & caetera. videre enim & requirere nihil aliud est, quã iudicare & vindicare: tametsi alia quoque istius vocabuli significatio sit huic

2.*supra titulo.* 9.*sect.* 12. loco congruens, vt 2 antea notauimus.

19. Neque vero etiam is est ridiculus sensus loci Genesis quem confingunt. Sed germanus eius sensus est atrocitatem delicti esse apud Deum iustũ Iudicẽ instar multorũ clamore vindictã petentiũ. vtcũque nullus queratur, vel accuset. quo vulgari tropo etiã dicimus rẽ-ipsã loqui omnẽ sanguinis effusionem vindictam postulare.

20. Sed tempus est vt probemus sanctos corpore exutos verè & propriè orare pro nobis, quod praestabimus eisdem scripturae locis quibus probauimus eos orare pro nobis, idque eodem ordine vt eo magis prosimus memoriae Lectoris.

Primum argumentum ex circunstãtiis loci capitis vltimi libri posterioris Machabaeorum. quẽ retulimus sectio. 5 titul. praecedentis.

21. Constat ex integra historia vltimi capitis libri secundi Machabęorum Iudam cum militibus suis magnopere indiguisse auxilio Dei instante pugna cũ Nicanore ingẽtẽ exercitũ ducẽte. Ad impetrandũ vero huiusmodi auxilium vtilis & necessaria est, confessione omnium, tum nostra, tum fratrũ nostrorum, vera & propriè dicta oratio, non sola gratiarum actio. & multo minus illa per prosopopaeiã nesciunt haeretici quae oratio: seu potius nulla oratio. Igitur quum scriptura significauit Oniam & Ieremiam in summo necessitatis articulo orauisse pro Iudaeis, intellexit eos verè orauisse. non falsa

orationis

orationis significatione, non conficta locutione tropica. Quod adhuc clarius intelligitur ex particularibus circumstantijs.

22. Scriptura narratura preces Oniæ, prius significat qualis & quantus vir fuerit: putà, summus sacerdos, vir bonus & benignus, & cætera. non solum vt Iudæi facilius diuinum somnium in animum admitterent: sed etiam vt facilius crederent eum, qui tum pro suo summo sacerdotali officio, tum pro bonitate & misericordia, ac insolitis à teneris annis alijs virtutibus magnopere hic pro eis semper orauisset: nunc instante summo reliquijs Iudæorum periculo vere atque ardenter pro eis orauisse.

23 Deinde addit Iudam Machabæum vidisse eum manus protendentem orare pro omni populo Iudæorum: vt etiam ipso orantium gestu intelligeremus eum tunc, & non solum quum hic viueret, verè & propriè orauisse pro omni populo Iudæorum.

24. His adijcit loquens de apparitione alterius viri in magna gloria & admirabili & magnifica dignitate, Oniam, tantum, inquam, & talem virum, in quem proinde non cadit suspicio mendacij, dixisse de eo: hic est (Nota Lector præsens tempus) fratrum amator & populi Israel. hic est qui multū orat (Nota iterum bis præsens tempus) pro populo & vniuersa sancta ciuitate Ieremias Propheta Dei. Constat autem amorem, & quas Spiritus sanctus antea memorauit, bonitatem & benignitatem esse fontes veræ & proprie dictæ orationis pro fratribus. Neque hæc Ieremiæ in maiestate apparitio, neque præsens iam sæpe repetitum tempus, neque particula, Multum, vllo pacto ferunt tropicam illam orationem. 1. vide supra tituli. 9. sectionem 38. & sequentes.

25. Et multo minus adhuc eam fert quod sequitur de traditione gladij his verbis: extendisse autem Ieremiam dextram, & dedisse gladium aureum dicentem: accipe gladium munus à Deo in quo deijcies aduersarios populi mei Israel. Hæc enim vt manifeste pertinent ad præsens tempus: ita declarant præcedentes preces fuisse eodem tempore ab eis fusas.

26. Postremo eadem scriptura clarissime distinguit inter orationem & gratiarum actionem; quum ante pugnam meminit orationum: post victoriā vero pugna adeptam, actionis gratiarum.

27. Audiuimus Ioannem narrantem capite quinto Apocalypsis se vidisse viginti quatuor seniores cadentes coram agno habētes citharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt, inquit, orationes sanctorum. Mos autem est scripturæ & aliorum bonorum interpretum, trāslata declaratē per propria. tametsi alioqui etiam constet ex alijs scripturis odoramenta significare veram orationem, non meram gratiarum actionem. nam Psalmo 140. dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Et vt discas eam non Secundū argumentum ex circumstātijs capitis quinti Apocalypsis. quo vsi sumus tituli precedentis sectione 13 et sequētib.

solum facto, puta, casu coram agno cum odoramentis, & cætera: sed etiam verbis acceptum referre quod digni habeantur qui ea offerant, id est, suis precibus commendét: Apostolus addit: Et cantabant canticum nouum dicétes: dignus es Domine accipere librum, & cætera: & fecisti nos sacerdotes. Sacerdotū autem est offerre Deo hostiam veræ orationis etiam pro populo. In summa: quam nostræ orationes, quas isti offerunt, sunt veræ & proprie dictæ orationes: tam veras & proprie dictas esse oportet preces viginti quatuor seniorum quibus nostras commendant.

1. Hebr. 5.

Tertium argumentum ex circunstatiis loci capitis octaui Apocalypsis, quo vsi sumus sectionibus 19 & 20. præcedentis tituli.

28. Neque Apostolus contentus est semel ista docuisse. docet enim idé etiá capite octauo, in verbis, & data esse illi incésa multa vt daret de orationibus siue de orationibus sáctorū õniū. Ná iuxta prioré lectioné interpretatur incensa per orationes. ex quo fiunt eadé argumenta, quæ retulimus præcedéti sectione. Iuxta vero vtramque lectionem sic argumentamur. Si Ioannes oratione aliud aliquid intellexisset, atque quod vulgo hoc vocabulo intelligimus, eius officium fuisset, non idem orationum vocabulum repetere quo antea vsus fuerat in sanctis: sed proprium in eius locum substituere, ne tribueret lectoribus hac repetitione occasionem errandi in acceptione huius vocabuli. Deinde is vtitur vnico orationum vocabulo in omnibus sanctis. Constat autem nos hic offerre Deo veras & proprie dictas orationes. Igitur docet sanctos quoque qui in cœlo sunt vere & proprie orare pro nobis.

Quartū argumētum ex circūstantiis loci Apocal. 6. quo vsi sumus sectionib 21 & 22. præcedentis tit. 1. vide supra sectione 3. 16 17. & 18.

29. Quinetiam idem Apostolus proponit c. 6 eiusdem libri exemplum orationis sanctorum pro se, ex quo porro ostédimus consequi eos orare pro nobis. Nullus autem est qui hoc orationis exemplum vllo pacto torquere possit ad gratiarum actionem. Aduersus vero fictitiá VVittembergensium interpretationem notandæ sunt hę circunstantiæ. Principio Ioannes significat se duobus præcipuis sensibus, puta, visu & auditu, percepisse quæ hic narrat. idque in cœlo, regia veritatis. ne quis tropos aliquos confingeret qui aliquo pacto diminuerent veritatem narrationis. Deinde ait se vidisse & audiuisse animas clamantes, non sanguinem, qui proprie loquendo non potest clamare. ac ne homines quidé. ex quo manifestū est male dici eas clamare, eo quod piæ preces quas in hoc sæculo effuderūt & cætera. quádo homines, nó animæ fuerūt qui in hoc sæculo eiusmodi preces effuderunt. his addit, & clamabant voce magna. Quod autem solum quodam modo sonat in auribus Dei, non clamatur voce magna. Ad hæc sequitur apud eum hæc oratio (vt aiunt) in forma: vsquequo Domine non iudicas & non vindicas sanguiné nostrum de his qui habitant in terra? quod clarissimè ostendit hanc orationé non fuisse effusam quum hic viuerent, aut sub finem vitæ eorum: sed post effusionem sanguinis sui, idque in cœlo. Postremo idem etiam docent respon-

sio Dei & donum stolæ immortalitatis.

30. Res ipsa tantum non clamat varias scripturas quas indicauimus sectione 2. tituli præcedentis, & Paulum quibus verbis ait Deum pro nobis melius aliquid prouidisse vt non sine nobis consummemur: intellexisse Deum æque prouidisse nobis de veris sanctorum corpore exutorum precibus qui bus stimulatæ desiderio suæ consummationis necessario orant vt cito perficiamur, propterea quod sciāt se non posse sine nobis consummari. atque verè orant pro sua libertate & consūmatione. Sed hāc euidentiam etiam illud adiuuat quod Christus veris & propriè dictis precibus Deum orari voluerit vt regnum eius adueniat. *Quintū argumentum ex variis scripturis & nominatim ex loco Pauli ad hebræos: quod tractauimus sect. 23. præcedentis tituli.*

31. Petrus quum instante morte sua ait se daturum operam semper vt hi quibus scribebat post obitum suum eorum quæ docebat memoriam facerent: significat se post mortem semper facturum opus aliquod, quo horum post obitum possent memoriam facere. Hoc vero opus quid fuerit, nisi vera & propriè dicta oratio? *Sextum argumentum ex verbis 2. Petri 1. quæ tractauimus sectionibus 24 & 25 præcedentis tituli.*

32. Ostendimus ex scripturis verbum stare significare verè & propriè orare, nominatim in Moyse & Ieremia quum hic viuerent, & in angelis. Et consequenter quibus verbis Dominus significat Mosem & Samuelem stare potuisse, atque adeo staturos fuisse coram se pro Iudæis, nisi obstitisset suum decretum quo certo statuerat punire consummatam eorum malitiam: eisdē denotat Moysem & Samuelem defunctos verè & propriè orare potuisse pro Iudæis, nisi obstitisset Dei decretum immobile: tam verè, inquam, & propriè, quam Moyses hic viuens verè & propriè pro eis olim orauerat. quandoquidem scriptura hic vtitur eodem verbo stare, quo olim vsa fuit in Moyse quū hic viueret. *Septimum argumentum ex loco Ieremiæ 15, quem tractauimus sectionibus 26, 27, 28, 29, 30, præcedentis tituli.*

33. Cui accedit quod præcedit haec verba vera & propriè dicta ista Iudaeorum siue Ieremiae in persona eorum oratio: Ne des nos in opprobrium & caetera. Deus vero occasione huius orationis ait: Si steterint Moyses & Samuel coram me. Igitur stare, aeque veram & propriè dictam orationem significat, atque Iudaeorum vel Ieremiae in persona eorum vera & propriè dicta oratio fuit. *1. Ierem. 14.*

34. Eiusdem est verè patrocinari bonis, cuius est verè accusare obstinatos in peccatis. Planum autem fecimus Moysem tam verè accusauisse Iudaeos apud Deum, quàm ipse Christus verè eos accusare potuisset apud Patrem si aut necessarium fuisset, aut voluisset non quod cogitanda sit crassa quaedam & forensis accusatio in verbis & gestibus externis, sed quod Moses modo beatis conuenienti vere tunc accusauerit Iudaeos obstinatos *Octauum argumentum ex verbis Christi Ioannis 5. quæ tractauimus sect. 31 & sequentib. vsque ad 36. præcedentis tituli.*

 Igitur

Igitur idem patrocinabatur electis Iudæis veris & propriè dictis orationibus. Quod ipsum etiam Iudæi credebant, teste Christo, in verbis, In quem speratis. Significant enim Iudaeos imminente aliqua calamitate solere spem collocare in veris & maximi apud Deum pretij orationibus Mosis.

Nonũ & decimum argumentum ex intercessione Christi quę argumenta tractauimꝰ sectionibꝰ 6, & 37. praecedentis tituli.

35. Probauimus sanctos non posse non orare pro nobis, eoquod Christus oret pro nobis. idque duobus argumentis Christus autem verè & propriè orat pro nobis. Igitur eisdem duobus argumentis sancti verè & propriè orãt pro nobis Quod odorati Zuingliani & Caluinistae etsi meris verbis agnoscant Christi interpellationem re ipsa tamen eam negant. quippe qui eius sensum ita interuertunt, vt Christus nunc non oret pro nobis, nisi per tropũ. Pro nobis, inquit 1 Vnus de istis, indesinenter intercedere dicitur, quia perpetua & inexhausta est meriti ipsius apud Patrem gratia & authoritas. Et 2 alius ex Caluinis: Quia Christus, inquit, assidue apparet cum morte & resurrectione sua (quae vice sunt internae intercessionis, & viuae orationis efficaciá habent, vt Patrem nobis concilient, atque exorabilem reddant) merito dicitur intercedere. Sed errant aduersus doctrinam Scripturarum.

1 Rodolphus Gualtherus homilia. 5 in primam Ioannis epistolam. 2 Augustinus Marloratus in eccles, exposit. in c. 8 ad Rom. ad verba, qui & intercedit pro nobis.

36. Iesus Christus in cœlo idem est, 1 Rex & 2 Sacerdos. Et quatenus quidem Rex est 3 dat dona hominibus. quatenus vero sacerdos est, offert Deo Patri gratiarum actiones & orationes pro nobis. Quae 4 Paulus docet, quum sessioni ad dexteram Patris coniungit intercessionem pro nobis. & tractans de perpetuo eius sacerdotio 5 ait, eum esse semper viuentem ad interpellandum pro nobis.

1. Cor. 15. 2. psal. 109. & Heb 10. 3. Ephes. 4. 4 Rom. 8. 5 Hebr 7.

37. Non quod aut sit 1 incertus de bona Patris sui erga se voluntate & impetratione: aut quod 2 more seruorum genibus ipsius accidat: aut quod 3 verba pro nobis faciat interposito interuallo inter os loquentis & aures audientis: aut quod 4 oret Patrem tanquam Deus: sed quod tanquam homo, eo modo quo decet ipsum gloria & honore coronatum, animo & voluntate petat à Patre vt nobis propter se largiatur quae nobis promeritus est passione & morte sua: hoc est, quod, vt ipsum decet, verè & propriè oret pro nobis.

1. Ioan. 11. 2. Gregorius Nazianzenꝰ oratione. 4. de theologia: qua dicitur 2 de filio. 3. Augustinꝰ tractatu 102 in Ioannem. 4 Cyrillus libro 11. in Ioannem c. 7.

38. Tametsi enim ei data sit omnis 1 potestas in cœlo & in terra: tamen nõ statim vná data est tranquilla totius huius potestatis possessio neque enim videmus illi (vt 2 Paulus ait) omnia esse subiecta. Ideoque verè orat pro eis quæ tranquillæ huius donationis muneri absunt. Quum autem nouissima 3 destructa fuerit mors. sicut tunc omnia erunt ipsi subiecta: ita nulla ipsius opus erit oratione, vt potestatem sibi olim in omnia datam exequatur.

1. Matth. 28 2. Hebr. 2. 3. 1. Cor. 15.

39 Sed demus operam vt omnes adhuc plenius intelligant cum verè &

propriè orare pro nobis ex circunstantijs scripturarum quibus vsi sumus. Christus Iesus, inquit Paulus, qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui & est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. An hæ auxeses non significant intercessionem Christi esse viuam? non vero solum vice viuæ intercessionis? an non docent eum qui sessione ad dexteram Dei intelligit Christum regnare operibus ab ea actu procedentibus: ipsum quoque actuali (vt ita dicā) & viua oratione procedente à sacerdotali sua dignitate interpellare pro nobis? Alio vero loco idem 2 Apostolus ait: sempiternum habet sacerdotium: vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis. Nota Lector præcipue verba, semper viuens ad interpellandum pro nobis. quia clarissime docent interpellationē viuā: & manifestissime damnant Zuinglianos & Caluinistas, qui intercessionem Christi ita exponūt, vt etiam si is adhuc mortuus esset, neque resurrexisset, neque in cœlum intrauisset, diceretur intercedere pro nobis: propterea quod eius merita essent Deo præsentia. Idem 3 Apostolus rursus de eo ait: Intrauit in ipsum cœlum vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Apparet autē ex eis quæ præcedunt eum respexisse ad figuram: hoc est, ad introitum Pontificis in sancta sanctorū: siue ad ānuā eius apparitionē corā Deo sedēte super Cherubī. quā certū est cōtigisse cū veris & propriè dictis precib' Proī ïlulta & scripturis aduersa est imaginatio, quasi is appareat Deo velut insensibilis aliqua statua: sed sic apparet Deo vt animo & voluntate petat, quod sui præsentia & vulnerum ostensione rogat. quomodo & milites ita vulnera in prælijs accepta ostendunt Imperatoribus, vt si non verbis, saltem animo postulent præmium. Christus discessurus 4. ex hoc mundo ad Patrem dicit Apostolis: Et ego rogabo patrem: & alium Paracletum dabit vobis. non ait quod hi hæretici fingunt, præsentia mea, aut merita erunt vobis vice viuæ orationis, sed ego rogabo Patrem: Ego, hoc est, persona mea rediuiua rogabo Patrem: hoc est, veram & viuam orationem fundam Patri. quandoquidem huiusmodi preces sunt viuorum. neque Apostoli, vt erant rudes, aliter istud atque de veris precibus accipere poterant. Audiuimus in 5 Apocalypsi angelum accepisse incensa multa vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum. Hunc autē nonnulli fideles, & omnes hæretici accipiunt pro Christo. Offerre autem Deo preces sanctorum, nihil aliud est, quam eas suis precibus commendare.

1. Rom. 8. 2. Hebr. 7. 3. Hebr. 9. 4. Ioan. 14. 5. Apocal. 8.

40. Quæ eum facere veteres quoque ecclesiastici scriptores prodiderunt. nominatim 1 Ignatius, 2 Origenes, 3 Cyprianus, 4 Eusebius Cæsariensis 5 Gregorius Nazianzenus, 6 Ambrosius, 7 Augustinus, 8 Chrysostomus, Cyrillus 9 Alexandrinus.

1. in epistola ad Ephesios 2. homilia 7. in Leuiticum 3. epistola 4. lib. 4 epistol. 4. libro 10 ecclesiast. hist.

41. Quod

45. Quo argumenti genere sequitur sanctos corpore exutos, multo magis orare posse, atque adeo orare pro nobis, ex eo quod hic orauerint pro nobis: eo quoque sequitur ipsos multo magis verè & propriè orare pro nobis in altero sæculo, ex eo quod hic verè & proprè orauerint pro nobis. Decimumquartũ argumentum ex precibus tãc

torum hic viuentium pro nobis, quod tractauimus titulo præcedenti sectionibus 55.56.57.58. Decimumquintum argumẽtum ex historia diuitis epulonis Luc.16. quã tractauimus titulo præcedenti sect. 29 & sequentibus.

46. Postremo, quandoquidem damnatus ille epulo non solum veras, sed etiam blandas, humiles, ardentes, & iteratas preces fudit pro fratribus suis secundum carnem: multo magis sancti corpore exuti pro fratribus suis secundum carnem, & adhuc amplius pro fratribus suis secundum spiritum, verè, blandè, humiliter, ardenter, & perseueranter orauerint.

Quod Sancti corpore exuti etiam particularibus precibus orent pro nobis, ex sacris scripturis, Titulus 11.

SEquitur vt dicamus de particularibus sanctorum corpore exutorum pro nobis precibus: sed confusionem hæreticorum qui generales solum preces pro ecclesia, vel tanquam certas, vel tanquam solum probabiles tradunt: vt suos scripturarum circunstantias non examinantes quoquo modo placent, & ad destructionem somniorum Zuinglianorũ & Caluiniquæ 1 suo loco retulimus. Dicemus autem ex eisdem scripturis quibus hactenus vsi sumus pro orationibus: eorum neque enim opus est alijs. 1. supra sectione 1. titul. 9

2. Constat ex historia capitis vltimi libri posterioris Machabæorum Iudam & præcipue milites eius in castris instante pugna cum Nicanore valde solicitos fuisse de euentu: & sacerdotes ac populum qui erat Ierosolymis nõ minimam solicitudinem habuisse pro his qui congressuri erant. omnes vero de religione tẽpli, deinde de vxoribus, & filijs, & fratribus, & cognatis maxime solicitos fuisse. Proinde quod scriptum est Oniam visum esse orare pro omni populo Iudæorum: & quod postea additum est, hic est qui multũ orat pro populo: intelligendum est istos in hoc necessitatis articulo orauisse pro vniuerso populo, tam in ciuitate, quam in castris constituto. & orationes Oniæ & Ieremiæ eo spectauerũt ne exercitus Iudæ vinceretur, ne eo victo milites caderent, ne vxores, filij fratres, cognati, in manus hostium deuenirent, ne templum pollueretur. Sed nihil hic æque clare demonstrat particulares Primum argumẽtum ex circunstãtiis capitis vltimi posterioris libri Machabæorum

preces

preces, atque quod Ieremias dicitur orare pro vniuersa sancta ciuitate: & dare Iudæ gladium aureum ad deijciendum aduersarios populi Israel. Id enim certo argumento est eum orauisse pro victoria, & eam impetrauisse.

Secundum argumentum ex c. 5. Apocalypsis. 3. Manifestum est omnibus plurimas extare in scripturis particulares sanctorum hic viuentium preces. neque est qui ignorare possit fideles quotidie speciales cuiuscuis generis preces fundere. Et cõsequenter quũ Ioãnes in 5. Apocal. *Apocalypsi* ait viginti quatuor seniores cadere corã agno, singulos habentes citharas & phialas aureas plenas odoramentorũ in sententia, inquam: eique explicationis causa addit absque vlla distinctione & limitatione, quæ sunt orationes sanctorum, nihil aliud obscure significat eos speciales quoque sanctorũ qui in terra sunt orationes offerre Deo, id est, suis precibus commendare.

Tertium argumentum ex loco capitis 8 eiusdem Apocalypsis. 4. Idem Apostolus vbi capite 8 eiusdem libri scribit: & data sunt illis incensa multa vt daret de orationibus sanctorum omnium: damnat distinctionem ab hæreticis confictam, qua aiunt sanctos qui sunt qui in terra sunt fundere preces generales & speciales: quum vero in cœlo fuerint, solum in genere orare pro ecclesia, tũ quia vtitur vnico orationũ vocabulo in omnibus sãctis absque distinctione, tũ quia sancti pro se orant in cœlo: & consequenter etiam pro nobis quia nos, sicut seipsos, diligunt.

Quartum argumentum ex loco capitis 6 Apocalypsis. 5. Oratio illa martyrum de vindicta sanguinis sui de his qui habitant in terra apud eundem Apostolum, manifeste particularis est. siue spectes rem quæ petitur: siue eos qui orant: non enim solum martyribus sed eos cõtra quos orant. habuerũt enim singuli suos interfectores. Si autẽ speciali oratione petunt vindictam: quanto magis speciali oratione petierint misericordiam pro amicis suis? Et quia accipiunt responsum se nõ ante accepturos quod petunt, quam numerus fratrum compleatur qui interficiendi sunt sicut & ipsi: procuidubio orant vt hic numerus cito compleatur. quæ petitio rei specialis est.

Quintum argumentum ex varijs scripturis, et nominatim ex loco Pauli Hebr. 11. 6. Immo quum ea quę velut necessitate compulsi orant pro nobis propterea quod sciant se non posse absque nobis consummari: eiusmodi sint quæ mereantur specialibus orationibus peti: dubium non est quin ea precentur nobis specialibus orationibus: saltem quod ad summa capita attinet, aut minimũ in genere pro ijs quæ nobis necessaria sunt ad hanc consummationẽ.

Sextum argumentum ex loco 2. Petr. 1 7. Petrus quum premittit se daturum operam: putã minimum precibus vt ij quibus scribebat possent horum memoriam facere post obitum suum: haud obscure sentit etiam de particularibus orationibus. partim quia non alloquitur totam ecclesiam: sed partem tantum ecclesiæ: partim quia pastoralis aliquorum cura non generalem modo, sed particularem quoque solicitudinem postulat: partim quia orare vt faciant horum memoriam pertinet ad me-

moriam

moriam certorum aliquorum præceptorum: & nominatim istorum: Ministrate in fide vestra virtutem: in virtute autem scientiam: in scientia autem abstinentiam: in abstinentia patientiam: in patientia autem pietatem: in pietate autem amorem fraternitatis: in amore autem fraternitatis charitatem.

Septimū argumētum ex loco Ieremiæ 15.

8. Examināti circūstantias verborum Domini apud Ieremiam, Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: manifestum est consentaneum fuisse statui & officio Mosis & Samuelis viuentium in altero sæculo specialibus orationibus solicitare Deum, ne Iudæi in imminentes calamitates inciderēt; nisi obstinata eorum malitia obstitisset. Nam hi quibus Dominus istud respondit, deprecabātur instātes calamitates. & Dominus superioribus verbis attexit: Eijce illos à facie mea. quod si dixerint ad te, quo egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus: qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.

Octauum argumētū ex loco Ioan. 5.

9. Certum est ex circunstantijs verborum apud Ioannem: Nolite putare quod ego accusaturus sim vos apud Patrem: est qui accusat vos Moyses: dominum præcipue sentire de incredulitate, & quod reciperent ab hominibus vanam gloriam: & veram gloriam quæ à Deo est non quærerent. Reprehenderat enim eos multis verbis quod in se non crederent. & dixerat, quomodo vos potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam quæ à solo Deo est non quæritis? Et consequenter Moses tunc multo magis patrocinādo bonis Iudæis orauit Deum vt eis largiretur augmentum fidei, fugam vanæ gloriæ, & inquisitionem veræ gloriæ quae à Deo est. Solere autem Iudaeos etiam spem suā in precibus eius collocare, si quando immineret insignis calamitas, colligimus ex adiunctis à Christo verbis, In quo speratis. quae preces omnium iudicio sunt particulares.

Nonū & decimum argumentum ab interpellatione Christi.

10. Christus fundit Patri particulares preces. vt (exempli causa) pro remissione peccatorum harum vel illarum personarum. quippe qui verus sacerdos est adūbratus legali sacerdote. quē est non certū solū orauisse pro remissione peccatorum totius populi: verum etiam pro suis & particularibus certorum hominum peccatis. Proinde Sancti corpore exuti orant necessario acclamando his particularibus precibus vt qui vnū sint cum eo. Idem etiam orat pro eis rebus quarum tranquillam datae sibi potestatis possessionem nō dum assecutus est. Et consequenter sancti multo magis orant pro tranquilla possessione potestatis eorum, cuius Christus fecit eos participes.

Vndecimū argumentum à charitate.

11. Si Sancti corpore exuti solum in genere orarent pro Ecclesia, nullum praeter hoc vnum charitatis erga nos opus extaret in cœlo. Et consequenter charitas, quae se hic porrigit ad ingentis varietatis pro his vel illis preces, illic vbi in immensum aucta est, redacta esset ad angustias huius gene

talis orationis. Exempli causa: Multi sancti orauerunt in hoc mundo pro vxoribus, filijs amicis, Iidem autem vbi hinc discessissent ad Deum non possent orare specialiter pro eis? quę manifesta est imminutio charitatis erga eos. Immo si vera esset istorum traditio: charitas excidisset, contra ac Apostolus scribit, quia non esset, vt oportet, ordinata. Atqui ne in inferno quidem perit qualis charitatis ordo. vt videre est in illo diuite, qui fratres suos præ alijs dilexit. In cœlo vero vbi omnia sunt ordinatissima, oportet vt sit excellens ordo charitatis. Proinde sancti tanto magis in cœlo, quam in mundo, particulares pro nobis preces fundunt: quanto in cœlo quam in mundo excellentior est charitatis ordo.

1. Cor. 13.

Duodecimũ argumentũ ab 1 officiis membrorum

12. Paulus quo loco transfert officia membrorum nostri corporis ad membra mystici corporis Christi, quæ nos sumus, & cælites: expresse meminit ordinis & particularis solicitudinis, sine quibus iusta solicitudo & commiseratio nequeunt subsistere. Et quæ putamus, inquit, ignobiliora membra corporis: his abundantiorem honorem circundamus, & cætera. Docetque cuicunque & qualicunque malo cuiuscunque membri reliqua membra compati. Si quid, inquit absque limitatione alicuius mali, patitur vnum membrum (quodcunque, inquam, & qualecunque) compatiuntur omnia mēbra. Igitur Sancti corpore exuti, nostra (vt ita dicam) commembra iustæ solicitudinis & commiserationis regulam perfringerent, si nullas speciales pro his & illis personis & rebus funderent. haud profecto aliter, atque si quis de toto corpore solicitus, nullam specialem particularum membrorum rationem haberet.

Decimũ tertium à specialibus sanctorum angelorum 1. tit. 9. sectione 5. & seq.

13. Docuimus ex eisdem fontibus consequens esse sanctos corpore exutos orare pro nobis, ex quibus sequitur sanctos angelos orare pro nobis. Et antea 2 probauimus tredecim argumentis hos etiam speciales preces pro nobis fundere, Igitur Sancti corpore exuti speciales quoque preces pro nobis fundunt.

2, tit. 4. sectione. 11.

Decimumquartum argumentum a particularibus sanctorũ hic viuentiũ precibus.

14. Si Authores Apologiæ Confessionis Augustanæ voluissent pro eo ac oportebat amplecti argumentum quod proficiscitur ab orationibus sanctorum qui in terra sunt ad sanctorum qui in cœlo sunt orationes, liberauissēt se errore. Sed dum insistunt vestigijs principum suorum, exhibuerunt insigne suae pertinaciae argumentum. Nam qui 1 dicebant se concedere quod sicut viui orant pro vniuersa ecclesia: ita sancti in cœlis orent pro ecclesia: dicere etiam debebant, quod sicut sancti qui hic viuunt orant etiam particulatim pro alijs: ita sancti qui in cœlo viuunt, orent particulatim pro nobis. idque tanto magis, quanto particulares preces sunt nobis magis necessariæ quā preces in genere pro vniuersa ecclesia. Et si eis constitutum fuisset (vt quidem constitutum esse debebat) plene agnoscere veritatem: ingenue professi fuissent

1, vide sect. 2, tituli 9.

sent certum esse sanctos tanto magis in cœlo, quam in terra, particulares pro hominibus preces fundere: quanto eorum charitas & fiducia praestant charitati & fiduciae quas hic habebant.

15. Postremo diues ille immisericors manifeste specialem fratrum suorum hic viuentium curam gessit. & specialiter orauit Abraham, vt mitteret Lazarum in domum patris sui, vt hi præsenti eius admonitione pœnitentiã agerent: & non venirent in eundem tormentorum locum. Igitur sancti qui cœlum incolunt, multo magis specialem fratrum suorum carnalium & spiritualium curam gesserint: & cum alia multa, tum hoc quoque orauerint, vt nõ descendant ad locum tormentorum: sed deferantur ab angelis sicut & ipsi, in cœlum.

Decimum-quintum argumētum ex historia diuitis epulonis Luc. 16.

Quod Sanctorum preces sint nobis valde vtiles, ex sacris scripturis, Titulus 12.

PORRO si inquiramus in vtilitatem harum precum: deprehendemus nos vberes ex eis fructus percipere. idque ex eisdem scripturis.

Primum argumentum

2. Nam Iudas Machabæus praecipue sanctorum Oniae & Ieremiae precibus insignem reportauit victoriam. cecidit enim parua manu iuxta promissionem Ieremiae multa millia hostium cum duce Nicanore. atque ita domũ Dei, ciuitatem Ierusalem, & populum Iudaeorum omni discrimine liberauit atque hanc victoriam Iudæi tanti fecere, vt 1 in eius memoriam annuũdiem festum instituerent.

1. 1. Machab 7. & 2. Machab. vltimo.

3. Apparuit ex capite quinto Apocalypsis viginti quatuor seniores esse sacerdotes: eosque insignes. Quis autem sacerdotes, & praesertim eiusmodi, sentiat nihil impetrare ijs quorum orationes offerunt? Praeterea hae orationes, sitae in citharis & phaliis, dicuntur metaphorice odoramenta: vt intelligeremus eas esse, praesertim istorum commendatione, bonum & suauem odorem Domino: vt 1 scriptura loquitur in similibus: siue, vt eadem 2 nonnunquam ait, Deum ipsas odorari: hoc est, eas Deo placere, & impetrare quod petunt.

Secundũ argumentum.

1. Phil. 2. 2. Genes. 8.

4. Capite vero octauo Apocalypsis angelus nõ dedisset de orationibus

Tertium argumentum

ti non consummarentur sine nobis: haud obscure significauit preces eorum nō posse esse inutiles. nutile enim ne bonum quidē est, tātum abest vt sit melius. *Quintum argumētum ex c.11. ad hebr.*

10. Petrus vero insignem earum fructum aperte asserit, quum instante morte sua pollicetur se daturum operam vt ij quibus scribebat possent esse ipsis operibus memores eorum, ad quæ ipsos exhortatur sua posteriore epistola. *Sextum argumentum.*

11. Quod autem Dominus apud Ieremiam significat se ne Moysém qui- dem & Samuelem exauditurum, etiam si orarent tunc pro Iudæis: ostendimus referendum esse ad euasionem imminentium calamitatum propter consummatam populi Iudaici malitiam: hoc est, ad peculiarem hunc casum. Deum vero solere eos ordinarie audire ex eo apparet quod frustra diceret se eos tunc non exaudituros, nisi alias ordinarie eos exaudiret. Exceptió ergo confirmat regulam. *Septimum argumentum.*

12. Id quod etiam tenendum est eo quod Christus apud Ioannem ait Moysem suo tempore accusaturum obstinatos Iudæos. Sicut enim his verbis denuntiat istis certum interitum propter immensam tanti accusatoris gratiam: ita recte innuit eum bonis Iudæis patrocinādo multa eis impetrare propter eandē gratiam. Idemque ostendunt quæ sequuntur verba, in quē speratis. *Octauum argumentum.* *Nonū & Decimum argumentum.*

13. Sicut certum est interpellationem Christi esse nobis vtilissimam: ita necesse est sanctorum quoque intercessionem esse nobis in suo gradu vtilem: quandoquidem hæc ex ista sequitur.

14. Fructus charitatis quæ 1 ex Deo est, non potest non placere Deo, qui 2 charitas est. Diximus autem orationem sanctorum pro nobis esse fructū charitatis. Placet ergo Deo. si autem ipsi placet: est nobis vtilis. *Vndecimbas argumētum* *1 1. Ioan. 4* *2 1. Ioan. 4.*

15. Compertum habemus experientia, maximas vtilitates redire ad mēbra ex commiseratione & solicitudine aliorum membrorum. Igitur Apostolus vel hoc ipso quod legem commiserationis & solicitudinis membrorum corporis naturalis trāstulit ad membra mystici corporis Christi, inter sanctos corpore exutos habere locum: haud obscure significauit insignem fructū ad nos redire ex commiseratione & solicitudine eorum: id est, ex subuentione eorum, quæ minimum fit precibus. *Duodecimum argumētū ex loco 1. Cor 12*

16. Probauimus suo 1 loco sanctorum angelorum preces esse nobis valde vtiles. & sanctos corpore exutos esse pares angelis, quod ad orationes attinet pro nobis. Nihil autem prodesset eos esse sanctis angelis similes in oratione: nisi similes quoque essent in impetratione. *Decimū-tertium argumētum. 1. 17. sectione, tit. 4.*

17. Quomodo argumento à minori ad maius à scriptura approbato, recte sequitur sanctos præsenti vitā defunctos orare pro nobis qui in corpore constituti orauerint pro nobis: Ita eodem argumēti *Decimum-quartum argumentum.*

1. Philip. 1. 2. 1. Ioan. 1. 3. Ioan. 10. Iacob. 5. & 1 Ioan 3. 4. Iob. 42. 5. in libro cōtra vigilātiū. 6. in libro de viduis.

argumenti genere sequitur eos qui hic pro alijs exauditi sint à Deo quum adhuc 1 imperfecti essent & 2 peccatis obnoxij: tanto magis exaudiri à Deo quum sint perfecti & sine macula & ruga ante Deum. Sicut enim Deus iustū peccatori præfert, eo quod hunc non 3 exaudiat, præsertim pro alijs precantem: Ita iustiorem 4 iusto facilius & fructuosius etiam hic exaudit. Eoque argumenti genere 5 Hieronymus & 6 Ambrosius vsi sunt, potestque formari ad similitudinem eius quo Christus vtitur capite sexto Matthæi: si vos quum sitis mali, nostis & cætera, hoc modo: Si sancti quum adhuc sint aliqua ex parte mali, norunt bona dona nobis impetrare à Deo suis orationibus: quanto magis quum sunt omni ex parte boni diuina bona nobis impetrabunt suis orationibus?

Decimumquintum argumentum.

18. Denique licet Diues ille epulo non sit exauditus pro fratribus suis quia petijt quæ dari non oportebat: tamen constat ex eodem loco sanctos vsque adeo non amisisse naturalem subueniendi afflictis inclinationem, vt etiā dānatis sint opitulaturi in descensu ad Inferos, nisi obstaret Dei voluntas ad quā se conformāt. Diximus enim Abrahā istud significauisse verbis, vt qui velint hinc transire ad vos non possint. Deus autem nusquam prohibuit ne sācti nobis opitulentur suis orationibus; vt etiam perspicere est ex vanis Nouatorum obiectionibus. Itaque opitulantur nobis.

Demonstratio ex sacris scripturis vanitatis eorum quæ dicuntur aduersus Sāctorū pro nobis preces.

Titulus 13.

SEquitur enim vt dicamus ex scripturis de istis obiectionibus. quæ constāt partim vanis phantasmatibus, partim contorsionibus scripturæ: partim nullius momenti consequentijs. vt videre est ex sequentibus argumentis, & responsionibus.

Argumentum Theodori Bezæ confessionis suæ puncto 4 articulo.

1. Sancti carent corpore: ergo non possunt orare.

Responsio.

1. psal. 103. & Hebr. 1.

COnsequentia non valet. nam oratio, sicut & adoratio, fieri potest, immo sæpius fit absque organo corporis. Angeli enim 1 sunt spiritus. & nihilominus

minus 2 orant pro nobis. Item animæ martyrum & aliorum sanctorum orãt *2 vide supra* in Apocalypsi, vt 3 supra docuimus. Et quod magna consideratione dignum *integrum titu* est, possumus in corpore constituti solo corde, id est, solo animo orare. Cor *tulũ quartũ* namque etiam habet in scripturis suam 4 genuum flexionem. habet 5 cantũ *3.tit.9.sect.* & psalmum: & consequenter argumento ex adiuncto, etiam orationem. De- *13.vsque ad* nique habet clamorem, id est, ardentem orationem. Moses enim 6 dicitur cla *sectionẽ 13.* mare ad dominum: nulla labijs formata oratione. *4.2.Par. 36* *5. Ephes. 5.* *6. Exod. 14.*

2. Sancti sunt ita gaudijs cælestibus absorpti, vt de nobis cogitare nequeant: & consequenter multo minus orare. *Argumentũ vulgi.*

Responsio.

ANtecedens non est dogma Diuinum: sed phantasma Iudaicum, Mahumetanum, carnale. Nam hodierni Iudæi metiuntur cælestes voluptates venereis voluptatibus, in quibus eo momento tẽporis quo ad eius peruenitur extremum pæne omnis acies & vigilia cogitationis obruitur. Fideles autem credunt gaudia cœlestia mentis aciem non perstringere, sed exacuere: non inducere stuporẽ, sed acrimoniam: non extinguere prioris charitatis scintillas, sed inflammare. Nempe Deus abyssus est omnium gaudiorũ: de quibus omnes sancti participant singuli pro suo gradu. & nihilominus is 1 memor est nostri. quanto ergo minus sancti sua eorumdem gaudiorum parte ita absorbentur, vt nostri non? sint memores quod argumentum Augustinus ante nos tractauit libri 3. Confessionum c. 3. Christus inquantũ homo est super 2 omnes creaturas benedictus: & tamen 3 orat pro nobis. Angeli qui in cœlis 4 sunt; semper vident faciem Dei, id est, semper sunt beati & 5 nihilominus orant pro nobis, & multa alia officia nobis exhibẽt. 6 Ieremias gloria mirabilis orat pro Ierusalem & pro victoria Iudæ contra Nicanorem. & viginti quatuor seniores 7 in summa gloria apparentes faciunt officium sacerdotij sui. Moyses & Elias 8 visi in maiestate cum Christo transfigurato gerunt curam ecclesiæ: imo etiam trium Apostolorum dicebant enim coram ipsis egressum Christi quem completurus erat in Ierusalem, id est, mortem quo intelligerent Apostoli diuinitus ita institutum, vt Ierosolymis occideretur ac resurgeret Christus. idque à Lege & Prophetis prædictum. Postremo extremæ damnatorum 9 pœnæ non tollunt in eis cogitationes & curas de amicis. ergo nec gaudia cælestia efficiunt ne sancti memores non sint nostri.

1. Psal. 113. *2. Matth. 28* *3. Rom. 8.* *4. Matth. 18* *5. vide supra integrũ tit. 4* *2. Machab. vltimo.* *7. Apocal. 5* *8 Luc. 9.* *9. Luc. 16.*

Argumentũ Caluini lib. 3 Insti. 20 c. secti. 21. & 27. 3. Nusquam legimus sanctos corpore exutos accepisse mãdatum vt orẽt pro nobis. ergo non debent orare pro nobis.

Responsio.

HOc argumentum ridicule præsumit Christum debuisse hic aperire scholam eorum quæ Sancti post mortem acturi essent in altero sæculo. Immo debuisse ipsis dare hic præcepta de scripto eorum quæ in cœlo acturi essent. quasi videlicet istic non esset in eis perfecte complendum quod à Domino dictum est 1 per Prophetas: Et erunt omnes docti à Deo. Legimus tamen data hic esse à Deo quædam præcepta hic viuentibus earum rerum, quarum obseruationem colligimus ex quibusdam scripturæ locis transire cum ipsis ad alterum sæculum: nominatim primum illud & magnum mandatum in legẽ, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & cętera. & secundũ huic simile, diliges proximum tuum perinde atque teipsum. à quo profluit sanctorum corpore exutorum oratio pro nobis. vt 2 ostendimus ex verbis Pauli, charitas nunquam excidit. Quin-etiam extant adhortationes ad petendum absque limitatione ad hoc sæculum. Sicut enim scriptum non est, diliges solum quamdiu hic viues: sed diliges absque vlla limitatione: ita dictum est, 3 Petite, absque limitatione. vt sciremus petitionem tamdiu habere locum quamdiu iusta esset causa petendi. tamdiu autem sanctis corpore exutis iusta est & erit causa petendi pro nobis, quamdiu fratres eorum nõ erunt cum ipsis beati.

1. Ioan. 6.

2 Situ 9. sect. 38. & seq.

3. Matth. 7.

Argumentũ indicatum a Caluino libro 3. Instit. c. 20 sect. 27

4. Sed beatus Iacobus hæc duo simul coniungit, vt confiteamur peccata nostra inter nos: & vt alij pro alijs oremus.

Responsio.

HOc præceptum quo mutuæ intercessionis officium commendatur, manifeste datum est sanctis adhuc peccatis obnoxijs, hic viuentibus. atque ita vt ex eo quod adiectum est, vt saluemini, haud obscure indicatum sit, vt cessantibus ijs qui hic sunt orare pro sanctis corpore exutis, eoquod sint saluati: hi persistent in officio orandi pro alijs quamdiu non sunt saluati. Et quod hæretici hic moliuntur æque ridiculum est, ac si quis dicat charitatem esse in ijs solis qui peccata habent, eo quod 1 scriptum sit, charitatem operire multitudinem peccatorum, quod solum pertinet ad declarandam eius virtutẽ in abolendis peccatis, non vero ad auferendum 2 eam cœlicolis. Aut si quis affirmet conuenire pauperibus vt sese mutuo adiuuent: caeterũ eos qui euaserint diuites, non amplius teneri lege adiuuandi pauperes, propterea quod adminiculis pauperum non indigeant.

1. Petr. 4.

2. 1. Cor. 13.

5. Nulla legitur in scripturis promissio facta sanctis corpore exutis de exauditione.

Argumentum Caluini lib. 3. Instit. c. 20. sect. 24.

Responsio.

QVasi scilicet quæcũque fiunt in cœlo, debuerint hic particulatim scripto commendari. 2. Nulla eti. m legitur in sanctis scripturis facta angelis promissio de exauditione precum suarum: & tamen ne plerique quidem hæretici dubitant an exaudiantur, nec ne. 3. Scriptura declarauit, idque multis testimonijs, sanctos pro nobis orantes exaudiri. & consequenter non est dubium quin ij certi sint de bona Dei erga se pro nobis orantibus voluntate. 4 tametsi ne hoc quidem quod assumũt, simpliciter verum est. Sicut enim eis quum hic essent dictum est absque restrictione ad hoc sæculum, 1 Petite, & si quid petieritis Patrem in nomine meo: ita absque vlla ad hanc vitam limitatione adiectum est, illic quidem, & accipietis: hic vero, dabit vobis putâ, siue in vobis, siue in alijs. iuxta vsum huius verbi etiam à Martha vsurpatum 3 alloquente Christum his verbis: sed & nunc scio quia quæcunque poposceris à Deo (putâ, pro fratre meo mortuo) dabit tibi Deus. 1. Matth. 7. 2. Ioan. 17. 3. Ioan. 11.

6. Eadem dexteritate pergunt obijcere, sanctos cursum suum consummasse: & consequenter sanctos non orare pro nobis.

hoc argumentum indicat Caluinus libro 3. Instit. c. 20. sec. 23 in fine.

Responsio.

QVam hæc consequentia sit infirma, manifestum est ex multis. sancti namque etiam nunc amant Deum quem hic amauerũt. amant & fideles quos hic amauerunt. quia 1 charitas non excidit. 2 laudant Deũ, quẽ hic laudauerunt. 3. Christus dicitur 3 consummauisse opus quod Pater dederat ei vt faceret: & tamen etiam nunc 4 intercedit pro nobis. neque possumus, nisi eum summa impietate, istorum exemplo, ita argumentari: scriptura clare demonstrat Christum cursum suum consũmasse. Ergo Christus nunc non amplius orat pro nobis. Siue vt eisdem plane verbis vtar in Christo, quibus Caluinus, author huius argumenti, vtitur in sanctis. Illum ergo omittamus, quẽ scriptura clare demonstrat cursũ suũ cõsũmasse. Apostolus ergo, ex quo Caluinus sumpsit sanctos cursum suum consummasse: solum significauit 5 verbis, cursum consummaui, se impleuisse data tempora vitę in terris: & hic repræsentauisse quę Deus hic voluit repræsentari ad consequendam mercedẽ vitæ æternæ in cœlis. Quid vero tum ipse, tum alij hanc assecuti, acturi essẽt secundum animam in cœlis, ne attingit quidem his verbis.

1. 1. Cor 13. 2. Apocal. 4 & 5. 3. Ioan. 17. 4. Rom. 8. 5. 2. Timot. 4

1 nominatim Caluinus libr. 3. Instit. c. 20. sect. 23. in fine.

7. His 1 addunt aliud æque ac præcedens infirmum, Apostolorum Actorum 13. de Dauide loquentem non docere ipsum iuuare posteritatem precibus: sed duntaxat dicere eum ætati suæ inseruijsse.

Responsio.

1. 4. Reg. 19

OMnia non sunt omnibus locis ab omnibus dicenda. sicut (exempli caussa) Apostolus non dixit etiam hic quod Deus alibi 1 ait, se seruaturum ciuitatem propter se, & propter Dauid seruum suum. Loquitur autem hoc loco de regio Dauidis ministerio. præcedit enim. Et exinde postulauerunt regem: & dedit illis Saul filium Cis: & amoto illo suscitauit illis Dauid regem. Cuius ministerij regij, sicut & aliorum huic similium, meta fuit eius obdormitio: quid hoc ad alia eius officia pertinet quibus & viuens & mortuus profuit posteritati: vt virtute & meritis: vt psalmis suis: vt precibus suis. Omittimus quod vetus Interpres aliter hunc locum transtulerit, atque isti reddunt, ne argumentum quoquo pacto defugisse videamur.

Argumentū Caluini lib. 3. Instit. c. 20 sect. 24. & Rodolphi Gualtheri homilia 69. in c. 3. prioris epist. ad Corinth.

8. Adhæc imaginantur sanctos, si particulares pro nobis preces fundant, vel sua sponte, vel à nobis rogatos, varijs & particularibus votis circumferri, & discedere à sua quiete, & distrahi in varias curas. hoc autem nequaquam esse probabile. Immo nihil cælitibus minus cōuenire, quā vt nostris curis & miserijs occupetur.

Responsio.

SEd scriptura docet has imaginationes esse falsas, vt quæ tradit sanctos orare pro nobis: & simul esse beatos. quod idem etiam tradit in angelis. orant enim pro nobis: gerunt curam nostri: administrant prouincias & regna absque imminutione beatitudinis suæ. Nec mirum, quando sunt 1 similes Deo pro suo gradu: qui omnium orationes audit, omnibusque prouidit absque distractione: & 2 similes Christo, summa quiete pro nobis intercedente, & regente gentes in virga ferrea. Eiusque perfectionis velut scintilla quædam 3 apparuit in Moyse & Elia visis in maiestate cum Christo transfigurato, & nihilominus volentibus mederi Apostolis qui non intelligebant mysterium excessus Christi quem completurus erat in Ierusalem.

1. 1. Ioan. 3.
2. Apocal. 2 & psal. 2.
3. vide supra responsionē ad 2. argumentum.

9. Postremo vbi sentiunt caussam suam his argumentis non modo reddi meliorem, sed contra deteriorem: confugiunt ad communem omnibus & familiarem toti huic materiæ calumniam, sanctorum intercessionem Christi honori officere, & eius intercessionem tanquam

non sufficientem arguere.

Responsio.

Facilimum est ex multis conuincere hanc obiectionem esse insignem calumniam Et primum ex ijs quæ plerique istorum tradunt Diximus Authores confessionis Saxonicæ scribere non esse dubium quin beati orent in genere pro ecclesia. Authores vero Apologiæ confessionis Augustanæ nobis concedere quod beati orent in genere pro ecclesia. Chenitium vero tradere istud esse probabile & pium. quomodo autem hæc sunt vel certa, vel minimum probabilia & pia, si repugnent intercessioni Christi, & eius honorem imminuant? An intercessio sanctorum generalis non æque niti debet intercessione Christi, atque specialis? 2. Angeli possunt orare pro nobis, atque adeo orant pro nobis absque his criminibus: Ergo & Sancti corpore exuti orare possunt, atque adeo orant pro nobis absque vlla Christi iniuria. 3. Sancti qui sunt in terra ita orant pro alijs vt non admittant hæc crimina: imo orât pro alijs cum laude. Ergo multo magis Sancti qui sunt in cœlo, vt qui etiam hic didicerint ipsis orandum esse in Christi nomine: & longe sapientiores sint sanctis qui sunt in terra. 4. Viginti quatuor seniores eo loco Apocalypsis quo obierunt preces sanctorum, referunt agno occiso acceptam suam sacerdotalem dignitatem. tantum abest vt in Christi meritum & intercessionem sint iniuriosi oblatione precum nostrarum. 5. Immo i supra ostendimus duobus argumêtis sanctorum intercessionem profluere ex Christi intercessione: siue câ probari. 6. Postremo, In nullos minus quam in Catholicos hæc crimina conueniunt. eo quod omnes publicæ & priuatæ eorum preces nitantur clausulâ, Per Dominum nostrum Iesum Christum: vel, qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus.

Sed nobis etiam faciendum est vt omnes intelligant quomodo intercessioni sanctorum cum Christi intercessione bene conueniat. idque eo magis, i) libro 3. Inst. c. 20. sectio 21.

10. Quod Caluinus pro sua authoritate i scribit non minus profanari Christi intercessionem dum mortuorum precibus & meritis miscetur, quam si ea penitus omissa soli mortui in ore essent: Sic enim homo impius sanctos appellat.

Responsio.

Qui bene notarunt quæ i diximus pro sanctorum orationibus pro nobis animaduerterunt sanctos tribus occasionibus orare pro nobis. vna, qua Christo pro nobis intercedenti acclamant: & orant vt Deus eum pro nobis intercedentem audiat: probando, inquam, non adiuuando. quandoquidem i. titulo 9.

Christi intercessio quum fit est per se sufficientissima Et hæc sanctorum oratio, sicut & angelorum, est extra omnem calumniæ suspicionem Altera occasio, eaque precipua in hac materia, est, qua nobis non facientibus officium accedendi ad Deum per Christum, supplent locum nostrum: aut non nisi frigide facientibus officium, adiuuant suis orationibus nostras quales-quales preces. quod quum faciunt, manifeste non inuadunt in locum Christi, vel se ei æquãt, aut preces suas iũgũt Christi precibus tãquã adiutrices eorũ sed stãt à parte nostra. Etsi enim Christi intecessio si fiat, sola ad õnia ĩpetrãda sit sufficientissima: tamẽ ea õnibus non sẽper contingit sine vlla nostra opera quia
1. Matth 6. Deus vt ea potiamur, sæpius 1 requirit à nobis preces easque 2 humiles, 3 ardẽ
& Luc. 1. tes, 4 perseuerãtes & efficaces per bona opera, siue quæ 5 bonis operibus exer
2. Luc. 18. centur. quas quia sciuit nos sæpius non repræsentaturos: admisit, qua est boni
3. Col. 4. 1. Thess. 5. tate, in supplementum eius quod abest nostris precibus orationes fratrum
4. Luc 18 nostrorum, tum hic, tum in altero sæculo constitutorum. vt varijs scripturis
5. Esai 58 & exemplis probauimus. Nempe scriptura duobus modis loquitur de Chri-
& Iacob. 5. sti intercessione. Vno 1 tempore præsenti: qui & interpellat pro nobis. & hac
1. Rom. 8. interpellatione dantur nobis bona absque nostra cooperatione. altero in fu-
2. Hebr. 7. turo tempore vt 2 quum ait: semper viuens ad interpellandum, siue ad hoc vt interpellet pro nobis. & tunc requirit à nobis accessum ad Deum per Christum. præcedit enim, Vnde & in perpetuum saluare potest accedentes per ipsum ad Deum. Accedimus autem ad Deum per Christum non solum per nos ipsos: sed sæpius etiam nobis cessantibus aut officium non plene facientibus, per fratres nostros, siue hic viuentes, siue constitutos in altero sæculo Quæ quum hæretici nolunt intelligere, faciunt ne Christi intercessio hominibus contingat. tantum abest vt sint studiosi gloriæ intercessionis Christi. Tertia occasio intercessionis sanctorum est qua orant vt Deus per Christum annuat ipsis executioné potestatis super nos, qua is per Christũ fecit eos participes: hoc est, qua Deũ orant per Christũ vt haec, & illa dona possint dare hominibus. Et haec quoque oratio non potest esse iniuriosa in Christum. quandoquidé participatio huius potestatis data est eis à Christo: & executio eorũ quorũ trãquillã nondũ obtinẽt possessionẽ petitur ab ipsis à Deo per christũ: de qua sanctorum potestate tempus est vt dicamus, omissis his rancidis mendacijs.

De

De regia Sanctorum corpore exutorum super nos potestate ex sacris scripturis

Titulus 14.

INter conatus quibus haeretici huius saeculi oppugnant Ecclesiam Dei, is, ipsorum aestimatione, vnus de praecipuis est, quo accusant Papistas, id est fideles quod non sint contenti docere sanctos orare pro nobis: sed addant eos regere nos, dare nobis munera, esse nobis auxilio, tueri nos, et alia his simi lia facere. Quae ōnia appareãt in hymnis, prosis, cãticis, & precibus ecclesiae, & plena sint superstit onis, ĩpietatis ethnicismi furoris, et huiusmodi criminũ

2. Sed in duplici errore versantur. Prior in eo situs est quod existimant hanc consequentiam esse necessariam: Papistae, id est, fideles, vtuntur his ver bis. ergo non sunt contenti docere eos orare pro nobis. Nam haec sanctis tri buipossũt, atque adeo saepius tribuuntur propter preces & exauditionem ea rum. idque iuxta similes scripturarum locutiones. 1 Ioseph enim (exẽpli causa) dicit se Patri & fratribus daturum terram Ghessem, quam 2 erat eis impe traturus à Pharaone. Et Paulus postulans preces Romanorum vtitur verbo adiuuãdi. Obsecro 3 inquit, vos fratres vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum. Atque hunc sensum Ecclesia quandoque etiam publice ex plicat, nominatim in hymno de vno martyre, in verbis, Tui precatus munere Nostrum reatum dilue, Arcens mali contagium, Vitae remouens taedium. 1. Gen. 45 & 6. 2. Gen. 47 3. Rom. 15.

3. Alter error est in hac alia quae eorum quoque verbis inest consequẽ tia: Papistae docent sanctos corpore exutos saepius adiuuare nos, tueri nos, & caetera, facto. Ergo sunt superstitiosi, impij, Ethnici, furiosi. Etsi enim nõ rec te distinguant dicta fidelium, nec antecedens saepius probent ex eis ex qui bus necessari id sequitur: tamen verum est quod aiunt: idque manifeste apparet in hymno de Apostolis in vocabulis, iussu & praecepto: & in praefatio ne Missae de Apostolis, in verbis, sed per beatos Apostolos tuos continua pro tectione custodias: vt eisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eisdem contulisti praeesse pastores. Verum tãtum abest vt, quia haec credũt sint his criminibus cõtaminati: vt impij fuerint & in sanctos iniuriosi, si haec non crederent.

4. Nihil

4. Nihil noui est quod veritatis praedicatores insimulentur magnorum
1. Act. 26 criminum. Festus 1 dixit Paulo in faciem, eum insanire. & Christus audiuit à
2. Ioan. 8. 2 Pharisaeis daemoniacus, & ab alijs 3 insanus. Scrutandae sunt scripturae,
3. Ioan 10 & quae his de rebus tradunt, amplectenda & firmiter retinenda sunt. Fideles nihil hic dicunt, quod non didicerint à scripturis. Conuicia vero eorũ non pluris facienda sunt, quã si à Pharisaeis & Ethnicis proferrentur. Neque vero difficile est fideli confestim deprehendere haec esse mera conuicia. Angeli enim non solum precibus, sed etiam facto, regunt nos, adiuuant nos, dant nobis dona, & alia his similia faciunt. & nullus est, ne haereticus quidẽ, qui propterea haec crimina eis impingat.

5. Sed ante omnia constituendus est status præsentis quæstionis, ne quis vel tantillum ab eo aberret, quod tractamus. Cõstat inter omnes, sanctos qui sunt in terra, dici non solum regnum Dei, eo quod Deus in eis regnet: sed etiam Reges, propterea quod imperent omnibus potentijs & viribus suis, vt Deo seruiant. Proinde dubitari non potest quin in cœlo constituti multo iustius hoc sensu dicantur Reges, vt qui hic perfectissime sibi ipsis imperent. Quin etiam certum est eos, perinde atque Reges hic delicijs affluunt, ita in cœlo omnibus bonis, atque adeo absque vlla comparatione pluribus & maioribus frui. Verum non est hic quæstio inter fideles & hæreticos, an sancti sint in altero sæculo his rationibus Reges. conuenit enim his de rebus inter omnes: sed quæstio est an sint Reges comparatione nostri, ita vt regnent super nos, & regant nos, atque alia erga nos officia, quae Regum sunt, praestent.

Primum argumentum.
1. 1. Timot. 1
2. psal 79. & Esai. 49
3.
4. Matth. 1.
5. Matth. vltimo.
6 Rom. 8.
7. Iacob. 2.

6. Deus 1 Rex est, Deus 2 regit fideles, & dominatur vniuersae terrae. Christus quoque, etiam quatenus homo, Rex 4 est data ei omni 5 potestate in cœlo & in terra. Sancti vero sunt, teste 6 Apostolo, haeredes Dei, & cohaeredes Christi. & consequenter 7 haeredes regni Dei: & cohaeredes regni Christi. Igitur Sancti corpore exuti, impleta conditione ab Apostolo addita, si tamen compatimur, participes facti sunt pro suo gradu etiam huius regiae dignitatis qua Deus, & sub eo Christus tanquam homo, regunt homines & praesertim fideles.

Secundũ argumentum.
1. Luc. 19.
2. Matth. 25
3. Luc. 19.
4. Matth. 25

7. Christus significat apud 1 Lucam se aduenientem remuneraturum bonos & fideles seruos, qui mina eis data, decem & quinque minas lucrati fuerint, potestate super decem & quinque ciuitates: & apud 2 Matthæum eos qui paucis talentis lucrum fecerint, constitutione super multa immo etiam super omnia bona sua, similitudine sumpta à fidelibus seruis & munifico Domino. Euge serue bone, 3 inquit, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. Et tu esto super quinque ciuitates. Et 4 apud

apud Matthæum: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Et quis putas est fidelis seruus & prudens, quem cõstituit Dominus suus super familiam vt det illis cibum in tempore? beatus ille seruus quem quum venerit Dominus eius inuenerit sic facientem. Amẽ dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Deus 5 autem ponit rationem cum seruis suis in morte, quod ad animam attinet: & vt 6 probauimus, venit etiam in morte. Igitur remunerat in morte sanctos suos potestate super decem & quinque ciuitates fidelium qui tanquam infirmiores dirigi debent quo spectant quæ 7 Ambrosius & 8 Arethas scripserunt: & constitutione super multa, immo etiam super omnia bona sua hoc est tam super Iudæos 9 veterem hæreditatem suam: quam super gentes, nouã 10 Christi hæreditatem & possessionem.

5. Eccles. 11.
6. supra tit. 6 sectione 12.
7. libro 8. in Lucam capite vltimo 2. vide verba infra tit. 17. sectione 23.

8. in c. 2 Apocalypsis, ad verba, qui vicerit & custodierit, et cætera. et vide verba titulo 17. sect. 34.
9. Esai. 19.
10. psal. 2.

8. Christus apud 1 Matthæum & Marcum indicat aliquos sessuros ad dexteram suam & sinistram in regno suo, quum ait: sedere autem ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à Patre meo; Hoc autem sedere ad dexteram & sinistram Christi, est, omnium confessione, esse primates regni sui, immo primos rectores regni sui: quãdoquidẽ sedere Christi ad dexteram Patris est regnare, 3 interprete Paulo. idque procul dubio etiam super nos. Igitur Sancti sedentes ad dexteram & sinistram Christi regnant pro suo gradu super nos, & regunt nos tanquam rectores regni Christi.

Tertium argumentum.
1. Matthæo 2. Marc. 10.
3. 1. Cor. 15.

9. Lucas 1 refert Dominum dixisse Apostolis qui permanserant cum eo in omnibus tentationibus suis: Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater regnũ 1, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Iudicare porro sæpius significat in scripturis regere. vt 2 infra apparebit. eaque significatio hic rectè congruit. quia Christus promittit regnũ non vnius actus qualis est extremũ iudiciũ: sed regnũ sicut disposuit ei Pater. Et fœlicitatẽ quidẽ huius regni Christus in duo partitur. nimirum in edere & bibere super mensam suam in regno suo. & in sedere super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Prius pertinet ad demonstrationem dignitatis & fœlicitatis regni Apostolorum in persona eorum cõsideratorum. significat enim Christum dignaturum ipsos suis honoribus regijs, & incompræhensibili cælestium bonorum affluentia, ducta videlicet à Regum moribus similitudine, ad quorum mensam admitti maximus & peculiaris intimorum amicorum honos ac maxima fælicitas reputatur, vel propter affluentiam deliciarum quibus mẽsæ regiae solent esse refertae.

Quartum argumentum.
1. Luc. 19.
2. sectione 38

tae. Alterum vero significat eos futuros esse regios rectores duodecim tribuum Israel.

Quintum argumentum. 1 Matth. 19. 10. Sed demus, quod tamen dandum non est ob causas praedictas, iudicare significare idem quod significat apud 1 Matthaeum in his verbis: Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me, in regeneratione quum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel: idem quod antea sequetur. Qui enim clarissimis verbis significauit Apostolos etiam in isto magnificentissimo regiae suae maiestatis extremo iudicio iudicaturos secum duodecim tribus Israel: recte innuit eos multo magis iudicaturos eas alijs priuatis iudicijs, & consequẽter recturos eas eoquod iudicare sit actus regiminis, praesertim in eiusmodi Iudicibus hoc est, in ijs qui non sunt Iudices delegati & extraordinarie: dati sed iudices facti cum regia eorum potestate à Deo & Christo ipsis praestita.

1, Matth. 12. 11. Nam quod haeretici iudicare eo sensu accipiunt quo: Niniuitae & Regina Saba condemnabunt in iudicio peruersos Iudaeos: puta per comparationem: vel etiam absolute, propterea quod fides & opera eorum condem natura sint Iudaeos repugnant aduersa fronte circunstantijs scripturae. Primum quia vt condemnare sic accipiatur in verbis ab eis citatis, tamen particula, in Iudicio, à quo profluit verbum Iudicare, accipitur proprie etiam in verbis ab eis citatis. Deinde quia aliud est condemnare: aliud est iudicare: soli enim mali condemnantur: boni vero aeque ac mali iudicantur. Tertio particulae sedebitis & vos iudicantes, apertissime significant hanc sessionem, hocque iudiciũ esse simile sessioni & iudicio Christi, qui viuos ac vere iudicaturus est in sede maiestatis suae viuos & mortuos. Vltimo quia hic manifesta allusio est ad morem Regum, qui in summo tribunali considentes, & eos quibus potestatem secum iudicandi tribuunt, in inferioribus tribunalibus sibi proximos habentes, cum eis cognoscunt, & sententiam ferunt de causa.

Sextum argumentum. 1. 1. Cor. 6. 12. Simile est loco Matthaei 19 quod Paulus ait de omnibus sanctis, eos iudicaturos hunc mundum & angelos. proprie inquam. An nescitis, 1 inquit, quoniam Sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis (id est, per vos) iudicabitur mundus: indigni estis qui de minimis iudicetis? nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis saecularia. Argumentatur enim à Iudicio mundi & angelorum ad iudicium proprie dictum minimarum & saecularium rerum. argumentum vero non procederet (vt 2 Caluinus quoque notauit) nisi iudiciũ mundi & angelorum proprie quoque esset sumptum. Dix-

2 in commentariis in hunc Pauli locum mus autem hoc iudicium esse actum regiminis. Et quia regimen malorum continet etiam regimen bonorum, eoquod (exempli causa) qui frenant te-

tatie

catiores dæmonum & impiorum hominum, manifeſte proſint bonis: hoc iudicio & regime ſanctorum, ſignificatur etiam iudicium & regimine bonorum.

13. Tractauimus ſuo loco ſcripturam Apocalypſis capite quinto facientem mentionem viginti quatuor ſeniorum: quatenus quidem ea pertinebat ad ſacerdotium eorum. Hic vero tractanda ſunt quæ eodem loco pertinent ad regiam eorum dignitatem. Apparet autem ex capite quarto hos eſſe reges coronatos coronis aureis: ijdemque referunt capite quinto acceptam agno qui occiſus eſt ſuam regiam dignitatem æque ac ſacerdotalem his verbis: Et feciſti nos Deo noſtro reges & ſacerdotes. & ne quis putaret hoc eorũ regnum mœnibus cœli concluſum, addunt, Et regnabimus ſuper terram.

Septimũ argumentum. *titulo 9. ſect. 13. & ſeq. & tit. 10 ſect. 27. & tit. 11. ſect. 3.*

14. Non aiunt, & regnauimus ſuper terrã: quod ſignificaret eos in hoc ſæculo fuiſſe Reges: ſed regnabimus, verbo futuri temporis. Nemo autem eſt ne inter hæreticos quidem huius ſæculi qui non repudiet antiquum illum Chiliaſtarum errorem de terreno Chriſti cum ſanctis regno in fine ſæculi, vſque adeo certũ eſt eos erraſſe qui in hac ſententia fuerunt. Et conſequenter hi viginti quatuor ſeniores non loquuntur de hoc regno terreno.

15. Quin etiam certum eſt hæc verba non ſignificare quod Bullingerus [1] hæreticus commentus eſt: qui ridenda interpretatione iſtud retulit ad vltimum iudicium, quia, inquit, in eo apparebit ſanctos quos mundus pro ſceleratis habuit, fuiſſe innocentes, Reges, ſacerdotes. Aliud namque eſt regnare: aliud apparere quod olim hic regnauerint. Aliud eſt hos coronis aureis donatos profiteri ſe eſſe Reges. & vna dicere, & regnabimus: aliud aliquos ſolum dicere & regnabimus quia hoc conuenire poteſtijs qui nunc non regnent, ſed ſint aliquando regnaturi: iſtud vero non item aliud eſt dicere, Et regnabimus ſuper terrã aliud regnabimus iam iam [2] inſtãte terræ tranſitu, quia prius notabilem aliquam durationem promittit quæ mercatur vt hi dicant. Et regnabimus ſuper terram. Denique aliud eſt regnare ſuper terram: aliud quoquo modo regnare in terra.

1 ſermo. 28. in Apocalypſim. *2 Matt. 24 & 2. Pet. 3.*

16. Sicut enim (exempli cauſa) regnare ſuper Iudam, & regnare ſuper Iſrael: quæ frequentiſſime occurrunt in ſcriptura: ſignificant eſſe Regem Iudæ & Regem Iſrael: facere officia regis erga Iudam & Iſrael & Iudam & Iſrael eſſe ſubditos poteſtati & mandatis regum ſuorum: Ita regnare ſuper terram denotat eſſe regem terræ. & terram eſſe regnãti ſubditam.

17. Quare quod hi viginti quatuor ſeniores coronati coronis aureis, & ſe eſſe reges profitentes, aiunt. Et regnabimus ſuper terram: ſignificat regiam eorum poteſtatem ab eo tempore quo iſtud dicunt, in futura ſæcula extendendam ſuper terram: eos facere & facturos eſſe officia ſuæ regiæ dignitatis & poteſtatis erga terram, id eſt, eos qui habitant in terra, eſſe & fore ſubditos

eorum imperio, idque ad finem vsque sæculi. quando quod hi sine limitatione temporis dixerũt, nemo certo aliquo tempore terminare possit.

Octauũ argumentum. 1. Apocal. 3.
18. Dominus in eodem Apocalypsis libro pollicetur omnibus qui vicerint, sessionem in eodem throno, in quo consedit: Qui vicerit, inquit, dabo ei sedere in throno meo, sicut & ego vici, & consedi in throno Patris mei. Diximus autem Paulum hoc sedere interpretari per regnare. neque dubium est quin hæc Christi sessio, siue hoc Christi regnum, se porrigat ad inhabitantes terram, & præsertim sanctos. Proinde Sancti corpore exuti sunt facti participes regni Christi.

19. Sed insigne præ cæteris argumentum extat in eodem libro in hoc Christi promisso: Et qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, sicut & ego accepi à patre meo.

Nonum argumentum. 1. Apocal. 2.
20. Principio enim facile est percipere hoc promissum non impleri in sanctis quamdiu in terra sunt. quia scriptum est: qui vicerit & custodierit vsque in finem opera mea: & sequitur futuro tempore, dabo illi. Quinetiam aeque facile est percipere id non impleri in sanctis post resurrectionem propter regimen gentium & contritionem earum: ac relationem ad notos illos versiculos psalmi secundi, Postula à me, & dabo tibi gentes haereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Reges eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eas. quos versiculos Paulus declarat conuenisse

1. Act. 13.
Christo eo die quo Pater genuit eũ per resurrectionem. Quadrat ergo nũc in sanctos corpore exutos. Et quia Christus verax est in promissis suis, Sancti corpore exuti habent iuxta hoc promissum eandem pro gradu suo potestatem super gentes quam Christus à Patre accepit: & regunt eas in virga ferrea: & confringuntur ab eis tanquam vas figuli. Quae omnia per se clara sunt.

21. Sed quia haeretici sensum, immo etiam textum, corrumpunt, varijs modis singulæ particulae sunt diligentius expendendae. Sic enim clarissime omnibus apparebit quanta sit eorum improbitas. Mors est finis vitæ: atque adeo rerum omnium, iuxta vulgare dictum, Mors vltima linea rerum, neque de aliquo dici potest, quamdiu viuit, quod custodierit vsque in finem quae Christus praecepit. Proinde hoc, dabo illi, non impletur in sanctis nisi post mortem eorum. & mera est obstinatio tẽtare hic nescio quod aliud commentum.

22. Nihil magis, arbitris omnibus qui in graecis versati sunt, significat potestatem eorum qui praesũt, atque vox ἐξουσία quã Christus hic vtitur.

1. Rom. 13.
& Paulus loquens de potestatibus huius sæculi quinquies in vno capite vsus est

sus est, & rursus Christus ascensurus in cælum quum 2 diceret, data est mihi omnes potestas in cœlo & in terra. Proin grauiter errant, qui 3 particulas dabo illi potestatem super gentes, intelligunt de victoria quam Sancti super infideles plene consequenter in fine sæculi. 1. Matth. vltimo. 3 nominatim Bullingerus sermone 4. in apocal

& quidem alii apud Marloratum in exposit. eccles. in hunc locum. & Magdeburgenses centuriæ 1. libro 2 c. 4 titulo de vita aeterna.

13. Quod idem etiam ostendit particula, & reget eas. Græce enim est, καὶ ποιμανεῖ: id est, vt propriam verbi significationem reddamus, & pascet eas. Sed quia pascere regibus tributum, vt (exempli causa) Dauidi, de 1 quo scriptum est, tu pasces populum meum Israel, significat regere: hinc vetus interpres vertit, & reget eas: puta, non tyrannice, sed humane & clementer, sicue, vt 2 Hilarius ait, pastoraliter. quippe quum pastorum officium sit humanū & clemens. 1. 2. Reg. 5. 2. in commentariis in psalmum

14. Neque vero nos alio vocant etiam particulæ, in virga ferrea. nam significant regere eas potentia, siue imperio inflexibili & insuperabili: ita vt nullus hoc regimen impedire & superare possit. quia virga 1 est in scripturis insigne potestatis: & 2 ferrum fortitudinis. 1. psal 44 Esa. 14. Iere 48. Ezech 19 Mich. 7. Ester. 4. et 5 2. Daniel. 2

25. Et quod sequitur, Et tanquam vas figuli confringentur, non significat exitialem confractionem, sed salutarem: est enim allusio ad similitudinem quæ extat capite 18 Ieremiae, qua significatur quod sicut vas figuli quod recenter factum adhuc humidum & molle in manibus est figuli, potest ab eo facile frangi, & in nouam formam reformari: ita gentes sanctorum regimine confringantur quod ad veterem hominem attinet, & renouentur spiritu mētis suae. atque adeo etiam Reges earum

26. Quis omnes circunstantias insigniter illustrat, & confirmat quod sequitur: sicut & ego accepi à Patre meo: qui remittit nos ad versus psalmi secundi, vbi Deus Pater ait Filio in die resurrectionis. quod antea citauimus. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Loco cuius Dominus vt oportuit hic dixit, dabo illi potestatem super gentes. Dein te addidit quae illic & hic sequūtur verba, Et reget eas in virga ferrea. pro tre ... quod illic scriptum est. & tanquam vas figuli cōfringes eas, sensu hic respondet, & tanquam vas figuli confringentur, putā ab eo.

27. Et cōsequēter sicut quod in psalmo dicitur, dabo tibi gētes hæreditatē tuā & ... terminos terrae, nullus fidelis in malā partem accipit, de gentibus & terminis terrae perseuerantibus in odio & persecutione fideliū: sed omnes in bonam partem accipiunt de gentibus & terminis terrae qui conuersione ad Deum futuri essent noua Christi haereditas & possessio loco

veteris hæreditatis Dei, synagogę Iudæorum: idque eo certius quod Ioannes repetit c. 12 Apocalypsis eadem verba psalmi 2. cum verbis Danielis in prima visione de Christo prophetantis: vt videlicet idem esse intelligeremus illud, Recturus erat omnes gentes, cum eo quod Daniel ait, omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient. Ita potestas super gentes, in verbis, Dabo illi potestaté super gentes, non potest accipi in malam partem de gentibus rebellibus & victoria earum, sed in bonam partem de potestate ad ædificationem & ad vitam æternam. Rursus sicut particulæ in psalmo, Reges eas in virga ferrea, manifeste significant regimen salutare: tum quia pronomen eas, refert gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ: tum quia septuaginta reddiderunt verbum raah verbo ποιμαίνω quod significat pastoraliter regere: Ita eadem verba apud Ioannem Apostolica authoritate versioné Septuaginta approbantem, necessario eundem sensum habent. Postremo sicut idem pronomen eas in psalmo, Et tanquam vas figuli confringes eas, necessario nos vocat ad confractionem veteris hominis in nouam creaturam: Et Ioannes quoque capite 19 Apocalypsis, quum coniungit hæc verba cum verbis Esaiae ex c. 63 desumptis, vt nimirum intelligeremus hanc confractionem pertinere ad innouocationem quã Christus superatis demonibus & extinctis peccatis operaturus erat in gentibus per suum sanguinem. Ita verba his correspondentia, Et tanquam vas figuli confringentur, eodem sensu accipienda sunt: quia suppletur pronomen eae, quod refert gentes, de quibus ante dictum est dabo illi potestatem super gentes.

28. Quae etiam bene multis haereticis ita fortia visa sunt, vt vim attulerint huic vltimae particulae, sicut & ego accepi à Patre meo. Quidam enim, & 1 nominatim Bullingerus aperte eam referunt ad id quod sequitur, Et dabo illi stellam matutinam praeposito primo &: & altero e medio sublato, hoc modo, & sicut accepi à Patre meo, dabo illi stellam matutinam. Alij vero licet non ita aperte hic grassentur, tamen eandem particulam, sicut & ego accepi à Patre meo, 2 vel colo, vel etiam puncto, vel etiam nouo 3 versiculo, auellunt à praecedentibus. Sed frustra quando vel sola identitas vocabulorũ & rerum eas tal... tatis arguit, & etiam absque hac particula, nos ad psalmum secundum vocat.

1 sermone 14 in Apocalypsim. Et comme i'ay receu de mon Pere se luy donneray l'estoille du matin.

2 nominatim in biblijs gallicis Lugduni impressis à Ioanne de Tournes anno 1561 & in nouo testamento ex vltima Caluini recognitione impresso Geneuæ anno 1566.

3 nominatim in biblijs impressis Dordraci anno 1580 & in nouo testamento impresso Leidæ cum annotationibus Marloratι anno 1581. in quo manifesta etiam corruptela, in verbo hinden, ende hy salse houden.

29. Alij vero confugiunt ad interpretationem cum ipso textu e diametro, quod aiunt, pugnantem, Comminiscuntur enim sanctos non in se sed in

Christo hæc habere, tanquam in capite suo. Si quis, inquiunt, digne corpori eius adnæserit, veraciter habere dicitur quod filius hominis hæreditario iure possedit. Sed hac ratione etiam sancti qui sunt in terra æque dicerentur ista habere, atque Sancti qui vicissent & custodissent opera Christi vsque in finem. Nunc autem ista his promittuntur futuro tempore E promittuntur eis danda perinde atque Christo: siue sicut Christus ea accepit. is vero ea in se accepit. 1.in eccle.expofit. Marlorati in hunc locum.

30. Prædixerat autem ista spiritus sanctus iam inde ab antiquis temporibus per Salomonem his verbis: Iudicabunt Sancti nationes, & dominabuntur populis: & regnabit Dominus illorum in perpetuum. Constat enim ex præcedentibus eum loqui non de sanctis qui in terra sunt: sed de sanctis corpore exutis: quæcunque exemplaria sequamur. Nam siue hanc graecorum exemplarium quae nunc sunt in manibus lectionem amplectamur: Et in tempore visitationis, siue respectus eorum refulgebunt, & tanquam scintillae in stipula discurrent: iudicabunt gentes, & dominabuntur populis: manifestum est haec esse dicta de martyribus. quandoquidem Salomon paulo ante dixit istos fuisse cruciatos, confractos mortuos, eos à nobis exijsse & profectos esse. Sin nostrū interpretē cū veteribus Latinis scriptoribus, & nominatim à Cypriano sequamur, qui vertit, Fulgebūt iusti. & tāquā scintillae in arundineto discurrent, Salomon manifeste transfertur (quod & alij diuini scriptores frequenter faciunt) à specie ad genus: id est à quibusdam iustis corpore exutis, nimirum à martyribus, ad omnes iustos corpore exutos, & pronuntiauerit eos iudicaturos, id est, recturos, nationes, id est, gentes graece namque est ἔθνη & nationes in scriptura saepius significant gentes nominatim Osee 8. & Iocl. 2. Decimū argumentum. 1. Sapient. 3. 2 epistola. 1 libri 4. epistolarum.

31. Iudicare enim veteris scripturae vsu frequenter significat regere & imperare. vt vel ex vno Iudicum libro manifestum est, in quo haec verba, Iudicauit Israelem, saepius occurrunt in hac significatione, nominatim c. 4. semel, & c. 12 quater. Immo ex ipso titulo libri Iudices namque erant, vt ex ipsa historia constat, principes & rectores Israelis. Quod vero in ista significatione hic accipiatur: constat multis argumentis. Primū enim haec significatio vsqueadeo fuit familiaris authori huius libri, vt paraphrasi præcellentes, potestates vocauerit, modo 2 Iudicantes, siue, qui iudicant terrā, modo 3 Iudices finium terrae. Deinde author iste haud obscure opponit malis quae sancti hic passi sunt bona quae consecuti sunt in altero saeculo, & inter caetera oppressionem Iudicum gentium Iudicio nationum & dominationi populorum. quae oppressio non in sola sententia iniusta, sed integro eorum regimine contingebat. Adhaec adijcit velut per epexegesin, Et dominabūtur populis Inominatim c. 12. 2.c.1. 3.c.6.

4 Psal. 11. 5. Psal. 71. populis: quod verbum significat spiritui sancto etiã in 4 Deo & 5 Christo Dominium super gentes & populos in eorum salutem.

32. Postremo vt sciremus sanctos non esse huiusmodi rectores & Dominos gentium & populum, cuiusmodi sunt qui nullum superiorem agnoscunt: sed tales qui sub Deo iudicent gentes, & dominentur populis: siue per quos Deus iudicet gentes & dominetur populis: eorumque regimen esse non vnius, aut duorum seculorum, sed omnium: additum est, & regnabit eorum Dominus (putâ etiam per ipsos) εἰς αἰῶ.ας id est, in sæcula, quod vetus interpres vertit, in perpetuũ. Itaq; hoc regimẽ sanctorũ intelligẽdũ est ĩpleri decurrẽtibus sæculis ad vltimum vsque iudicium post quod tempus non erit vltra, & multo minus sæculum, id est tempus centum annorum.

33. Didicimus expressis scripturis sanctos corpore exutos esse regia super nos potestate donatos, eos regnare super terram eos regere & iudicare nos. Ex his autem plurima officia profluunt quæ scriptura in his intellexit. Exempli causa. Omni præcellenti potestati incumbit cura subditorum: in tantum vt etiam 1 Deo cura sit de nobis. Proinde Sancti curam gerunt nostri: & quod Petrus morti propinquus 2 ait: dabo autem operam, & frequenter, vt possitis, & cætera, potest etiam intelligi de cura ab hac potestate profluente. neque enim ait, dabo autem operam solum precibus: sed dabo operam, putâ, quacunque ratione potero. Omnis præcellens potestas debet, confessione omnium, custodire 3 & defendere eos qui ei subsunt. & ipse Deus, a quo omnis potestas profluit, 4 custodit & 5 defendit suos, idemque etiam Dominus 6 noster Iesus Christus facit. Igitur Sancti corpore exuti, quorum potestas profluens est de plenitudine potestatis Christi & Dei, custodiunt & protegunt nos sua regia potestate Christus regia sua potestate coercet dæmones & malos homines, dat nobis dona, compensat benefacta. Ergo & sancti participes facti eius regiæ dignitatis, imperant pro suo gradu dæmonibus & malis hominibus, adiuuant nos, dant nobis dona, & quod scriptum 7 est de sanctis, mensuram bonam dabunt in sinum vestrum eadem quippe mensura qua mẽsi fueritis, remetientur vobis: ad hanc quoque sanctorum potestatem merito refertur. Christus 8 aperit & claudit cœlum hominibus. Proinde Apostoli facti participes pro suo gradu potestatis Christi, suo modo cœlum verbo claudunt, serasque eius soluunt. Idem suscipit 9 spiritus fidelium excedentium de hoc sæculo Igitur & quod de 9 sanctis scriptum est, vt quum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula, ad simile quoque recipere pertinet. In summa, immensa & inexplicabilis est hæc sanctorum potestas.

[Margin notes: 1.1. Petr.5. 2.2. Petr.1. 3. Rom 13. 4. Psal. 6 5. Iudith.5 6.2. Thess.3 7. Luc.6. 8. Apocal.3 9. Act.7. 10 Luc.16.]

1 Matth 3. 34. Sentiunt eam dæmones, vt qui non sint 1 ignari scripturarum: & experientia cognitum habeant eam esse sibi terribilem, & ad euersionem regni

sui

sui comparatam. Et, vt sunt maligni, inuident eam ipsis, & à suis & dominatus sui ceruicibus amoliri quantum possunt conantur. Commouent ergo homines fraudibus suis audientes, vt prædicent eam pugnare cũ Dei & Christi honore & gloria: & cũ scripturis quæ aiunt Deum & Christum facere, quæ Ecclesia sanctis quoque attribuit, vt simplices his plausibilibus verbis illecti sanctis abrogent quæ Deus & Christus ipsis dederunt: & se-met-ipsos auxilio sanctorum imprudentissime defraudent. Sed qui sapiunt, huic fraudulétæ dæmonum malitiæ occurrunt.

35. Constat plurimis scripturis hanc dignitatem & potestatem esse in sanctis dono Dei & Christi: & sanctos vsqueadeo istud non ignorare, vt eá, depositis 1 quoque coronis suis, Deo & agno qui occisus est acceptam referát. 1. Apocal. 5.
Quin & hoc quoque nobis constiit, Ecclesiam non posse esse huius rei ignaram: vt quę hæc sanctis corpore exutis vindicet illis ipsis scripturis quæ ista prædicát. Proinde sicut in prædicatione gratiarum Dei quas hic accipimus 2 2. Ioan. 1.
de plenitudine Christi, nihil esse potest in Deum & Christum iniuriosum: quin potius ea omnia illustrant Dei & Christi honorem: Ita tantum abest vt doctrina huius dogmatis & officiorum quae ab eo profluunt, honori Dei & Christi officiat, vt eum maxime illustret.

36. Et quod Deus 1 ait se gloriam suam alteri non daturum, manifeste 1. Esai. 42.
intelligit de gloria diuinitatis, & eorum quae in Deo eiusmodi sunt vt non possint cum creatura communicari. addit enim, Et laudé meam sculptilibus. Quae autem diximus, posse communicari cum creaturis, scimus ex angelis. item ex Christo. qui 1 quatenus homo est, ea accepit à Patre: & sicut ea accepit: ita dono dedit sanctis suis.

37. Sed hoc est in quo haeterici semet-ipsos praecipue decipiunt. Ingenium hominis addicti gloriae, eiusmodi est vt si fieri posset, ipse vnus possideret quecunque gloriosa sunt: nihil eorum alijs impertiretur propterea quod sibi tantum gloriae perire existimet quantum cum alijs communicauerit dé suis bonis. Eoque sésu carnali & mundano haeretici metiuntur gloriam Deî Sed diuina sapientia veram Dei gloriam in eo collocat, quod quum vnus à se & in se omnia quae sunt gloriosa possideat: tamen vt est bonus, atque adeo ipsa bonitas, quaecunque bona sua communicabilia sunt ea cum Christo cómunicet: & per & propter hunc fratribus suis partem plenitudinis eorum quæ is dono Dei accepit.

38. Immane proinde interest inter haereticorum & Dei his de rebus scripta haeretici enim nullam huius sanctorum dignitatis mentionem à se faciunt. et si contingat eos de ea loqui occasione doctrinæ fidelium, perinde se gerunt ac si res haec ignota esset scripturis: atque adeo omni odio digna. Deus vero

us vero & Chriſtus eam ita æſtimant & prædicant, vt copia verborum quodammodo luxuriari voluiſſe videantur. Aiunt enim (vti audiuimus) eos eſſe Reges, & quidem coronatos aureis coronis: eos poſſidere regnum Dei, in quã & Chriſti: eos habere poteſtatem ſuper gentes: eos regnare ſuper terram: eos regere gentes in virga ferrea, & quidem ita vt tanquam vas figuli confringã rur ab eis eo modo quo à Chriſto reguntur & confringuntur: eos iudicare nationes & dominari populis: eos ſedere in throno Chriſti, ſicut Chriſtus conſedit in throno Patris ſui. Quæ omnia confirmant quæ ſcriptura etiam prædicat de Apoſtolis ſeſſuris in duodecim thronis ad iudicandum duodecim tribus Iſrael, cum venerit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ vt iudicet mundum. Item ea quæ ſcriptura innuit de quibuſdam qui ſeſſuri ſunt ad dexteram & ſiniſtram Chriſti: & qui habituri ſint poteſtatem ſuper decẽ & quinque ciuitates: & qui conſtituentur ſuper multa, atque adeo omnia bona ſua. Item ea quæ ſcriptura prædicat de ſanctis iudicaturis mundum & angelos. Quæ non ſunt vana, & inani verborum tinnitu homines ludificantia: ſed plena veritate & euentu certiſſima.

39. Rurſus, quod haeretici inferunt, Si ſancti regnent ſuper nos, Deum non regnare ſuper nos: Hoc eſt, eos qui praedicant hanc regiam ſuper nos poteſtatem, abrogare Deo, quantum in ipſis eſt, ſuum imperium. E contra ſcriptura infert regnum Dei ſuper gentes in ſaecula, ſiue in aeternum, ex ſanctorum regno ſuper eas. Iudicabunt, inquit ſancti nationes & dominabuntur populis & regnabit Deus eorũ in ſaecula. Deus enim regnat per ſe, per Chriſtum, & per ſanctos ſuos, ſuper nos.

Sap. 3.

40. Itaque quomodo Sancti qui in terra ſunt, merito laudant Deum qui dedit talem poteſtatem ſanctis qui in caelo ſunt: & ſuo tempore eandẽ poteſtatem accipient à Deo per Chriſtum Dominum noſtrum: Ita haeretici cauſa huius zeli non ſecundum ſcientiam magnopere hic diſplicent Deo: & ſuo tempore, hoc eſt, quum condemnabuntur, audient à Deo & Chriſto, an non mihi licuit quod volui facere? an veſtri oculi nequam eſſe debuerunt, quia ego bonus ſum?

De elogijs quae Sanctis corpore exutis, tribuuntur iuxta scripturarum & patrum doctrinam, praecedentium officiorum & beneficiorum causa.

Titulus 15.

TRactauimus ex scripturis de varijs officijs & beneficijs quæ à Sanctis corpore exutis ad nos proficiscũtur. Ab his vero profluunt iuxta scripturarum doctrinam traditæ à Veteribus appellationes Mediatorum Intercessorum Aduocatorum, Patronorum, Legatorum, Adiutorum, Protectorum Custodum, & huius generis aliorum, quæ fideles frequenter in mente & ore habent: hæretici vero penitus damnant. sed pessime.

2. Etenim vel sola ratio dictat eos qui sequestri & medij sint inter aliquos, qui intercedant pro alijs, qui officij causa alijs adsunt, qui aliorum causa agant, qui legatione fungantur qui adiuuent, protegant & custodiãt alios merito vocari Mediatores, Intercessores, Aduocatos. Patronos, Legatos, Adiutores, Protectores & custodes eorum.

3. Rationi vero accedit etiam vsus scripturæ sæpius à rebus ad appellationes transeuntis: & e-contra Nam Paulus (exempli causa) Mosen 1 vocat Mediatorem propterea quod 2 dixisset se medium fuisse inter Deum & Iudæos Lucas 3 vero eos quibus dixerat Petrum traditum fuisse ad custodiendum paulo post appellat Custodes. Immo quum Achior princeps filiorum Ammon expressis verbis 4 dixisset, Deus eorum defendet eos narrat paulo post 5 se dixisse, Deus cœli defensor eorum est. Sic festus in Actis 6 quum dixisset, descendentes si quid est in viro crimen accusent postea eos qui Paulum accusauerant nominat, approbante eius appellationem scriptura, accusatores. Sicut e-contra Dauid 7 quum praedicasset Deum esse protectorem vitae suae paulo post ait, protexisti me in abscondito tabernaculi sui.

1 Galat. 3.
2 Deuter. 5
3 Act. 12.
4 Iudit.
5 Iudith
6 Act. 25.
7 Psal. 26.

4. Et quod hic insigni annotatione dignum est, Deus & Christus sanctos suos, aeque magnis ac istis, atque adeo maioribus elogijs, dignati sunt Deum vero & Christum imitari, bonum est, Quid augustius hoc ipso Dei nomine quo scripturae summam & ab omnibus adorandam Maiestatem 1 passim appellant? Quid certius quam quod à 2 scripturis praedicetur, & ab omnibus credatur vnus esse. Nihilominus ipse-met Deus 3 angelos & 4 homines ap-

pellat Deos. Deus 5 prædicat vnum esse Filium suum, sed hoc non obstante tribuit 6 plurimis alijs elogium filij Dei. Deus est vita, & Christus 7 dicit se esse vitam. Et nihilominus Adam instinctu Dei 8 vocat nomen vxoris Chaua id est, vitam, eo quod sit mater omnium viuentium. Occurrit sæpius in scripturis vt Christus dicatur 9 Mediator, 10 Redemptor & 11 Saluator: & 12 Deo ac 13 Christo proprium est saluare homines. Et tamen Deus per Paulum vocat 14 Moysem Mediatorem, & 15 Saluatorem, & per 16 Stephanum Redēptorem, item in alijs 17 scripturis multos alios Saluatores. Et Paulus profitetur se conari alios saluos facere: nominatim quum 18 ait, si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam & saluos faciam aliquos ex eis & quum dicit, omnia 19 omnibus factus sum vt omnes saluos facerem. Immo hoc idem tribuit Timotheo, quo 20 loco ipsi scribit eum se-ipsum saluum facturum & eos qui ipsum audient. Neque etiam Iacobus 21 timuit scribere eum qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluaturum animam eius à morte. Deus vnus est Pater & Magister noster, idque in tantum 22 vt Christus vetet ne vocemus nobis patrem super terram: neue vocemur magistri. Et nihilominus in alijs 23 scripturæ locis passim nominat multos patres & magistros. Christus dicit 24 se esse lucem mundi: & tamen vocat 25 Apostolos lucem mundi.

inominatim Matth. 5. 6. 19. & alijs locis. vnominatim deuter. 6. 3 Iudic. 13. & psal. 81. 4. Exod. & 22 psal. 46. & 8. & Iosue. 10. 5. Matth. 17 6. Ioan. 1. Iob 1. 7. Ioan. 11. 8. Genes. 4. 9. 10. Gal. 3. Tit. 2 Apocal. 5. 11. Luc. 2. Ioan. 3 & 1 Timoth. 1.

12 4. Reg. 14. psal. 23. & alijs locis. 13. Matth. 1 & 18 Luc. 9. & Ioan 3. 14. Galat. 3. 15. Act. 11. 16. Act. 7. 17. vt Iudic. 3 & 1. Esd. 9. 18. Rom. 11. 19. 1 Cor. 9. 20. 1. Timoth. 4. 21. Iacob 5. 22. Matth. 23. et Iacob 5. 23. Luc. 6. et Heb 5. 24. Ioan 8 25. Matth. 5.

5. Deus non semel dicit in scripturis se esse 1 spem nostram: & 2 non hominem. & docet spem; nostram esse in se collocandam. Sed his non obstantibus Paulus ait 4. Thessalonicenses esse spem suam: & 5 Christus Iudæos sperauisse in Mosem. est enim græce εἰς ὃν id est, in quem speratis. quomodo etiam idem 6 Apostolus ait nos credere in sanctos: audiens, inquit, charitatē & fidem, quam habes in Dominum Iesum, & in sanctos. Quod enim Chemnitius refert charitatem ad sanctos, & fidem ad Iesum: manifeste inuertit ordinem verborum: eique resistit vnicum pronomen in verbis, quam habes. hæc & alia plurima passim occurrunt in scriptura, ita vt Deus & Christus voluptatem quodam modo cepisse videantur ex eiusmodi elogijs neque est vllus, ne hæreticus quidem, qui ea calumnietur.

1. psal. 60. et 61 2. Ierem. 17 3. psal. 36. et alijs locis. 4. 1. thess. 2. 5. Ioan. 5. 6. in epistola ad Philemonem.

6. Oportebat ergo Nouatores huius sæculi eodem animi candore hæc alia elogia accipere quae ex scripturarum doctrina profluunt. Quod si fecissent, vidissent quomodo & quo sensu ea recte in sanctis quadrasset & non audiuissent, sed cum fidelibus 1 humiliassent, Christo adiutore, calumniatorem.

1. psal. 72

7. Homo

7. Homo Iesus Christus est authore 1 Paulo, Mediator, isque vnus siue solus, Dei & hominum. Sed sicut non obstante eo quod Iesum vnus est Deus, nihilominus plurimi alia ratione sũt & dicuntur Dei: Ita nõ obstãte hoc vnico Mediatore Dei & hominum, Moses dicitur à Paulo Mediator in 2 verbis ordinata per angelos in manu Mediatoris: & alij Sancti vocantur ab ecclesiasticis scriptoribus Mediatores; 3 Ephrem enim (exempli causa) salutat beatam Mariam nomine Mediatricis gloriosissimæ mundi. Basilius 4 fructum mediationis sanctorum prædicat. Gregorius 5 Nazianzenus dicit martyres esse Mediatores consequendæ diuinitatis, nec 6 dubitat vocare Basilium, Dei & hominum Mediatorem. Cyrillus Alexandrinus 7 Prophetas & Apostolos & 8 Venantius Fortunatus Martinum, appellant Mediatores: Bernardus vero ait beatam 9 Mariam esse Mediatricem nostram: & Petrum ac 10 Paulum sibi traditos esse in Mediatores, quibus secure se committere possit.

1. 1. Timot. 2
2. Gal. 3.
3. Ephrẽ in oratione de laudibus sãctissimæ Dei matris in verbis aue mũdi mediatrix gloriosissima
4 Basilius in fragmento epistolæ inuectiuæ in Iulianum, in verbis, quo per eorum meditationem. & cætera. 5. Nazianzenus in oratione ad Gregorium Nyssenum, quam habuit quum venisset postridie illius Dei quo Episcopus fuerat creatus. 6 in epistola ad simplicium. 7 Cyrillus Alexandrinus libro 2 thesauri c 10. 8. Venantius libro 2 vitæ Martini in verbis. Inter me & Dominum mediator adesto benignus & libro 4. Inter & ipse Deum æque reum Mediator adesto. 9 Bernardus sermone 2. de assumptione beatæ Mariæ virginis. 10 sermone 1. in festo Apostolorum Petri & Pauli.

8. Nẽpe Iesus Christus vnus est Mediator Dei & hominum ea ratione qua Paulus hoc elogium explicat particulis 1 quas addit, qui dedit semet ipsum redemptionem pro omnibus. Quin etiam idem etiam solus est Mediator intercessionis sed ea rursus ratione qua scripturæ hanc intercessionem exponunt: putâ, per 2 proprium sanguinem, per 3 se-ipsum, in 4 nomine suo. Nullus enim fidelium vnquam negauit Christum esse Mediatorem intercessionis: vt Caluinus 5 eis asscribit: sed omnes agnoscunt eum non solum esse Mediatorem redemptionis: sed etiam Mediatorem intercessionis: per suum inquam sanguinem per semet-ipsum, & in suo nomine Moyses autẽ dicitur 6. à Paulo Mediator, eo quod ipso medio & sequestro lex data fuerit Iudæis, iuxta historiam quæ extat Exodi 20 & deuteronomij 5. Item eo quod is preci bus impetrauerit ipsis veniam idololatriæ admissæ in vitulo, vt videre est Exodi 32 Iuxta quã rationẽ cæteri quoq; sãcti dicũtur Mediatores et Intercessores. quo nomine Cyrillus Alexãdrinus & Fortunatus & Ambrosius eos vocant, & diu ante ipsos 8 Philo Iudaeus. Sancti enim sunt Mediatores siue Intercessores, non redemptionis siue Redemptores qualis Christus est: sed redẽpti nõ sicut Intercessores per semet-ipsos, & in suo sãguine: sed in sanguine christi: nõ in suo nomine, sed in nomine Christi, iuxta vulgatã 9 scripturã, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit Vobis Breuiter, Sancti sunt Mediatores

1. 1. Timot. 2
2. Hebr. 9.
3. Hebr. 9.
4. Ioan. 14.
5 libro 3. Instit. c 20. secti. 20.
6. Galat. 3.
7. libro 12 in Ioannem. 7 in libro de viduis. 8. libr. de exsecrationibus c. lib 2 vitæ Martini.
9. Ioan. 14.

diatores ad Mediatorem Christum. quod Bernardus dixit de beata Maria vir
10. sermo virgine, vocans eam Mediatricem ad Mediatorem. & Æthiopes in sua litur-
tomo de as- gia appellantes eam vere Mediatricem ante Dominum nostrum Iesum Chri
sumptione 6. stum. Præterea, quia Apostolus in Hebr. ait, & horum Augustinus con
Mariæ virgi- male definiuit libro 2. contra Parmenianum c. 8. Mediatorem hunc, pro quo
nis. nullus interpellat & ipse pro omnibus. Eaque ratio etiam in solum Christũ
quadrat. Denique quod in excellenti Mediatore videmus vsu venire, vt dis-
cordantium inter se sit aliquo modo propinquus & amicus: & aliquo modo
ab vtrisque differat: nã si cum altero eorum per omnia conueniat, non sit me
dius: sed stet à parte ipsius: sin vero penitus alienus sit à discordantibus, non
possit concordare discordes: Iesus Christus solus est Mediator constans ex na
turis, diuina & humana quam mediationis rationem post 11 Hilarium, 12 Am
11. brosium, 13 Augustinum, 14 Cyrillum Alexandrinum, 15 Leonem, 16 Fulgenti
12. us insigniter explicat. Cæteri vero Sancti sunt solum Mediatores constantes
13. natura humana. Quæ differentes Mediatorum rationes diligenter notandæ,
14. *lib. 12. thesau. c. 10* & vt nunc sunt tempora, populo inculcandæ sunt, sicut & sequentes in alijs
15 Sanctorum elogijs.

16. *in lib. de fide ad Petr. c. 2.*

9. Certissimum semper fuit omnibus fidelibus Christum esse aduocatũ
nostrum 1 qui sit iustus & propitiatio pro peccatis nostris propterea quod Io-
1. 1. Ioan. 2. annes hoc aperte prædicet. Et nihilominus ecclesiastici scriptores sanctos quo
3 serm. 93. in natali Nazarii et Celsi que vocauerunt nostros aduocatos, sed vt non eadem ratione 2 Ambrosius
& 3 Petrus Damianus, & diu ante hos 5 Philo Iudæus & inter hos præcipue
beatam Mariam aduocatam vt 6 Ephrem, Gregorius Nazianzenus, & Irenæ
4. ser. in fes- us, illic vbi significat eam factam fuisse aduocatam Heuæ his verbis: Seducta
to omniũ sãc- est male illa quæ viro distinata erat virgo Heua: per veritatem euangelizata
torum est bene ab angelo iam sub viro virgo Maria. Quemadmodum enim illa per
5. in libr. de angelicum sermonem seducta est vt effugeret Deum, præuaricata verbum e-
execration. ius: ita & hæc per euangelicum sermoné euangelizata est vt portaret Deũ,
6. in threnis sanctissimæ Dei genit. obediens eius verbo. Et sicut illa seducta est vt effugeret Deum: sic & hæc sua-
sa est obedire Deo, vt virginis Heuæ virgo Maria fieret aduocata: & quemad
7. in epilogo tragediæ modum morti astrictum est genus humanum per virginem, soluitur per
8. lib. 5. ad- virginem: æqua lance disposita virginalis inobedientiæ per virginalem obe-
uersus hære- dientiam.
ses

10. Sed quia hæretici arrodunt hanc Heuae aduocationem, hoc prætex
tu quod non appareat simplicibus prima facie qua ratione Maria post Heuam
quatuor plus minus annorum millibus nata, potuerit esse eius aduocata: &
Magdeburgenses quidem istud esse incommodum dictum aiunt: Chemnitius
vero interpretem vt obscurum & infelicem accusat, licet absque vlla pro

battone

batione: exponendus est Irenæus, non in gratiam istorum, qui nullum sensū reddunt qui prope accedat ad verba Irenęi: neque quod aiunt, probāt sed in gratiam eorum qui ab eis seducuntur.

11. Mors Christi in plenitudine temporis accidit, si eius exhibitionem spectemus. Cæterum si eius beneficium attendamus: ea iam inde à lapsu primorum humani generis parentum accidit scriptum est enim agnum occisum fuisse ab origine mundi. Et consequenter Christi quoque natiuitas, & alia omnia quæ redemptionis mysterium necessario comitata sunt: iam inde ab eorum lapsu hac ratione contigerūt, quandoquidem (exempli causa) agnus non potuerit mori ab origine mundi, nisi ab origine mundi esset homo; non potuerit esse homo, nisi conciperetur & nasceretur. neque concipi & nasci, nisi haberet matrem, & talē matrē qualem Deus ipsi prædestinauerat. Et quidem Apostolus qualē matrem Deus prædestinauerit filio suo, indicauit aliquo pacto ipso quod scripsit Adā fuisse typū Christi, hoc ex hoc enim sequitur Heuā quoque fuisse typum Mariæ. quandoquidem congruum fuit, vt vterque sexus adesset reparationi nostræ: qui vterque adfuerat nostræ ruinæ. Sed quia omnes istud mysterium non capiebāt: Irenæus id exposuit verbis quæ audiuimus. vide sequē in titulo sectionem 28. & insequentes. Apocal. 13 Rom. 5.

12. Aduocatus autem proprie significat, vt Valla notauit, eum qui alteri officij causa adest: etiam si eius causa nihil faciat vel dicat. Patronus vero proprie denotat eum qui alteri ita adest, vt eo faciat vel dicat. tametsi generali significatione aduocatus idem sit qui patronus. Irenæus vero typum Apostolicum eo exponit quod vtraque Heua videlicet & Maria, fuerint virgines, eæque sub viro & quod vtræque sint euangelizatæ ab angelo typi vero differētiam in eo constituit, quod illa male, hæc bene euangelizata fuerit. quod illa male crediderit angelo: hæc suasa sit bene credere verbo Dei ab angelo annūtiato. proinde Maria vel hoc solo fuit manifeste aduocata Heuæ, quod fuit virgo: et inde atque ea & virgo sub viro & euangelizata ab angelo, accipiendo vocabulum aduocati proprie, & retrotrahendo beneficium redemtionis generis humani ad tempus lapsus, quomodo videlicet Deus id accepit qui eā vocauit vt suis partibus in reparatione fungeretur & Heuę vel hoc ipso ad esset, quod eisdem qualitatibus prædita fuisset. lib. 4. elegant. c. 12.

13 Sed Ireneus vltra progreditur accipit enim aduocatam pro patrona meminit namque fidei & obedientiæ quibus Maria adfuerit infidelitati & inobedientiae Heuae & factum sit vt his virtutibus contrarijs vitijs Heuae solueret genus humanū alligatū per Heuā, retrotrahēdo, inquā fructū horū bonorū ope-

operum Mariæ ad tempus Heuæ, ſicuti is re-vera acceptatus fuit à Deo in ſua prædeſtinatione. Non quod Maria fuerit redēptrix ſiue propitiatrix: ſolus enim Christus fuit eiuſmodi aduocatus: ſicut ſcriptum eſt, Aduocatum habemus apud Patrem Ieſum Chriſtum. & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum: ſed etiam pro totius mundi: ſed quod Maria in perſona quam Deus ei gerendam dederat in myſterio redemptionis generis humani, profuerit per Chriſtum Heuæ in ſuo gradu, atque adeo toti humano generi virtutibus contrarijs vitijs Heuæ, quorum hæretici, & præſertim Magdeburgenſes, in exponenda, ſeu potius deprauanda, Irenæi ſententia, nullam rationem habent.

1. Ioan. 2.

14. Eoque ſenſu accipienda ſunt quæcunque his ſimilia extant apud Veteres. vt, exempli cauſa, quod Auguſtinus ait Mariam ſanauiſſe quod Heua percuſſit. vt quod Bernardus eam vocat parentum reparatricem poſterorum viuificatricem. quæ ſolum in eam quadrant ratione bene geſtarum partium ſuarum in hoc myſterio per Chriſtum. Chriſto vero conueniunt abſolute, ſimpliciter, fundamentaliter, & originaliter, vt à cuius merito hæc dona etiā ad Mariam in ſuo gradu profecta ſint.

15. Audiuimus quod & quomodo beata Maria fuerit aduocata Heuæ ſtatu ſuo & fide ac obedientia, audiendum nunc eſt quod facta fuerit aduocata Heuæ etiam precibus. Et quidē facile eſt perſpicere quomodo fuerit & ſit aduocata noſtra precibus, eoquod vel ex ſolo nomine Heuæ quae fuit typus ipſius, ſciamus eam eſſe matrem 1 omnium viuentium, vitam beatam per eum quem genuit ex ſpiritu ſancto, Ieſum Chriſtum, ſicuti Heua dicta fuit ab 2 Adam Heua ſiue Chaua, vita, eoquod fuerit mater cunctorum viuentium, miſeram inquam, hanc vitam Matris autem eſt ſolicitam eſſe de filijs. immo 3 matres non poſſunt obliuiſci natorum. Sed hic quoque difficultas eſt quomodo adfuerit ſuis precibus Heuae tot annis ante defunctae. quae reſolui poteſt duobus modis. priore, eadem quam antea expoſuimus retrotractione. altero, vt dicamus eam eſſe aduocatam Heuae eo quod adſit nobis filijs Heuae ſuis precibus: ſiue quod idem eſt, eoquod precibus adſit Heuae in ſuis filijs. quomodo videlicet legimus terram Chanaam datam fuiſſe Abrahae 1 in poſſeſſionē, putà in filijs. nam alioqui ipſe Abrahā ne minimam quidem huius datae poſſeſſionis partem poſſedit.

1. Epiphanius appellat Mariam nomine matris cunctorū viuentiū heresi. 78. quaeſt cōtra Antidicomarianos.
2. Geneſ. 3.
3. Ierem. 2.
1. Geneſ. 17 & Act. 7.

16. Porro vt aduocati & patroni ſignificationes ſaepius confunduntur: & nominatim hic ab Irenaeo: ſequitur vt poſt aduocati nomen dicamus de patroni nomine. quod etiam in ſanctos recte quadrare vel hinc manifeſtum eſt, quod 1 Chriſtus tribuit ipſis accuſationem obſtinatorum: quanto ergo magis patrocinium? ſiue eſſe patronos bonorum atque hoc nomine eos expreſ-

1. Ioan. 5.

ſe

se appellant 2 Eusebius Emissenus, 3 Ambrosius, 4 Gaudentius, 5 Auitus Presbyter, Vetus Author 6 qui scripsit miracula B. Stephani ad Euodium, 7 Prudẽtius, 8 Augustinus, 9 Chrysostomus, 10 Paulinus, 11 Seuerus Sulpitius, 12 Theo

1 in homilia de sanctis martyribus Epipherio et Alexandro

3 in libro de viduis, et et epistola 85 ad sorore et sermone 93 et libro 10. in Lucam c. 21. 4 homilia de Apostolis et martiribus, in verbis tot igitur iustorum patrocinio adiuuandi. 5 in epistola ad Balchonium de reliquiis B. Stephani. 6 in hoc opere. 7 in hymno Chelidonii et Hemeterii vbi vocat eos patronos mundi. in agone Roman. martyris, in passione Laurentii, in fine passionis Cypriani. & de sanctis Fructuoso, Augurio, et Eulogio. 8 in libro de cura pro mortuis agenda c. 4. homilia 26. in posteriorem ad Corinthios epistolam et in libro contra Gentiles. 10 epistola 13 ad Seuerum et natali 4. 6. et 8 Felicis. 11 in vita Beati Martini. 12 in religiosa

doretus, 13 Apollinaris. Sidonius, 14. Maximus, 15 Victor, 16 Petrus Damianus, 17 Antonius Constantiensis, 18 Faustus Cassinas 19 Eucherius, 20 Gregorius Magnus. vocatique sunt ad hoc munus iam inde ab eo die quo ascripti sunt societati sanctorum.

historia in Iacobo asceta. 13. epistola 17 libr. 7.

et epistola 16. lib. 9. 14. in sermone 5 de S. Laurentio. 15 libro 3. de persecutione Vandalica vbi vtitur nomine Suffragatorum, estote Apostoli Suffragatores eius. 16 sermone habito in festo omnium sanctorum. 17 in epistola ad Arcadium exulem. 18 in vita Mauri abbatis. 19 in epistola ad Syluium vbi describit martyrium Mauritii & sociorum eius. 20. homilia 32.

17. Proximũ huic est Legatorũ nomẽ apud 1 Basiliũ, 2 Gregorium Nyssenum Auitum, & alios. nisi quod hoc oritur ex oratione qua eos oramus vt legatione fungantur apud Deum per Christum Dominum nostrum orando pro nobis.

1. in concione in 40. martyres quos vocat legatos potẽ-

tissimos apud Deum. 2 in oratione in Theodorum martyrem, in verbis, martyrique supplicant vt prose apud Deum legationis numere fungatur. 3. in epistola ad Balchonium de reliquiis B. Stephani.

18. Appellationes vero adiutorum apud 1 Ioannem Damascenum: Protectorum apud 2 Ephrem, 3 Ambrosium, 4 Nectarium, 5 Chrysostomum, 6 Maximum Taurinensem, 7 Euthymium: & Custodum apud 8 Nectarium. 9. Basiliũ, 10 Theodoretum: siue qui custodiant nos, apud 11 Hilarium, 12 Ephrẽ & 13 Maximum Taurinẽsem: quadrant in eos tribus de causis. videlicet propter merita, 15 propter preces quibus Paulus bis 14 expresse tribuit elogium adiuuandi: & propter regimẽ eorum super nos. de quibus diximus suis locis.

1. libro 4 de fide. orthodoxa vbi vocat eos adiutores generis humani.

2 in oratione de sanctissime Dei matris laudibus, verbis sub tu tela & protectione tua sum totus aue protectio luculenta. 3 in epistola 85. in verbis, vt agnoscant omnes quales ego propugnatores requiram & cetera tales ego ambio defensores. 4 in oratione in Theodorum martyrem, vbi vocat eum Christiani populi propugnatorem. 5. homilia 66. ad populum Antiochenum, in qua dicit Petrum & Paulum esse protectores Regum terrarum orbis. 6. in sermone in natali Taurinorum martyrum. in verbis quos desiderare habere possim in futuro. 7. in encomio in beatam virginem Mariam. 8 in oratione in Theodorum martyrem, in verbis, O inuictissime christiani populi custos. 9 in concione in 40 martyres. 10. libro 8. de curatione grecanicarum affectionum, in verbis, vrbium custodes. 11 in commentariis in psalmum 124. 12. in oratione de sanctissime Dei matris laudibus. 13 in sermone habito in natali sanctorum martyrum Taurinorum in verbis, & de corpore recedentes custodiunt. 14. Rom. 15 &.

19. Ex eisdem fontibus profluit elogium spei nostræ: quo Ephrem sæpius usus est in beata Maria, vocans eam modo [1] spem Christianorum, modo [2] spem desperantium, modo spem omnium proborum adversis casibus afflictorum. [3] Ostendimus enim ex scripturis spem recte collocari etiam in homines: quosdam homines dici spes aliorum: Paulum sperauisse se donandum precibus Philemonis & Iudæos in Moysem sperauisse. Quin & idem Ephrem vocat eandem Mariam spem beatam Patrum hac ratione, quod quoniam præuidissent eam esse præordinatam à Deo matrem filii sui & insignes partes in hoc mysterio gesturas: eam desiderabant, eam velut a longe salutabant, & venerabantur pro aduocata & patrona sua, & nominatim etiam ipse Adam propheta & Eua eius vxor.

[1] in threnis
[2] in oratione de sanctissimæ Dei matris laudibus
[3] supra sectione 5.

20. Deus autem solus est spes nostra, tanquam summum bonū. & Christus tanquam mediator & aduocatus eis quibus diximus modis, à cuius merito omne meritum & auxilium, omnis mediatio, aduocatio, reparatio viuifica tio, & quodcunque & quantumcunque, ac quocunque nomine appellatum Sancti officium profluit. quod proinde quanto maius est: tanto magis (vt diximus) illustrat meritum, mediationem, aduocationem, viuificationem, beneficium Christi, & Dei, fontis omnium bonorum.

De precibus Sanctorum corpore exutorum pro nobis, ex historia Ecclesiastica

Titulus 16.

QVoniam vero aliqua ex parte incidimus in historiam ecclesiasticam: & res ipsa nos admonet, vt plene de ea dicamus quod eo iustius nobis faciendum est, propterea quod ex ea cognoscatur traditio Apostolorū per sermonem quodque hæretici plurima hic quoque commenti sint veritati aduersa. Dicemus autem priore loco de precibus Sanctorum.

2. Theodorus Beza ingenue [1] agnoscit omnes Veteres locutos esse de precibus Sanctorum. Sed quia hæc eius confessio allatura erat ingens præiudicium regno mendacij, diabolus ante prouidit vt cæteri longe ei contraria traderent, quam is eam scripto proderet.

[1] in epistola in nouum testamentum fol. 3. pagina 1

3. Caluinus [1] enim, & qui Caluini verbis vtitur, [2] Augustinus Marloratus

[1] in com. in c. 13 epist. 1 ad Cor. ad verba charitas nūquā excid. [2] in eccles. exposit. nou. test. in eadē verba

tus

tus, tradunt [3] expressis verbis Papistas commentos esse hoc dogma.

3. vide confutationem huius traditionis per Bullingerum infra sectione 17.

4. Bullingerus vero agnoscit Augustinum in libro de cura pro mortuis agenda, & Hieronymum in libro aduersus Vigilantium, sensisse animas beatas pro nobis orare. Caeterum hoc Cypriani dictum [2] epistola 1 libri 1 ad Cornelium (quod ei charitate feruenti exciderit verius quam pronunciatum sit) videri posse dedisse huic nouo dogmati: memores nostri inuicem simus: concordes atque vnanimes vtrobique semper oremus: pressuras & angustias mutua charitate releuemus: & si quis hinc prior diuinae dignationis celeritate praecesserit, perseueret apud Deum nostra dilectio, pro fratribus & sororibus nostris apud misericordiam Patris nō cesset oratio. Nam quod adfertur [4] ex Origenis homilia secunda (sic enim eā numerat) & in cantica canticorū idem non esse Origenis, sed alius nescio cuius qui scripserit quatuor homilias, ex quarum secunda testimonium profertur pro sanctorum orationibus. Origenem enim non agnoscere libros Machabaeorum, quibus hic Author nititur, pro canonicis scripturis, si modo Eusebius vera de ipso referat eccles. histo. libro 6. c. 18.

1. libro 1. de origine erroris c. 15 et 16

2. in eodem libr. 1. c. 14.

3. vide confutationem huius parenthesis infra sectione 19. per Magdeburgenses Chemnitium.

4. idem Bullingerus c. 18 libri 1 de origine erroris in responsione ad octauum argumentum.

3. vide infra confutationem huius mendacis erroris sectionibus 33 & 34.

5. Magdeburgenses autem scribunt [1] consuetudinis inuocandi Sanctos in doctoribus secundi saeculi vestigia omnino nulla conspici (Intelligunt vero vestigijs etiam intercessionem) nisi quis pro incommodo dicto accipiat hoc quod apud Irenaeum est libro quinto: Sicut illa (puta, Heua) seducta est vt effugeret Deum: sic haec (nimirum Maria) suasa est obedire Deo, vti virginis Euae virgo Maria fieret aduocata. quum hic Irenaeus, solum contulerit inter se illud quod per Euam commissum & amissum est, & illud quod Deus per Filium suum natum ex Maria virgine restituit.

1. centuria 2 c. 4 tit. de Inuocatione sāctorum in inclinatio doctrinae, et vide examē huius sectionis infra sect. 19. et precedenti titulo sectione 9. 10. 11. & sequentibus vsque ad 16. sectionem.

6. Agnoscunt [1] vero in tertij saeculi Scriptoribus non obscura vestigia Inuocationis Sanctorum, & quod facit ad probationem Intercessionis eorū citant Authorem homiliarum in cantica canticorum homilia tertia sic scribētem: Omnes Sancti qui de hac vita discesserunt habentes adhuc charitatem erga eos qui in hoc mundo sunt, si dicantur curam gerere salutis eorum, & ad iuuare eos precibus suis atque interuentu suo apud Deum, non inconueniēs. scriptum namque est in Machabaeorum libris ita: hic est Ieremias Propheta Dei, qui semper orat pro pópulo. Quin etiam fatentur Origenem homilia 16 in Iosuam sentire sanctos martyres pugnare nobiscum, & nos adiuuare orationibus suis. eūque id probare authoritate cuiusdam senioris Magistri. sed

1. centuriae 3 c. 4 tit. de Inuocatio sanctorum in inclinatio doctrinae, et vide examen eorum quae hic aiunt infra sect. 19. 20 et 21 et 30. et seq. vsque ad 40.

uersus hæreses à nobis (vt ait) contorto, vt virginis Euæ virgo Maria fieret aduocata, ita respondeat: Sed si Lector rem ipsam consideret, sententia plana erit. Maria enim annis fere quater mille post Euæ lapsum & nata est & concepit Christum. Quis igitur vel per febrim somniabit Euam tunc cum esset virgo inuocasse Mariam aduocatam suam, quæ nondum nata erat, & Mariam in cælo aduocatam fuisse. Euæ virginis, id est, priusquam illa ab Adamo cognosceretur? cum Maria tunc nondum nata esse. hoc certe quam absurdum sit, quilibet sanus iudicare potest. Nequaquam igitur hoc sensit Irenæus: sed confert hæc duo inter se, quantum mali per Euam virginem mundo illatum, & quantum boni per Mariam virginem, eoquod Christum peperit, mundo collatum sit. Et in hac collatione & in hanc sententiam Mariam nominat Euæ aduocatam. quod Irenæus sine dubio, inquit, græce significantius dixit. interpres enim eius, & obscurus, & infelix fuit.

10. In tota autem vera antiquitate ait Origenem. multorum aliorum falsorum dogmatum authorem, primum esse apud quem seminaria Inuocationis sanctorum (id est, intercessionis) inueniantur quæ eius temporibus, & præcipue ipso authore spargi cœperint. Eius enim tempore cœptam fuisse disputari opinionē illam vt non absurdam nec inconuenietem, animas beatas, vt quæ sint vnius corporis nobiscum, & charitatem non abiecerint, in altera etiam vita solicitas esse de salute nostra, atque pro nobis fratribus suis orare apud eum.

1. vide harū rerum graeme infra sectione 19.20 21.30. & sequentibus vsq; ad 46.

11. Quæ tamen opinio, quia nec sententijs, nec exēplis canonicae scripturae euidenter demonstrari poterat: sed tantum ex Apocryphis scripturis & ex traditionibus, veri similitudinem prae se ferebat: reposita fuerit inter priuatas disputationes & cogitationes, non vero inter publica ecclesiae dogmata, illis quidem temporibus, relata. Origenem 1 enim scribere homilia tertia in Cantica canticorum: Omnes Sancti qui de hac vita decesserunt, habentes adhuc charitatem erga eos qui in mundo sunt, si dicantur curam gerere salutis eorum, & iuuare eos precibus suis atque interuentu suo apud Deum, non erit inconueniēs: scriptum namque est in Machabaeorū libris ita: Hic est Ieremias Propheta Dei, qui semper orat pro populo. Et homilia 13 in Iosue: Ego sic arbitror quod omnes illi qui dormierunt ante nos patres, pugnent nobiscum, & adiuuent nos orationibus suis. Ita namque etiam quendam de senioribus Magistris audiui dicentem, & cætera.

1. vide debita infra sectionem 42. & 43.

12. Mox tamen, sicut fieri solet, ex disputationibus paulatim coepisse fieri asseuerationes. nam Origenem super Numeros c. 31. dicere: Quis dubitat quod sancti quique Patrum & orationibus nos iuuent &

semetipsos quoque occiderent, vt certamina & talia protulerint testimonia pro sanctorum suffragijs & orationibus, vt ea vel sola, recte accepta & considerata, abunde testentur eandem quæ nunc est, etiam tertio, atque adeo secundo sæculo fuisse ecclesiæ fidem.

17. Et quidem non est difficile cognoscere quod 1 Bullingerus Caluinũ & Marloratum iugulet. Nam fingunt cum alijs Papatum sumpsisse initium à Phoca. Phocæ vero imperium etiam Magdeburgenses collocant in septimo à Christi natiuitate sæculo. Augustinus vero & Hieronymus, assertores intercessionis Sanctorum agniti à Bullingero, ille quidem quinto, hic vero quarto sæculis floruerunt. Et Cyprianus, occasio originis huius dogmatis iuxta eiusdem Bullingeri traditionem, vita, doctrina, martyrio, resplenduit tertio sæculo. 1. vide supra sectiones tertiã & quartam.

18. Quin etiam facile est peruidere Magdeburgenses & Chemnitium interimere commenta Bullingeri. Citant enim praeter 1 locum in Cantica canticorum, quem illi negant esse Origenis, locum in Iosue & Chemnitius 2 locum in Numeros, & alium ex tractatu 27 in Matthaeum, qui faciant illustrẽ de precibus sanctorum mentionem. Omnibus autem manifestum est Origenem fuisse Cypriano paulo antiquiorem. 1 supra sect. 6. & 11. 2. vide supra sectionem 12

19. Et quod amplius est, vterque tum verbis tum testimonijs, haud obscure significat Cypriani dictum epistola libri 1. ad Cornelium ipsi 1 non excidisse, sed ab eo praemeditatum fuisse. Nam Magdeburgenses apertis verbis scribunt 2 Cyprianum in fine huius epistolae (quam tamen non priorẽ, sed primam nominasse debuerãt) non obscure sentire martyres & sanctos defunctos pro viuentibus orare. Et Chemnitius authoritate huius loci aperte confitetur Cyprianum fuisse in sententia Origenis de Interpellationibus Sanctorum. Facile nam que ipsis fuit animaduertere charitate fecundos non solere spectare charitatem, quae 3 malum, vt ait Paulus, non operatur. & hanc epistolã a docto sancto & martyrij candidato, serio & operose scriptam, ad doctum, sanctum, confessorem & eminentis ecclesiae episcopum cumque hic non vnam aliquam orationem, sed perpetuas preces postulare: Pro fratribus, inquit & sororibus apud misericordiam Patris, non cesset oratio. Idémque deprae henderunt Cyprianum prodidisse hoc dogma alijs quoque locis tanquam ipsi certum. Magdeburgenses enim, licet errauerint in numero epistolae (vocãuerunt nãque decimã quintam epistolam libri tertij quae scripta est ad martyres adhuc in carcere constitutas, quam debuerant dixisse decimam octauã) tamen recte 4 notauerunt eum scripsisse lapsos auxilio martyrum apud Deũ adiuuari. Sic enim scribit: Credo vt cui libellum à martyribus acceperunt & auxilio eorum adiuuari apud Dominum in delictis suis possunt, si premi infirmitate 1. vide supra sectionem 4. 2. vide supra sect. 7. 3. 1. Cor. 13. 4 supra sectione 7.

firmitate aliqua & periculo cœperint, exomologesi facta, & manu eis in pœnitẽtiam imposita, cũ pace à martyribus sibi promissa, ad Dominum remittantur. 5 Chemnitius vero profert locũ ex tractatu 2. de habitu virginum: durate fortiter, & cætera: tantum memẽtote tunc nostri, cum incipiet in vobis virginitas honorari.

5 supra sectione 15.

20. Ac tametsi Magdeburgenses & Chemnitius in eo conueniant quod originem intercessionis Sanctorum ad tertium sæculum referant: tamen sese mutuo in multis perimunt. Magdeburgenses enim consentiunt Bullingero neganti homilias in Canticum canticorum esse Origenis: Chemnitius vero eas tribuit Origeni. Illi eo ordine verba Authoris citant, ac si fuisset Origene antiquior & consequenter nõ videntur agnoscere Origenem fuisse primũ qui locutus sit de Sanctorum intercessione: hic vero pronuntiat eum primũ fuisse qui hanc quæstionem mouerit. Illi nullam distinctionem faciunt inter Origenem principio opinantem & postea affirmantem, & iterum opinantem hic vero has distinctiones excogitauit. Ad hæc dissident in Cypriano, & authore sermonis de stella & Magis. Illi enim recte agnoscunt argumento epistolæ non decimæ quintae: quam errore citant: sed 18 libri tertij Cyprianum sensisse lapsos auxilio martyrum apud Deum adiuuari: Chẽnitius vero quod Cyprianus ait, perperam refert ad auxilium sanctorum in hoc saeculo. Illi licet perinde atque Chemnitius non tribuant Cypriano opus de cardinalibus operibus: sicuti re vera tribuendum non est: sed alteri: tamen recte habẽt authorem huius operis pro scriptore tertij saeculi, & merito verba eius citãt in hoc saeculo: Chemnitius vero testimonium ex hoc opere desumptum perinde reprobat, ac si nullius plane sit momenti, quia non sit Cypriani. Postremo ne in historia quidem Potamiaenae concordant. nam illi quod hic sumserant probandum hac historia confirmant, & licet polliceantur se alibi dicturos quid sit sentiendum de hoc exemplo: tamen solum conantur eam quoquo modo his paucis verbis reddere suspectam: hic vero ait eam esse contrariam scripturae. Illi Basilidem faciunt carnificẽ Potamiænae, vt vel hoc saltẽ impudenti mendacio eleuent pondus historiae: hic vero fatetur Basilidẽ fuisse Iudicem Potamiaenae.

1 supra sectione 6.

21. Immo ipsi semet-ipsos iugulant. Retulimus 1 Magdeburgenses tradere Origenem probare authoritate senioris Magistri sanctos martyres pugnare nobiscum, & nos adiuuare suis precibus. Ex eo vero necesse habẽt confiteri intercessionis mentionem etiam secundo saeculo factam fuisse. Diximus 2 Chemnitium tradere Origenem fuisse primum qui opinatus fuerit, deinde

2 supra sectione 10.

senserit

senserit sanctos orare pro nobis. & nihilominus is 3 citat ex Cypriano solum (vt 4 ait) Origene decem annis iuniore, quæ clare probant Cyprianum eadem certo credidisse. Qui fieri autem potuit, vt priuata Origenis siue opinio, siue sententia tantillo tempore ita peruenerit ad Cyprianum in plane alia plaga. Africæ tertiæ orbis terrarũ partis, vt eã pro certissimo dogmate amplecteretur? Imo quis vnquam vel fando audiuit, vel legendo deprǣhendit Cyprianum hausisse aliqua ex Origene? nedum vitiosũ aliquod dogma; Audiuimus Chemnitium scribere hanc opinionem fuisse Origeni priuatam: nòn vero publicũ ecclesiæ dogma. & eundẽ vna 6 scribere Origenẽ querere super Numeros: quis dubitat quin Sãcti quique Patrũ orationibus nos iuuẽt? Hoc autẽ verbum non mutationem opinionis in asseuerationem: sed totius ecclesiæ fidem testificatur de hoc dogmate. Idem Chemnitius tradit fontes dogmatis Intercessionis Sanctorum fuisse traditiones: sicuti videre sit, iudicio ipsius, ex ijs, quæ Origenes scribit in caput 13 Iosue item scripturas apocryphas, quibus is innixus fuerit sermone 3. in Cantica canticorum. An autem hæc omnia nõ sunt Origene longe antiquiora etiam si daremus Chemnitio, quod nullo pacto dandum est, ea esse huiusmodi ac is vanissime scribit?

3. vide supra sectionem 15
4. in examine concilii Tridentini de inuocatione sanctorũ pagina 885 & 896 impressionis Francofurtẽsis.
5 sup. sect. 18
6 sup. sec. 12

22. Sed tempus est vt ex veritate historiæ ecclesiasticæ ostendamus dogma intercessionis Sanctorum cognitam & creditum fuisse iam inde ab initio Ecclesię.

23. Qui diligenter perpenderunt verba 1 Lucæ à nobis suo 2 loco tractata, quibus ait Sadducæos non credidisse esse spiritum: videre potuerunt ex eis necessario sequi Sadducæos in eo quoque errore fuisse, vt non crederent Sanctos orare pro nobis quibus erroribus Deus qui diues est in misericordia, noluit mederi voluerit admirandis 3 reuelationibus quas libri Machabæorum continent. quibus Nouatores huius sæculi, male grati in Deum authoritatem impie abrogant: huic vero scripturarum doctrinæ belle consentit historia ecclesiastica. Nam Iosephus 4 tradit sicuti 5 diximus, Sadducæos sensisse animam cum corpore extingui. Et paulo post apparebit 6 ex Dorothæo martyre & Epiphanio Iudęos iam inde à temporibus Manasſis imbutos fuisse dogmate intercessionis Sanctorum. Philo quoque Iudæus scribit in libro de execrationibus Iudæos fretos fuisse intercessoribus aduocatisque apud Patrem priscis gentis conditoribus, qui inquit etiam exempti corpore nudis animis syncerum suo Principi cultum exhibent pro filiis filiabusque indesinenter efficacibus precibus supplices, hoc honore digni ab eo habiti vt exaudiantur facile. Proinde non solum ex scripturis, sed etiam ex historia ecclesiastica, hæc constant: Sadducæos primos fuisse, quod

1. Act. 23.
2 sectione 26 tituli 5.
3. 2 Machab. c. vltimo.
4. lib. 18. antiquitatum Iudaic. 21.
5. eadem sect. 26. tituli 5.
6. infra sect. 75.

quidẽ

quod quidem ſcire poſſumus, qui non crediderint Sanctos orare pro nobis. Secundo, Iudæos ab eis diſſentientes, id eſt, recte ſentientes, credidiſſe ſanctos efficaciter orare pro nobis. Tertio tantum abeſſe verum vt ſit Origenem primum feciſſe mentionem precum ſanctorum, vt & olim & multo magis temporibus Apoſtolorum quibus Philo & Ioſephus vixerunt, hoc dogma non dico diſputatum & opinatum ſolum: ſed certo creditum ſit à Iudæis. Quarto, Nouatores eſſe portionarios Sadducæorum. Licet enim ab eis diſſideant in immortalitate animæ: tamē in eo cū eis conueniunt quod perinde atque illi aſſerant ſanctos non orare pro nobis. Poſtremo etiam notandum eſt appa-
1.c.5 & vi. rere verbis ex Philonis ſenſū verborū Domini apud 1 Ioannē, in quem ſpera-
de ſecutionem tis. quandoquidem Moyſes iure etiam habendus ſit pro vno ex priſcis hu-
35.ſaecul.9. ius generis conditoribus, vt qui eam ſæpius ex mortis faucibus eripuerit.

24. Legimus ſcriptum in liturgia Iacobi fratris Domini: commemorationem agamus ſanctiſſimae, & caetera, Mariae, & omnium ſanctorum & iuſtorum: vt precibus atque interceſſionibus eorum omnes miſericordiam conſequamur. Nec mirum: Iacobus enim, vt origine Iudaeus, recte ante inſtitutus fuerat in hoc dogmate, quàm Chriſti diſcipulus & Epiſcopus Ieroſolymi-
1.Cano.32. tanus fieret. Agnouitque hanc liturgiam tanquam Iacobi Concilium Conſtantinopolitanum habitū ſub Iuſtiniano in Trullo. cui cōferri neque debet neque poteſt Chemnitius hodie natus. Mitto quod ei quoque opponi poſſint ex veteribus Proclus Epiſcopus Conſtantinopolitanus: & ex Neotericis Nicolaus Methones Epiſcopus, Beſſarion, & alij, qui hanc liturgiā eſſe Iacobi profitentur.

25. Si Iudæi errauiſſent in hoc dogmate, eis, quum ad fidem veniebant, interdicenda fuiſſet lectio librorum Machabæorum, propterea quod id apertiſſime confirmarent. Tantum autem abfuit vt Apoſtoli eorum lectione ipſis interdixerint, vt res ipſa teſtificetur eam ipſis permiſſam fuiſſe.

26. Immo conſtat teſtimonio Eccleſiæ hos libros alijs libris ſacris adiūctos, & vna cum eis compactos fuiſſe iam inde à principio eccleſiæ. Et conſequenter vel ſola haec adiūctio & colligatura argumēto eſt, falſum eſſe quod iſti comminiſcuntur, hoc dogma primum ortum tertio ſaeculo: idque, ex Origene.

in defenſione canonū Apoſtolorū & epiſtolarū pontificum apoſtolicorum. 27. Extant epiſtolae Pontificum Apoſtolicorum quae, primo ſecundo, & tertio, ſaeculis ſcriptae, praeclaram huius dogmatis mentionem faciunt. Eaſque vere eſſe illorum quorum nomina praeferunt, defendit & probat cōtra Magdeburgenſes Pater 1 Franciſcus Turrianus.

28. Legi

28. Legimus sæpius apud Ignatium, iuxta versionem Perionij, & nominatim in epistolis ad Polycarpum, & ad Ephesios, pro anima tua, & pro animabus vestris, ego efficiar. In epistola vero ad Antiochenses (ad quos se scripsisse ait in epistola ad Smyrnenses) addit particulas quæ ostendunt se non sentire de hoc sed de futuro sæculo: ait enim pro animabus vestris ego efficiar, quando Christum meruero adipisci. Quid est autem aliquem effici pro animabus aliorum vbi beatus cum Christo fuerit, si non est respondere de animabus eorum & stare pro eis coram Deo? Idem in fine epistolæ ad Trallianos, interpretibus Vairnelio & Morelio ait: salutat vos meus spiritus, non modo nunc: sed & vbi Deum nactus fuero. Salutare verò est alicui bona optare & precari à Deo.

29. [1] Citauimus & exposuimus titulo 15 locum Irenæi ex libro quinto aduersus hæreses occasione elogij aduocatæ Euæ, quod is tribuit beatæ Mariæ, & ostendimus argumento ex rebus scriptura traditis & ab eo commemoratis ad appellationes sumpto, hoc elogium merito beatae Mariae ab ipso tributũ fuisse. Idem tamen locus etiam hic optime quadrat ad ostendendum Patres secundi saeculi sensisse sanctos suis virtutibus prodesse alijs, in tantum vt ipsi inimici veritatis nihil inuenerint quod certo eius sensui à nobis exposito respõderent. Nam si conferamus sensum quem [1] retulimus ex Magdeburgensibus cum verbis ipsius: putâ, Irenaeum solum illud inter se contulisse quod per Euam commissum & amissum est: & illud quod Deus per filium suum natum ex Maria virgine restituit: inueniemus eorum responsionem aperte falsam esse, eo quod is manifeste personas Euae & Mariae, & earum vitia & virtutes inter se cõferat quibus Eua nocuerit humano generi, & Maria ipsi Euæ atque adeo toti humano generi profuerit. Ac tametsi [2] Chemnitius suo sensu propius accesserit ad verba Irenæi, vt qui collationem Mariæ cum Eua in eo agnoscat tamen nihil reddit quod istis Irenaei verbis respõdeat: suasa est obedire Deo, vt virginis Euae virgo Maria fieret aduocata: & quemadmodum morti astrictum est genus humanum per virginem, soluatur per virginem; aequa lance disposita virginalis obedientiae per virginalem obedientiam. Quorum vitiorum quum essent sibi conscij, illi quidem hoc Irenaei vebum vocauerunt incommode dictum: hic vero spiritu frebricitans ascribit fidelibus somnium quem nullus corpore frebricitans somniauerit: & praeterea conqueritur de obscuritate & infelicitate interpretis. Sed scis Lector quomodo? absque probatione.

1. Supra sec. 5.
2. Supra sect. 9.

30. Quinquã; etiam si verum esset (quod tamen verum non est) dogma de suffragijs & intercessione Sanctorum non apparere in scriptoribus primi & secundi saeculi, non propterea sequeretur, quod hi putant, id nõ fuisse co-

nitum illis sæculis. Pauca namque scripta illorum sæculorum ad manus nostras deuenerunt, & hæc ipsa tractare non potuerunt omnia: cõstare ex scriptoribus tertij & quarti sæculi de fide secundi & primi sæculi. sicuti re vera ex tertij sæculi scriptoribus constat de fide primorũ istorum sæculorum, & nominatim etiam ex Origene, modo quæ scribit, exactè cognoscantur.

31. Igitur qui diligenter & bona mente ac bono animo legunt Origenẽ, hoc ante omnia deprehendunt, eum certò credidisse Sanctos corpore defũctos orare pro nobis: tradit enim hoc dogma tanquam certum non vno loco,
1. vide supra sectionem 12 nominatim homilia 27. in Matthæum: etiam Chemnitio 1 teste in illis paucis verbis quæ citat. Integer autem locus sic se habet: Cum sit humanæ naturæ admirabilis constructio facta videlicet templum Dei & verbi eius, discipuli caeterique sancti, non solum tunc, sed etiam modo admiranda opera Dei erga figmentum humanum considerantes, ante conspectum Christi intercedũt & prouocant Christum vt ne deserat genus humanum propter peccata ipsorum: sed magis moueant eum ad indulgentiam opera eius miranda quàm ad iracundiam iniquitas eorum. Et libro 8 contra Celsum in verbis: Nec solum se hi erga digniores quosque propitios reddunt: sed & Deo gratificari volentibus opitulantur: hisque & placatiorem eum faciunt, vnàque & supplicãt & precantur.

32. Et quod amplius est, docet hoc dogma multiplicibus scripturis. Quis autẽ nõ certo crediderit quod docet alios traditũ esse à sacris scripturis Sanctae vero scripturae quibus vtitur sunt, locus Pauli ad Hebraeos 11, Deo pro nobis melius aliquid prouidẽte vt nõ sine nobis consũmarẽtur: quẽ tractat homilia 26 in Numeros, & homilia 16 in caput 13 Iosue Item scripturae quae docent vnionem sanctorum inter se, & cum suo capite Christo. Item verba Pauli 1. Cor. 13. charitas non excidit Item historia capitis vltimi libri posterioris Machabæorum, quorum prius innuit: posterius vero expresse ci-
1. supra sectione 6 & 11. tat vno eodémque loco homiliae tertiae in Canticum canticorum vt videre licet in verbis quae non 1 semel audiuimus.

1. supra sectione 4. 33. Nam quod Bullingerus non vult hoc 1 opus esse Origenis, eo quod is (vt ait) non habuerit libros Machabæorum pro canonica scriptura, si modo Eusebius vera de ipso referat ecclesiasticae historiae libro sexto capite 18. magno & impudenti mendacio colligit quod falsum est. Eusebius namque nullum verbum facit hoc capite de libris Machabaeorum, ac ne vllo quidẽ alio loco tale aliquid tradit, sed e-contra capite 25 eiusdem libri refert verba Origenis quibus numerat libros Machabaeorum, qui apud Hebraeos inscribantur Sarbet Sabaneel, pro vigesimo secundo libro canonicae veteris testamenti scripturae.

34. Rursus quod Magdeburgenses perinde atque Bullingerus, adscribũt

hoc opus alteri, quam Origeni, grauiter quoque errant. est enim fragmentū decem voluminum Origenis in Canticum canticorum continentis & perpetuæ explicationis. quod nescio quis diuisit in homilias, fortassis ad hoc inductus exemplo duarum aliarum homiliarum eiusdem Authoris in Canticum canticorum, quas paruulis & lactentibus composuit, & quas Hieronymus vertit. Etenim in his quatuor homilijs manifeste apparet quod Hieronymus 1 ait Origenem quum in cæteris omnes superauerit, se ipsum in expositione huius cantici vicisse. Et author istarum quatuor homiliarum remittit Lectorem ad scripta in Exodum & in Numeros, & ad oratiunculas de libro Iudicū & ad tractatus qui faciunt mentionem sęculi sæculorum: quae alterius non sunt quàm Origenis. *1. in præfatione in versionē duarum homiliarum Origenis in Canticū canticorum.*

35. Tertio, Origenes ex hoc dogmate tāquā certo fundamento tentat exponere sensum literalem variarum scripturarum. vt (exempli causa) illius in Cantico canticorum, 1 Ordinate in me charitatem: vt illius apud Matthaeū, Et ne cœperitis dicere, Patrem habemus Abraham, ex scriptura Machabaeorum de hoc dogmate. *1.* *2. Matth. 3.*

36. Quarto, vsqueadeo istud ei certū fuit vt ex eo reddiderit sensū mysticum plurium scripturarum. vt (verbi gratia) 1 illius, cum illud bibam vobiscum nouū in regno Dei, de sanctis & Christo 1 de nobis solicitis & pro nobis orantibus: vt structurae templi quam allegorizat homilia 27 in Matthaeum. vt 2. historiae Numerorū 32. & Iosue 14. de Rubenitis, Gaditis & dimidia tribu Manasse praecedentibus armatis fratres suos. *1. Matth. 22 & Origenes homilia 7 in Leuiticum.*

37. Quinto, is significat fuisse suo tempore neminem qui non crederet Sanctos orare pro nobis. Quis enim dubitat, inquit homilia 26 in Numeros, quin sancti quique patrum & orationibus nos iuuent, & gestorum suorum cōfirmēt atq; hortērur exēplis? Si autē nemo eius saeculo dubitabat de precibus sanctorum pro nobis, ergo neque Origenes. *2. homil. 26 in Numeros & homilia 16. in Iosue.*

38. Immo haec quae ex eo hactenus retulimus, argumento sunt Origenem sensisse hoc dogma profluxisse à primo & secundo saeculis ad tertium quo is vixit. Docet enim istud non solum authoritate librorum Machabaeorum, quos etiam pro canonica scriptura habuit (Chemnitius vero insidiose appellat apocryphas vocabulo duplicis significationis) sed etiam alijs scripturis quae ab omnibus semper habitae sunt canonicae. neque tam audacter testificaretur hanc esse omnium fidem, nisi certum habuisset eam ab anteriori-bus saeculis profluxisse.

39. Id quod clarius apparet ex homilia 16 in Iosue, vbi quum mystice interpretatus esset locum Numerorum de sanctis corpore exutis qui pugnent orationibus suis pro nobis, significat se quum esset Iuuenis audiuisse quen-

 dam

dam magistrum interpretantem similem scripturæ locum in Numeris iuxta septuaginta Interpretum versionem, quia ablinget Synagoga hanc Synagogam, sicut ablingit vitulus herbam viridem in campo. non vt huius magistri authoritate probet sanctorum intercessionem, sicut Magdeburgensis falso aiunt ipsum facere: aut quasi eam ex traditionibus hauriat, vt Chemnitius 2. nugatur: Vtrique improbe silentio tegentes quod Origenes paulo ante citet locū Apostoli ad Hebr. 11. sed vt ostendat se non esse primum qui eiusmodi scripturas mystice interpretatus sit ex dogmate de sanctorum pro nobis orationibus. factum enim id esse quum esset iuuenis. Floruit autem Origenes circa ducentesimum trigesimū annum à Natiuitate Christi; & consequenter audiuit hanc interpretationem mysticam circiter finem secundi sæculi, vel principium tertij. Proinde oportuit hoc dogma fuisse certum etiam secundo sæculo, quādoquidem sensus mysticus non rectè redditur nisi ex certis dogmatibus. Origenis vero verba eiusmodi sunt. Habent igitur repromissionē suam, & requieuerunt, & digni iudicati sunt per Moysem capere hæreditatem. veruntamen adhuc & ipsi pugnant, & in certamine sunt pro iis qui sub Iesu militant. Sed requiris qui sint isti qui pugnant, & quæ est illa pugna quā isti gerunt? Ego sic arbitror quod omnes illi qui ante nos dormierunt Patres pugnent nobiscum, & nos adiuuent orationibus suis. Ita namque etiam quēdam de senioribus magistris audiui dicentem in eo loco in quo scriptum est in Numeris: quia ablinget Synagoga hanc Synagogam, sicut ablingit vitulus herbam viridem in campo Dicebat ergo: quare huiusmodi similitudo assumpta est? nisi quia hoc est quod intelligendum est in hoc loco, quia Synagoga Domini quæ nos præcessit in sanctis, ore & lingua cōsumit aduersariam Synagogam, id est, orationibus & precibus aduersarios nostros absumit?

1 Supra sect 6 2. in examine concilij Triden. de sanctorum inuocatione pagina 886 in impressione Francofurtensi.

40. Postremo Origenes expressis verbis scribit hoc dogma à sanctis Patribus, hoc est, ab Apostolis & Apostolicis viris pro ..xisse. Sic enim ait homilia tertia in diuersos: Bene ergo & secundum voluntatem Dei eorum (puta, Innocentium ab Herode occisorum) memoriā sancti Patres celebrari mandauerunt sempiternam in Ecclesiis, velut pro Domino morientium, velut pro Iudæis & Gentibus crediturís, vel etiam pro ipsis parētibus: quorum parentes præ nimio dolore (vt diximus) percutiebantur: vt eis intercessio filiorū apud Dominum plurimum prodesset. Et quod Chemnitius tuendum suarum hæresum causa dicit absque vllo antiquitatis testimonio, homilias in diuersos non esse Origenis, æque ridendum est, ac si quis, exempli causa, neget officia Ciceronis esse Ciceronis.

14. Et-

41. Errauit quidem Origenes in multis: sed qui eum notauerit de errore propter hoc dogma: & quod amplius est, ipsum authorem eius fecerit; ante hæreticos huius sæculi fuit nemo, non ipse Methodius, author quoque tertii sæculi, & Origenis velut antagonista, vndique quærens quid in eo iure reprehendat. vt videre est ex fragmentis ipsius quæ extant hic illic apud Epiphanium. quin potius consentit cum eo etiam in inuocatione sanctorum, vt suo loco apparebit. Eusebius vero Episcopus Alexandrinus in homilia de sanctis colendis sic scribit: Ob hanc igitur causam præcepit nobis memorias sanctorum celebrare, vt acceptis hymnis & laudibus benignum Deum exorent vt preces nostras caducas admittat. *Methodius. infra titulo 14 qui est de inuocatione sanctorum ex historia Ecclesiastica sect. 17. Eusebius Episcopus Alexandrinus.*

42. Decipit autem Chemnitius simplicem lectorem in duobus primis locis quos pro suo errore profert, paucitate verborum quæ citat. Legenti enim integrum homiliæ tertiæ in Canticum canticorum locum, manifestum est verba, si dicantur, &c, non erit inconueniens, referenda esse ad hæc cantici canticorum quæ tractat verba, Ordinate in me charitatem: siue ad interpretationem horum verborum de sanctis corpore exutis suis precibus ordinantibus in nobis charitatem; non vero absolute ad ipsum dogma de precibus sanctorum. Posteaquam enim dixit, si ista verba ad angelos dici accipiamus, à quibus se instrui postulat & muniri, nihil absurdum visum iri, secundum ea quæ multa citat de angelis ex scripturis. Sed etsi ad Prophetas referamus non visum iri absurdum, & cætera quae de doctrina eorum ait: addit verba de quibus hic quæstio est: Sed & omnes sancti qui de hac vita decesserunt, habentes adhuc charitatem erga eos qui in hoc mundo sunt, si dicantur (puta authoritate verborum, Ordinate in me charitatem) curam gerere salutis eorum, & iuuare eos precibus suis atque interuentu suo apud Deum, non erit inconueniens. Quod supra bis dixerat de aliis interpretationibus, nihil absurdum visum iri: hic ait, non erit inconueniens. Et sicut in illis adduxit ex scripturis causam cur non essent absurdæ: ita & hic profert dogma de precibus sanctorum quod nititur charitatis immortalitate & scriptura posterioris libri Machabæorum. Eisque simile est quod addit, sed & ad Apostolos hæc dici, non videbitur alienum, & cætera quæ sequuntur.

43. Similiter, quam verbum arbitror, duobus modis accipiatur etiam in sacris scripturis: dicitur enim de rebus de quibus opinamur: & de rebus de quibus certi sumus, etiã fide. vt quũ Paulus ait, Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis: Chẽnitius paucitate verborũ quæ citat

ex homilia 16. in Iosue abstulit Lectori facultatem sciendi verbum arbitror non hic significare opinor: sicuti is male accipit: sed plene & certo iudicare, vti apparet ex his quæ præcedunt verba, Ego sic arbitror, seu potius integrũ eum locum quem citauimus sectione 39. Sed & illud hodie nobis lectum est quia Moyses dederit, & cætera: tum Deinde quum accepissent terram hæreditatis (puta, Rubenitæ, Gaditæ, & dimidia tribus Manasse) non eam possident, neque diuidunt inter se: sed expectant vsquequo per Iesum eis distribuatur in sorte. Nõne euidẽter hoc est (Nota Lector verba, quia pertinẽt ad explicationem vocabuli arbitror) quod Apostolus dixit ad Hebræos scribens de prioribus patribus quos dixit fide placuisse Deo: & addidit dicens: Ij autem testimonium habentes per fidem nondum consecuti sunt repromissiones, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vti ne sine nobis perfecti efficerentur? habent igitur repromissionem suam, & cætera quae citauimus sectione 39. Quis autem opinetur de rebus quas ait Apostolum euidenter dixisse? aut etiam de rebus quas aliter scit esse certas? nisi fortassis vtatur liptote, quae nonnunquam occurrit etiam in 2 scripturis, & nominatim in 3 verbis, puto quod & ego spiritum Dei habeam. item apud Patres: vt apud Tertullianum in 4 libro de spectaculis.

2. Act. 42. 3 1. Cor. 7. 4. in verbis, *neque enim oculis, & cetera, non opinor.*

44. Admittit autẽ Chẽnitius etiã alia errata in hac sua bella historia, quæ merito notari debẽt. nã sibi persuadet & alijs persuasũ cupit Origenẽ ante scripsisse opus in Canticum canticorũ & homilias in Iosue, quã tractatus in Numeros. Contrà. opus in Canticum canticorum fuit vltimum aut pæne vltimum opus Origenis. isque in eo expresse remittit lectorẽ ad scripta in Numeros. Iosue quoque post Nũmeros ab ipso explicatus est. Et consequenter pessime colligit ex Cantico canticorum & homilia 16 in Iosue Origenem initio solum opinatũ esse de his precibus: deinde in Numeris mutauisse opinionem in asseuerationem. cum contrarium colligendum fuerit, si haec argumenta fuissent alicuius momenti. Illud certe constat, quandoquidem tractatus in Numeros prius scripti fuerint quam in Iosue, vocabulum arbitror homilia 16 in Iosue non posse significare opinor: quandoquidem is antea eandem historiam certò eodem modo exposuerat homilia 26 in Numeros ex loco Pauli ad Hebraeos 11, & ex communi omnium fide: quis dubitat quin sancti quique Patrum & orationibus nos iuuent, & gestorum suorum confirmẽt atque hortentur exemplis?

45. Iam quod Magdeburgenses aiunt 1 Origenem caute praemonuisse libro 1. in epistolam ad Romanos: Si extra corpus positi sancti agunt aliquid & laborant pro nobis ad similitudinem angelorum qui salutis nostrae mini-

1 sup. sect. 6

teria procurant & cætera: habeatur hoc quoque inter occulta Dei, nec chartulæ committenda mysteria: quasi scilicet constaret omnibus commentaria in epistolam ad Romanos ante scripta fuisse, quàm homiliæ in Iosue ederétur: & quod Chemnitius eadem verba 2 citat vt probet quæstionem de preci 2 vide supra sectione 13.
bus sanctorum mansisse Origeni apocrypham. & consequenter perinde ab eo citatur, atque si hæc commentaria ex vltimis essent Origenis scriptis: frustra laborant quandocunque tandem hæc scripta fuerint, quod necesse non habemus hic examinare. Nam Origenes non hęc scribit de precibus Sanctorum, sed de actionibus similibus ijs quas certum est ex scripturis angelis iniunctas esse: huiusmodi. exempli causa sunt custodia, portatio (vt ita dicam) in manibus, repulsio insultuum dæmonum, & similes. Quod multis argumentis apparet. Primum ex verbis, si agunt aliquid & laborant, item, qui salutis nostræ ministeria procurant. Deinde ex eo quod similiter quærit de peccatoribus extra corpus positis si agunt aliquid secundum propositum mentis suæ angelorum nihilominus ad similitudinem sinistrorum. Tertio ex circunstantijs loci tractat enim quaestionem cur generale iudicium dilatum sit in vltimum diem. & postquam hanc causam reddidit, quod alioqui non posset esse iustum propterea quod multi qui obdormierunt reliquerint hic semina quaedam ex quibus qui super sunt homines occasiones accipiũt salutis & perditionis; addit verba quae tractamus. Nullus auté relinquit hic orationes suas pro alijs tanquam semina, & caetera & multo minus tanquam semina duratura in vltimum diem: sed haec competunt in pia scripta in doctrinam diuinam, in vitam dignam imitatione, & alias similes actiones. Quid autem Origenes sibi voluerit his verbis, exponemus 3 titulo sequenti. 3 sect. 15, 16, 17. & 18.

46. Habemus germanam Origenis sententiam de praecibus sanctorũ extra corpus positorum, repurgatam à maculis quibus Nouatores eam conspurcauerant. Deueniendum nunc est ad Cyprianum. in quo hoc solum admonendum est Magdeburgenses & Chemnitium non citauisse locũ ex sermone de mortalitate: Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum: frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra incolumitate solicita.

4 . Sed pro historia Potamiaenæ martyris plurima dicenda sunt, propterea quod Magdeburgenses & Chemnitius eam varijs modis conspurcauerint eleuauerint & oppugnauerint. quódque eadem historia faciat etiam pro miraculis & apparitionibus Sanctorum, de quibus suo 1 loco dicemus. 1. infra tit. 25. & 6.

48. Principio Chemnitius velut ex 1 Eusebio 2 ait Potamiænam prodisse ex schola Origenis, tunc audiuisse Origené: ne videlicet nouum videretur 1 libr. 6 c 5 2. vide sup. sectione 14.

tur

tur argumentum quod ab ea petimus: sed quodammodo idem quod ex Origine sumimus. Verum Eusebius ne verbulo quidem illud indicat de Potamiæna. tantum autem illud ait de Rhaide, & Basilide qui audiuerit Originem philosophica docentem, etiã ethnicos.

1. supra sectione 20. 49. Magdeburgenses faciunt, vti 1. diximus, hunc Basilidem Potamienæ carnificem, vt vilitate personæ vilescat illustrissima historia. Sed Eusebius scribit Basilidem fuisse vnum ex nominatis in exercitu, qui sententiam condemnationis tulerit cum aliis in Potamiænam, & ipsam (vt tunc sepius contingebat) adiuuerit repente abduci ad supplicium. Quod ipsum etiam Magdeburgenses mendacij sui male memores narrant in capite de miraculis. Neque vero bene consistit, vt Basilides audierit Origenem philosophica docentem, & idem fuerit carnifex vel satelles qui duxerit Potamiænam ad supplicium.

1 vide supra sectionem 8. 50. Iidem aiunt hanc historiam ab Eusebio etiam ipso pro incerta narrari videri, cum ex vulgi sermonibus eam fuisse dicat. Eusebius vero huius historiæ veritaté affirmat duplici argumento: scriptis eorum qui ipsam praecesserunt, dum ait: scribunt & alios complures Alexandrinos, & caetera: & 2. vide verba infra in fine sectionis, 57. celebritate famae, quam hi impie contorquent ad vulgi rumores: ita vt quod Eusebius in commendatione historiae dixit, hi impudenti rhetorica contorqueant in eius destructionem. tametsi Eusebius hanc historiam etiam potuerit accepisse ab iis qui martyrio eius interfuerant: vel saltem ab eis, qui ab aliis qui interfuerant, audiuissent.

1. vide ea infra sect. 57. 51. Praeterea in capite de miraculis in locum verborum Eusebii, dictis his pice ignita, & caetera: substituunt ista: Ita igitur Potamiaena certamine & martyrio suo perfuncta est. Chemnitius vero nihil plene in locum eorum substituit. ne videlicet Lector deprehenderet celeberrimam martyrem immortuam esse sententiae de precibus sanctorum pro nobis.

2. vide supra sect. 14. 52. Chemnitius obseruat Eusebium scribere in fine huius historiae ἀλλ᾽ ὃ ταυτα μὲν ὡδὶ ἐχέτω eisque verbis vult Eusebiũ dubitauisse de eius veritate. quum haec verba confirmando quae narrata sunt, solum significent præparationem transitus ad aliam materiam. quomodo si quis latine dicat: Et haec quidem sic se habeant. vel, vt Vuolfangus Musculus, Chemnitii in haeresi socius, vertit: sed de his hactenus.

1. vide supra sectionem, 8. 53. Magdeburgenses scribunt hanc historiam sapere nouitatem, quod ad hanc vsque aetatem apud probatos authores non legamus quód morientes tam audacter affirmauerint se pro relictis viuis oraturos. Quasi scilicet narrari semper anterior narratio adhibenda: & sic omnis res in infinitum deducenda sit: ac non sufficiat ex hoc colligi illud dogma fuisse fidelibus certissimũ

simum primis sæculis tametsi malitia hic quoque eos excoculet, vt qui non videant apud 2 Cyprianum; quem citant, lapsos currentes ad candidatos martyrij, qui orabant eis reddi communionem, sub ea spe quod essent eis impetraturi veniam apud Dominum. & non obseruent 4 Ignatium plurimis pollicentem se pro animabus eorum effectum iri vbi Dominum meruerit adipisci ac significantem in fine epistolæ ad Trallianos se pro eis in cœlo oraturum. 2 epistola 15 & 18. lib. 3. sup. sectione 7. 4 vide sup. sectionem 18

54. Eadumque 1 cæcitas apparet etiam in eo quod aiunt non legi alibi mortuos rursus viuentibus apparuisse, quum id manifeste legatur in libris Machabæorũ de Onia & ieremia: & apud probatos authores de Agnete & alijs, quos suo loco memorabimus. 1. vide supr. sectionem 8.

55. Sed hi tamen eo tolerabiliores sunt quod vbi ista effutiuerunt, permittant iudicio Lectoris quantum sit huic narrationi tribuendum Chemnitius vero per omnia intolerabilis est; vt qui non vereatur scribere hanc celeberrimam historiam repugnate scripturis Esaiæ 8 & Luc. 16. Æquat enim impijssime martyrés & cæteros sanctos qui ex hac vita decesserunt (exempli causa) Ioui & alijs similibus mortuis stultissime relatis ab hominibus in numerum Deorum. & quod dictum est ab 2 Esaia: quærite à Pythonibus & à diuinis qui strident in incantationibus suis. nunquid non populus à Deo suo requiret visionem, pro viuis à mortuis? ad legem & testimonium: in Iudæos idololatras qui derelictis oraculis Dei lege comprehensis consulebant in pythonibus Deos qui erant homines mortui de rebus ab ipsis agendis: quod Deus eos facere prohibuerat Deuter. 18. id iste plane ethnice cõtorquet in sanctorum Deo viuentium & præsentiũ pro simpliciter errantibus preces & vocationes ad fidem, etiam absque vlla eorum inuocatione & consultatione. 2. c. 8.

56. Similiter quod Dominus solum declarat apud 1 Lucam se in gratiam obstinatorum qui nolint Deo credere nisi mortui resurgant qui eis nuntient quæ in altero sæculo fiant: id iste improbe torquet in Deum qui non possit adiuuare infirmitatem simpliciter errantium missione defunctorum qui ei placeant: plane contra ac videre est in apparitionibus 2 Mosis in monte Thabor & 3 aliorum qui cum Domino resurrexerunt & apparuerũt multis in sancta ciuitate 1. c. 16. 2. Matth. 18 3. Matt. 27.

57. Integra vero historia Potamiænæ apud 1 Eusebium sic se habet, Vvolfango Musculo istorum in hæresi socio, interprete, ne quem refugisse videamur. Septimus inter illos (puta, discipulos Origenis qui martyrio sunt consũmati) numeretur Basilides, qui celebrem illam Potamiænam ad mortem abduxerat, de qua multus sermo apud Prouinciales vulgatur. quæ propter cor- 1. lib. 6. c. 5.

poris puritatem & virginitatem quam retinebat, plurimum contra amatores decertauit: contigerat enim illi cum maturitas quædam animi, tum corporis venustas. Cum autem innumera pro fide Christi tolerasset, tandé post grauia dictuque horréda tormenta, vná cum matre Marcella igne est consũmata. Ferunt autem Aquilam Iudicem acerbissime eam per totum corpus verberasse, & tandem minatum esse velle se eam gladiatoribus ad contumeliam corpori ipsius inferendam tradere: illam vero cum paululum secum ipsa meditaretur, interrogatam quid responderet, tale dedisse responsũ, per quod ea prolocuta sit quæ ipsis gentilibus putantur impia: ideoque euestigio lata sententia à Basilide, qui vnus ex nominatis in exercitu erat, acceptam ad morté esse abductã: & cum illi multitudo molesta esset, & lasciuis verbis contumeliam inferre conaretur, Basilidem repressis ac cohibitis conuiciatoribus, plurimum erga eam misericordiæ & humanitatis ostendisse: Illam vero vicissim viri huius erga se compassionem approbasse, animoque bono esse iussisse: velle enim se post abitum suum ex hac vita, misericordiam ipsi à Domino suo impetrare, & haud diu post pro beneficijs in se collatis repédere: & his dictis pice ignita per varia corporis membra apedibus ad ipsum vsque verticem sẽsim ac parumper offusa, mortem forti animo sustinuisse Et tale quidem certamen celeberrima virgo sustinuit. haud diu postea Basilides cum à commilitonibus ob quandam causam iuramentum posceretur, affirmauit sibi prorsus non licere vt iuret: esse enim se Christianum, idque se diserte confiteri. Putabatur initio ludere. vbi vero constanter affirmabat, ducitur ad Iudicem, & cum idem ibi confestim esset confessus vinculis traditur. Cum autem fratres in Domino ad ipsum venissent, & de causa subitæ huius & admirandæ mutationis percontarentur, fertur illis narrasse, quomodo Potamiæna triduo post martyrium nocte sibi adstiterit, coronamque capiti suo imposuerit, ac dixerit interpellasse se pro ipso Dominum, & petita impetrasse, nec diu postea futurum vt assumatur. Hisce dictis, & obsignaculo Domini à fratribus accepto, sequenti die martyrium Domini capite truncatus sustinuit. Scribunt autem & alios plures Alexandrinos illis temporibus cumulate ad Christi venisse doctrinam. eoquod Potamiæna in somnis apparuisset, & ad fidẽ eos vocasset. Sed de his hactenus.

58. Detectis hæreticorum commentis de scriptis & historijs tertij sæculi, colligendus est eius status quod attinet ad dogma de precibus sanctorum: & ex eo status quoque primi & secundi sæculorũ. Certũ est Patriarchas maximum dignitatis gradum in Ecclesia tenuisse: & inter hos primũ, Romanum ac quod hi credebant Metropolitas, & reliquos sub his Episcopos credidisse.

Inueni-

Inuenimus autem ex Cypriano Cornelium Episcopum Romanum credidisse Sãctos corpore exutos orare pro hic viuentibus, idque specialibus orationibus. Qua enim fronte Cyprianus orauisset Cornelium epistola 1. libri primi, & cum eo velut pacto conuento transegisset, vt qui prior hinc decessisset, pro altero, immo & pro omnibus fratribus & sororibus non solum oraret, sed etiam non cessaret orare nisi ei compertum fuisset Cornelium esse in eadem sententia, in qua ipse esset? Quæ eius sententia manifesto etiam apparet in epistola eius prima in verbis, Orantes Deum & Dominum nostrũ Iesum Christum intercedentibus suis Apostolis maculas vestrorum purget peccatorum, & cætera. quæ antea non citauimus, ne videremur ab his solis pendere. cæterum facere non possumus quin admoneamus lectorem, tanto magis hanc, & ei similes epistolas, habendas esse pro germanis Pontificum Apostolicorum epistolis: quanto magis hoc dogma tradunt.

59. Alexandrinus Episcopus tenuit post Romanum inter Patriarchas primum locum 1 Memorauimus autem verba Eusebij translati ex parua ciuitate Alexandriam, vt Anicetus Pontifex scribit quibus ait, vt acceptis hymnis & auditis laudibus benignum Deum exorent, vt preces nostras caducas admittat. quæ manifeste etiam docent eum sensisse Sanctos specialibus quoque precibus pro nobis orare.

1. vide supr. sectione 41.

60. Alexandrino successit ordine Antiochenus: cuius licet nullum scriptum habeamus quod hanc materiam tractet: tamen eandem etiam eius fuisse sententiam colligimus ex Inuocatione beatæ Mariæ qua 1 Methodius Tyri Episcopus, eius ditioni subiectus, vtitur. Item ex eo quod quum Origenes, apud quem hoc dogma frequentissime occurrit, 2 docuerit sacras scripturas Cæsareæ Palestinæ, sedi quoque Antiochenæ subditæ, nõ est à Patriarcha ob hoc dogma reprehensus.

1. vide supr. sectionem 41

2. teste Eusebio lib. 6. eccles. histor. c. 25. 26. & 27

61. Byzantium vero nondũ dicebatur Constãnotipolis & multo minus habebat dignitatem Patriarchalem. Carthago vero tendebat ad Patriarchatum, vel eum iam assecuta erat. Audiuimus autem tres locos Cypriani, qui ex presissione loquuntur de specialibus precibus putâ epistolam 1. libri 1. Item epistolam 18. libri 3. & finem tractatus 2, de habitu Virginum. Quartus vero quẽ 1 citauimus ex sermone de immortalitate, tametsi non æque clare loqui videatur dẽ specialibus orationibus: tamẽ diligẽter inspectus idẽ facit. meminit enim desiderij & solicitudinis parentum, fratrum, filiorum.

1. sectione, 46

62. Quod autem ad cæteros fideles attinet, inuenimus eos quoque hoc dogmate certo imbutos fuisse. Episcopi enim loquebantur populo

de hoc dogmate tanquam ipsis bene cognito. Vt (exempli causa) Cyprianus in sermone de mortalitate. Doctores id studiosos in scholis docebāt & scriptores in libris lectores, vt apparet ex locis quos citauimus ex Origene. Lapsi penetrabant in carceres ad candidatos martyrij, & ab eis conabantur impetrare libellos communionis sub ea spe quod possent post mortem impetrare ipsis veniam hi vero dabant eis libellos, quorum 1 Cyprianus testis est.

1 in epist. 15 & 18 lib. 3.

63. Quid, quod mulieres quoque minime inter fideles authoritate & doctrina, idem sciuerunt & crediderunt? Neque enim Cyprianus virginum pro se preces 1 postulauisset quum Deus ipsarum virginitatem inciperet honorare: nisi sciuisset eas cognitum habere sanctos speciales quoque preces pro hic viuentibus fundere. Neque Potamiæna tam confidenter Basilidi promisisset se oraturam pro ipso, nisi didicisset in Ecclesia, placere Deo quod sancti etiam particularibus precibus, orent pro hic viuentibus. Quibus conforme est quod apud Prudentium in agone Romani martyris mater dicit filiolo suo Vale dulcissime. Et quum beatus regna Christi intraueris, memento matris iā patrone ex filio. Contigit enim hæc historia sub Galerio & eam Prudentius certo scire potuit vt qui proximo sæculo vixerit.

1 in fine tractatus de habitu virginum

64. In summa, Origenes expressis verbis significat & quod significat, vidimus ex eis quæ iam-iam diximus esse verissimum, fuisse neminem suo sæculo, qui dubitaret quin sancti quique Patrum nos orationibus suis iuuarēt. Quis dubitat, inquit, quin sancti quique Patrum & orationibus nos iuuēt neque vero negligenter prætereunda sunt quæ sequuntur: & gestorum suorum confirment atque hortentur exemplis: sed & voluminibus suis per ea quæ nobis ad memoriam scripta reliquerunt? quoniam hæc docent ipsi sermonē hic esse de particularibus quoque orationibus: perinde videlicet atq; de exemplis & scriptis. Qua de re etiam constat ex eo quod vtitur historia capitis vltimi libri posterioris Machabęorum, ex interpretatione verborum Cantici canticorum, Ordinate in me charitatem: ex verbis quæ citauimus ex libro octauo contra Celsum: & ex historia Numerorum 32 & Iosue 13 quam allegorizans refert ad preces sanctorum Rubenitæ enim & Gaditę non solum pugnabant pro integro sequente ipsos exercitu: sed pro particularibus quoque exerc s personis, si quando contingebat eas periclitari de salute.

1 homilia 26 in Num.

65. Sed nihil æque notandum est atque quod tunc fideles, magni & parui, immoriebātur huic dogmati. Cornelius enim publice confessus erat Dominum: & Cyprianus non procul aberat à simili opere, quum ad eum scriberet primam epistolam libri primi: quæ illius confessionem prædicat. Confessores

sores quoque in carceribus morti dedicati, promittebant se pro lapsis oraturos. Potamiaena autem in ipso quodammodo exustionis puncto iussit Basilidem esse bono animo: velle enim se post abitum suum ex hac vita misericordiam ipsi impetrare. sequitur enim apud Eusebium, Et his dictis pice ignita, & caetera. responditque promisso, quod annotatione quoque dignum est, euentus.

66. Diximus de statu fidei tertij saeculi. ex hoc porro certo sequitur eādē fidem viguisse etiam secundo & primo saeculis, immo ab eis ad tertium manauisse: etiamsi nulla alia testimonia haberemus. quandoquidem communia omnium fidelium dogmata non nascūtur instar boletorum: & multo minus possunt vno saeculo peruadere per animas omnium fidelium. Idque etiā manifeste apparet ex mystica interpretatione senioris illius Magistri apud 1Origenē, & ex ijs quae 2 tradit de institutione celebrandae memoriae Innocentium. de quorum intercessione & eius efficacia retulimus etiam verba Authoris sermonis de stella & Magis inter opera Cypriani. 1.homilia 16 in Iosue. 2.homilia 3. in diuersos.

67. Paene autem mihi excidit admonere extare complura scripta de vitis sanctorum horum saeculorum, in quibus fit illustris mentio intercessionis efficacis sanctorum. Legimus enim (exempli causa) in fine gestorum b. Marcelli papae collectorū vt apparet, per notarios ecclesiae romanae, Cyriacum, Largum, Smaragdum, Crescentianum, & alios, passos sub Maximino, sepultos fuisse via Ostiensi miliario ab vrbe Roma plus minus octauo vbi eorum orationes inquiunt, florent nunc & semper. Extat apud Simeonem Metaphrasten historia de lapsu & poenitentia Theophili oeconomi sanctae ecclesiae Adenae secundae Cilicum prouinciae, quae contigit quum Persae nondum fecissent incursiones in Rempublicam Romanam, scripta ab Eutychiano eiusdem Theophili ministro, ex qua manifestum est fideles tunc credidisse beatam Mariam Virginem intercessisse pro hic viuentibus, eam potuisse plurimum apud Deum & fideles magnas vtilitates ex eius intercessione reportasse: nominatim etiam hunc Theophilum. In Martyrio Faelicis Presbyteri, Irenęi Diaconi, & Mustiolae passorum sub Aureliano scriptum est: Corpusque eius (puta, Mustiole) collegit seruus Dei Marcus, & apud Clusinae vrbis muros condidit. vbi vigent orationes eius vsque in hodiernum diem. Et in fine martyrij sanctarum virginum Ruffinae & Secundae passarum sub Valeriano & Galieno: quo in loco per illarum orationes magnae fiunt virtutes Item in martyrio Secūdiani, Marcelliani, & Veriani, passorum sub Decio: Corpora, inquit, mandauit sepulturae apud eum locum in quo capite caesa sunt, vbi illorum vigent orationes praestante Domino nostro Iesu Christo. & in fine martyri

tyrij sancti Laurentij de 40 militibus decollatis sub Claudio successore Decij vbi florent orationes eorum vsque hodiernum diem.

68. Deueniamus nunc ad quartum sæculum. In eo vero habemus plurima & apertissima testimonia fidei Christianorum de precibus sanctorũ corpore exutorum pro nobis, apud Eusebium Cæsariensem, Athanasium, Antonium Abbatem, Hilarium, Cyrillum Ierosolymitanum, Dorotheum martyrẽ, Basilium, Gregorium Nazianzenum, Gregorium Nyssenum, Nectariũ Episcopum Constantinopolitanum, Ambrosium, Gaudentium, Prudentium, Paulinum, Eusebium Emissenum, Ruffinum, Hieronymum, & alios quod neque ignorant neque negant Nouatores. sed vt sunt obstinati, dissimulatis multorum testimonijs, reliqua cauillis eleuant & oppugnant.

69. Eusebius Cæsariensis libro 12. de præparatione euangelica c 1 sequens hunc titulũ suorũ libr. principio præparat infideles ad credendũ dogma de sanctorum auxilio scripto Platonis: qui etiam docuerit credendum et se priscis viris istud tradentibus. licet non nisi prolixis rationibus probari possit. Facitque istud exemplo Pauli Apostoli, qui non 1 dedignatus est vti Epi-
1.Tit.1. menidis carmine: & cathecismum 2 Atheniẽsium incœpit ab ara ignoto Deo
2.Act. consecrata. deinde addit: Sic certe de Ieremia traditum esse Iudæi contendunt, & Machabæorum liber retulit, visum ipsum fuisse post mortem orare pro populo. Chemnitius vero quia negare non poterat Eusebium esse in hac sententia, & valde eum vrebat quod infideles præpararet ad credendum hoc dogma, calumniatur eum frigide, ne dicam ridicule facere quod opinionem illam de orationibus Sanctorum ex Platone probare conetur: & quidem illis verbis quibus fatetur opinionem illam non facile probari posse, sed tamen credi debere. Deinde citatis verbis Platonis addit: hæc est Platonica Eusebij demonstratio de suffragijs sanctorum. Agnoscisne Lector sycophantiam? nullam enim facit mentionem scripturæ ab Eusebio citatæ: & illa alia iniustissime reprehendit, tum ob ea quæ diximus, tum quia similiter immo amplius iuste dicimus credẽdum esse (exempli causa) Prophetis etiãsi nõ demonstrent quæ dicunt.

70. Athanasius in libro de interpretatione psalmorum: Non sunt psalmorum verba immutanda, sed vt scripta sunt recitanda: vt sancti qui ista verba suppeditarunt, sua esse agnoscentes, comprecentur.

71. Antonius Epistola 2. ad Arsenoitas dicit negligentiam nostram non solum nobis esse detrimento, sed angelis laborem existere, & omnibus sanctis: quia nondum vsque requieuerunt propter nos. ait humiliationem nostrã esse illis omnibus tristitiam; sicut e-contra salutem & gloriationem nostrã

lætifica-

lætificationem eis ac requiem omnibus præbere. & paulo post, vnde & illi, postulant pro nobis semper Idem epistola 4. iterum prędicat gemitum & alacritatem in sanctis propter opera nostra bona vel maligna. deinde addit: & vtuntur prece multa atque lætitia in exultatione coram creatore nostro. Ipse quoque cunctorum opifex lætatur in operibus nostris: & propter testimonium sanctorum donat nobis charismata immensa. Displicuit autem Magdeburgensibus quod doceret sanctorum pro nobis orationes & earum vtilitates. Ergo retulerunt inter incommodius ab eo dicta, quod sanctis mortuis tribuat affectus pro nobis, non solum orationem inquã, sed gemitus quoque & dolores. Verum vt Antonius fuit doctus à Deo: ita facile est eum tueri contra hos calumniatores. Videmus vt epistola 2. sapientissime alludat ad historiam Numerorum c. 32. & Iosue 14. tametsi nunquam legisset interpretationẽ Origenis quia, inquit nondum vsque requierunt propter nos. & quia qui pugnat pro alijs, laborat pro ipsis merito vtitur etiã vocabulo laboris quo 2 scripturæ vtuntur in ipso quoque Deo. De lætitia vero quod ait: sumpsit ex verbis 3 Domini: dico vobis quod gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiã agente: Item, Ita dico vobis, gaudiũ erit corã angelis Dei & cætera. & consequenter etiam dolorem & gemitũ, in quibus enim est gaudiũ propter pœnitentiã in eis sequitur esse tristitiã dolorẽ, & gemitũ propter peccata & impœnitẽtiã. Quæ omnia tamen manifeste dicuntur in sanctis tropice: sed à Magdeburgensibus, quia sunt calumniatores, perinde accipiuntur, ac si proprio sermone ab Antonio dicta essent.

1 Cent 4. c. 10. in vita Antonii sub finem.

2 Esai 1. & 49. et Ierem 6.

3 Luc. 15.

72. Hilarius tam longe ab fuit vt dubitaret de hac auxilij sanctorũ specie, vt eis nostri 1 custodiam expressis verbis tribuat. sicuti 2 sequente titulo probabimus. In cõmentarijs autẽ in psalmũ 140 interpretatur clamorem animarũ martyrũ Apocalypsis 6. per orationẽ.

1 nominatim in cõmentariis in psalmum 124.

2 Sect. 1.

73. Cyrillus Ierosolymitanus catechesi mystagogica quinta, Cũ hoc sacrificiũ inquit, offeremus, postea facimus mentionẽ etiã eorũ, qui ante nos obdormierunt: primum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrũ, vt Deus orationibus eorum & deprecationibus suscipiat preces nostras.

74. Ephrem libro primo de compunctione cordis c. 13. Grex tuus electus, monachorum quoque conuertus, & omnium sanctorum qui placuerunt ante te, qui nunc in paradiso exultant, iam deprecantur pro me, & obsecrant te solum amatorem hominũ. Et in fine de laudibus sanctorum martyrum. Ego item imbecillis accepto vestris meritis ac precibus robore, cecini tota deuotione animi ante sanctas reliquias vestras hymnum vestræ laudis & gloriæ.

75. Dore-

75. Dorotheus Episcopus Tyrj qui sub Iuliano passus est haud obscure sua narratione probat hoc dogma in Iudæis viuentibus sub Manasse. postea-quam enim narrauit in synopsi miraculum impetrationis aquarum Siloe per Esiam, addit: Et quoniam per Esaiam fuerat hoc factum, memoriæ gratia populus Iudæorum prope Siloam illum accurate & cum honore sepelierunt vt per sanctas illius preces etiam post mortem eius, consimili beneficio frui liceret. Nota Lector verba, consimili beneficio timebant enim ne propter peccatum dissecti serra in duas partes prophetæ hæ aquae cessarent fluere.
1. *Genes.12.* legerant enim percussos 1 Pharaonem & Amalech ob læsum Abraham, pro
2. *Genes.20* inde sibi iteratis eius precibus opus esse existimabant ad hoc consimile beneficium tanquam nouum impetrandum.

76. Basilius homilia in 40 martyres: Paratum est hic Christianis auxiliũ. Sæpe operam dedistis, saepe laborastis, vt vnam pro nobis orantẽ inuenirettis. quadraginta sunt hi vnam orationis emittentes vocem. vbi enim sunt duo vel tres in nomine Domini congregati, ibi Deus est vbi vero quadraginta fuerint, quis dubitat Deum esse praesentem? Et in homilia in sanctum Mamantem: quotquot adiutorem ipsum ad precãdum habuistis. Et in epistola inuectiua in Iulianum Apostatam: Suscipio etiam sanctos Apostolos & martyres, pro me apud Deum supplicant, quo per illorum mediationem propitius sit mihi Deus noster, & remissionem peccatorum gratis mihi largiatur.

77. Gregorius Nazianzenus in oratione funebri in mortem Patris: Et, vt ego mihi persuadeo, nunc magis proficit precibus, quam antea doctrina. quanto etiam Deo est propinquior, postquam vincula deposuit carnalia, & à materia quæ mentem turbabat est liberatus, nudus cum nudo conuersans, nẽpe cum mente pura. Dicit autem, vt & ego mihi persuadeo, non quod dogma de precibus sanctorũ nõ fuerit ipsi certum ait enim in eadẽ oratione: Nec dubito quin hoc nunc quoque postulatione sua faciat, sed quod non sit fidei credere illum magis proficere precibus quã antea doctrina. Et in oratione in sanctũ Basilium: ferentur autem intercessionibus illius melius. Et paulo post: Et nunc in cœlis degit, ibique pro me, vt arbitror, sacrificia offert, ac pro populo orat. licet enĩ nos reliquit. nõ tamẽ õnino reliquit. Ostẽdimus autẽ in 1
1. *supra sectione 43.* Origene, arbitror, etiam in scripturis, quandoque accipi non pro opinor, sed pro certo iudico. eamque huius vocabuli hic esse significationem manifestũ est cũ eo ex quod ait in oratione funebri in mortẽ Patris: nec dubito quin hoc quoque nũc postulatione sua faciat: tũ ex eo quod addidit, affirmando: licet enim nos reliquerit non tamen omnino reliquit, & præcipue ex inuocatione quæ statim sequitur: tu autem sacrum & diuinum caput & cætera, quã

suo-

loco referemus.

78. Gregorius Nyssenus in fine orationis secundæ de sanctis 40 martyribus: 'ntra paradisum perueniamus per illorum intercessionem confirmat. Et in oratione in laudem Theodori martyris: rogans à Deo pro nobis vtilia. Et in oratione habita in funere magni Meletij: sed facie ad faciem Deum alloquitur, & erroribus nostris veniam implorat.

79. Nectarius in fine orationis in Theodorum martyrem intercessionem sanctorum agnoscit: sed verba eius opportunius referemus in historia Inuocationis.

80. Ambrosius in libro de viduis, Petrus & Andreas rogauerunt pro vidua: nunc iam possunt pro nobis, & pro omnibus impetrare: possunt pro peccatis rogare nostris, qui proprio sanguine, etiam si quæ habuerunt peccata, lauerũt. Hic exclamat Chemnitius istud contra scripturam exerte pugnare, Martyres peccata sua proprio sanguine lauisse. 1 Ioan. 1. Apocal. 1. 7. 17. sed iniustissime. Primum, quia hic solum quæstio est quid Ambrosius senserit de intercessione sanctorum, non vero an hoc recte & iuxta scripturas senserit. Ambrosius autem his verbis clarissime ait, Petrum & Andream posse pro nobis orare & impetrare. eiusmodi sũt ingenia hæretica vbi quæstio est de scripturis sacris, admiscent scripta Patrum, siquidem prima facie eis fauere videantur: quũ autem quæstio est de historia, clamant eam repugnare scripturis, interpretatis videlicet corrupto suo sensu. vt hic videre est. Nã quod secundo loco notandum est, verum non est quod assumit neque enim abluere peccata sua in sanguine Christi, & in proprio sanguine, inter se pugnant: sed conuenit inter ista, quomodo (exempli causa) inter medicamentum & applicationem medicamenti. Christus enim martyriũ 1 vocat Baptisma: & notissimæ sunt illæ eius sententiæ, 2 Omnis qui confitebitur me coram hominibus, cõfitebor & ego eum coram Patre meo qui in cœlis est. 3 &, Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Sed pergamus ad alios locos Ambrosij de sanctorum intercessione In oratione funebri de obitu Valentiniani: Ille vobis auxiliaturus speretur, ille noctibus præsul assistat. Et postea: quas ille nunc manus ad te Pater erigit? quas pro fratre preces fundit? Et in fine orationis de fide resurrectionis; Quid enim mihi superest solatij, quam quod me citius ad te Frater spero venturum, nec digressus tui longa diuortia fore, tuis intercessionibus mihi hoc posse conferri, vt citius desiderantem tui aduoces? Et epistola 85. Gratias tibi Domine Iesu quod in hoc tempore tales nobis sanctorum martyrum spiritus excitasti, quo ecclesia tua maiora præsidia desiderat, cognoscant omnes quales ego propugnatores requiram, qui propugnare

1. Luc. 12.
2. Matt. 10.
3. Matt. eodem capite.

pugnare poſſint,impugnare non ſoleant,hos ego acquiſiui tibi plebs ſancta, qui proſint omnibus,nemini noceant Et ſermone 91.de Nazario. Licet hic Mediolanenſium peculiaris putetur priuilegio ſepulchri,ſed omnium eſt cõmunione ſuffragij.Neque enim iſtius vrbis charitas proflua & fides auara, tantum huic martiri derogauerit dum ſibi arrogat, vt ſolum erga mœnia ſua patrocinij illius beneficia affutura eſſe crediderit. Et libro.2 de Caim & Abel c.9 quia Deus iuſtos ſuos audit,etiam mortuos,quoniam Deo viuunt.

81. Gaudentius Brixienſis qui vixit tempore Ambroſij in ſermone habito in anniuerſario die ſolemnitatis ſancti Philaſtrij vocat eum patronum Brixienſium.& addit in fine:tam digni igitur memoriam ſacerdotis debito affectu veneremur, vt ipſius quoque ſuffragio bona quæ poſcimus,facilius impetremus,largiẽte Dei filio ſempiterno. Et in homilia de ſanctis Apoſtolis hortatur vt communicemus ſanctorum Apoſtolorum memorijs fide,opere,cõuerſatione,ſermone,vt mereamur eorum precibus ad omnia quæcũque poſcimus adiuuari,largiente id gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti.

82 Prudentius in hymno Hemeterij & Caledonij ſcribit ſanctos audire preces noſtras,ſtatimque ad aurem æterni Regis ferre. Inde larga fonte ab ipſo dona terris influere. Et in hymno decem & octo martyrum Cæſarauguſtanorum:hæc,inquit,ſub altari ſita ſempiterno lapſibus noſtris veniam precatur turba. Idem introducit matrem Romani martyris ſic eum orantem in eius ſupplicio,vale,ait,dulciſſime Et cum beatus regna Chriſti intraueris,memento matris iam patrone ex filio.Omittimus hic quot martyres vocet alijs locis patronos,quia id 1 antea notauimus.

1.ſupra titu li 15 ſect. 6 in margine

83 Paulinus natali 8.Fælicis:Non eſt cura hæc noua ſanctis exorare Deum pro peccatoribus ægris:Et hic quoque omittimus quòd pluries tribuat ſanctis nomen Patroni,quia hoc etiam ſuo 1 loco notauimus.Idem orat Victricium epiſtola 2.ad eum ſcripta vt defunctus oret pro ſe.

1.eadem ſect 16.in margine.

84. Euſebius Emiſenus in homil a de ſancto Stephano:ſeu quiſquis vetus Author fuit huius & ſimilium homiliarum dum pro Iudæis ſupplicat ſpẽ noſtram ac fiduciam nutrit; nam cum pro perſecutoribus deprecatur,manifeſta cultoribus ſuffragia pollicetur. Et in homilia de ſanctis martyribus Ephipodio & Alexandro vocat eos ſpeciales patronos Et in homilia de ſancto Geneſio martyre:frequentibus itaque tribulationibus approbarunt quantum apud Deum poſſit proprius ſuffragator.

85. Ruffinus capite 33 libri.2.eccleſiaſticæ hiſtoriæ ita memorat Theodoſij Imperatoris præparationem ad bellum contra Eugenium,vt manifeſtè ſignificet eum cum ſacerdotibus & populo,qui eum comitabantur,credidiſſe

sanctorum intercessionem, vt apparebit ex eius verbis in ecclesiastica historia Inuocationis Sanctorum. Et Palladius Ruffini amicus memorat preces Anachoretæ defuncti pro veloci translatione fratris sui abbatis Apollo.

1. in historia ad Lausum in vita abbatis Apol.

86. Denique Hieronymus in epistola ad Paulam super obitu Blesillæ sic scribit: Et pro te Dominum rogat, mihique, vt de eius mente securus sim, veniam impetrat peccatorum. Et in Epithapio Paulæ: præsens facilius quod postulas impetrabis. Et in fine proæmij in secundum librum commentariorum in epistolam ad Ephesios: vt cœpta, inquit, in Apostolum explanatio, ipsius Pauli, cuius epistolas conamur exponere, orationibus cōpleatur. Et, quod amplius est, defendit sanctorum intercessionem contra Vigilantium, natione Gallum, sed Barchilonensis ecclesiae presbyterum, qui primus post Sadducaeos eam oppugnauit.

87. Verum quia hoc non obstante iste Vigilantij error placuit Nouatoribus huius saeculi cum multis alijs eius erroribus, & nominatim oppugnatione Inuocationis Sanctorum, & honoris qui impenditur reliquijs eorū Incredibile est quae confinxerint.

88. Hieronymus visus fuit Erasmo Roterodamo ita conuitijs (vt ipse loquitur) debachatus in vigilantium, vt in argumento operis quod aduersus eum scripsit, dixerit se cogi in eo desiderare plus modestiae, & addit vtinam argumentis dumtaxat egisset, & à conuitijs temperasset. Aduersus quam accusationem, Hieronymus se veluti praemunierat zelo approbato exemplis Scriptura comprehensis, & materia indignationem magis scribentis, quam testimoniorum multitudinem flagitante. Sed ita placuit Erasmo causam suam recte agere propter quaedam quae similiter atque Vigilantius nō probabat, tametsi sint qui dicant eum haec non tam damnauisse, quam abusum vulgi. Magdeburgenses autē, vt haec Erasmi maioris authoritatis essent apud simplicem lectorem, & ne eis reperiretur Erasmum ante mortem se totum submisisse iudicio ecclesiae, impudenter haec eius verba ascribunt Gregorio (fortassis Nazianzeno, vel Nysseno, non enim declarant de quo sentiant) qui fuerit vigilantio aequior quam Hieronymo. Ita enim scribunt Hieronymus duobus eum (putà, vigilantium) breuibus scriptis adortus est: sed conuitiis magis & importunitate, quam argumentis & rationibus, pugnauit quod & Gregorio visum est, qui de scripto Hieronymi contra Vigilantiū ita censuit: In Vigilantium ita conuitiis debachatur Hieronymus vt plus culum in eo modestiæ cogar desiderare vtinam argumentis duntaxat egisset, & à conuitijs temperasset. Neque hoc peccatum, licet turpissimum, in secunda aeditione emendauerunt. Est primam stropham.

1. in epistola ad Ripario. 2. in fine operis quod scripsit ad Riparium & desiderium ad uersus Vigilantium. 3. cent. 4. c. 8. quod est de schismatibus.

a 2 89. Sue

89. Succedit huic altera Perinde enim se gerunt, ac si inter Hieronymum & Vigilãtium quoddam veluti schisma fuisset de capitibus quæ Hieronymus ex Vigilantij libellis refert. tametsi enim vocent pugnam Hieronymi aduersus Vigilantium, tamẽ referunt eam in titulo de schismatibus, & in medio scismatum. vt videlicet simplex Lector existimet hæc isto sæculo veluti dubia in ecclesia fuisse, & magno molimine tractata. Atqui Hieronymus expressis verbis scribit se hoc opus vnius noctis lucubratione dictauisse: hæc, inquit, sanctorum Presbyterorum rogatu, vnius noctis lucubratione dictaui, festinante admodum Sisinnio, & cętera.

* in fine operis.

90. Tertia strophæ est, quod tum Magdeburgenses, tum Chemnitius, & alij quoque omnes istorum socij, prædicant Vigilantium vicisse in hac pugna Hieronymum, idque apparere ex ipso Hieronymi scripto aduersus eũ quo commento nihil vanius dici potest. Ostendemus hic quod dicimus in Intercessione: reliqua suis locis persecuturi.

91. Vigilantius oppugnabat in libellis suis intercessionẽ sanctorũ authoritate Esdræ, qui scriberet quod post mortem nullus pro alio auderet deprecari. Hieronymus respondet librum Esdræ, ex quo hæc proponebat, esse apocryphũ, quẽ proinde merito nihili æstimet. Nec sentit de tertio & quarto libris Esdræ apocryphis, id est, incertæ authoritatis, sed de quodã libro confícto sub nomine Esdræ. Isti enim libri non habent hoc testimonium Et Hieronymus hunc Esdræ librum comparat Balsamo, Barbelo, & Thesauro Manichęi ac similibus damnatis libris. Et proponis, inquit, mihi librum apocryphum qui sub nomine Esdræ à te & tui similibus legitur. vbi scriptum est, quod post mortem nullus pro alio audeat deprecari. quem ego librum nunquam legi. quid enim necesse est in manus sumere quod Ecclesia non recipit? nisi forte Balsamum mihi, & Barbelum & Thesaurum Manichæi, & ridiculum nomen Leusiboræ proferas. Et paulo post: Et proponis quod totius orbis authoritate damnatur. An hæc responsio, Lector, non est sufficiens.

92. Vigilãtius præterea citabat testimoniũ ex Salomone, quasi pro se faciẽs, sed id nusquã cõparebat apud Salomonẽ. Nam in cõmentariolo tuo, inquit Hieronymus, quasi pro te faciens de Salomone sumis testimoniũ, quod Salomon omnino non scripsit, vt qui habes alterum Esdram, habeas & Salomonem alterum. Quis autem dubitet quin hæc quoque responsio abunde satisfaciat huic argumento?

93. Postremo is oppugnabat sanctorum intercessionem inutilitate precũ eorũ. Dicis, inquit Hieronymus, in libello tuo quod dũ hic viuimus, mutuo pro nobis orare possumus: postquã autẽ mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudien

exaudienda oratio, præsertim cũ martyres vltionẽ sanguinis sui obsecrantes impetrare non quiuerint. Et huic quidẽ argumento ex capite sexto Apocalypsis sumpto Hieronymus non respondit: quod id pro nihilo haberet, sed alia argumenta ei opposuit. Sunt enim quædã vsqueadeo infirma vt sola relatione vincantur: de quibus vulgo dicitur ostendere errorem, est superare. Nẽpe Vigilantius proferebat hunc locum ex Apocalypsi vt probaret quod assūpserat, sanctorũ post mortẽ intercessiones nihil impetrare posse à Deo. Cõtra hic locus expresse refert martyres impetrasse d. n. stolæ albę. Et datæ sunt illis, inquit Ioãnes, singulæ stolae albae quin etiã idẽ innuit datã etiã ipsis fuisse requiẽ, eo quod dicere Dei sit facere. Sequitur enim apud Ioannẽ, Et dictũ est illis vt requiescerent. Postremo aperte hic scriptũ est eos impetrauisse promissum adimpletionis voti sui breui euẽturae, de quib⁹ reb⁹ 1 antea diximus fusius. An nõ vides, Lector, hãc Vigilantij assumptionem merito contẽptam fuisse ab Hieronymo cũ sua protestatione? vt quæ esset ei cõtraria multipliciter. 1 titulo 32. secti. 5 6, 7. & 8.

94. Accipe iã argumẽta quae Hieronymus huic vanae assũptioni & argumẽto contẽptibili opposuit: Si Apostoli & Martyres adhuc in corpore cõstituti possunt orare pro caeteris, quãdo pro se adhuc debẽt esse solliciti: quãto magis post coronas, victorias, triũphos? Vnus homo 1 Moyses sexcẽtis millibus armatorũ impetrat à Deo veniã & 2 Stephanus imitator Domini sui & primus martyr in Christo, pro persecutoribus veniã deprecatur: & postquã cum Christo esse cœperint, minus valebũt? Paulus Apostolus ducẽtas sexaginta sex sibi 3 dicit in naui animas cõdonatas: & postquã resolutus esse cœperit cũ Christo, tunc ora clausurus est & pro his qui in toto orbe ad suũ euãgeliũ crediderũt, mutire nõ poterit? Quæ argumẽta sũpra sũt ab absurdo et incredibili: & præterea sunt ij similia quae 4 notauimus scripturas formare à minori ad maius. 1. Exod, 32. 2. Act. 7. 3. Act. 27. 4. sectionib⁹ 55. 56, 57. & 58. titul. 9. & sect. 17 titulo. 12.

95. Deinde indicat, si verum esset quod Vigilantius agebat, ipsum meliorem futurum Apostolo Paulo, vt qui possit orare pro alijs, quod Paulus non possit: addit enim perstans in interrogatione, Meliorque erit Vigilantius canis viuens, quã ille Leo mortuus? Et ne quis simplicior forte existimaret nõ esse incredibile Vigilantium hac in parte esse meliorem Apostolo Paulo propterea quod 1 Ecclesiastes re-vera scripsisset meliorẽ esse canẽ viuũ Leone mortuo, vtitur correctione significãs ex scripturis Apostolũ non esse appellandũ mortuũ, & praeterea eũ viuere. Relinquit autẽ Lectori colligẽdũ neminẽ esse qui iudicet canẽ viuũ esse Leoni viuẽti æquãdũ, & multo min⁹ praeponẽdũ. 1. Eccl. c. 9.

96. Fac nunc & iactent Vigilantium vicisse Hieronymũ in quaestione de intercessione sãctorum; Res ipsa cõtrariũ clamat doceq; idẽ eius in posterũ silẽtiũ. nã si quid ãpli⁹ scripsisset, Ripar. & Desyder. presbyteri ei vicini, id mi-

sissent Hieronymo: quandoquidem is ipsos, vt id facerent, rogauerat, nec Hieronymus omisisset duplicare maiori opere, vt qui minatus fuisset id istud facturũ, si se rursus cõmouisset. postremo subita libellorũ ipsius atque adeo errorum extructio, loquitur quod dicimus. Neque enim concilium aliquod, sed consensus omnium fidelium, & erroris euidentia hunc aduersus Sanctorũ intercessionẽ errorẽ sustulit. Ita vt sicut à Sadducęis vsque ad Vigilãtiũ nullus negauit sanctos extra corpus positos orare pro nobis: Ita à Vigilantio & quibusdam ab eo in errores pertractis, vsque ad obscuros quosdam hæreticos qui se ipsos ætate Bernardi 1 vocauerunt Apostolicos, quũ potius dici debuerint Apostatici: & ab his longo post tempore vsque ad Vviclefum, aegre gie confutatum à Thoma Vvaldensi, nullus fuerit in eodem errore, sed e contra omnes huic dogmati inconcusse adhæserint.

1 teste Bernardo sermone 66. in cãtica canticorum.

97. Quod manifestũ est ex Patribus quinti sæculi, Augustino, Chrysostomo, Epiphanio, (qui tamen floruit etiã quarto sæculo) Primasio, Fulgẽtio, Apollinari, Sidonio, Seuero, Sulpitio, Victore, Vticensi, Ioanne Cassiano, Leone, Prospero, Theodoreto, Maximo Taurinensi, Auito, & alijs. Item ex scriptoribus sexti & sequentium saeculorum ad nostrum vsque saeculum.

98. Quid quod istud vsqueadeo certum fuit fidelibus quinti saeculi, vt quidã tamẽ abfuerint vt deciperẽtur errore Vigilãtij, vt abriperẽtur in errorem, quem liber 1 quartus Esdrę vitandum docuerat. nam tanti fecerunt sanctorum corpore exutorum preces, vt putarent in iudicio Dei omnibus hominibus reis propter eas esse parcendum. Quod Augustinus 2 confutauit, sed itatamen vt priscam fidem retineret: vt eam inniti scripturis indicaret: vt quandoque clarissime exponeret publicam Ecclesiæ Dei fidem de Sanctorũ intercessione.

1. c 7.
2. teste Augustino libro 21. de ciuitate Dei c. 18
3. c. 24. eiusdem libri 21

99. Profitetur autem fidem suam simpliciter (vt necessarium non est sẽper ac pro omnibus citare scripturas) varijs locis, nominatim libro nono confessionum c. 3. Nunc, inquit, Nebridius meus in sinum Abraham viuit & spiritale os ponit ad fontem diuinum: & bibit quantum potest sapientiã pro auiditate sua, nec sic eum arbitror (id est iudico) inebriari, vt obliuiscatur mei, cum tu Domine, quem potat ille nostri sis memor. Et quæstione 108 in Exodum: significantur his etiam martyres sancti, quorum orationibus propitiatur Deus peccatis populi sui. Et libro 22. de ciuitate Dei c. 9. Pro ista fide mortui sunt, qui hæc à Domino impetrare possunt, propter cuius nomen occisi sunt: Et libro 5 contra Donatistas c. 17. Orationibus eius (nimirum Cypriani) adiutus discam, si potero per literas eius, & caetera. Et in fine concionis 3 in psalmum 88. Natalitia Sanctorum cum sobrietate celebrate, vt imitemur

temur eos qui præcesserunt, & gaudeãt de nobis, quo orãt pro nobis vt bene dictio Domini in æternum maneat super nos. Et sermone 244. Et tunc pro nobis absque vlla dubitatione intercedunt, quando aliquid in nobis de suis virtutibus recognoscunt.

100. Scripturæ vero quibus Sanctorum intercessionem inniti innuit, sunt variæ, nominatim locus Pauli 1. Cor. 12 de cõmiseratione & solicitudine membrorum. Citat enim & laudat capite 14 libri de prædestinatione Sanctorum hoc Cypriani dictum ex sermone de mortalitate. Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de sua incolumitate secura, adhuc de sua salute solicita, non quod aut Cyprianus, aut Augustinus existimauerit, sicut 1 Bullingerus ei falso affingit, in sanctis esse affectus cum pœna, sicut in nobis: vt qui contrarium expresse docuerit, etiam in 2 sanctis angelis: sed quod solicitudo in eis tropice significet effectum qualem solicitudo in nobis producit. Item scripturæ quæ docent vnionem sanctorum inter se & cum Christo. his enim innixus ait in commentarijs in psalmũ 85 Dominus noster Iesus Christus adhuc interpellat pro nobis, omnes martyres qui cum illo sunt, interpellant pro nobis: non transeunt interpellationes eorum, nisi cum transierit gemitus noster. Item historia diuitis illius epulonis apud Lucam c. 16 Sic scribit epistola 125. Mittamus munera spiritualia coniugi tu virtu imitationem ego laudem, quanquam, sicut supra dixi, laudem ab hominibus iam illa non quærat, imitationem autem tuam tantum quærit etiam defuncta, quantum te dilexit etiam defuncta, quantum te dilexit etiam dissimilem viua. Faciam de illa quod vis: cum tu feceris quod ego volo, & illa. Si enim diues ille superbus atque impius, sicut in euangelio Dominus loquitur, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide, cum malorum meritorum pœnas apud inferos lueret, neque de digito contempti ante ianuam pauperis aquæ stillam impetrare valuisset, recordatus est quinque fratres suos, & rogauit ad eos eundem pauperem mitti, cuius requiem in sinum Abrahæ longe prospiciebat, ne & ipsi venirent in illum locum tormentorum; quanto magis tua cõiunx te recordatur? quanto magis te casta non vult ad pœnas venire Mæchorum? si fratres suos nec superbus ad pœnas venire voluit superborum? & cum frater nollet fratribus in malis se esse coniunctum: quanto minus vult in bonis constituta coniunx virum in malis habere separatum? Lege ipsum locum in euangelio. Christi est vox pia. crede Deo.

101. Loci autem in quibus Augustinus publicam ecclesiæ fidem, profitetur, hi sunt. Populus Christianus, inquit libro 20 contra Faustum c. 21. memorias

1. libr. 1. de Origine errorις c. 15.
2. Augustinus libro 9. de ciuitate Dei c. 3

morias martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum cōsocietur, atque orationibus adiuuetur. Et tractatu 84 in Ioannem ait, ad mensam Domini non sic martyres commemorari quemadmodum alios qui in pace requiescunt, vt etiam pro eis oremus: sed magis vt orent ipsi pro nobis, vt eorum vestigijs adhæreamus. Et sermone 17 de verbis Apostoli: Ideoque habet ecclesiastica disciplina quod fideles nouerunt, cum Martyres eo loco recitantur ad altare Dei, vbi non pro ipsis oretur pro cæteris autem commemoratis defunctis oretur. Iniuria enim est pro martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendare.

102. Hæc Augustinus: quæ coacti fuimus fuse referre vt clarius constaret de bene multis peccatis Nouatorum erga hunc doctissimum Patrem. Nā Magdeburgenses ne vnū quidē eius locū citarunt pro orationibus sanctorū, nō magis, inquā, in capite 1 de doctrina & doctrinæ inclinatione, quam in 2 eius vita. Capite vero septimo qui est, de ceremonijs citant non relatis verbis c. 9 libri 20. & 10 libri 22 de ciuitate Dei qui docent quidem memoriam martyrum solere fieri ad altare Dei: sed non exponunt hunc finem, vt pro nobis orent, cuius causa tam multa citauimus. Deinde referunt vnicum locum qui istud docet ex tractatu 84 in Ioannem, sed corruptum, aiunt enim eum scribere martyrum memorias celebrari, eosque ad mensam Domini sic commemorari, non quēadmodum alios qui in pace requiescunt, vt etiam pro eis orent: sed magis vt ipsi pro illis orent. quæ verba aut nullum, aut non nisi perplexum sensum habent. videnturque maluisse vt simplices lectores suspicarentur Augustinum existimasse Sanctos orare pro alijs defunctis, quam vt crederent eos orare pro hic viuentibus. In summa, loco corrupte citato offuderunt tenebras lectoribus, ne ecclesiæ sententiam de precibus sanctorum pro nobis vel hoc vno loco Augustini, quem 4 paulo ante qualis est citauimus, depræhenderent.

1. Cent. 5. c. 4.
2. Cent. 5. c. 10.
3. Cent. 5. c. 7. titulo de ritibus cænæ Dominicæ in fine.
4 sect. 101.

103. Bullingerus scribit Augustinum quidem opinari animas Iustorum in cœlis orare pro nobis: verum eum coniecturis, nullis vero argumentis, aut scripturæ testimonijs id probare. Nam quod, inquit, putat illas esse de nostra salute solicitas propter consortium eiusdem corporis, & ex hac anxietate orare pro nobis: male argumentatur. quia non est in eis, sicut hic fuit, vlla anxietas. Quasi scilicet Augustinus sic acceperit solicitudinem in sanctis aut quasi nullum dogma profiteri possimus, nisi vna semper citemus scripturas: aut quasi Augustinus nunquam probauerit quod dicebat. Iudica Lector an Bullingerus non bene meritus sit de hoc Patre, qui citatis paucissimis eius verbis, hęc effutiuit.

104. Nul

104. Nullus inter Nouatores plures locos ex Augustino citauit Chemnitio, sed is tamen aliquos magni momenti praetermisit, nominatim eos qui extant in commentarijs in psalmum 85 & epistola 115. Et pessime quoque de Augustino meritus est. Nā citato loco ex capite 14 libri eius de praedestinatione Sanctorum, notat in margine Augustinum existimasse beatos in cœlo pro ecclesia militante orare, quasi videlicet Cyprianus, cuius is verba citat, non sit hic locutus de particularibus precibus: quum aperte meminerit solicitudinis parentum, fratrum, filiorum. aut quasi alia Augustini dicta expresse non doceant particulares orationes. Ad haec ait Augustinum sine scriptura temporibus & consuetudini cedentem quodammodo coactum fuisse amplecti hanc sententiam. Postremo scribit Augustinum studuisse reuocare Ecclesiam à praesumptionibus ad veros fontes inuocationis numinis diuini, cū praesumptiones liberius reprehendere non auderet: & hoc commentum multis tractat. Nos vero eius falsitatem ostendemus in historia ecclesiastica Inuocationis Sanctorum.

105. Quod ad Chrysostomum attinet, multis locis praedicat sanctorum intercessionem & eius vtilitatem, quum non desumus nobis ipsis. Sed omnes non sunt hic absque delectu citandi. Quidam enim solum loquuntur de intercessione Sanctorum qui in terra sunt. vt (exempli causa) homilia 44 in Genesim, & homilia 1. in priorem epistolam ad Thessalonicenses. Alij videntur loqui de intercessione omnium sanctorum, siue in hoc, siue altero saeculo. nominatim homilia 5 in Matthaeum. citat enim etiam verba Christi Lucae c. 16, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt quum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula: & antea ait: Etiamsi Abraham Patriarcha pro his supplicet qui in suis vitijs permanēdo immedicabiliter aegrotant, abibit Deus, relinquens rogantem, ne vocem pro talibus interuenientis exaudiat. Non igitur quasi oscitantes & desides ex aliorum meritis pendeamus: habent enim vim, & quidem maximam, orationes supplicationēsque sanctorum, cum nos quoque id ipsum per pœnitentiam postulamus, & ad studia meliora confugimus. Multi vero aperte solum loquuntur de intercessione sanctorum defunctorum qui vt certissimi, praecipue hic citandi sunt vt quod ait homilia 1 in Genesim: Illic est gratia precibus & intercessione omnium qui ipsi placuerunt vt quod scribit sermone in Iuuentinum & Maximum Martyres: Etenim sicut milites vulnera in praelijs sibi inflicta monstrantes fidenter loquuntur: Ita & illi in manibus abiecta capita gestantes, & in medium afferentes. quaecunque voluerint apud Regem cœlorum impetrare possunt. vt quod affirmat de beato Philogonio in oratione de ipso

his verbis:hic autem adest hominibus patrocinans aduersus daemones inuadentes vt quod colligit homilia 32 in epistolam ad Romanos:Si enim quum hic esset(Paulus) vsqueadeo dilexit homines,vt quum dissolui ex animi proposito,& cum Christo esse cuperet,elegerit hic esse:multo magis illic feruentiorem amorem ostendet.Quae omnia testimonia sunt Chrysostomum non solum inclinauisse in opinionem de patrocinijs sanctorum in altero saeculo: vt Chemnitio placuit annotare in margine testimoniorum quę ipsius esse agnoscit:sed firmiter huic sententiae adhaesisse.

106. Epiphanius vero postquam narrauit in vita Esaiae Prophetae Deum dedisse fontem Siloam ad eius preces,addit:Caeterum quandoquidẽ Esaiae Prophetae istud acceptum referunt,in perennem eius rei memoriam populus accurate Prophetam istic solo cum gloria & honore reddidit,vt per eiusdem intercessiones in consummationem vsque saeculi,aquae eiusmodi fructus impetretur,cui scilicet vsum referebant acceptum.Idem profitetur fieri in liturgia commemorationem non solum fidelium defunctorum pro quibus fiunt preces:sed etiam sanctorum libro 3 tom 1.haeresi 75.Et ex Sabino eius Diacono colligere possumus quo fine haec sanctorum commemoratio fieret. Sabinus enim Episcopus narrans in epistola ad Polybium quae circa reliquias Epiphanij nondum sepultas accidisent,scribit illum eius venerandum Diaconum magna voce dixisse: Sancte Pater Epiphani scio & credo quod sicut cum in hac vita degeres, Deum exorabas, ita etiam nunc quoque potes:& aliquid amplius.

107. Primasius libro 2 commentariorũ in Apocalypsim: Orationes porro sanctorum,inquit,gratiarum actiones sunt congratulantium pro mundi salute,& intercessiones pro paruulorum stabilitate.

108. Fulgentius tradit in sermone de laudibus Mariae ex partu Saluatoris ,hanc beatam subuenire omnibus fœminis ad se confugientibus.

109. Apollinaris Sidonius epistola 17 libri 7. Abraham sanctis merito sociande patronis.& epistola 16 libri noni:Post Saturninam volo plectra cãtent,Quos patronorum reliquos probaui, Anxio duros mihi per labores Auxiliatos.

110 Seuerus Sulpitius in epistola ad Aureliũm de Martino:Nec deerit, inquit,nobis non deerit,mihi crede.intererit de se sermocinantibus: astabit orãtibus.Et postea Vt quod per nos obtinere non possumus,saltẽ pro nobis orante Martino mereamur.

111. Victor Vticensis in passione septem martyrum Carthaginiensium: Tunc enim valebo quae designata sunt narrare,si ipsi dignentur pro me mise-

ro Domino supplicare.

112. Ioannes Cassianus c.8.collationis 20. tribuit intercessioni sancto-
rum remissionem peccatorum & salutem. Quod etiam Magdeburgenses in *1.Cent 5.c.*
eo notauerunt. Sed quia videre noluerunt verba eius solum denotare occasi *10.in eius vi*
onem qua fit vt remissio peccatorum & salus aliquibus quandoque applice- *16.*
cetur, temere reprahenderunt.

113. Leo sermone 1.in natiuitate Petri & Pauli: Sicut auté & nos experti sumus, & nostri probauere Maiores, credimus atque confidimus inter omnes labores istius vitae ad obtinendam misericordiam Dei semper nos specialium patronorum orationibus adiuuandos, vt quantum proprijs peccatis deprimimur tantum Apostolicis meritis erigamur per Dominum nostrum Iesum Christũ. Et sermone habito in natiuitate sancti Laurentij: Qui (puta, Deus) est mirabilis in sanctis suis, in quibus nobis constituit præsidium & exemplum. Et paulo post: Cuius oratione & patrocinio adiuuari nos sine cessatione confidimus. Et in principio sermonis de Martyribus: Quotiescunque, inquit, fratres charissimi sanctorum martyrum solennia celebramus; ita ipsis intercedentibus expectemus à Domino consequi temporalia beneficia, vt ipsos martyres imitando accipere mereamur æterna. Habet & alia his consentanea sermone 3.de anniuersario assumptionis suæ die ad Pontificatum, & sermonibus 4.5.7.& 9.de ieiunio decimi mensis.

114. Prosper Aquitanicus in epilogo de promissionibus & prædictionibus Dei: Non sine incenso, inquit, orationum omnium sanctorũ, quibus me ab omni peccato expiari posse confido.

115. Theodoretus libro 8 de curatione græcanicarum affectionũ: Quorum (martyrum) precibus atque interuentu apud Deum vtentes, per eos diuina munera consequuntur. Et in religiosa historia sæpius, vt in vita Publij: Et plane scio, inquit, quod si eorum memoriam fecero in hominibus, futurũ sit vt mei meminerint apud Deum vniuersorum. Et in fine vitæ Aphraatis confidit eum pro se orare, idque multo maiori fiducia quam quum hic viueret. Et in Iacobo Asceta narrat ipsum his verbis se allocutum: Nec me, nec vllo alio tibi Theodorete opus est ad Deum intercessore. Habes enim Ioannem, Verbi vocem, Domini præcursorem has pro te preces continue offerentem: esto bono animo: habes Ioannem Baptistam. Et iterum. Quã do hos ciuitatis patronos qui à Phœnicia venerunt & Palæstina, cum Dauidica excepisti Chorea: audiui vocem dicentem: Ne timeas ô Iacobe, magnus enim Ioannes Baptista tota nocte orat Deum vniuersorum facta enim fuisset magna cædes, nisi illius intercessionibus fuisset extincta diaboli audacia.

Et in fine vitae Maronis: Nos autem etiam absentes fruimur eius benedictione.

116. Maximus Taurinensis in homilia in martyres Tauricos: Cum omnium sanctorum martyrum fratres deuotissime natalē celebrare debeamus: tum praecipue eorum solennitas tota nobis veneratione curanda est, qui nostris domicilijs proprium sanguinem fuderunt. Nam licet vniuersi sancti vbique sint, & omnibus prosint: specialiter tamen illi pro nobis intercedunt, qui & supplicia pertulere pro nobis. Et paulo post: Illi enim nos orationibus adiuuant.

117. Auitus presbyter in epistola ad Balchonium loquens de b. Stephano: Vt ipse praesens aduocatus & patronus obsequentium sibi petitionibus dignetur assistere. Et paulo post: auxilio & praesentia tanti patroni, tuti ex hoc quietique viuatis.

118. Nimis longum fuerit omnium qui hos vel praecesserunt, vel secuti sunt, verba referre. Cui cordi erit plura cognoscere, legat locos Authorum in margine à nobis notatos, 1 Procopij videlicet Gazaei, Authoris 2 cōmēntariorum in psalmos sub nomine Arnobij, 3 Euodij, 4 Cyrilli Alexandrini, 5 Theoduli, 6 Iustiniani Imperatoris, 7 Sozomeni, 8 Theodori Lectoris, 9 Procopij, 10 Sophronij, 11 Euagrij, 12 Eucherij, vtriusque Gregorij, 13 Romani, & 14 Turonēsis, 15 Fortunati, 16 Andreae Cretensis Episcopi, 17 Cas-

1. in commentariis in Genesim, ad verba: vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. 2. in commentariis in psalmos 31 & 105. 3 in libro de miraculis per reliquias S. Stephani factis in Africa. 4. libro 12 thesauri c. 10. 5. in commentariis in c. 12. ad Romanos, ad verba: charissimi propter patres. 6 libro 1 Codicis, titulo 30. qui est de officio Praefecti praetorio Africae §. hoc etiam deprecantes.
7. nominatim libro 7 eccles. histor. c. 24. & alias. 8 libro 2 Collectaneorum.
9. nominatim in libro de aedificiis Iustiniani & alias saepius. 10 in prato spirituali c. 148. 11. libro 6. eccles. histor. c. 23. in verbis: Et quod tuo interuentu nobis. 12. nominatim in epistola ad Syluium Episcopum, quem praeposuit martyrio Mauritii & sociorum eius. 13. nominatim libro 3. Dialogorum c. 24. & 25.
14. passim in omnibus operibus eius: & praecipue in libris de gloria martyrum, & de gloria Confessorum. 15. in pluribus locis & nominatim in praefatione in d. Martini gesta & libro 2. 3. 4. vitae ipsius. 16 in oratione de dormitione Deiparae virginis. 17. nominatim in libro Institutionis diuinarum lectionum.
18. actione quintae Synodi. in verbis: Illius beatam animam colens quae cum Deo proximior sit, eoquod vinculo terrae & carnis soluta sit, & fiduciam ex propriis bonis operibus adepta pro pace & salute vestrae pietatis intercedit. 20 actione 18. & vide verba infra titulo 20. sectione 48 21. in epistola ad Constantinum & Irenen Augustos. 22. in vita S. Dionysii Areopagitae.
23 in caput septimum Lucae, ad verba: propter quod & me ipsum non sum dignum arbitratus vt venirem ad te. 24. in historia Barlaam & Iosaphat, etc. 26. lib. 4 de fide orthodoxa. 25. commentariis in c. 11. epistolae ad Hebraeos.
26. in commentariis in c. 1 posterioris epistolae Petri. 27. nominatim in epistola ad fratres de Hybernia, et in obitu Humberti. 28. passim in sua historia. 29 vt (exempli causa) Authoris Actorum Clementis Ancyrani qui sub Diocletiano passus est. vt Timothei Alexandrini Episcopi narratione de monachis, vt Marci in vita Porphyrii Episcopi Menae, vt Ignatii in oratione in sanctum Tharasium. 30. vbique, et nominatim in vita Sampsonis hospitum exceptoris. 31. vt verbi gratia, Fausti Cassinatis in vita S. Mauri. vt

siodori,

siodori, Monachorum in 18 quinta Synodo in supplicatione ad Imperatorem loquentium de Agapeto, 20. Constanti ni Imperatoris in verbis que habuit ad sextam Synodum, 21 Adriani Pontificis, 22 Michaelis Syngelli, 23 Bedæ, 24. Ioannis Damasceni, 25 Theophylacti 26 Oecumenij, 27 Bernardi, 28 Nicephori: & (vt multos paucis cōplectar) eorum omniū qui 29 vitas sanctorum in Oriente, inter quos Simeon 30 Metaphrastes excellit, & in 31 Occidēte scripserūt. Itē eorū qui cōmentaria in sacrā scripturā, & alios libros ediderunt inde à Iustiniani Imperatoris & Regum Merouęorum tēporibus.

scriptoris vitæ S. Fulgentii Ruspensis Episcopi, quem constat fuisse eius discipulum. vt Eusebii Lugdunensis in narratione de miraculis martyris Menae, vt Alcuini in vita S. Amandi & similium.

119. Fuitque hæc sententia (quod nullo pacto prætermittendum est) etiā Concilij Calchedonensis, & aliarum Synodorum, sicut 1 apparebit In historia Inuocationis. que huc etiam hactenus pertinet quod nullus posſit inuocare Sanctos vt pro se orent, nisi prius crediderit intercesſionem eorum

1. tit 24, fu tione 124. & seq.

120. Ex his autem videmus, nisi cæci simus, omnes, tum Veteres, quod Bezam quoque agnouisse 1 diximus: tum Neotericos pastores & doctores ecclesiae Dei: atque adeo fideles ōnes à minimo vsq; ad Imperatores, credidiſse sāctos corpore exutos orare pro nobis, etiā particularib⁹ precib⁹. de huiusmodi enim precibus ōnia pœne testimonia quarti quoque, quinti, & sequētiū sæculorū manifeste loquūtur: & vere ac proprie. quandoquidem eorum dicta nullo pacto conueniunt nisi veris & proprie dictis orationibus.

1. supr. sect. x

121. Neque quidquam obstare quod sadducæi aliter senserint. eo quod 1 damnati fuerint à scriptura: nihil officere quod Vigilantius sententiam Catholicam, etiam scripto oppugnauerit, vt qui nihil dignum consideratione attulerit: sicut 2 ostendimus. Mitto quod audierit apud Posteritatem vanae gloriae cupidus, temerarius, praui ingenij & friuolus teste Gennadio Masſiliensi, qui his coloribus 3 eum depingit: nihil impedire quod Vviclefus se ei quoque opposuerit: quandoquidem Thomas Vvaldensis eum egregie confutauit: nihil remorari quod aliquot ante Vviclefum sęculis obscuri illi apostolici sanctorum suffragia respuerint, vt qui potius Apostatici dici debuerint. Sic 4 enim Bernardus de eis scribit: In omni genere hominum, atque in vtroque sexu festinant proscribere Christum: in adultis & paruulis, in viuis & mortuis. hinc quidem Infantibus ex impoſſibilitate naturæ: inde vero adultis ex difficultate continentiae praescribentes. porro mortuos viuentium fraudantes auxilijs viuentes nihilominus sanctorum qui decesſerunt suffragijs spoliantes.

1. Matth. 16 & 22. & Act. 23.
2. supr. sect. 88. & seq. vsque ad sectionem 97.
3 in catalogo virorum illustrium.
4. Bernard. sermone 66. in canticocanticorum.

122. Denique perspicimus istos non potuisse esse veros Ecclesiae docto-

res & pastores, vt qui plurimis sæculis nullum prædecessorem, & nullum successorem in doctrina habuerint: sed diuersissimis temporibus apparuerint: atque ita Vigilantij & apostolicorum illorum sententia instar fungi confestim interiret. Sed de his hactenus dictum sit. transeundum nunc est ad regiā sanctorum super nos potestatem, ex historia ecclesiastica.

De regia Sanctorum corpore exutorum super nos potestate, ex historia ecclesiastica

Titulus 17.

INter sententias scriptorum ecclesiasticorum quæ faciunt mentionem regiæ sanctorum corpore exutorum super nos potestatis, nullæ occurrunt illustriores eis quæ extant in epistolis Pontificum Romanorum: non solum propter eminentiam sedis eorum: sed etiam quia sunt clarissimæ & eadem doctrina, atque adeo sæpius eisdem verbis inter se velut catenatæ, ita vt quod recentiores tradūt de regia Petri potestate, hoc antiquiores, & antiquissimae contineant. Demonstrabimus quod dicimus.

2. Nicolaus primus respondens ad Consulta Bulgarorum c. 106. et beatus Petrus, inquit, qui in sua sede viuit & praesidet, dat quaerentibus fidei veritatem.

3. Leo sermone 2 de anniuersario die assumptionis suae ad Pontificatū posteaquam citauit scripturam Matth. 16. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus & caetera. addit: Manet ergo dispositio veritatis, & beatus Petrus in accepta fortitudine Petrae perseuerans, suscepta Ecclesiae gubernacula non reliquit Sic enim prae caeteris est ordinatus, vt dum petra dicitur, dum fundamentū pronuntiatur. dum regni cœlorum ianitor constituitur, dum ligādorum soluendorumque arbiter, mansura etiam in cœlis iudiciorum suorum definitione, praeficitur, qualis ipsi cum Christo esset societas, per ipsa apellationū eius mysteria nosceremus. Qui (Petrus) nunc plenius inquit, & potentius ea quæ sibi commissa sunt, peragit: & omnes partes officiorum atque curarum in ipso & cū ipso, per quē est glorificatus, exequitur. Si quid itaque à nobis recte agitur recteq; discernitur illius est operū atq; meritorū cuius in sede sua viuit potestas, & excellit authoritas. Et sermōne 3. Et tamen de toto mundo vnus

nus Petrus eligitur, qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisque ecclesiæ patribus præponatur vt quamuis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores, omnes tamen propric regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. Et sub finem iter dixit illi Dominus, pasce oues meas. quod nunc proculdubio facit, & mandatum Domini ipius pastor exequitur, confirmans nos cohortationibus suis, & pro nobis orare non cessans vt nulla tentatione superemur.

4. Innocentius epistola 1. ad Victricium. Incipiamus, inquit, adiuuante Deo, & sancto Dei Apostolo Petro. Sumpsit autem istud à Fælice 2. in epistola prima ad Ægyptios Episcopos. & cum eis concordat Marcus, nisi quod alijs verbis vtitur. ait enī: Et Domino prouidēte, & beato Apostolo opēferēte.

5. Syricius epistola prima quam scripsit ad Himerium Tarraconensem Episcopū: Portamus, inquit, ōniū onera quinimo hæc portat in nobis beatus Apostolus Petrus, qui nos in omnibus (vt confidimus) administrationis suæ protegit & tuetur hæredes. Plane autem eisdem verbis antea vsus fuerat Iulius in fine. 2 epistolæ ad Orientales, & ante hunc Sixtus 2 hoc excepto quod plura addat: Portamus, inquit, omnium onera qui grauātur. quinimo hæc portat in nobis beatus Apostolus Petrus. cuius vice fungimur legatione, & cuius regula informamur, quatenus eius fulti auxilio, ab omnibus nunc & in perpetuum tueamur aduersis.

6. Dionysius in fine epistolæ 1. Vnde optamus vt vos beatus Petrus, Apostolorum Princeps. ad sua limina fæliciter perducat.

7. Et Pontianus epistola 1. ad Succribonum: Sed in cunctis, inquit, affectum vestræ charitatis, Clerici ac serui Dei, & cuncti Christiani, qui in illis partibus cōmorātur, amore Christi & sācti Petri pleniter inueniant, & fauoris vestri solatijs, quocunque modo necesse fuerit, potiantur: quatenus vestra ope defensi atque adiuti, & nos vobis gratiarum esse possimus debitores: & Christus Iesus Dominus noster æternam gloriam compenset: beatus Apostolus Petrus, in quorum vos causis impenditis. ipsius gloriæ ianuam aperiat. 1 tit. 14. fine

8. Nempe suo loco 1 ostendimus ex verbis Christi apud 2 Lucam, interpretatis ex alijs scripturis, sanctos recipere benefactores suos in æterna tabernacula, & ex 3 Mattheo constat Christū promisisse Petro claues regni cœlorū: quas proinde ei repræsentauit. Igitur Pontianus recte scripsit Petrū aperturū Succribono ianuam gloriæ quā Christus cōpensat benefactoribus pauperū: siquidē eius intuitu & sancti Petri (quorū respectu vt hęc faceret, orabat) benefaceret Christianis auxilio indigētibus in partib⁹ in quib⁹ habitabat. Clauiū nāq; vsus præcipue versatur in aperiēdis ianuis. vnde et 4 Leo dicit eū constitutum

31.
2. Luc. 16.
3. Matth. 16
4. sermone. 2 de anniuersario assumpt. suæ die ad Pontific.

5.Cent.3.c.7 sub finem. stituturum regni cœlorum ianitorem. Placuit tamen 5 Magdeburgensibus pro reuerentia quam deferunt his Christi apud Matthæum & Lucam verbis, notare inisto loco inesse idololatriã & cultum Deorum alienorum. idque, qua sunt impudentia longe aliter citatis verbis, atq ue scripta fuerunt. Aiunt enim in Pontiani epistola prima beato Apostolo Petro mortuo tribui quod ijs qui Romanam ecclesiam promoueant, debeat aperire ianuam gloriæ suæ. In quibus paucis verbis tria dicunt mendacia. nam quod Pontianus dicit de Sucribono rogato vt auxiliaretur amore Christi & sancti Petri, Christianis quos contingeret indigere ope sua in partibus in quibus habitabat: id aiunt eum dixisse de benefactoribus ecclesiæ Romanæ. vt hac quoque ratione prægrauarent Pontiani sententiam apud suos Lectores, quibus, immane dictu, quã hæc illustrissima Ecclesia odiosa sit, ac ne Lector istud depræhenderet solũ retulerunt verba quæ iam-iam retulimus, decurtatis caeteris, quae propter eos necessario prolixius memorauimus. Alterum mendacium est, quod tribuunt Pontiano verbum, debeat: quo is non est vsus. Tertium mendacium, coniunctum cũ insigni calumnia, situm in eo est, quod referunt Pontianum dixisse, Petrum aperturum ianuam gloriæ suae cum is manifeste neque dixerit, neque senserit de gloria Petri quod si fecisset, dixisset, suae gloriae ianuam aperiat, nunc vero ait, ipsius gloriae, putâ, Christi, quam compensat benefactoribus fidelium pauperum,

9. Familiare est scripturis vti verbo portandi, & vocabulis portandi onera vt (exempli causa) vbi 1 Paulus ait, alter alterius onera portate. Item verbo sustentandi. vt vbi Deus in materia propius ad praesentem accedente 2 dicit Moysi, vt sustentent tecum onus populi: & non tu solus graueris. Hac sermonis specie syricius, Iulius, & sixtus 2 dixerunt Petrum (cui Christus iniũxit vt pasceret oues suas, & agnos suos) portare in suis successoribus, tanquã in suis legatis, quibus, fit auxilio, omnium onera. eumque sensum sixtus haud obscure declarat: vt qui addat, cuius legatione fungimur. 3 Magdeburgenses vero vt instar araneorum ex omnibus, quantumuis veris & bonis, conficiunt venenum, scribunt in sixti epistola 2. Petro attribui quod in Romano Episcopo inhabitet. quod sixtus non sensit: & multo minus dixit. & tum istud, tum quod ait Petrum omnium onera portare, quodque significet eum instruere se referunt ad idololatriam & cultum Deorum alienorum. Sed quis nescit pastoris omnium esse omnium onera portare? & omnes instruere ac tueri, prestertim legatos suos? neque hęc pertinere posse ad Idololatriam?

1. Galat. 6.
2. Num. 11
3. Cent. 3. c. 7. sub finem.

10. Scripturae non semel aliqua attribuunt Deo & creaturis, etiam con

inuctim

iunctim: sed singulis in suo gradu. vt (exempli causa) quum aiunt, Et crediderunt Domino, & Moysi famulo eius. vt quum 2 dicunt, testor coram Deo, & Christo Iesu, & electis angelis eius, vt hæc custodias. Hoc modo Innocentius, Fælix 2. Marcus & Leo, Iesu Christo Petrum coniunxerunt. non vt Petrū Iesu Christo æquarēt: sed quomodo (verbi gratia) nonnunquam legatum vel gubernatorem cum solo Rege memoramus. Magdeburgenses nihilominus perinde ac si omnes essent candices, accusant hæc de idololatria, & cultu Deorum alienorum. 1. Exod 14. 2. 1. Timot. 5

11. Et hæc quidem faciunt, vt prætextu horum criminum negent has epistolas esse eorum quibus vulgo ascribuntur. Verum quum Leo & Nicolaus eadem affirment in operibus quæ non negant esse ipsorum: quo colore ista agnoscuntur tanquam germana eorum opera? Illæ vero epistolæ habētur ab eis suppositititiæ? Immo nihil magis ostendit eas esse ipsorum quorum dicuntur, atque hæc doctrina, & dictorum inter ipsos & Recentiores concordia.

12. Et operaepretium est diligentius considerare quæ Leo concionatur. Neq; enim cōtentus, vt alij, simpliciter magnifica de Petro profiteri, sed quæ dicit, probat varijs scripturis, vt loco Matth. 16 Et ego dico tibi, quia tu es Petrus & cætera vt verbis apud Lucam c. 21 Et ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua: & tu conuersus confirma fratres tuos. loco Ioannis 21. Pasce oues meas quę ita interpretatur vt ad omnia tempora pertineant, & doceant quæcunque tradunt alij Pontifices quos retulimus. non vult enim Christum instituisse Simonem petram & fundamentū ecclesiae, vt eo sublato è viuis ruat ecclesia. obseruat simpliciter dictū esse à Christo, & tibi dabo claues regni cœlorum: et non solū quamdiu hic viues. itē, confirma fratres tuos, et pasce oues meas: absque limitatione temporis.

11. Quae si non placent Nouatoribus: parum refert quia hic quaestio nō est an haec eis male catechizatis, & mala mente ac malo animo praeditis, placeant, nec ne, sed quid Romani Pontifices de regia sanctorum super nos potestate vere sense int. Ostēdimus autem plenissime eos hanc potestatem agnouisse & professos esse in Petro. Idē que fecerunt alij quoque Ecclesiastici Scriptores in alijs sanctis, quorum testimonia Magdeburgenses & alij Nouatores, vel silentio praetereunt, vel cauillis aggrediuntur.

14. Nam Origenes libro 8. contra Celsum agnoscit opem & tutelam à Deo proficisci: sed per āgelos & iustos cæteros: quos videlicet Paulus appellat iustos perfectos Eius enim hæc sunt verba: Quanto rectius (putâ, quàm dæmonibus iuxta Celsum) vt se credat Præsidi rerum per Iesum doctrinam Hebr. 12.

nobis huiuſmodi ſuggerenti:ab eóque omnem tum opem & tutelam depoſcat à ſanctis angelis,& iuſtioribus cæteris prodeuntem. Et eodem libro aſcribit angelis,& animabus & ſpiritibus cæteris opitulationem erga eos qui volunt Deo gratificari,diſtinctam à ſupplicatione & precibus: Nec ſolum, inquit,ſe hi(puta,angeli,animæ & ſpiritus cæteri)erga digniores quoſque propitios reddunt:ſed & Deo gratificari volentibus opitulantur:híſque & placatiorem eum faciunt,vnáque & ſupplicant & precantur.

15. Sed Nouatores hæc Origenis teſtimonia non attendunt.Origenis vero verba in commentarijs in c.2.ad Romanos diligenter 1 notant & vrgent aduerſus apertam eius de precibus ſanctorum ſententiam,tametſi ea nihil ad iſtam quæſtionem faciant,vti 2 oſtendimus.Immo nec contra quæſtionem de qua hic agimus quidquam faciunt:ſed pro ea. Fruſtra enim an ſancti agāt aliquid & laborent ad ſimilitudinem angelorum qui ſalutis noſtræ miniſteria procurant,quæſtio moueatur ab eo,cui incertū ſit num agant aliquid & laborent pro nobis.

1 nominatim Magdeburgēſes cēt. 3.c. 4. in inclinati. doctr. de quibus vide sect 6 tit.10 & Chēmitio de quo vide sect.13 tit.16

2 ſectione 45.

16. Vt autem Lector intelligat quid Origenes his in epiſtolam ad Romanos verbis ſibi velit:animaduertendum eſt āgelos officia ſua erga nos peragere deſcendendo,aſcendendo,circunſtando:ſicuti non ſemel oſtendimus. Deinde ſciendum eſt Origenem 1 ſenſiſſe etiam bonos angelos venturos ad iudicium cum hominibus,vt illo diuino conſtet examine vtrum ſua deſidia peccauerint homines:an monitorum cuſtodúmque negligentia:eos enim officium ſuum quandoque non explere,& in culpa eſſe. Ad hæc,oportet vt meminerimus eum 2 quoque tradere animas etiam poſt hanc vitam,vel ad bonum mutari,vel ad malum. Poſtremo notandum eſt eum quo loco 3 hæc ſcribit tractare quæſtionem cur dies ille in quo Deus iudicabit orbem terrarum dilatus ſit vſque in finem mundi:& tum primum ad hæc verba quæ interpretamur deuenire,quum dixit propterea iudicium tamdiu dilatum eſſe, quod alioqui id non poſſet eſſe iuſtum,eo quod multi qui obdormierunt, reliquerint hic ſemina quædam ex quibus qui ſuperſunt homines occaſiones ſalutis vel perditionis accipiunt.

1 homilia 14 in Num. & homil.13 in Lucam.

2. libro 3. περὶ ἀρχῶν, c. 1.

3 in commentarijs in c. 2 epiſtola ad Romanos.

17. Ex his enim manifeſtum eſt Origenem iſtis verbis ſenſiſſe, & hanc eſſe poſſe alteram cauſam quamobrem dies ille dilatus ſit vſque in finem,quāuis de ea pronuntiare,iuxta ipſius ſententiam,neque poſſimus,neque debeamus:quod fieri poſſet, quāuis nobis ſit incognitū an ita ſit,vt quomodo āgelis gubernatio hominū vſq; in finē ſæculi hac lege delegata eſt iuxta eius opinionem,vt de ea rationē Deo reddāt:& ſi quidē miniſterio ſuo bene fūcti fuerit,præmiū cōſequātur:ſin minus,pœnas pēdāt. Ita Deus ſāctis quoq; adminiſtrationē ſalutis noſtræ commiſerit, vt vel præmia capiant,ſi eorū clientes præ

senti eorum ope & custodia adiuti, bene egerint: vel pœnas perpetiantur, si ipsorum negligentia & culpa Deum offenderint.

18. Constat autem Ecclesiæ Dei angelos & sanctos corpore exutos esse dono Dei immobiles in malum, & consequenter tantum abest incertum vt sit ã istud etiã causa sit cur ille dies tã diu dilat' sit vt certũ sit, istud esse nugatoriũ Origenis dubiũ: quo nullo pacto debuerit apud simplices turbari publica de precibus & regia sanctorum potestate Ecclesiæ Dei sententia.

19. Author sermonis de Stella & Magis, qui extat cum operibus Cypriani: hi itaque, inquit à cunabulis in cœlũ translati, facti sunt superni Capitolij Senatores, & iudices, nõnullis veniã obtinẽtes ĩmeritis: assistúntq; miserationib', & vltionib' diuinis. Loquitur autẽ de Innocentibus occisis ab Herode.

20. Athanasius sub finem vitae Antonij scribit eum inter caetera dixisse duobus discipulis qui ei aderant: In hoc autem magis estote soliciti, vt Domini praecepta seruetis, vt post mortem vestram sancti quoque quasi amicos & notos in aeterna vos recipiant tabernacula.

21. Hilarius in commentarijs in psalmum 124. ad verba, montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui, scribit stare volentibus non deesse sanctorum custodias, & angelorum munitiones. Et paulo post addit: Ac ne leue praesidium in Apostolis, vel Patriarchis, vel Prophetis, vel potius angelis qui ecclesiam quadam custodia circumsepiunt, crederemus, adiectum est, Et Dominus in circuitu populi sui. Sed forte Apostolorũ vel angelorũ custodia sufficiens existimetur. Verũ id quidẽ est; sed Moysem audiamus, & caetera.

22. Et quod Chemnitius obijcit Augustinum capite 8. libri de pastoribus ita inuertere hanc Hilarij de montibus allegoriam, vt inde auxilij honorem sanctis adimat, & soli Deo vindicet, bis decipit simplicem Lectorem. primum quia hic solũ quaestio est quid Hilarius senserit de hac potestate quae ex eius verbis elucet, nõ vero ã melius Augustino allegorizauerit (vt ita dicã) montes, quos hic interpretatur authores scripturarum diuinarum. Deinde quia Augustinus solum diuersam interpretationem allegoricam attulit, non contrariam expositioni Hilarij. Frequenter autem accidit vt scriptores diuersam eiusdem scripturae interpretationem, praesertim allegoricam, adferãt, absque vlla inter se pugna. Nempe Hilarius in hunc psalmũ 124. manifeste sũpsit pro fundamento suae allegoricae interpretationis montes in circuitu eius & Dominus in circuitu populi sui, cum loco Exodi 33. ex quo certum est Deũ regere populum suum per sanctos ãgelos. neque enim dixisset, Et mittã præcursorẽ tui angelum, vt eijciã Chananaeũ, nisi cõstituisset hũc eijcere per angelũ. Augustin' vero, vt solet vndique captare occasionem scribendi contra

 haereticos

haereticos sui tẽporis, oppugnat Pelagianos negatores gratiae Dei, quam Hilarius agnoscit in sua interpretatione & in tantum praedicat vt haec verba psalmi 120, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi, & caetera: interpretetur i. duobus saeculis ante Augustinum in laudem gloriae gratiae Dei Augustinus enim in libro de pastoribus dicit spem nostrã nõ esse collocandam in montibus, eoquod auxilium nostrum sit à Domino, non à montibus: puta, sine Domino & Christo. qui sensus clarissime apud eum apparet primum ex eo quod citat scripturam 1. Cor. 1. audio in vobis schismata fieri, vt vnusquisque vestrum dicat, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, ego autem Christi: eique adijciat, leua oculos in istum montem. audi enim quid sequatur. nunquid Paulus crucifixus est pro nobis? Deinde ex eo quod verbis expressis reddat hunc sensum in commentarijs in psalmum 120. ad verba, Leuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi, auxilium meum à Domino, dum ait, non rursus præsumant de montibus, quia ipsi mõtes non à se lucent sed ab illo lucent de quo dictum est, Erat lumen verũ quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

1. vide infra titulo 14. sectionem.

23. Ambrosius in libro de Viduis. Isti enim sunt Dei martyres, nostri præsules. Et libro octauo in Lucam capite vltimo: Ciuitates decem esse quæ possunt, nisi forte animæ quibus iure praeponitur qui pecuniam Domini & illa eloquia casta sicut argentum, mentibus hominum fœnerauit: Nam sicut Hierusalem dicitur aedificata sicut ciuitas: ita sunt animae pacificae. Et sicut angeli praesunt: ita & hi qui vitam meruerint angelorum. Et quo loco sermonis 91. respondet calumniæ Arianorum contra curationem Seueri cæci ad contactum fimbriæ vestis Seruasij & Protasij martyrum: nonne hoc, inquit, simile est, atque illud quod in euangelio legimus? puta, de curatione cæci nati? vnius enim potentiam laudamus Authoris. nec interest vtrum opus sit, an munus: cum & muneret in opere, & operetur in munere. quod enim alijs faciendum donauit, hoc in aliorum opere nomen eius operatur.

24. Gregorius Nazianzenus in oratione ad Episcopos qui ex Ægypto aduenerant, affirmat Athanasium ab alto res nostras respicere, manúmque porrigere ijs qui laborãt pro bono. & tãto plus, quãto magis est à vinculis liberatus.

25. Basilius in homilia in Sanctos 40 Martyres. Hi sunt qui nostram regionem administrant, & velut turres quaedam cohaerentes securitatem ab hostium incursu exhibent.

26. Gregorius Nyssenus in oratione in Theodorum martyrem. Hic enim

nim (vt credimus) & anno superiore Barbarorum tempestatem sedauit, & immanium Scytharum bellum compressit, grauem ipsis qui iam iámque appropinquare videbantur, terrorem incutiens, malorum expultrice omnipotentique cruce Christi, pro quo etiam ipse mortem oppetens, hanc sibi gloriam comparauit.

27. Prudentius attribuit beato 1 Laurentio hæc verba: Hic nempe iam regnant duo Apostolorum principes: Alter vocatur gentium, Alter cathedram possidens Primam, reclusit creditas Æternitatis ianuas. Discede adulter Iuppiter, & cætera. Te Paulus hinc exterminat: Te sanguis exturbat Petri. Et sub finem hymni aperte significat potestatem creditam Laurentio annuere se inuocantibus. Alijs vero locis ait Christum 2 dedisse Hippolyto posse quod quis postulet annuere: 3 Agnetem seruare salutem Quiritium, nec non & ipsos protegere aduenas puro ac fideli pectore supplices: 4 Cyprianum illic dare pia dona patronum: decem & octo 5 Cæsaraugustanos martyres vrbis vnius regimen tenere iure se pulchri: 6 Omnes terrarum populos Pyrenæorum frui præsidio Fructuosi, Augurij, & Eulogij: ac 7 Fructuosum ruente mundo soluturum hic supplicio, & protecturum ab igni Tarraconem. Denique 8 Petrum alere Romæ oues quas videt sitire fluenta Christi.

1. in hymno sanct. Laurentij
2 in passione Hippolyti.
3. in passione Agnetis.
4. in passione Cypriani
5. in hymno decem & octo martyrũ Cæsaraugustanorum.
6. in hymno de Fructuoso Augurio & Eulogio *7. sub finem eiusdem hymni.* *8. in passione Petri & Pauli.*

28. Paulinus apertissime significat fideles agnouisse hanc potestatem in Fælice: nominatim Rusticum natali sexto, & Theodorum natali septimo, ac se ipsum. addit enim in fine: quo nostram seruans custode salutem, sæpius infestum nocturnis casibus hostem à nostris pariter membris & mentibus arcet.

29. Chrysostomus in oratione de b. Philogonio. Itidem & hic, quum acceperit à nobis laudem verbis peractam, quia nequaquam eget, reddet nobis per ipsa facta benedictionem, qua semper vti possimus. Et in sermone in Iuuentinum & Maximum martyre. Illos inquit, non indignum fuerit & columnas, & scopulos, & turres, & candelabra, & tauros appellare. nam ecclesiam cur columnæ sustinent, sicut turres muniunt. Et in fine vitae Babylae martyris: Ea sane est sanctorum fortitudo, tam inexpugnabilis & terrifica tum Regibus, tum Daemonibus, tum ipsi etiam Daemonum principi.

30. Ac tametsi Augustinus 1 quibusdam locis incertus fuerit de modo quo martyres nos adiuuent, tamen eisdem locis pro certo habuit nos adiuuari à martyribus: & credidit fieri posse vt etiam cooperatione eorum cũ Deo adiu-

1 in libr. de cura pro mortuis c. 16. & lib 22 de ciuit. Dei c. 9. & 10.

adiuuemur,& sæpius perinde loquitur ac si in hanc sententiam magis inclinaret:ait enim inter cætera:pro hac fide præcessit eorum mira patientia,vt in his miraculis tanta ista potentia sequeretur.quę omnia pugnant cum placitis hęreticorum.

31. Seuerus Sulpitius in epistola ad Aurelium de Martino:assidua benedictione nos mortuus proteget.Et in epistola ad Bassulam:Illinc nos (vt spero)custodiens,me hæc scribentem respicit,te legentem.

32. Theodoretus libro 8.de curatione græcanicarum affectionum appellat martyres,hominum duces,principes,propugnatores,custodes,per quos à nobis infortunia auertuntur,procúlque arcentur quæ à dæmonibus inferũtur mala.Et libro historiæ ecclesiasticæ tertio capite decimo:apparebátque,inquit,fallacis votis obsistere gratiam martyris.idem & Iulianus intelligens,tenebat ex antiqua pietate martyrum potentiam.Et libro quinto capite 14.Ioannes Euangelista & Philippus declarant Theodosio magno & cuidam eius militi,se esse missos opitulatores,propugnatorésque ipsius:eorúmque verborum fiducia repletus Imperator habuit hæc verba ad milites: Quare omni formidine abiecta propugnatores & principes belli sequamur: neq; quisquã victoriam pugnantium multitudine æstimet:sed ductorum quisque consideret potentiam.Et paulo post de eisdem Apostolis,manifestam,inquit,promissionis suæ fidem fecerunt propugnatores illi.

33. Maximus Taurinensis loquens de Octauio,Aduentitio & Solutore, martyribus Tauricis,Et in corpore,inquit,nos viuentes custodiunt,& de corpore recedentes excipiunt,hic ne peccatorum labes nos assumat,ibi ne inferni horror inuadat.Et alio quodam loco :Clauis cœli lingua est Petri .quia singulorum merita censendo Apostulus vnicuique regnum cœlorum aut claudit,aut aperit,non est ergo clauis ista mortalis artificis: adaptata manu : sed data est potestas à Domino iudicandi.

34. Arethas in commẽtarijs in verba capitis secundi Apocalypsis,qui vicerit & custodierit vsque in finem opera mea,dabo illi potestatem super gẽtes,& cætera:his,inquit,qui ob simplicitatem sunt expertes pugnæ,satis erit obseruatio præceptorum vt mihi placeãt.Ei vero qui ex pugna & lucta prę-mium retulerit,dabo ad triumphum victoriæ potestatem super gentes : siue quemadmodum Dominus ait in euangelio illi qui minas & talenta recte dispensauerat,præsis decem ciuitatibus,& alij quinque ciuitatibus. quendam enim principatum & potestatem hæc significãt sanctis datam super infirmiores & eos quibus dirigi opus est. Ideo quoque scriptum est,Virga directionis virga regni tui.Solet enim quod dictum est per virgam directionis designari

velut

velut iudicando quod punitiuã correctioné non inducat, sed quæ emendet.

35. Denique Concilium Calchedonense (quod reliquorum omnium Patrum loco erit) sic ait actione tertia: Sanctissimus Archi episcopus magnæ senioris Romae per nos & per praesentem sanctam Synodum, vná cum beatissimo Petro, qui est petra & crepido ecclesiae Catholicae & rectae fidei, nudauit eum episcopali dignitate.

36. Hanc vero veterem sententiam durauisse ad nostra vsque tempora manifestum est vel ex 1 antiqua praefatione quae etiam nunc in vsu est in festis Apostolorum. *1. vide eã tit. 20. sect. 38.*

Quod Sancti corpore exuti cognoscant necessitates & preces nostras, ex sacris scripturis & historia ecclesiastica,

Titulus 18.

SCripturas 1 passim praedicare Deum scrutari corda & renes: immó 2 expresse pronunciare solum Deum nouisse corda filiorum hominum, nullus fidelis ignorat. Verũ has scripturas cũ alijs scripturis cõferẽti manifestũ euadit earũ sensum non esse qué Nouatores eis affingunt, quasi videlicet significẽt nullas creaturas scire, vel, quod ãplius est, scire posse, cogitationes cordis. *1. nomin psal 7. Iere. 17. et Rom. 8. 2. 3. Reg. 8*

2. Nam Paulus 1 significat spiritum hominis qui est in homine scire quaé sunt hominis, neque dubium est quin angeli angelis, & animae corpore exutæ sibi mutuo loquantur suis mentibus. *1. 1. Cor. 2.*

3. Quod vero ad aliena corda attinet, Christus, etiam quatenus est homo, 1 perspecta habet corda nostra. Angeli 2 in cœlo nouerũt iustitiam, malitiam, & pœnitentiam nostram. Immo cõstat multos hic viuentes cognitas habuisse cogitationes aliorum Samuel 3. enim (exempli causa) promisit Sauli se indicaturum ei omnia quæ essent in corde ipsius. Elizaeus 4 nundinationé Giezi, secreta 5 Regis Syriae, & crudele 6 Regis Israel de se decretum, ac pœnitentiam, perspecta habuit Daniel 7. occultissimum Nabuchodonosor somniũ cognouit & interpretatus est. Petr⁹ 8 fraudulẽtũ Ananiae & Sapphirae mẽdaciũ detexit & puniuit. Et tẽpore Pauli 9 fuere apud Corinthios qui occulta cordis aliorum manifesta facerent. Paulus quoque 10 vidit claudum à natiuitate fidem habuisse vt saluus fieret. *1. psal. 2. 2. vide supr. tit. 4. á sect. 11. vsq; ad sect. 25. 3. 1. Reg. 9. 4. 4. Reg. 5. 5. 4. Reg. 6. 6. eodẽ capite 7. Daniel. 2 8. Act. 5. 9. 1. Cor. 14 10. Act. 14*

4. Pro-

4. Proinde germanus illarum de Deo scripturarum sensus est, quod Deus à se, omnium omnia corda, necessario, exacte, semper, & sui in omnium cordibus præsentia, perspecta habeat. neque esse aliquem qui occulta cordis nouerit nisi dono ipsius.

1.1. ad Timoth.6. *2.psal.71.* 5. Sic Deus quoque 1 solus dicitur habere immortalitatem. non quod Angeli & spiritus hominum non sint immortales sed quod is à se habeat immortalitatem: hi vero non sint immortales nisi dono eius. Sic 2 Deus dicitur solus facere mirabilia. non quod nulli alij fecerint mirabilia: Ea enim fecerũt

3.Genes 19. etiam 3 angeli, 4 prophetæ, 5 Apostoli, 6 Stephanus, & plurimi alij: Sed quod *4 passim in lib Regũ & paralipomenon* Deus à se hæc faciat, & nullus ea faciat nisi per ipsum.

6. Quod vero legimus in 1 libro Iob, Siue nobiles fuerint filij eius siue ignobiles, non intelliget: non est dictum de sãctis de quibus solis hic quæstio *5.in Actis.* est: sed pronomen, eius, refert eum quem Iob similitudinis montis, saxi, lapi- *6.Act.7.* dum, & terrae, adumbrauit: & de quo dixit, Roborasti eum paululum, vt in *1.Iob.14.* perpetuum transiret: hoc est, hominem superbum & terrenum: qualis solet immodice studere filijs exaltandis. Cuius proinde vanitatem his verbis meri to perstringit.

1. Ecclesi. 9. 7. Ecclesiastes autem 1 quod ait, Mortui nihil nouerunt amplius, & cætera: non ex persona sua dicit, sed sicut alia multa eiusdem libri ex persona eorum qui animam simul cum corpore interire existimant. Eúmque integrum *2.in Metaphrasi in Ecclesiasten.* locum Gregorius Neocæsariensis breuiter & aperte 2 his verbis olim exposuit: Ac multis verbis illud occinũt eum qui mortem obijt penitus interire: ac viuentem etiamsi tenebris obsitus iaceat mortuo præferendum esse. Etenim eos qui vita fruantur, hoc saltem scire quod morituri sint, eos autem qui vita functi sint, nihil prorsus cognoscere: præmia vero pœnasque nullas post expletum vitæ cursum proponi. Odium insuper & beneuolentiam erga eos qui vitam cum morte commutarunt, finem habere eorum enim tum inuidiam, tum aemulationem defecisse: tum vitam obscuratam atque extinctam esse: postreme nullius rei participem esse qui semel ex hac vita migrarit.

8. Dedimus ante omnia germanos harum scripturarum sensus, propterea quod haeretici his scripturis detectis omni loco & tempore abutantur ad subuersionem simplicium: ablatis vero his offendiculis explanata sit via ad veritatem quaestionis quam tractamus. Nam omnia fere argumenta quibus sanctorum pro nobis preces probauimus, siue generales, siue particulares docent hoc quoque dogma.

9. Videmus libri posterioris Machabaeorum capite vltimo Oniam & Ieremiam sciuisse populum Iudaicum, sanctam ciuitatem & templum venisse in

se in discrimen, ac tempus pugnæ cum Nicanore appropinquauisse, ex cuius euentu salus istorum pendebat, vt qui visi sint hoc temporis articulo pro istis orare: & Ieremiam etiam tradere Iudæ gladium sanctũ, tã munus à Deo, ad deijciendum aduersarios populi sui.

10. In Apocalypsi veró capite 8. viginti quatuor seniores dicuntur habere cytharas & phialas aureas plenas orationum sanctorum. Scimus vero quæ tenemus: & hos magis necesse erat cognoscere sanctorum preces quod eas gestabant in citharis & phialis, eisque aureis, & quod eas offerrent Deo. quis enim sanæ mentis crediderit tantos ac tales Sanctos offerre Deo orationes quarum valorem ignorent?

11. Ostẽdimus sect. quarta tituli 11 quod scriptum est capite quinto eiusdẽ libri, vt daret de orationibus sanctorum omnium, esse intelligendum etiam de particularibus sanctorum qui in cœlo sunt pro nobis orationibus Igitur constat hac quoque scriptura sanctos qui in cœlo sunt, scire nostras necessitates.

12. Sexto veró capite martyrum animæ sciunt Deum nondum animaduertisse in eos qui sanguinem suum effuderunt, quod ad corpus attinet quo facinus perpetrarunt: vt quæ solicitent Deum ad vindictam de eis sumendam id sue clamando voce magna, his verbis: Vsquequo Domine (iustus & verus) non iudicas & non vindicas sanguinem nostrum de his qui sunt in terra?

13. Si Petrus non fuisset certus se cogniturum in altero sæculo quibus gratijs opus habituri essent ij quibus scribebat alteram epistolam, non promisisset instante morte sua daturum se operam, vt possent frequenter facere post obitum memoriam earum virtutum ad quas eos exhortabatur.

14. Deus hoc ipso quod haud obscure significauit Ieremiæ 15 capite Moysen & Samuelem staturos fuisse pro populo Israel ne eijceretur ad gladium, ad pestem ad famem, ad captiuitatem, nisi conformauisset se ad hoc immobile suum decretum: vnà etiam haud obscure docuit Moysem & Samuelem non fuisse ignaros status populi Iudaici

15. Christus author est Ioannis 5. Mosen suo tempore accusauisse Iudæos apud Deum patrem de incredulitate in Christum, & quod acciperent vanam gloriam ab hominibus, & veram gloriam quæ à Deo est, non quærerẽt, vt ostendimus sectione 9. tituli 11. Igitur Moses sciebat plerosque Iudaeos esse his sceleribus contaminatos: & consequenter multo magis cognita habebat benefacta piorum.

16. Neque vero Iudæi potuissent sperare in Mosen, quod Christus eos fecisse eodem capite declarat, nisi credidissent Mosen sciuisse statum suum.

17 Probauimus sectione 10. tituli 11 Iesum Christum orare etiam pro particularibus personis & rebus:& offerre Deo particulares quoque fideliū preces:quibus officijs necesse sit sanctos preces suas acclamando iungere ipsius precibus,vt qui sint vnum cum Christo & Deo,sicut Christus vnum est cum Patre. Et consequenter sancti percipiunt nostras necessitates eiusmodi Christi precibus,& orationes nostras ex earum per Christum oblatione.

18. Præterea sectione eadem apparuit,Sanctos,vt nobis auxilientur, sæpius orare pro tranquilla possessione potestatis qua Christus eos fecit participes. Ex hoc autem consequens est,ipsos ea scire in quibus auxilio eorum indigemus.

19. Si sancti non cognoscerent in cœlo necessitates nostras,charitas qua fit vt orent pro nobis,redacta illic esset ad magnas angustias vbi insigniter aucta est:immo charitas excidisset,quandoquidem non esset ordinata,iuxta ea quæ diximus titulo 10. à sectione 38. vsque ad sectionem 49. & titulo 11. sectione 11.

20. Quo argumēto probauimus sectione 12. tit 11 Paulū 1. Cor. 12. loqui etiam de particulari solicitudine membrorum:eodem constat eos scire particulares preces nostras.

21. Sācti corpore exuti sunt ἰσάγγελοι,id est,pares angelis etiam in hac re quod perinde atque angeli orent pro nobis,non solū generaliter, sed particulatim. & cōsequēter sunt etiā pares āgelis in eo quod cognitas habeāt nostras necessitates.

22. Ostendimus Sanctos in cœlo particularibus precibus orare pro nobis ex eo quod hic quoque sic orauerint pro alijs. particulares vero eorū preces in cœlo prærequirunt cognitionem nostrarum necessitatum.

23. Tametsi magnum chaos,siue ingens hiatus interesset inter Abrahā & diuitem illum voluptuarium:tamen Abraham vidit diuitem in inferno:audiuit & intellexit eius preces:collocutus est cum eo more animarum corpore exutarum:& quod amplius est,respondit eum recepisse bona in vita sua,& Lazarum mala. non ignorauit fratres eius habere Mosen & Prophetas. id est, Mosis & Prophetarum libros: denique sciuit eos non credituros etiā si quis ex mortuis resurrexisset. hæc enim omnia,& his plura, manifesta sunt ex 16 capite Lucæ.

24. Vnde quod Esaias ex persona populi Iudaici ait:& Abraham nesciuit nos,& Israel ignorauit nos,non hunc sensum habet,quasi Abraham nesciuerit,& Israel ignorauerit populum Iudaicum & eius statum,quo omnes hæ- Esai. 63.

retici

ræretici locum hunc contorquent: aut quod longe peius est, quasi populus protestetur se ideo oratione ad Deum confugere, non ad Abrahã, eo quod Abraham se nesciat & Israel se ignoret: Deus vero eum sciat: quod 1 Chemnitius impudenter comminiscitur. Sed germanus horum verborum sensus est quē circunstantiæ postulant. 1 in examine decreti cōcilij Tridentini de inuo

catione sanctorum pagina 825 in exemplari Francofurtensi anni 1576.

25. De quibus eo diligentius nobis dicendum est, quod omnes hæretici locum hunc semper in ore habeant, vt persuadeant scripturam expresse tradere Sanctos qui ex hac vita discesserunt nos & res nostras in terris non cognoscere. Integer ergo locus sic se habet: Attende de cœlo, & vide de habitaculo sancto tuo & solio gloriæ tuæ: vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarum? super me continuerunt se. tu enim pater noster, & Abarham nesciuit nos. & Israel ignorauit nos: tu Domine pater noster & redemptor noster, à sæculo nomen tuum.

26. In quibus verbis (vt omittamus tanquam leuius quod Chemnitius & Authores 1 confessionis Vuirtembergensis vertunt præterita per præsens tempus secus ac veteres interpretes, græci & latini fecerunt, atque etiam ipse Caluinus in 2 Institutione) istud ante omnia notandum est, verba, Et Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos, sita esse post verba, tu enim Pater noster, & ante eadem quae sequuntur, tu Domine Pater noster. hoc enim demonstrat germanum verborum de quibus quaestio est, sensum pendere ex verbis, tu Pater noster, recte intellectis. Deinde animaduertendum est Iudaeos siue Esaiam ex persona eorum, inculcare capite sequenti eadem verba, & ea quodammodo interpretari: aiunt enim: Et nunc Domine Pater noster tu, nos vero lutum & fictor noster tu: & opera manuum tuarum omnes nos. Tertio sciendum est Chemnitium sic citare verba Esaiae, tu Domine Pater noster, respice de cœlo. Esaias autem loco istius additamenti, respice de cœlo, ait, à saeculo nomen tuum. quod etiam pertinet ad huius loci expositionem. Vltimo tametsi Esaias antea dixerit, attende de cœlo, & vide de habitaculo sancto tuo, tamē multa interserit inter ista & verba, tu enim. Pater noster. Postremo contra sensum Chemnitij etiam notandum est, aliud esse, tu enim Pater noster; aliud, tu scis nos. 1 524. 2 libro 3. c. 20 sect. 25.

27. Nempe Iudaei conantur hoc capite quacunque possunt ratione flectere Deum ad misericordiam. Et primo repraesentant ei beneficia quibus se affecerit in exitu de Ægypto, quorum causa vocant eum postea redemptorem suum. Deinde memorant quanta indulgentia & misericordia saepius se tractauerit. Earúmque rerum consideratione erumpunt in implorationē auxi-

lij ipsius, attende de cœlo: & velut querimoniam quandam addunt quod ei absint zelus & multitudo viscerum & misericordiarum antiquarum quod ad se attinet, quum tamen sicut olim, ita & nunc quoque pater ipsorum sit: tu enim, inquiunt, pater noster, & Abraham nesciuit nos, putâ, tanquam pater, & Israel ignorauit nos, nimirum tanquam pater noster, quandoquidē tu creasti nos: non ipsi, qui solum deriuatione quadā patres nostri sunt. à sæculo nomē tuū: id est, hoc nomē cōpetijt in te cōparatione hominū iā īde à creatione
1. Matth. 23 mūdi. In sūma Iudæi hic idē vrgēt quod Christus docet in 1 euāgelio esse sētiendum & obseruandū, quū ait: Et nolite vobis vocare patrem super terrā: vnus enim est pater vester qui in cœlis est Sed pergamus ad alia argumenta.

28. Damnati cognoscunt in Inferno quæ hic fiunt, & agnoscunt beatos, etiam quos nunquam hic viderunt. nam diues de quo egimus, sciuit quinque fratres suos esse adhuc superstites, neque egisse pœnitentiam, & Abraham olim defunctum quem videbat & agnoscebat, pro eis orauit. Igitur sancti multo magis cognita habent cogitata & facta nostra, præsertim quæ pertinēt ad maiorem ipsorum gloriam.

29. Et hęc quidem argumenta desumpta sunt ex Scripturis quas citauimus, vt probaremus Sāctorum pro nobis orationes Porro scripturæ quibus integro titulo 14 docuimus eos esse reges & regnare super terram, eos pascere & regere gentes ac earum malitiam confringere, eos iudicare & iudicaturos esse nationes, eos dominari populis, eos esse constitutos super bona Domini sui, & quosdam etiam super omnia bona ipsius, eis à Christo datū vt sedeant in throno christi, sicut & ipse sedit in throno Patris sui, & alia his similia: suppeditāt nobis pro hac Sanctorū cognitione plurima alia, eaque vsque adeo clara argumenta, vt superfluum fuerit ea sigillatim formare.

30. Quæ enim (exēpli causa) nisi ridicula fuerit regia potestas, pręsertim cœlestis, eius qui subditos eorūque statum non nouerit? quale regimē gētium incognitarū? quomodo confringāt sancti malitiā quā nesciant? quomodo gubernēt bona, atque adeo omnia bona Domini sui quæ ignorant? quomodo recte iudicent eos, quorum bene & male facta non habeant cognita? quî simul cōsistant eorū potestatē esse participationē potestatis Christi, ac Christū fecisse vt sederet in throno suo, sicut & ipse sedit in throno patris sui: & nihilominus eos non esse participes pro suo gradu cognitionis Christi?

31. Quinetiam faciunt pro hac Sanctorum cognitione complura argumenta quibus constat eos recte à nobis inuocari, quę licebit vnicuique seligere ex alijs quæ ex hac cognitione componuntur infra titulo de Sanctorum inuocatione ex sacris scripturis.

32. Extra

32. Extra vero has materias habemus hæc argumenta. Scriptum est Apocalypsis 14. de sanctis corpore exutis sub persona virginum, eos sequi agnũ quocunque ierit: puta, sequela cognitionis, qua celerrime percipiunt quæ is nouit: pro suo, inquam, gradu. sequuntur enim ipsum, non ei claudunt latus: hoc est, non sunt pares Christo in omnium cognitione, præsertim plena & exacta.

33. Christus Lucæ capite 15. parabolis eius qui vnam ouem ex centum perditam inuenit, & mulieris quæ vnam drachmam ex decem perditam quæsitam inuenit: quíque cum amicis & vicinis suis communicant suum gaudium: docet, Deum communicare in cœlo cum amicis & vicinis suis iustitiam sanctorum qui in terra sunt, & præcipue pœnitentiam eorum qui iustitiæ statu exciderant, his verbis: Ita dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis qui non indigent pœnitentia. Sancti verò corpore exuti sunt nunc æque in cœlo atq; angeli, sunt amici Dei, sũt eius vicini, vt qui sint ipsi præsentes. Igitur cognitas habent iustitiã & pœnitentiã nostrã, quae vtique sicut ex corde profluunt: ita praecipue in corde sunt, neque etiam absque precibus subsistunt. Immo sciunt etiam calũ nostrũ certum namque est (vt Origenes ait, & nos antea admonuimus) quod vbi pro bonis gaudia aguntur, ibi pro contrariis lamentetur. si gaudent ergo pro conuerso, necesse est vt lugeant pro peccante. 1. Origenes homilia 23. super Num.

34. Facitque etiam pro hoc dogmate quod Christus in interpretatione alterius parabolæ, vtitur verbis, coram angelis Dei. Ita dico vobis, inquit, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Nã particula, Coram, vsitatiore & vulgari significatione accepta denotat in aliis gaudiũ esse in cœlo atque in angelis. Neque vlla ratio suaserit vt eam in rariore significatione ita accipiamus, vt propriã & vsitatiorẽ significationẽ excludamus: praesertim in expositione parabolae: quã vtique claram esse oportet.

35. Postremo vocat nos ad hanc sententiam verbum futuri temporis, Erit, quo Christus bis vtitur. Nempe constat Angelos iam inde ab initio creationis eorum fuisse in cœlo. neque dubium est quin semper gauisi sint de pœnitentia perditorum. Et consequenter si Christus solum de angelorum gaudio sensisset, dixisset, Est. idque eo conuenientius quod antea dixerat tempore praesenti, conuocat amicos & vicinos: & conuocat amicas & vicinas: Nunc autem bis dixit, Erit. quod indicat sanctos corpore exutos tunc nondum fuisse in cœlo. caeterum breui futurum vt illuc introducantur, & coram angelis ipsis congaudentibus gaudeant de iustitia stantium & poenitentia lapsorum.

36. Aposto

36. Apostolus 1. Cor 13. ait nos ex parte cognoscere. quum autem venerit quod perfectum est, euacuatum iri quod ex parte est Ex parte vero nunc cognoscimus necessitates & preces aliorũ. Igitur Sancti quibus aduenit quod perfectum est, plene eas cognoscunt, abolita imperfectione cognitionis huius sęculi.

37. Quod quidam in hoc sæculo cognouerunt cogitationes aliorum, vt (exempli causa) 1 Samuel, 2 Elizæus, & alij, hinc profluxit quod 3 Deus erat in ipsis aliquantulo modo, vt videre est 1 Cor. 14. Deus autem nunc plene est in sanctis corpore exutis, sicut post resurrectionem erit omnia 4 etiam in corporibus eorum, vt Apostolus docet eadem epistola. Ergo hi cognoscunt per Deum etiam cogitationes nostras.

2. 1. Reg. 9. 2. 4. Reg. 5. 3. 1. Cor. 15.

38. Ex his autem videmus clarissime quám ingentia peccata hæretici hic admittant, quale (exempli causa) est illud Caluini 1 loquentis in hypocrisi hoc mendaciũ: Si diuinare de mortuorũ statu licet, verisimili or est cõiectura nescire sanctos mortuos quid hic agatur, quam esse conscios nostrarum necessitatum. quale est 2 istud eiusdem aperte mẽtientis: Nobis sufficiat quod asserunt nullo scripturæ testimonio suffultum esse. proinde temere & inconsiderate ab illis asseri. Deniq; quale est maximũ mendaciũ 3 plurimorũ scribentium hoc dogma pugnare cum expressis scripturis.

1 in commentarijs in c. 13 1. epist. ad Cor. ad verba, charitas nũquam excidit et apud Marloratum in ecclesi. exposit. eiusdem loci. 2. eodem loco. 3. nominatim examine decreti concilij Tridentini de veneratione & inuocatione sanctorum. Caluini in Institutione,

39. Quo modo vero, & quali vi, vna, an pluribus Sancti necessitates & preces nostras cognoscant, haud parua quæstio est. Sed hæc difficultas non obstat certitudini dogmatis, quod ne minimum quidem labasceret, etiam si penitus nesciremus hanc quæstioné absoluere. Nam plurima alia credimus dogmata quorum non possumus assequi intelligentiâ modum. vt (verbi gratia) dogma de Trinitate quis enim enarrauerit Filij à Patre generationem, & Spiritus sancti ab vtroque processionem? vt dogma natiuitatis Christi ex Maria virgine. vt dogma præsentiæ Christi in Eucharistia.

40. Et vero variæ, vt in re difficili, fuerunt Scriptorũ ecclesiasticorũ de præsẽti quæstione sentẽtiæ: õnib⁹ nihilominus in eo cõcordãtib⁹ quod Sãcti sciãt necessitates & preces nostras. Fuere enĩ qui existimarẽt animas à corpore separatas cognoscere quę hic fiũt potẽtia ipsis à Deo in earũ creatione tributa: & proinde illud extenderent etiam ad animas damnatorum, quo in numero ex Veteribus Prudentius videtur fuisse in opere cui titulum fecit ἁμαρτιγένεια Plerique vero tribuerũt beatis hanc cognitionem nouo Dei dono, quod etiam diuersum tradunt.

41. Ne-

41. Neque vero etiam conuenit inter omnes de amplitudine huius cognitionis. Etenim quidam putauerunt ipsos omnia scire quę hic fiunt, vt Basilius. Alij vero temperauerunt sententiam suam his limitibus, vt contenti essent affirmare eas minimum scire necessitates & preces nostras: dubitarent vero an scirent omnia cogitata, colloquia & opera nostra: tametsi non negarent fieri posse, vt ea cognoscerent: quo in numero videtur quibusdam fuisse Gregorius Nazianzenus, nominatim in oratione in laudem sororis Gorgoniæ. Bernardus vero certo fuit: vt qui dubitauit num Humbertus audiret se laudes eius è pulpito enarrantem: Nec, inquit, eum video, & ille forsitan me nō audit. Dicemus autem quæ de his quæstionibus & alijs videātur certa, & quæ verisimlia magnopere enim cauendum est ne in rebus abstrusis incerta pro certis, & falsa pro veris, & improbabilia pro verisimilibus amplectamur. *L. de obitu Humberti.*

42. Principio pro certo habendum est, animas defunctorum, Sanctorum et damnatorum, non obliuisci in morte, sed memoria retinere quae hic sciuerunt, vt videre est, quod ad martyres attinet, Apocalypsis 6. & quod ad damnatos pertinet, Luc. 16. vbi diues in inferno constitutus recordatur se hic reliquisse quinque fratres neque ei excidit se ex eorum numero fuisse cum fratribus suis qui noluerint credere Deo de pœnis inferni: eásque riserint mundano cauillo, quod nullus ex mortuis resurgat, qui eas esse affirmet. Et quod ad vtrosque simul spectat, beatos videlicet & reprobos, capite quinto Sapientiae.

43. Deinde probabile est animas à corpore separatas multa percipere vi naturali quae hic non perceperint; propterea quod corpus 1 aggrauet animam, & terrenum habitaculum deprimat mentem multa cogitantem. sed nullo pacto verisimile est eas omnia cognoscere potentia quam acceperint à Deo in creatione. *1 Sapient.*

44. Tertio, quia credendum est spiritus sanctorum & damnatorum ordinarie non interesse rebus viuentium, quum illi sint in cœlo, isti in inferno vna quoque credendum est ne sanctos quidem ordinarie cognoscere quæ hic dicuntur & fiunt sui praesentia, qua videlicet ea audiant & spectent.

45. Quarto, etiamsi sancti interessent rebus humanis, non possent hac ratione scire cogitationes cordis, eo quod nō essent in corde. solus nāque Deus qui vbique est, etiam in corde est, qui proinde solus est scrutator cordium: metaphora ducta ab ijs qui aliquid quaerentes omnes angulos perscrutantur.

46. Quinto, tristitia quam sanctos diximus percipere in cœlo ex cognitione nostri lapsus, non accipitur proprie, sicut gaudium ex erectione: sed tro- *1 Festiuus 3*

pice

ce: eo quod hic affectus in nobis pugnet cum beatitudine. Facitque etiam pro hac re argumentum quod profluit ex eo quod Deus pro magno beneficio promisit Iosiæ se collecturum eum ad Patres, nec oculos eius visuros omnia mala quæ inducturus erat super Ierusalem & super habitatores eius.

47. Verum quia i Nouatores hunc quoque locum citant vt persuadeã: Scripturã expresse tradere quod sancti qui ex hac vita discesserunt, nos & res nostras ignorent, diligenter examinandus est etiam hic locus. Sic autem se habet lib. 4 Regum capite 22 Pro eo quod audisti verba voluminis, & perterritum est cor tuum, & humiliatum coram Domino auditis sermonibus cõtra locũ istum & habitatores eius, quod videlicet fierent in stuporem & maledictum & scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me: & ego audiui, dicit Dominus Idcirco colligam te ad Patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala quæ introducturus sum super locum istum.

i nominatim Chemn. t in examine decretis conci lij Tridenti n de veneratione sancto rum pagina 124 in fine & 121. in principio, ex epistola Frãcofurtensis.

48. Hæc autẽ scriptura nõ dicit expresse quod Nouatores aiũt eã expresse dicere, puta Sanctos defunctos nos & res nostras nescire primum quia loquitur de visione corporali quæ non tam late patet, atque cognitio: vt non videant, inquit, oculi tui. Deinde solum quia expresse agit de plagis quæ rebus dilectis infliguntur Nos vero & nostra latius patent

49. Quod si replicent ex eo quod hinc constet Deum pro magno beneficio noluisse sanctos videre oculis corporalibus mala quæ infligũntur rebus & personis ab ipsis amatis, recte sequi eos ne alia quidem cognitione ista videre, quandoquidem non prodesset eos Dei misericordia auferri ex hoc sæculo ne suis oculis ea viderent, si alia ratione viderent: Duplicandum est, primũ eos assumpsisse hanc scripturam expresse tradere sanctos nos & res nostras ignorare quod vero colligendo infertur, non est expresse traditum. & consequenter quod assumserunt manifeste falsum est Deinde hanc consequentiã non valere, eo quod visio corporalis afflictionum rerũ & personarum dilectarum generet in nobis pœnam ex condolentia profluentẽ: visio vero siue cognitio in beatis harum afflictionum non generet in eis pœnam quando omnis pœna proprie dicta repugnet beatitudini. Ideoque solum ex hac scriptura recte colligitur sanctos corpore exutos nulla cognitionis specie cognoscere afflictiones nostras cum affectibus similibus nostrorum.

1. Luc. 16. 50 Id quod manifestum est etiam ex 1 historia Abraham & diuitis. nam ille ne pœnis quidem infernalibus illius quæ vtique grauiores sunt quibusuis pœnis huius sæculi: mouetur ad condolentiam: sed huic solum poscenti auxilium

lium aliquot stillarum aquæ ad refrigerandum linguam suam, stabili & immota mente respondit: Fili recordare quia recepisti bona in vita tua. & paulo post, tu vero cruciaris.

50. Sexto, Spiritus beatorum cognoscunt nos & res nostras Dei reuelatione: Hoc enim Christus docet Lucæ 15. verbis: & conuocat amicos & vicinos, & conuocat amicas & vicinas suas, dicens illis, congratulamini mihi, & cætera, dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo: ita dico vobis gaudium erit corã angelis Dei. Quo fit vt neque auribus neque oculis corporalibus indigeant vt nos nostráque audiant & videant: quos vtique non habent qui defuncti sunt. Eóque ridiculior est 1 hæc Caluini interrogatio qua quærit quis nobis reuelauerit eousque longas ipsis esse aures quæ ad voces nostras porrigantur? oculos tam perspicaces qui necessitatibus nostris aduigilent? quod ne hic quidem corpus, sed anima audiat & videat, licet per organa corporalia quamdiu hic est: quod angeli, qui sunt spiritus absque auribus & oculis corporeis, nos & nostra cognoscant in cœlis: denique quod ipse Deus, qui simplicissimus est, omnia exactissimè sciat. 1. libr. 3. Instit. c. 20. sectione 24.

51. Septimo, licet variæ esse possint Dei reuelationes: tamen hæc reuelatio nunc fit visione ipsius Dei. Nempe docuimus titulo 4. sectione 14. argumẽto quinto, & sectione 15. in fine, Christum indicauisse capite 18. Matthæi angelos in cœlis scire offendicula pusillorum, & consequenter etiam aliorum, videndo faciem Patris sui qui in cœlis est. Neque causa est cur offendicula hac ratione cognoscant: & eadem ratione non cognoscant alia. Titulo verò septimo probauimus etiam Sanctos corpore exutos videre Deum per speciem siue facie ad faciem. Et in 1 Apocalypsi scriptum est ciuitatem cœlestem neque Sole neque Luna egere vt luceant in ea. nam claritatem Dei illuminaturam eam, & agnum esse lucernam eius. Et videbunt faciem eius, & nox vltra non erit & non egebunt lumine lucernæ, neque Solis: quoniam Dominus Deus illuminabit eos. 1. Apocal. 21 2. Apoca. 22

52. Proinde falsum est quod Authores 1 confessionis Vvirtẽbergensis aiũt quosdam fingere sanctos videre in verbo Dei quæ Deus permittit & nobis vtilia videntur. & quod Caluinus scribit 2 his verbis: Nugantur quidam in suis vmbris (Nota Lector eum Sanctos vocare impijssime vmbras) nescio quid de fulgore diuini vultus ipsos irradiante, in quo, ceu in speculo res hominum ex alto despiciant. Verum id affirmare, qua præsertim confidentia illi audent quid est nisi per temulenta cerebri nostri somnia, velle in abdita Dei iudicia, sine eius verbo penetrare & perrumpere, ac totam scripturam conculcare? quæ toties carnis nostræ prudentiam, & cætera. 1. capite. 24 2 libro 3. Instit. c. 20. secti. 24.

 53. Vltimo,

53. Vltimo, necesse non est vt curiosius inquiramus vtrum sancti videãt õnia quæ hic fiũt nec ne: sufficit enim hic quod sciamus ex scripturis quibus vsi sumus, eos scire malitiam, iustitiam, lapsum, & pœnitentiam nostram, & consequenter etiam necessitates & preces nostras: eos cognoscere qui hic recipiãt bona, & qui mala: qui periclitentur de vita, de amissione bonorum téporalium, de libertate colendi Deum: eos non ignorare quomodo simus regédi: hoc est, vt breuiter hæc & alia similia complectamur, eos perspectum habere statum nostrum.

1 in examine concilii Tridentini de veneratione sactorum.

54. Quod tamen scire nullo modo probat id quod 1 Chemnitius hinc infert sanctos futuros omniscios, non magis certe quam eos esse omnipotétes quia mirabilia faciant. Immo etiam si daremus eos videre omnia quæ hic fiunt (sic enim etiam Basilij verba limitanda sunt ex circunstantijs) nullo pacto sequeretur eos esse pares Deo in scientia, vt qui perspecta habeat omnia quæ terra, cœlo & eorum ambitu continentur: vt qui plene cognoscat, non solum præsentia, sed etiam præterita & futura, quorum multa etiam angeli ignorant, licet Dei faciem videant: vt licet colligere ex capite 10. & 11. Danielis. Denique vt cuius sapientiæ & scientiæ non est numerus.

55. Sed referamus sententias Veterum, vt Lector ex eis cognoscat omnes nullo dempto, credidisse Sanctos corpore exutos scire minimum necessitates & preces nostras: & quid quisque de quęstionibus à nobis tractatis senserit.

56. Irenęus libro 2. aduersus hæreses 63 plenissime autem Dominus docuit non solum perseuerare, non de corpore in corpus transgredi animas, sed & characterem corporis, in quo adaptantur, custodire eundem: & meminisse eas operum quæ egerunt hic, & à quibus cessauerunt, in enarratione quæ scribitur 1 de diuite & Lazaro, eo qui refrigerabatur in sinu Abrahæ: in qua ait diuitem cognoscere Lazarum post mortem, & Abraham autem similiter: & manere in suo ordine vnumquemque nostrum, & postulare ei mitti ad opé ferendam Lazarum, cui ne quidem de mensae suae micis cõmunicabat: & de Abrahae responso, qui non tantum ea quae secundum se sed & quae secundũ diuitem essent, sciebat, & praecipiebat Moysi assentire & Prophètis eos qui non vellent peruenire in illum locum pœnae, & recipientes præmium eius qui resurgeret à mortuis.

57. Origenes sub finem libri octaui contra Celsum: Intelligat quemadmodum & corpus id cum mouetur, & vmbram habet se subsequentem: sic item & qui summum Deum placarit, & illius amicos propitios vt habeat, sequitur: angelos scilicet, animásque, & spiritus cæteros beatiores quippe qui similiter

militer sentiant, qui Dei sint benignitatem promeriti. Nec solū se hi erga digniores quosque propitios reddunt, sed & Deo gratificari volentibus opitulantur: hisque & placatiorem eum reddunt, vnaque & supplicant & precantur.

58. Eusebij Cæsariensis, Athanasij, & Antonij abbatis verba quæ titulo 16. citauimus, ostendunt eos quoque credidisse sanctos corpore exutos scire particulares & necessitates preces nostras. 1. sect. 69. 70 & 71.

59. Vetus author sermonis de stella & Magis apud Cyprianum ait Innocētes esse conscios secretorum diuinorum.

60 Vetus author quæstionum ad Orthodoxos sub nomine Iustini quæstione 76. habet (Latro) paradisi sensum eo sensu qui mentis appellatur, quo vident animæ tum se ipsas, tum ea quae sub ipsis sunt: & praeterea angelos & daemones.

61. Basilius in libro de virginitate, Primum, inquit, (virgo) se ipsam & conscientiam suam reuereatur: deinde astantem angelum. Prae angelis autem reuereatur ipsum sponsum vbique praesentem, & huius Patrem, & Spiritum sanctum. Et quid singula dico? Angelorum innumerabilem multitudinem, & cum his Patrum sanctos spiritus nullus enim horum est qui non vbique omnia videat: ipse quidem corporalibus oculis non cernens: verum incorporali visu vniuersa in cognitionem comprachendens.

62. Gregorius Nyssenus in oratione in Theodorum martyrem: huc, inquit, ad nos veni: & paulo post: ad nos qui te colimus & honoramus, accede. & licet oculis nostris minime perspicuus sis, sacrificia tamen nostra intuere. Et iterum: quanquam hanc vitam transcendisti: humanas tamē molestias & necessitates non ignoras.

63. Gregorius Nazianzenus in oratione habita in Ægyptiorum Episcoporum appulsu, loquens de Athanasio: Quorum, inquit, alter defunctus nunc res nostras (vt persuasum habeo) cœlitus inspicit. Et in oratione in laudem Cypriani: At tu nos è cœlo benignus aspicias. Et in oratione in laudem Basilij: Tu verò sacrum & diuinum caput nos cœlitus respice. Quod autem ait in oratione in laudem sororis Gorgoniæ, Quod si quid etiam nostros honores curas, & hoc praemij sanctis animabus à Deo confertur, vt ista persentiscant suscipe nostram orationem, diximus pertinere ad alia quam ad necessitates & preces pro nobis ad Deum fusas. tametsi nihil etiā impediat quo minus istud eodem modo accipiamus quo illud 2. Thessal. 1. si tamen iustum est apud Deum retribuere, & caetera. hic est verus eius sensus, quandoquidem in oratione in Athanasium ait se rectè nouisse eum nostra ab alto inspicere.

qui praecipuus sensus est Ioannis. Deinde quoniam constat Hieronymum hunc locum etiam intelligere de praesentia qua tumulis suis & vbi voluerint praesentes adesse possint, atque adeo nonnunquam adsint, vt colligere licet cum ex his Vigilantij verbis quibus respondit, nec posse suis tumulis, & caetera, tum ex ci[?] quae sequuntur: Et cum diabolus & daemones toto vagentur in orbe, & celeritate nimia vbique praesentes sint: martyres post effusionem sanguinis sui arca operientur inclusi, & inde exire non poterunt? haud obscure in his verbis supplendum est, vbi vult, &, vbi volunt hoc modo: Si agnus vbique vbi vult, ergo & qui cum agno sunt, vbique vbi volunt esse credendi sunt. Manifestum namque est Hieronymum neque sensisse Christum secundum naturā humanam esse vbique: neque credidisse sanctos esse vbiq;, sicut Christus est secundum naturam diuinam: sed eum particulam, vbique accipere sicut cum ait de daemonibus, & celeritate nimia vbique praesentes sint. Et obscurum non est eum confutare ista Vigilantij verba: nec posse suis tumulis & vbi voluerint adesse praesentes Sancti autem volūt illud extraordinarie: sicut & Christus volebat tunc stare super montem Sion. Iam vides Lector, Vigilātium in hoc quoque doctrinae capite per omnia victum fuisse ab Hieronymo: neque Magdeburgenses hos duos Hieronymi sensus intelligere voluisse quum haec verba retulerunt inter eius naeuos.

68. Prudentius in fine Hymni in laudem Eulaliae virginis: Illa Dei sita sub pedibus, Prospicit haec. Et in passione Cassiani: Audit, crede, preces martyr prosperrimus omnes. Et in libro cui titulū fecit ἀμαρτιγένεια in capite de integritate visionis animae: Errat quisque animas nostrorum fine oculorum Aestimat: & caetera, quae pulchra, sed prolixiora sunt quàm vt hic inserantur. Vtitur autem in fine etiam argumento historiae diuitis & Lazari his verbis: Certa fides rabidos, sub tetra nocte caminos Qui pollutam animam per saecula longa perenni Igne coquunt, oculis longum per inane remotis Pauperis expositos, nec secius aurea dona Iustorum dirimente Chao, rutilásque coronas, Fminus ostendi poenarum carcere mersis. Proditur infelix vlulans in peste reatus Spiritus: inque vicem meritorum mutua cernunt.

69. Paulinus natali sexto Felicis tribuit pauperi, cui boues erant abacti, haec verba, Te teneo, tu scis vbi sint qui numine Christi Cuncta, & operta vides, longéque absentia cernis eisque deinde addit: Audiuit laetus non blādo supplice martyr. Et in fine: Sed procul admotae secreti Martyris aures Suscepere pias ab inepto supplice preces.

70. Chrysostomus docet homilia 29. in Matthaeū, sanctorū animas non in terris

in terris errare: sed esse in cælo. quod ipsum & nos documus esse verum Sed hoc non obstante sensit eas cognoscere preces nostras, vt qui eas inuocauerit & multa alia scripserit ex quibus hæc eius sententia certo colligitur. nominatim sermone in Iuuētinum & Maximum martyres. immo Magdeburgenses 1 notant eum sensisse martyres in suis templis esse præsentes perinde vt angelo sermone de ascēsione Domini. Ideo dilectissimi fratres hodie conuenimus ad loca beatorum, ad Sanctorum habitacula festinamus, vt conuentus noster ipsorum quoque præsentia clarior redderetur non enim in hoc theatro martyres tantum præsunt, sed & angelorum instantia locus decoratur. nā & angeli præsunt: & si martyres videre desideres, si angelos cupis inspicere, aperi oculos fidei, & illud tibi theatrum facile demonstratur.

1. Centur 5. c. 4. tit. de orationem in inclinatione doctrinæ.

71. Theodoretus libro 5. ecclesiasticæ historiæ capite 2. loquens de Iuliano simulante Christianam religionem ædificatione Basilicarum martyrum: sed non fuit, inquit, illa grata martyribus perspicientibus peruersionem in impietate illius.

72. Seuerus Sulpitius in epistola ad Aureliam: Intererit (Martinus) de sermocinantibus, astabit orantibus. puta auxilio, vel etiam extraordinarie sui præsentia

73. Cyrillus Alexandrinus libro 9. in Leuiticum: Quid sibi vult, inquit, quod de anima diuitis epulonis in inferno positi Christus Deus noster affirmat: non quidem parabolicos. nam quando in parabolis loquitur, ipse se solet explicare. Vnde diuiti tam perspicax cognitio, quod quum magnum chaos & ingens hiatus interesset inter animam sancti Abrahæ & ipsum, tam longe ipsum cognosceret & deprecaretur? & vnde Abrahae tam viuax & potens auditus, vt epulonis animam posset audire & cum ea colloqui? insuper quod quinque fratrum suorum in terra viuentium recordaretur damnata illa anima, adeo vt illos viuentes tunc intelligeret ipsa in inferno sepulta? Profecto hic locus manifestā eorū cognitionē quae ad nos pertinent in separatis animabus ostendit. & tantam quidem quanta sufficit ad beatitudinem & miseriam.

74 Gregorius Magnus libro 12. Moralium in caput 13. Iob, ad verba, siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget: Quod tamen, inquit, de animabus sanctis sētiendū non est quia quae intus ōnipotentis Dei claritatē vident, nullo modo credendū est quia foris sit aliquid quod ignorent. Sed carnales quique quia amorem praecipuum filijs impendunt, hoc eos beatus Iob nescire postmodum asserit quod hic vehemēter amauerunt. vt siue nobiles sint, siue ignobiles filij, nesciant, quorum eos semper cura fatigabat. Et vide

vide multa alia præclara de capite quod tractamus ex c. 16. Luc. lib. 4. dialogorum c. 33.

75. Quis enim futurus sit finis si omnia omnium verba que idem docét memorare voluerimus? His ergo contenti erimus: nisi quod Augustinum eis addemus, idque eo magis quod quicunque particulares Sanctorum pro nobis preces crediderunt, quotquot regiam eorum potestatem professi sūt quot quot eos inuocauerunt, haud obscure hanc eorum cognitionem agnouerunt.

76. Augustinum tamen prętermittere non possumus tum propter authoritatem quam in ecclesia obtinet: tum quia Nouatores passim tradunt eum docere ex scripturis Esai. 63. & 4. Reg. 22. sanctos nescire quæ à nobis fiant. Dicemus ergo plene de ijs que his de rebus nobis scripta reliquit.

77 Igitur is has tres quæstiones simul mouit, vtrum, vel quatenus, vel quomodo, ea quae circa nos sunt, spiritus mortuorum nouerint. vt manifestū est ex his ipsis eius verbis in commentarijs in psalmum 108 & ex ijs quae prolixe scribit in libro de cura pro mortuis. Quorsum autem, amabô te Lector quaestioni vtrum sciant ea quae circa nos sunt, adiunxisset quæstiones, quatenus & quomodo, si ei certum fuisset ex verbo Dei sāctos simpliciter nescire qua hic fiunt?

78. Et quidem quod ad primam quæstionem attinet, is principio capitis 13. libri de cura pro mortuis definit spiritus defunctorum non interesse rebus viuentium nec proinde cognoscere quæ hic fiant: quod etiam scripturæ Esai 63. & 4. Reg. 22. doceant. Verum quia non latebat eum huiusmodi generalem harum scripturarum acceptionem repugnare alijs clarissimis scripturis, eas recte restringit ad negationem notitiae quam defuncti acquirant sui praesentia, & cui adiuncta sit passio & compassio.

79. Decimo verò quarto capite eiusdem libri quia videbat Abraham in historia diuitis & Lazari multa cognouisse facta huius saeculi, addit tertiam limitationem fatetur enim Abraham ista cognouisse: sed postea quam facta essent: non cum fierent ne (vt ait) falsum sit quod Propheta ait, Et Abraham nesciuit nos.

80. Hoc velut fundamento constituto absoluit decimo quinto capite reliquas duas quaestiones, quatenus, & quomodo. Scribit enim quod ad quatenus pertinet, defunctos non omnia scire quae hic fiant, sed quae Deus permittit vt sciant, quae oportet eos scire, quae vnumquemque eorum scire debere iudicat cui omnia subiecta sunt quae necessarium est eos nosse, & quae necessari-

compassionem quales sunt in nobis: neque scire nostras res bonas & malas cum gaudio & tristitia nisi tropice. & hoc-ipsum quoque profitemur Declarauit quod dixerat eos nescire nos & nostra sui præsentia, accipiendum est ordinarie: fieri enim extraordinarie vt nobis præsentes videant nos & nostra. istud-ipsum nos quoque verum esse existimamus. Vnum est in quo videtur in hoc libro dissidere ab alijs, quod adimat defunctis notitiam nostrarum rerum quum fiunt. sed hæc differentia æstimanda non est: eo quod manifeste tribuat eis notitiam earum quum factæ sunt: quódque istud profectum sit ex eo quod non bene intellexit locum Esaiæ 63.

85. Quid, quod is. in alijs libris simpliciter & absque vlla distinctione agnoscit cum alijs, sanctos scire nos & nostra? nominatim Cyprianum libro quinto contra Donatistas c. 17. Præsens est enim non solum per literas suas, sed & per ipsam, quæ in illo maxime viguit, & nunquam mori potuit, charitatem. Et paulo post: Ex illa enim vbertate hæc nostra quæ videntur eloquia, tā quam infantilia rudimenta deridet Et in fine sermonis in psalmum 88 monet vt natalitia Sanctorum cum sobrietate celebremus vt gaudeant de nobis, qui orant pro nobis. Et in libro de vera religione c. 55. Quisquis, inquit, angelorum vel hominum diligit hunc Deum, certus sum etiam quod me diligit quisquis in illo manet, & potest humanas preces sentire: in illo (id est, per illum, siue munere & gratia illius) me exaudit. quisquis ipsum habet bonum suum, in ipso me adiuuat, nec mihi huius boni participationem potest inuidere. Omnia enim dicuntur ab affirmatione: nec ista verba, & potest humanas preces sentire, eo adiuncta sunt verbis, quisquis in illo manet. quasi is dubitauerit nū quidam cœlicolæ possint sentire preces nostras, sed quia sancti qui in terra sunt 1 manent in Deo, quia manent in charitate, & tamen non possunt audire preces absentium. 1. Ioan. 4.

86. Videmus iam, nisi cæci simus, Augustinum in prima quæstione consentire caeteris Patribus, & aduersari Nouatoribus. hoc ipsum verò facit etiam in secunda quaestione. Audiuimus enim eum tradere defunctos nosse quae Deus permittit vt sciant, quae vnumquemque eorum scire debere iudicat Deus, quae oportet & necessarium est eos scire. Ergo defuncti non penitus ignorant nos & nostra, iudicio Augustini. Et si haec verba, que oportet & necessarium est eos scire, penitus ex ipso examinauerimus, deprehendemus eum sē sisse sanctos nosse nos & nostra. Nempe ille beatus est, teste hoc Patre libro 13. de Trinitate c. 5. qui habet omnia quae vult, nihil mali vult. Omnes autem naturaliter auemus scire quae circa eos sunt quos diligimus. & hoc desiderium charitas perficit: Charitas autem tantum abest vt in morte excidat,

vt augeatur. Igitur quia sancti sunt beati, oportet & necessarium est eos scire quæ circa eos sunt quos diligunt.

87. Quinetiam idem Author consentit quoque nobis, & manifeste aduersatur Nouatoribus, in absolutione tertiæ quæstionis. Refert enim complures modos quibus defuncti scire possint quæ hic fiant: & inter eos Dei reuelationem, de qua diximus ex scripturis sectione 50. quod quidem ad sanctos pertinet.

88. Atque hæc ipsa vsqueadeo manifesta sunt vt quodammodo pænituerit Chemnitium quod citasset Augustinum, tanquam qui certo crediderit sanctos nescire res nostras. posteaquam enim multa citauit ex c. 13. & alijs, i addit eum capite 16. ostendere & relinquere dubia & incerta quæcunque dixit. Cur ergo velut contra nos sentientem produxit? Res vero longe aliter se habet, atque is ait. Augustinus enim sub finem capitis quod citat, longe aliam quæstioné tractat, atq; præcedentib⁹ capitib⁹, putà, quéadmodū martyres opitulentur eis quos certum est per eos adiuuari. ac tametsi admisceat in tractatu huius quæstionis & in dubio relinquat quædam de cognitione precum nostrarum, manifeste solum loquitur de cognitione martyrum & precū nostrarum: prius verò tractauit de cognitione omnium defūctorum, bonorum & malorum, & de cognitione etiam aliarum rerum atque precum. Ante hunc locum non recensuit inter modos cognitionis defunctorum quos adfert, præsentiam qua ordinarie rebus nostris intersint, sed eis negauit, solum extraordinariam ipsis concedens: hic verò relinquit in dubio an martyres ordinarie præsentes se orantibus eorum preces cognoscant eisque opitulentur, an verò ordinarie ipsis absentibus Deus martyres in genere pro nobis orantes exaudiat & præbeat hominibus ista solatia, an verò angeli martyrum personam gerentes. Qui autem relinquit hæc dubia, vtique credidit fieri posse, vt martyres etiam ordinarie præsentes orantibus cognoscant preces nostras. An autem hoc non valde repugnat Chemnitio & alijs hæreticis? Sed transeamus ad Inuocationem.

i. in examine concilii Tridentini de sanctorum inuocatione pagina 955. exemplaris Francofortensis.

De

De Inuocatione in genere

Titulus 19

HActenus diximus quod sancti Angeli,& Sancti corpore exuti,bonitatis suæ sponte nobis prosint;idque ex scripturis & historia ecclesiastica:eorúmque occasione multa alia tractauimus. Dicendum nunc est ex scripturis & historia ecclesiastica,quod recte à nobis inuocentur,& inuocati nobis prosint.Magnopere enim nobis cauendum fuit ne aut illis prætermissis diceremus à principio de Inuocatione,quando ea essent fundaméta Inuocationis, aut ista omnia misceremus,quorum singula specialem tracta:um requirebát,

2. Inuocare ergo,licet frequentius referatur ad Deum,tamen saepius etiam refertur ad creaturas.Sicut enim implorare proprie est,teste Valla, plorando opé orare,&confusa hac proprietate auxilium orare, ita Inuocare proprie est vocando opem orare, & confusa hac propriate subsidium petere. Inuoco.inquit 2 Nicolaus Perottus,significat subsidium peto. Sumus autem etiam à natura ita comparati,vt licet praecipue & frequentius ad Dei opem eum appellando & orando confugiamus,quod causa est vt Inuocare frequentius ad eum referatur,tamen non infrequenter etiam à creaturis opem oremus,& quidem nonnunquam eas compellando. 1.Valla lib. 2. elegant. c.32. 2. Nicolaus Perottus in quartũ martialis epigrã ma.

3. Sic Cicero dixit Inuocare aduocatũ & sociorũ subsidiũ.Sic Suetonius 1 scribit de Iulio Caesare: Atq; ita traiecto exercitu,adhibitis Tribunis plebis qui pulsi fuerant,pro concione fidem militum flens ac veste à corpore discissã inuocauit.Sic Quintilianus in auxilium aliquem inuocare,& Tacitus auxilia libertati inuocare,dixerunt. 1 in Iulio Cæsare.c.33.

4. Et,quod amplius est,Deus quod ipsa natura nos docuit, hoc verbo suo scripto recte fieri confirmauit.vt qui voluerit extare in sacris scripturis exempla sanctorum qui 1 annuendo,2 vocando,3 clamando, & alijs modis auxilium ab alijs petierint. 1.Luc.5. 2.Iob.19. 3.4.Reg.4.

5. Quarum rerum doctrina imbuti Latini scriptores Ecclesiastici hoc quoque verbo in alijs atque in Deo vsi sunt, etiam in translatione sacrarum scripturarum.nam quod Moyses 1 tribus locis cœlum & terram testatur:testatus sum,inquit(ita enim est hebraice)hoc est,testor:Hieronymus eisdem tribus locis vertit,testes inuoco cœlum & terram: iuxta significationem verbi 1 Deuter 4 30.& 31.

 testari,

1.2. Cor.1. testari, & similem Pauli interpretationem: qui quod eadem phrasi dicere pote
3. Prouerb 2. rat se testari Deum in animam suam, 2 dixit, se testem inuocare Deum in ani
4. Esai. 59. mam suam. Legimus etiam de donis Dei apud 3 Salomonem: Si enim sapientiam inuocaueris: & apud 4 Esaiam, Non est qui inuocet iustitiam.

1. Genes. 48 6. Immo non dubitauerunt ducere hoc verbum ab hac significatione ad alia quoque de creaturis significanda nominatim 1 in Genesi, vbi verba Iacob sic vertunt, Et inuocetur nomen meum: nomina quoque patrum meorũ Abraham & Isaac: ex quo loco Augustinus 2 notauit non solum exauditionẽ sed etiam inuocationem dici aliquando quæ non Dei, sed hominum sint. & in verbis septem mulierum apud 3 Esaiam, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos. Idémque dixerũt apud 4 Dauidem per metaphorã de abyssis, abyssus abyssum inuocat.

2. August. sub fine libr. quæstionũ de Gene. ad hæc verba. 3 Esai. 4. psal. 41.

7. Sed & eadem significationis generalitas inuenitur in verbo græco ἐπικαλεῖσθαι, eius synonymo. Nam (exempli causa) 1 Plutarchus dixit, ἐπεκάλεσε τὸν Βροῦτον, id est, inuocauit Brutum. Ac tametsi 2 septuaginta interpretes, & qui hoc verbum ab eis sumpserunt noui 3 testamenti Scriptores eo frequentissime vsi sint in Dei & Christi inuocatione: tamen iidem Septuaginta 1 interpretes id etiam retulerũt ad creaturas, nominatim plerisque locis quæ 4 citauimus pro hac verbi Inuocare significatione, & præterea in verbis quæ latinus interpres vertit 5 in libro Iob, voca si est qui tibi respondeat. Quin & 6 Symmachus eodem modo vsus est hoc vocabulo in 7 verbis Iob, Inuocabam blandiens filios puerorum meorum.

1. in public. 2. nominatim psal 4. 3. Act. 2. & 9. Rom. 10. 1 Cor. 1. & 2 Cor. 1. Iacob. 2. 1. Petr. 1. 4 supra sectio. 5 & 6. 5. c. Iob. 5. 6. vt videre est in cathena græcorũ authorũ in Iob in caput 13. 7. Iob. 19.

8. Postremo respondet generalitati verbi græci & latini verbum hebræum qara, vt quo scriptura eisdẽ locis in creaturis vtatur. & quod Chaldæus interpres accepit eodem modo quo nos Genes. 48. Nec mirũ, quandoquidẽ id perinde atque ἐπικαλοῦμαι quandoque nihil amplius significet, atque voco. Vocamus autem passim etiam creaturas.

9. Habet autem Inuoco præter significationem qua denotat subsidium peto, duas alias significationes, à particula, In profectas: ex qua id manifeste compositum est, dignas quæ aliquo pacto hic quoque considerentur.

10. Sicut enim particula, In, denotat inter cætera 1 significata tam extra compositionem quam in compositione, idem quod intra, siue intro: vt cum dicimus, In domum ingressus, & in domum profectus: Ita inuocare quandoque significat intro vocare. Quod Plautus adiuncta huic contraria significatione huc nullo pacto pertinente, scite admodum significauit, quum ait: nam scorta inuocantur (id est, intrò vocantur) nos parasiti inuocamur: id est,

1. teste Nicolao Perotto in comment. in 1. epigram. Martialis ad verba in astra, & in comment. 3. epigrãmat.

non

non vocamur.

11. Hæc verò Inuocationis significatio manifeste communis est Dei & creaturarum, etiam vilissimarum. quid enim vilius scortis quæ inuocantur, id est, intro vocantur? Et hac significatione Augustinus exposuit verbum Inuocare multis Scripturæ locis qui loquuntur de Inuocatione Dei nominatim libro 1 Confessionum capite 2. & in commentarijs in psalmum 52 & 74 & fusius concione tertia in psalmum 30. Inuocas, inquit, Deum, quando in te vocas Deum. hoc est enim illum inuocare, illum in te vocare, quodammodo in domum cordis tui inuitare.

12. Vnde si quæstio esset de inuocatione Dei & Sanctorum in hac significatione; constaret inter omnes, non sanctos, sed solum Deum esse inuocandum: vt qui solus menti nostræ illabatur. Sed aliud est etiam in hac significatione inuocatio, aliud inuocatio Dei: aliud hæc Dei inuocatio, aliud eius inuocatio, id est, subsidij ipsius petitio, de qua primo loco diximus.

13. Rursus, sicut particula, In, quandoque est intentiua: quod 1 Sextus Pompeius notauit his verbis: In præposito significat, modo quod nō, vt inimicus: modo auctionem, vt inclamauit. quod etiam 2 Nicolaus Perottus probat verbis, imprimo, incuto, impugno: Ita inuocare nonnunquam denotat valde siue intense vocare, teste eodem Sexto Pompeio paulo ante præcedentia verba, quū ait: In non sēper abnutionē significat: sed interdū etiā pro additamento ponitur. vt inuolando inclamādo, inuocando. Et hæc quoq; tertia significatio proculdubio etiam in creaturas quadrat. neque enim ad solum Deum clamamus: sed sæpius etiam homines clamore vocamus.

1. Sextus Pompeius libro 9 de verborum veterum significatione. 2. Nicolaus Perottus in epigramma Martialis ad verba, In astra.

14. Videtúrque hæc significatio fuisse causa cur verbum Inuoco denotauerit opem vocando oro, siue subsidium peto. quod intensa aliorum vocatio ijs præcipue accidat, qui in necessitate cōstituti, aliena ope indigent. Quo minus mirum est, si creaturę quoque dicantur inuocari, id est orari vt auxilientur.

15. Hæc necessitate coacti tractauimus prolixus, propterea quod Nouatores aggressi ad euertendam Sanctorum corpore exutorum inuocationem, id ausi sint ordiri à corruptela significationis vocabuli. Commenti sūt enim Inuocare dici de solo Deo. Est enim Inuocatio, 1 inquit Chemnitius, præcipua pars cultus diuini. & Magdeburgenses ita 2 definiunt Inuocationem: Inuocare est solum Deum serio cordis motu, gemitibus & ore compellare, in nomine & fiducia Mediatoris Iesu Christi, ac petere rem certā siue spiritualē, siue corporalē, & cætera. Ac vt hæc persuadeāt simplicibus, citant

1. in examine decreti concilij Tridentini de inuoc. 3 āce pagin. 641. explanatione Francofurtensis 2. cent. 1 lib. 1. c. 4 tit. de inuocat. Dei

3 confessionis citant, 3 nominatim Vvirtembergenses 4 verba Pauli, quomodo inuocabũt,
Ioa c. 24. in quem non crediderunt: cui deinde adijciunt: Non est autem in sanctos cre-
4. Rom. 10. dendum: quomodo ergo essent inuocandi? Potuissent autem, si voluissent, eadem bella ratione minorem propositionem latius extendere, & dicere: non est autem credendum in vllas creaturas: ergo vocabulum Inuocationis nulli creaturæ tribuendum est: nec sancti sunt inuocandi.

16. Iam iam autem docuimus primam vocabuli Inuocare, significationem, de qua hic quæstio est: immo secundam quoque & tertiam, quæ huc aliquo pacto pertinebant, etiam in creaturas quadrare de quarta verò licet nihil nisi aliud agendo dixerimus, quod huc nullo pacto pertineret: tamen facillimum est vnicuique videre eam quoque, & quidem præcipue, creaturis conuenire: tantum abest verum vt sit quod isti moliuntur. Sed hic error eis accidit quod non distinguãt inter significationem verbi Inuocare & significationem pronuntiati, Inuocare Deum.

17. Nam quod attinet ad locum Pauli, etiam pueri in scholis sciunt verbum transitiuum, cuiusmodi est Inuoco, postulare post se aliquẽ casum. Qui
1. Genes. 4 verò in sacris literis versantur, inueniunt post ipsum hos casus, 1 nomen Do-
12. 13. 21. mini, 2 laudabilem Dominum, 3 Deum, Deum 4 Israel, 5 me, 6 te, eum, 7 & a-
2. 2. Timoth 2 & psal 17 lia eiusdem generis. In quibus verò pauculis locis casus abest, depræhendunt
3 2 Reg. 22. ex circunstantijs eum esse supplendum vt psalmo 4. Cum inuocarem, exau-
4. 1. Paral. 5 diuit me Deus iustitiæ meæ. construendum est enim, Deus iustitiæ meę exau-
5. 1. Paral. 4 diuit me cum inuocarem eum. Et Esaiæ 58. tunc inuocabis, & Dominus exau-
6. psal. 88.
7. psal. 101. diet. Etenim Deus in principio huius capitis declarauerat Iudęos conquestos fuisse quod se quæsiuissent & sibi appropinquare voluissent: hoc est, quod se inuocassent: & nihilominus non fuissent exauditi. Deinde ostenderat quae in causa essent cur non fuissent exauditi. tertio memorauerat quae ipsis facienda essent ad impetrandum à se quae orabant. ac tum adijcit, tunc inuocabis, & Dominus exaudiet. haec autem ostendunt Inuocare hic regere Dominum: quã particulam Esaias supprimere maluerit, quã exprimere: propterea quod in tanta claritate & in tam paucis verbis, expressa eiusdem vocabuli inculcatio non esset necessaria, præsertim apud eos qui dixerant se ad eum confugisse. dicendum enim ipsi fuisset, tunc inuocabis Dominum, & Dominus exaudiet. Ad hunc modum etiam casus, Dominum, supplendus est apud Paulum ex præcedenti sermone.

1. Rom. 10. 18. Eóque istud certius est quod is vtatur gradatione, præcedit 1 enim apud eum: Nam idem Dominus diues in omnes qui inuocant illum. omnis enim qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. & sequitur: quomodo ergo inuo-

inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? Itáque certo certius est hic supplendum esse casum, Dominum, idque vt salui sint, hoc modo: quomodo autem inuocabunt Dominum vt salui sint, in quem non crediderunt?

19. Hoc verò nullo pacto docet, vocabulum Inuocationis dici de solo Deo: vel etiam sanctos, de quibus nullus hic est sermo, non esse inuocandos; sed solum significat neminem posse inuocare Dominum vt saluus sit, nisi prius in eum crediderit. id quod omnes fatentur. Vidésne Lector hos homines commentis & mala fraude aggredi fidem tuam de inuocatione sanctorum iam inde à primo fundamento?

20. Sed dicamus fusius de hac materia. Prima eius institutio qui desiderat accenseri numero fidelium, hæc est, quod 1 oporteat eum credere esse Deū, & quod is sit remunerator quærentibus se. Altera verò quæ huic succedit est quod is sit inuocandus vt exaudiamur, recipiamur, iuuemur, liberemur, saltem ut, idque in nomine Iesu Christi Mediatoris. hæc enim manifesta est doctrina scripturarum, quæ proponūt nobis plurimis locis præcepta, promissiones, & exempla huius primariæ inuocationis & vna etiam docent Christū quoque rectè à nobis inuocari. Cum omnibus, 2 inquit Paulus, qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi. & 3 Lucas, lapidabant Stephanum inuocātem & dicentem, Domine Iesu suscipe spiritum meum. 1. Heb. 11. 2. 1. Cor. 1. 3. Act. 7.

21. Tantíque scripturae faciunt inuocationem nominis Dei & Christi, vt ea quandoque totum Dei cultum significent vt quum 1 aiunt, hic cœpit inuocare nomen Domini. & 2 iterum, omnis qui inuocauerit nomen Domini saluus erit & rursus alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Vnde 4 Inuocationem hanc Dei & Christi non male dixerimus per exochen, Inuocationem. 1. Genes. 4. 2. Ioel. 2. 3. Act. 9. 4. Act. 9.

22. Sed his non obstantibus creaturae quoque rectè in suo gradu quandoque inuocantur. Nempe Deus hunc mundum ita ordinauit vt quaedā creaturae aliarum ope indigerent: quaedam verò his subsidium ferre possent. Nullus enim est qui (exempli causa) nesciat pauperes ope diuitum, aegrotos subsidio medicorum, oppressos à potentioribus principum auxilio indigere. Eadémque doctrice natura docuit eos qui aliena ope indigerent inuocare aliorum auxilium. vt (verbi gratia) vxorem mariti; & filium, patris.

23. Immo quod amplius est, Deus quod natura docuit, hoc scriptura confirmauit. Legimus enim apud 1 Esaiam Dominum verbis, tantum modo inuocetur nomen tuum super nos, significauisse esse & dici vxorem alicuius. Vnde hoc ductum, nisi à tutela quam maritus debet vxori, & quam ea in necessitā- 1. Esai. 4.

te constituta iure inuocare potest? neque enim dicitur ab officio quo virgines fiunt mulieres & matres: quódque vt petere possunt à maritis, ita significant honesta & verecunda phrasi, Aufer opprobium nostrum. In Genesi vero De
2. Genes. 48 us 2 denotauit hac phrasi adoptionem, seu potius arrogationem filiorum Ioseph, quæ fiebat à Iacob: Et inuocetur super eos nomen meum: nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac: hoc est, sint & dicãtur filij mei, pro nepotes Abraham, & nepotes Isaac. nam arrogationem fuisse significatam colligimus etiam ex his quæ præcedunt verbis: duo ergo filij tui qui nati sunt tibi antequam huc venirẽ ad te, mei erunt, Ephraim Manasses. & sicut & Ruben & Simeon reputabuntur mihi. Vnde deductio huius vocabuli ad significationem arrogationis? nonne manifeste à protectione quam pater debet liberis, & quam hi necessitate compulsi inuocare possunt?

24. Paulus sæpius postulat à fidelibus auxilium precum, nominatim in
1. Rom. 15. epistola ad Romanos, his 1 verbis: Obsecro vos fratres per Dominum nostrũ Iesum Christũ, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Dominum, vt liberer, & cætera. hoc autem nihil aliud est, quàm inuocare preces Romanorum. Neque æstimãdum est quod hæretici non recipiant hanc phrasim. sunt namque hodie nati, neque ea potestate pollent, vt antiquas vocabulorum significationes euertant. Fidelibus loquendum est cum veteribus non modo profanis, sed etiam sacris, tantóque libentius hac tempestate, quanto vehementius istis displicet: vt qui ab eis decipiuntur, hoc sermone assuescant.

25. Deus plurimis exemplis docuit sibi placere, vt opis supernæ indigi, eam ab illis postularent, qui eam dono ip us repræsentare possent. vt (exempli causa) per eos qui vel doctrinæ, vel curationum, vel liberationis causa Prophetarum vel Apostolorum opem postulauerunt: & quidẽ nonnunquam cla-
1. 4. Reg. 4. mãdo: hoc est, qui eos inuocauerunt. quo in numero insignis 1 est historia illa vxoris vnius ex Prophetis clamore petentis auxilium ab Elizæo. Eáque doctrina obseruatur etiam in ipso Deo, qui hac visione Paulum docere voluit, vt
2. Act. 16. proficisceretur in Macedoniam ad euangelizandum Macedonib⁹. Vir 2 enim quidam erat stãs & deprecans eum, & dicens, transiens in Macedoniam adiuua nos: hoc est, inuocans eum vt transiens in Macedoniam adiuuaret eius incolas.

1. supra sect. 6. 26. Citauimus 1 ex 2 Dauide scripturam, abyssus abyssum inuocat: & admonuimus, quod per se manifestum est, in eo esse metaphorã. hæc verò me-
2. psal. 14. taphora, neque sumpta est ab inuocatione Dei ad creaturas: absit: neque à creaturis insensitiuis: quia carent voce proprie dicta. Igitur necesse est vt sumpta sit ab animalibus, præsertim ratione vtentibus, quorum proprie est vocare

alios

alios in auxilium. Omnis enim tropus praerequirit propriam vocabuli vel sermonis significationem. Proinde hoc ipso quo Deus vsus est hac metaphora, recte probauit in homine inuocationem hominum.

27. Praeterea, ostendimus Deum vti in 1 scripturis his formulis, 2 Inuocare sapientiam, & 3 inuocare iustitiam. Ad eundem ergo modum dicere possumus inuocare preces aliorum, inuocare doctrinam Christianam, inuocare sanitatem, & consequenter inuocare eos qui haec repraesentare possunt. Deus enim insignis magister est, quem merito imitemur. 1. Supr. sect. 5 2. Prouerb. 2 3 Esai 59.

28. Haec exempla & eorum probationes attulimus, vt liquido appareat in quanto errore haeretici, & praesertim Magdeburgenses versentur, quod non cōtenti adulterauisse vocabuli significationem, quasi videlicet Inuocatio & Dei inuocatio, idem sint: insuper condemnant idololatriae omnes creaturarum inuocationes: Deinde vt ampliorem viam sterneremus studiosis veritatis ad doctrinam inuocationis Sanctorum.

29. Neque vero difficile est intelligere quoque, quomodo bene conueniat his inuocationis creaturarum exemplis cum Dei inuocatione toties tradita, inculcata, & praecepta in scripturis. De caeteris enim videbimus suo loco. Deus praecepit vt se inuocaremus. quis hoc nescit? Sed is quoque mandauit 1 ne se tentaremus quid autem aliud fuerit atque tentare Deum, si oblato hic ab ipso auxilio, eo neglecto, vel etiam contempto, non id inuocare, sed ipsū directe velimus? In praecepto ergo directae inuocationis Dei includitur obseruatio circunstantiae, quando eo vtendum sit. Ad inuocationem Dei requiritur vt eum sicut oportet inuocemus, sumus autem tepidi, ne dicam frigidi, in eius inuocatione. Id causa est cur fratres nostros inuocemus vt adiuuent nos inuocare Deum per Christum Dominum nostrum. Proinde haec sanctorum qui in terra sunt inuocatio manifeste subseruit inuocationi Dei: immo continet in se voluntatem inuocandi efficacius Deum. tantum abest vt ei aduersetur. Qui Apostolorum & Prophetarum quum hic viuerent, opem super naturalem inuocabant, id faciebant Deo permittente, vel potius eos velut amādāte ad istos. Igitur quam in vulgari & naturali oblato hic auxilio circunstantiam obseruandam hic esse diximus: ea quoque hic obseruanda erat. Deus enim constituerat miraculis opē afferre hominibus per Prophetas & Apostolos. 1 Deut 6. & Matth. 4.

30. Sed redeamus ad vlteriorē probationē, & repetam' quod 1 diximus Mosē 2 ter testari, siue testes inuocare cœlū & terrā. Siue enim contentū continente metonymiā significatū esse dixerimus: siue hyperbole eū plus dixisse existimauerimus atque intelligi voluit: certum est Mosen inuocauisse 1. Sup. secti. 5 2. Deut. 4. 30. & 31.

ōnes ſanctos rationales creaturas. vt quę ſolæ officio teſtis integri & incorrupti fungi poſſint.

1 in hoc fuco fat. insignis est præ cæteris Vuolfangus Musculus in cōmentariis in pſalmos.

31. Ex his autem manifeſtus eſt etiam 1 tertius hæreticorum, ſiue error, ſiue dolus, quo vbicunque legunt Deum eſſe inuocandum, notant inde ſequi aut etiam inferunt, ſanctos corpore exutos non eſſe inuocandos, neque verò vllas quoque alias creaturas quaſi videlicet omnis creaturarū inuocatio pugnaret cū Dei inuocatione.

32. Et quidem ſi quis Prophetas & Apoſtolos auxilij ſupernaturalis cauſa inuocauiſſet, perinde ac ſi à ſe habuiſſent quod ita auxiliari potuiſſent, aut etiamnum poſsent; vel ſi quis in homine confidat, & ponat carnem brachi-

1. Ierem. 17. um ſuum, & à Domino recedat cor eius: aut ſi quis opere, quod ſoli Deo proprium eſt, vt ſacrificio, ſanctos inuocet: næ illi grauiter errauerint.

1 Act. 14

2. Act. 3.

33. Sed non eſt hic quæſtio de tali inuocatione. Apoſtoli enim 1 repulerunt huiuſmodi inuocationem: & palam 2 profeſſi ſunt ſe præſtare beneficia in nomine Chriſti. Quin & eccleſia damnauit olim Pelagianos ponentes carnem brachium ſuum Ac diu eſt quum Auguſtinus teſtatus eſt fideles non inuocare ſanctos inuocatione: quæ per exochen ſignificat inuocationem Dei. qualis eſt ſacrificantis. de tali enim inuocatione eum loqui libro 22. de Ciuitate Dei c. 10. circunſtantię Verborum ipſius declarant. Nam præcedit: Nos martyribus noſtris non templa ſicut dijs, ſed memorias ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum viuunt ſpiritus, fabricamus. Nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrificemus martyribus: ſed vni Deo & martyrum & noſtro, ſacrificium immolamus. Ad quod ſacrificium ſicut homines Dei, qui mundum in eius confeſſione vicerunt, ſuo loco & ordine nominantur (puta martyres) non tamen a ſacerdote qui ſacrificat inuocantur. Deo quippe, non ipſis ſacrificat, quamuis in memoria ſacrificet eorum. Quis enim audiuit fidelium, vt ait libro 8. eiuſdem operis capite 27. ſtantem ſacerdotem ad altare, etiam ſuper ſanctum corpus martyris ad Dei honorem cultúmque conſtructum, dicere in precibus, Offero tibi ſacrificium Petre, vel Paule, vel Cypriane? cum apud eorum memorias offeratur Deo, & cætera.

1. ſup. ſect. 6

34. Alioqui enim Auguſtinus refert (vt 1 audiuimus) etiam ad creaturas non ſolum exauditionem, ſed etiam inuocationem: ſicut & alij Patres. nominatim ex latinis Ambroſius in oratione in Auxentium de tradendis Baſilicis: veſtris cuſtodiunt orationibus aduocati. & alio loco: Inuocaſti vbique martyrem, vbique te exaudit qui inuocatur in martyre. Et ex græcis Euſebius Emiſenus in homilia de Epiphodio & Alexandro, ſi inde inuocentur ad ſuffra-

suffragium. Et Methodius in oratione habita ob hypopanten Domini, vt nostri qui te (puta b. Mariam virginem) inuocamus. Et Basilius homilia in Mamantem martyrem, quibus nomine inuocatus, ipsis adfuit operibus. Et Chrysostomus in encomio S. Meletij, & inuocantibus salutem. Et Gregorius Nyssenus in oratione in Theodorum martyrem: qui quando vult inuocatus munera impetret. Et Theodoretus in principio vitæ Iacobi Nisibeni: horum ergo preces sunt inuocandæ, & incipiendum est narrare. Et Theophylactus in enarratione in c. 11. ad Hebræos: vnde enim eis potestas esset, vt succurrere queant inuocantibus se?

35. Multo verò minus Ecclesia modos aliquos inuocationis commenta est, quos inuocationi Dei & Christi vel præferret, vel minimum tanquam succenturiatos adiungeret. Commenta hęc sunt & calumniæ hęreticorum. Quin potius quoscunque modos Inuocationis sanctorum ea obseruat, eos & ex scripturarum doctrina accepit: & perspicit bene concordare cũ Inuocatione Dei & Christi.

36. Sunt enim varij. Quidam namque continent directam Sanctorum inuocationem: eamque angelorum, & hominum corpore exutorum. Alijs verò Ecclesia recta dirigit orationem ad Deum: sed ita tamen vt tectè nitatur inuocatione, id est, auxilij petitione, Sanctorum. idque quadruplici modo. Nam sæpe ita inuocat Deum per Christum vt oret haberi rationem precum suarum propter Sanctos corpore exutos, & bona ipsorum opera, quæ vulgo merita vocamus. Frequenter autem sic Deum inuocat per Christum, vt faciat mentionem precum Sanctorum, siue angelorum, siue corpore exutorum. Tertio, quandoque inuocat Deum vt is nos custodiat & liberet per sanctos angelos suos. Postremo nonnunquam Deum inuocat vt nos custodiat & regat per Sanctos corpore exutos. de quibus omnibus dicemus. Et primo de his tectæ Sanctorum inuocationis modis.

De varijs tectæ Sanctorum inuocationis modis quibus Ecclesia vtitur, ex scripturis & historia ecclesiastica,

Titulus 20.

Et quidem certum est Ecclesiam catholicam, id est, per totum terrarum orbem diffusam, primo illo tectæ Sanctorum inuocationis modo vti, tametsi enim varias formulas in vsu habeat, instar scripturae quae in eo varijs quoque formulis vsa est, tamen res eadem ab Ecclesia, sicut & a scriptura traditur.

2. Æthiopes in missa, quā canonem vniuersalem appellant, vtuntur formulis per & propter sanctos: Per Stephanum protomartyrem inquiunt, Zachariam sacerdotem, Ioānem Baptistam, per omnes sanctos martyres qui in fide Christi quieuerunt, per Matthæum, Marcum, Lucam, Ioannem, Euangelistas, per Mariam Dei genitricem, per Simonem Petrum, Andream, & cætera, visita nos. Et postea, Custodi congregationem nostram propter sanctos electos tuos & discipulos tuos..

3. Græci quoque in suis precibus quandoque inuocant Deum vt hæc vel illa faciat propter hunc aut istum sanctum: vt videre licet in eorum euchologio, id est, sacerdotali, & alijs libris.

4. Latini verò in Missae precibus vtuntur tribus formulis. Orant enim quandoque Deum & conantur impetrare aliquid ab eo per sanctos: nominatim in festo cathedrae Petri: Fac per illum tuae sentiamus indulgentiae largitatem. quae verba repetunt etiam in die Conuersionis Pauli, & post communionem in festo Apostolorum Petri & Pauli Et in festo Georgij, vt qui tua per eum beneficia poscimus. quod idem dicunt in festo Barnabae. Nonnunquam verò repraesentant Deo bona sanctorum opera. vt die 26 Aprilis: Beatorum martyrum paritérque pontificum nos Domine pretiosa foueat confessio. Et die 28. Iulij, Sanctorum tuorum beata confessio communiat. Et die 9 Nouembris: Deus qui nos beati Theodori martyris tui confessione gloriosa circundas & protegis. Frequentissime vero vtuntur vocabulo Meriti in orationibus quas collectas appellant, in secretis, & ijs quae post communionem appellantur.

5. Immo

5. Immo ipsi quoque Iudęi orant Deũ vt hæc & illa ipsis concedat propter Abraham & Isaac & Iacob, & Mosen, & Aaron, & Dauidem, & Salomonem. Quandoque verò precantur hac forma: Sed obsecro; memento Mosis magistri nostri: & deprecantes peccata perpetrata sub Mose, Iosue, Iudicibus Prophetis, orant Deum vt potius meminerit sanctorum qui tunc viuebant. postremo vtuntur etiam vocabulo Meriti: Domine, inquiunt, fac propter meritum Ioseph sancti tui. quæ omnia videre licet in eorum precibus.

6. Verum hac formularum varietate res eadem significatur ab Ecclesia Dei. quæ iam probanda est ex scripturis & Veteribus.

7 Apparuit octauo titulo Deum propter 1 sanctos suos, Abraham, Isaac & Iacob, & propter 2 fidem, dilectionem, & custodiam mandatorum suorũ: & tertio propter pactum cum eis initum, etiam iuramento confirmatum, benefecisse posteris eorum. Neque dubium est quin extent in scripturis Inuocationes Dei conformes his tribus rebus. Nam Ieremias inuocans Deum nomine populi vrget pactum: Recordare, 4 inquit, ne irritum facias fœdus tuũ nobiscum Iudæi verò qui Iudæam & Ierosolymam incolebant temporibus Machabęorum õnes tres simul 5 repræsentant Deo: Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamenti sui, quod locutus est ad Abraham, Isaac, & Iacob, seruorum suorum fidelium. Id quod Moyses diu ante eos fecerat dum his 6 verbis inuocaret Deum: Recordare Abraham, & Isaac, & Israel seruorũ tuorum: quibus iurasti per temet ipsum dicens: multiplicabo semen vestrum sicut stellas cœli. Azarias 7 quoque & eius socij simul omnes tres vrserunt: ne dissipes testamentum en vnum fulcimen: neque auferas misericordiam tuã à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum. en alia duo fulcimenta. nam quod sequitur, quibus locutus es pollicens, quod multiplicares semẽ eorum sicut stellas cœli, expositio est primi fulciminis.

1. sectione 5. 2. sect. 31. 32 31. & 34. 3. sect 6. & 17. 4. Ierem. 14. 5. in principio 2. libr Machabaeorum. 6. Exod. 32. 7. Daniel. 3

8. Verum sicut eodem titulo 8. 1 docuimus quoque ex scripturis, personas Abraham, Isaac, & Iacob, diligentes Deum, & propterea dilectos à Deo fuisse causas pacti cum eis initi, & iuramenti: Ita hæ Mosis & Azariæ inuocationes idem demonstrant. Quis enim non videt ista, quibus iurasti, & quibus locutus es pollicens, perinde valere ac si dixissent, quos tantopere dilexisti, vt dignatus sis eis iurare & polliceri, dicens?

1. in fine sectionis 17.

9. Vnde quomodo illic quoque 1 probauim⁹ scripturas nõ vno loco ascribere Patriarchis beneficia posteris eorũ data, nulla mẽtione pacti vel iuramẽti facta: Immo 2 cõstare ex scripturis quędã data fuisse posteris Dauidis atque

1. sect. 17. 2. sect. 16.

atque adeo omnibus inhabitatoribus Ierusalem, quæ Deus per pacta cum Dauide inita nō tenebatur dare: Ita certū quoq; est extare in scripturis inuocationes Dei quæ nituntur solis Sanctorum personis, non pactis. Eiusmodi namque est illa 3 populi Iudaici, siue Esaiæ in persona Iudæorum capite 63: Conuertere, siue conuertere propter seruos tuos tribus hæreditatis tuæ.

3. Esai. 63.

10. Nam quod 1 Caluinus scribit nullam eos cogitasse intercessionem, sed ad fœderis beneficium animum a lleruisse: licet ei nullus de intercessione dicam impingat ex hoc loco, vt qui a l merita pertineat: tamen quod ait de fœdere, plane alienum est a veritate, putidum est Caluini additamentū ad scripturam, testibus oculis omnium lectorum huius scripturæ.

1. libro 3. Inst. c. 20. sec 10. 25.

11. Nec refert quod præcedat: tu enim pater noster es: & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Neque enim id significat ipsos non reclinauisse in Patrum merita: sed Abraham nesciuisse eos tanquam patrem & Israel ignorauisse eos, tanquam patrem, vt multis docuimus titulo præcedente.

1. sec 24. 25 26. & 27.

12. Nempe Iudæi hoc Esaiæ capite etiam hac ratione Deum prouocāt ad misericordiam, quod solus sit pater ipsorum, non Abraham, non Israel iuxta illud 1 Christi: vnus est enim pater vester qui in cœlis est. Quoniam tamē nō ignorabant hoc non obstante, etiam 2 ipsum Deum & 3 Christum, dignatos esse homines patris appellatione, in suo gradu: & si hoc nomen in aliquos iure competijt, id in nullos magis quadrauisse, quam in Patriarchas: vt quibus miraculis filij dati sint, & quorum semen fuit innumerabile: neque ipsis intercideret quanta beneficia Deus olim in se contulisset propter eos: inuocant etiam Deum vt sui misereatur in eorum gratiam. vndique enim quærebant elicere misericordiam Dei.

1. Matth. 23 2. Exod. 20. 3. Matth. 15

13. Et dignum annotatione est quod tametsi nō hoc solū capite, sed etiam sequenti multa attulerint quæ facerent ad impetrandam misericordiam: tamē Deus huic soli propter seruos suos inuocationi exauditionem promiserit capite 65. nulla prorsus iterum mentione pacti facta. tanti hæc inuocatio fuit apud ipsum. Ita 1 enim scriptum est: quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur, Ne dissipes illud, quoniam benedictio est: sic faciam propter seruos meos vt non dissipem illud.

1. Esai. 65

14. Huic simile testimonium est quod extat Genesis 48. licet alia formula: nisi quod præterea in eo allegentur fides & alia bona opera, atque adeo totus Dei cultus. quæ repræsentatio facit quoque ad probationē alterius partis huius inuocationis: Deus, 1 inquit Iacob, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham & Isaac, & cætera, benedicat pueris istis, ambulare enim

1. Genes. 48

coram

coram Deo est scripturæ 2 phrasi Deum timere, Deum colere, Deum demereri.

15. Sequitur huic affine inuocationis testimonium ex psalmo 131. sed clarius, & alia rursus formula. vt quod non solum personæ, sed certorum quoque bonorum operum apertam repræsentationem contineat. Memento, 1 inquit Salomon, Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius, siue vt nunc vertunt, afflictionis eius. qui iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob, si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascendero in lectum strati mei: si dedero somnũ oculis meis & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Et postea: propter Dauid seruum tuum non auertas faciem Christi tui.

2 Genes. 5. et 17. 3. & Reg. 8. 4. Reg. 20. 2. Paral. 6. psal. 88. & 127.
1 psal. 131.

16. Sed nihil proh dolor, clarum est hæreticis qui obstinauerunt animo non cedere veritati. Caluinus enim 1 rursus confugit ad pactum cum Dauide initum, cuius haec verba, teste omnium conscientia, nullam prorsus mentionem faciunt, sed personæ & bonorum operum eius. (licet postea promissum quoque Salomon alijs verbis proponat & vt solent homines omnia producere quæ se adiuuare possunt) comminiscitur hanc inuocationem esse singularem, quia Dauid fuerit Christi figura: eóque audaciae progreditur, vt scribat eam hac de causa ideo non suffragari ei quod agimus, vt ad eius refutationem maximè sit efficax.

1. lib. 3. Inst. c. 20 sect. 25 in fine.

17. Oportet autem diligenter notare quae faciunt ad refellendum hoc audax commentum primum quod psalmus nullam penitus faciat mentionẽ figurae Dauidis. Alterum, quod titulus huius psalmi sit, Canticum graduum, sicut & aliorũ multorũ praecedẽtiũ & aliquot sequẽtiũ psalmorũ: inter quos nullus est qui sit singularis Dauidi, tãquã figurae Christi ãnotatione dignũ est, quod verba, omnis afflictionis eius (quam lectionem Caluinus & alij eius socij amplectuntur) non quadrant in Dauidem tãquam Christi figuram, vt qui 1 plurima passus sit propter propria peccata: Christus vero omnia 2 passus sit propter aliena peccata. Vltimum præ caeteris annotatione dignissimum est quod Dauid non gesserit figuram Christi in procuratione templi, vt cui prohibitum fuerit à Deo aedificare domum Domini: Salomon autem hic gesserit Christi figuram. sic 3 namque Deus de ipso loquitur: ipse aedificabit domum nomini meo & caetera. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Procuratio vero tabernaculi arce, velut praeparatio quaedam fuit ad aedificationem templi. Neque dubium esse potest quin hic psalmus editus sit tẽplo à Salomone aedificato. quódque ista verba, Propter Dauid seruum tuum non auertas faciem Christi tui, dicta sint quum arca introduceretur. sic vt Dauid

1. 2. Reg. 12.
2. Esai. 53.
3 2. Reg. 7.

uid nullo pacto hic potuerit gerere figuram christi. praecedit enim ea: Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuae. sacerdotes tui induantur iustitiam, & sancti tui exultent. quae verba constat ex capite 6. libri 2. paralip. esse Salomonis transferentis arcam ad templum.

18. Deus porro talis nunc est, qualis olim fuit. Et consequenter quomodo licuit Esaiæ in persona Iudæorum, Iacob, & Salomoni inuocare Deum vt misereretur sui & aliorum propter Patriarchas & Dauidem, & bona eorum opera: Ita etiam licitum est Christianis inuocare Deum, vt in gratiam sanctorum maiorum suorum, & propter fidem & dilectionem erga ipsum, misereatur sui per Christum Dominum nostrum.

19. Quod ipsum etiam Vvolfangus Musculus, socius alioqui Caluini in hæresi, fatetur, euidentia videlicet scripturarum conuictus. Ita enim scribit in commentarijs in psalmum 132 ad verba, Memento Domine Dauidis: Admonemur sic esse comparatum Deum, vt propter seruos suos benefaciat ipsorũ posteris, modo illi hanc gratiam malitia & perfidia sua non impediant. Deinde non esse culpabile si horum à pijs inter orandum fiat mentio.

20. Immo licet etiam alijs atque posteris secundum carnem, vti hac in-

1 Genes. 24. uocationis specie. habemus enim eiusmodi inuocationem in seruo 1 Abrahã: Deus Domini mei Abraham obsecro occurre mihi hodie. Inter omnia autem vincula hominũ vinculum serui & Domini fere minimum est. ex quo porro

2 vide sec. 19 tit. oct. de varietate horũ vinculorum consequens est hoc inuocationis genus multo magis habere locum in 2 vinculis maioris momenti. vt (exempli causa) in ijs quibus inter se colligati sunt spirituales filij & patres, fratres & sorores. quo pertinet ista Elizæi 3 oratio,

3 4. Reg. 2. Vbi est Deus Eliæ etiam nũc? & impetratio. sequitur enim: percussitque aquas, & diuisæ sunt.

21. Sed confirmemus quod agimus pluribus argumentis ex scriptura de-

1 sect. 4. et 5 promptis Probauimus 1 octauo titulo multis scripturis Deum sic esse comparatum vt propter sanctos, viuos & defunctos, benefaciat alijs absque vllo speciali pacto: eoquod is ex & in se talis sit, vt posteris secundum carnem, & alijs & nonnunquam etiam à fide alienis benefaciat propter sanctos suos, absque distinctione vtrum hic adhuc viuant, an non. Atqui licitum est petere à Deo quod is paratus est dare. quando is hanc suam bonam voluntatem non patefecit vt essemus otiosi: sed vt hac reuelatione nos excitaret ad petendum. Igitur non solum possumus, sed etiam quandoque debemus vti hac inuocationis specie. neque dubium esse potest quin si Deus nobis saepius sponte sua benefaciat propter sanctos suos, anteuertens preces nostras: multo frequentius & cumulatius id facturus sit si solicitauerimus ipsum precibus ad benefaci-

endum

endum nobis propter sanctos suos.

22. Sic Moyses dum orans 1 dixit: Qui custodis misericordiam in millia, haud obscure appellauit Deum vt propter iustitiam patrum misereri vellet descendentiũ ex eis & eis religione consentientium. Sic 2 Ieremias cum inuocans Deum ait, qui facis misericordiam in millibus, prouocauit eum ad faciendam misericordiam millibus propter sanctos. 1. Exod. 34. 2. Ierem. 32.

23. Abraham 1 orans vt Deus parceret Pentapoli propter aliquot iustos nulli speciali Dei pacto vel iuramento fuit innixus: sed iustitiæ & bonitati Dei, sæpius etiam impiorum miserentis propter sanctos suos: & exauditus est vsque ad sex vota. Sancti verò qui hinc excesserunt sunt iustiores & sanctiores sanctis qui in terra sunt: & vinculum quo sancti defuncti colligati sũt hic viuentibus, longe maius est vinculo cohabitationis. Non sunt ergo filij Abrahæ qui aspernantur inuocationes quæ nituntur bonitate Dei hominibus benefaciente propter iustos hic viuentes, & multo magis defunctos. 1. Genes. 18.

24. Familiare est omnibus hominibus vt maiorum suorum, vel, fratrum aut filiorum, aut consanguineorum officia erga eos memorent à quibus impetrare beneficium cupiunt: vt eo facilius euadant compotes votorum suorum. Referunt enim (exempli causa) Regibus, eos sub ipsis duxisse ordines, aut legatione functos esse narrant magistratibus fuisse dictis ipsorum audientes. referunt nobilibus & diuitibus honori & vtilitati eorum studuisse. Huiusque moris doctrix est ipsa natura: non cæca illa, sed ea quæ lumen est cordibus nostris infusum à Deo. Quin & illud omnes naturaliter sciunt Deum homini meliorem amicum esse homine, & officia liberalius infinitis partibus compensare. Igitur possumus vrgere haereticos eodem argumenti genere quo 1 Paulus errantes Corinthios conuenit: Vos ipsi iudicate, decet vos improbare hoc genus orationis? nec ipsa natura docet vos bona officia aliorum recte Deo repræsentari in inuocatione eius per Christum? 1. 1. Cor. 11.

25. Licuit Dauidi 1 imprecari homini nequam his verbis. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini. Ergo multo magis licet inuocare Deum bene precando nobis, & alijs, vt in memoriam redeat iustitia patrum nostrorum & aliorum : benedictio namque præstat execrationi & Deus pro alijs beneprecantes facilius exaudire credendus est quam imprecantes. 1. psal. 108.

26. Certum est eam sanctam esse inuocationem, qua & Iudæi deprecabantur iniquitates maiorum suorũ, & nos Deum precamur vt nõ remiscatur 1. Leuit. 26. Daniel 9. et Tob. 3.

 delicto-

delictorum parentum nostrorum. Igitur ea quoque inuocatio sancta est qua Deum oramus vt reminiscatur bonorum operum parentum, nostrorũ quando Deus pronior est ad coronandum bona opera, quàm ad puniendum mala

27. Constat ex scriptura ne mulieres quidem olim ignorauisse hoc genus inuocationis esse licitum ad impetrandum beneficia diuina. Mulier enim
1. 4. Reg. 4 1 quædam de vxoribus Prophetarum clamauit ad Elizæum dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est: tu nostri quia seruus tuus fuit timens Deum, & ecce creditor venit vt tollat filios meos ad seruiendum sibi. Et quod ab Elizæo tanquam Dei ministro hac inuocatione petijt, vtique à Deo per ipsum petijt. Proinde etiam mulieres surgent in Dei iudicio, & condemnabunt hæreticos hanc inuocationis speciem aspernantes.

1. Daniel 10 & 11. 28. Legimus 1 apud Danielem angelos præsides nationum & Reges Imperiorum, resistere sibi mutuo, & præliari contra sese mutuo: idque corã Deo ad quem ingrediuntur sibi commissos defensuri. Ex alijs verò scripturæ locis
2. Prouerb. 14. 16. & 25 constat Deum regna 2 conseruare propter iustitiam, & 3 transferre propter iniquitatem: atque hic in considerationem venire etiam defunctorum iustiti
3. Ecclesi. 10. am & iniustitiam. Id enim Deus ostendit 4 cum ait: nondum completas esse
4. Genes. 15. iniquitates Amorrhæorum. Igitur hæc angelorum prælia nituntur iustitia & iniquitate populorum & regnorum: & angeli allegant Deo in suis inuocationibus iustitiam & iniquitatem, etiam defunctorum inde à principio ipsorũ: & nituntur his ad impetrandum à Deo conseruationem & euersionem ciuitatum, populorum, regnorum. Et consequenter angelicum, id est sanctum & vtile est, ad conseruationem ciuitatum, populorum, & regnorum quod fideles inuocent Deum vt respiciat iustitiam ciuium, populorum, & Regum: & quidem præcipue defunctorum. quando qui viuunt, pauci sunt comparatione defunctorum. Eadémque ratione idem sentiendum est de familijs, agnationibus, cognationibus, tribubus, & alijs necessitudinibus.

29. Porro qui hæc scit, facile assequitur cognitionem inuocationis Dei mentionem facientis meritorum Sanctorum. Nimirum constat inter hæreticos iuxta ac Catholicos, non esse interdictum fidelibus vti alijs orationibus siue inuocationibus Dei, atque scripturæ memorant expresse: modo his consentiant. Ista verò eis consentit: atque ita vt nondum occurrerit vocabulum, quod perinde atque hoc, tam multa significet à scriptura prodita in hac
1. 8 sect. & seq. materia. Ostendemus istud paucis exemplis, quoniam 1 alibi iecimus ampla huius rei fundamenta.

30. Iacob quum inuocauit Deum dicens, Deus, In cuius conspectu am-
Genes. 48 bulauerunt patres mei, haud obscure indicauit Abraham & Isaac placuisse

Deo

Deo sancta deambulatione. Ideq; Salomō significauit psal. 131: videlicet Dauidē placuisse Deo māsuetudine, afflictione, & voto. nisi enī hæc Deo placuissent, nō 2 dixisset, Memēto Domine Dauid, & omnis māsuetudinis siue afflictionis eius qui iurauit Domino, Votum vouit Deo Iacob. Latini verò omne afficium quo aliquem demeremur, vocant, vt suo 3 loco probauimus, meritum. *2. psal. 131.* *3. sectione 38 tituli octaui.*

31. Ad hæc, Patres isti iudicant istis inuocationibus congruum & conueniens fuisse vt Deus ipsorum misereretur propter bona opera Abraham, Isaac & Dauidis, defunctorum: siue, quod idem est, Abraham, Isaac, & Dauidem minimum congruenter dignos fuisse, in quorum gratiam Deus Iacob & Salomonem beneficijs afficeret. Meritum 1 vero hoc quoque significat; quando quidem mereri & dignum esse: quo vocabulo scriptura vtitur, sunt synonyma. tametsi etiam 2 indicauerimus fieri posse vt sancti licet non omnia, tamē quædam beneficia, alijs perinde atque sibi mereantur tanquam iustam mercedem, quæ à Deo iusto iudice reddatur. quæ disputatio nō sit hic necessaria. *1. vide sect. 39 40 et 41 tituli octaui.* *2. sect. 42. eiusdem tit.*

32. Præterea, manifestum est ex circunstantijs harum Inuocationum, & ex 1 verbis illius mulieris, Seruus tuus, vir meus mortuus est: & tu nosti quia seruus tuus fuit timens Deum, ea bona opera repræsentari Deo quæ sancti fecerunt quum hic viuerent. Vocabulum autem 2 meriti optime distinguit hæc opera à bonis operibus quæ sancti faciunt in altero sæculo: de quibus hic nulla quæstio est, *1. 4. Reg. 4.* *2. vide secti. 43. tit. octa.*

33. In summa, quum hæc opera transierint, neque ex eis quidquam remanserit præter dignitatem & fauorem apud Deum: & ea sint varia & multiplicia, vt non possint, præsertim in singulis, nisi multis efferri: nullum aptius vocabulum ad ista significanda, & hęc omnia breuiter complectenda, merito inuentum est.

34. Quod vero, & quomodo bene conueniat mercedi sanctorum & bonorum operum ipsorum, cum Christo & gratia eius: item meritis sanctorum cum meritis Christi: plene etiam docuimus 1 titulo octauo ex quibus porro intelligitur quod & quomodo hae inuocationes conueniant cum clausula, per Christum Dominum. ita vt necessarium non sit hic aliquid addere. hoc excepto quod Ecclesia quum nonnunquam coniungit in suis precibus merita sanctorum cum meritis Christi in eodem verbo, non propterea ea aequet, aut illa his tanquā subsidiaria: adiungat sed quod cōnectat, velut (exēpli gratia) effectū cū causa, & palmitem cū vite. Neque enim nouum est, ne in scriptura quidem, vt quae plurimum, immo infinito, inter se distant, vni vocabulo iungātur, & nihilominus singula in suo gradu accipiantur. vt (verbi gratia) Luc. 9. cum venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum angelorum, & *1. à sectione 45. vsque ad sectionem 55*

Esai. 37. & saluabo eam propter me, & propter seruum meum Dauid.

35. Quod autem attinet ad sententias Veterum, eæ vnicuique sunt ad manum in commentarijs in locos scripturarum quibus vsi sumus. Immo sunt qui istud annotent Exod. 32. ad verba, Recordare Abraham, & Isaac & Israel, & cæt tametsi etiam meminerint iuramenti nominatim Theodoretus quæstione 67. in Exodum dicit enim sanctum Mosen cum se non existimaret sufficientem ad placandum Deum, adhibuisse etiam patrociniũ Patriarcharũ.

36. Diximus de prima tectæ inuocationis specie dicendum nunc est de ea qua fideles Deum inuocant faciendo mentionem precum sanctorum, siue angelorum, siue hominum præsenti vita defunctorum. vt quæ ei quam tractauimus velut cuidam fundamento innitatur quando demeruisse Deum meritis sit causa fiduciæ qua inuocant Deum pro nobis.

37. Et hæc inuocatio perinde ac præcedens etiam communis est ecclesiae catholicę. Nam graeca ecclesia inter caetera sic inuocat: Filium Dei: Verbum principij expers sacris Cherubim, Seraphim, Potestatum, Thronorum, diuinarum Virtutum, Angelorum, Archangelorum, Principatuum, Dominationum, precibus, diuites tuas misericordias, vt clementissimus, tribue. Et in sacra mysteriorum ante consecratorum liturgia: Vt reliquum huius diei in pace & sine peccato trãsigamus, totum praeterea tempus vitae nostrae, inter cessionib' sãctae virginis deiparae & õnium sãctorũ tuorũ. Itẽ hic versus est in sacris mysterijs graecorũ de Deipara: Matrẽ tuã adducit tibi in supplicationẽ populus tuus Christe, intercessionibus ipsius miserationes tuas nobis tribue.

38. Æthiopica verò Ecclesia sic inter alia inuocat Deum in Missa, quam vocat magnum canonem. Custodi eos in recta fide & in gloria in omni tempore, fac vt seruzant ineffabili & inexcogitabili charitate per preces & inter cessionẽ quã pro nobis facit Domina nostra sancta & immaculata virgo Maria, & per preces maiorum Angelorum, Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis, ac Vrielis, & quatuor animalium sine carne, & viginti quatuor Seniorum cœli, & patrum nostrorum Patriarcharum, Abraham, Isaac, & Iacob. Et in ordine Baptismi: Precibus omnium sanctorum, & intercessione plenae gratia virginis Dei genitricis Mariæ, & sancti Ioannis martyris & Baptistae, & omnium sanctorum quos à primordio elegisti.

39 Syrij autem sic inuocãt Christum in precationibus abecedarijs: Ne accedat malus ad cubile meum, intercessione illius quae te peperit. Et in precatione super mensa post cibum: gloria Deo misericordi, qui misertus est omnium nostrum per intercessionem Dei genitricis Mariae & omnium sanctorum, in saeculum saeculorum. Amen.

40. In

40. In latina verò ecclesiâ passim occurrunt eiusmodi inuocationes. nominatim in collectis festorum Ambrosij, Damasi, & Chrysostomi. Immo extant in quibus merita & preces sanctorum simul repræsentantur Deo. nominatim in canone Missæ Quorum meritis precibúsque concedas, vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio per eundem Christum Dominum nostrum. Quod idem occurrit etiam in magno canone Æthiopum. addunt enim post verba quæ sectione 2. citauimus pro meritis, & fac nos participes oratione eorum omnium

41. Hanc autem Inuocationis speciem non est necessarium vt probemus multis argumentis. vt cuius probatio minime difficilis sit. Solû in memoria habenda sunt quæ multis tractauimus de precibus angelorum, & Sanctorum corpore exutorum: & praesenti materiae hoc modo aptanda.

42. Sancti 1 angeli inuocant Deum pro nobis. Inuocando verò Deum pro nobis manifeste hoc agunt vt Deus se pro nobis inuocantes exaudiat. *1 vide supra*
Igitur angelica est inuocatio qua Deum oramus vt angelos pro nobis orâtes *titulum 4.*
audiat. vt qui oremus quod angeli orando agunt: id est, vt Deus ipsos pro nobis orantes exaudiat.

43. Sancti angeli 1 offerunt orationes nostras Deo: hoc est, commendât *1 vide eundē*
eas suis precibus vt impetremus quod oramus Igitur recte Deum inuoca- *titulum. 4.*
mus vt hanc nostrarum precum oblationem habeat acceptam. quandoquidem haec inuocatio est eadem, atque ipsorum.

44. Probauimus 1 aliquot titulis Sanctos corpore exutos orare pro no- *1. nimirū 9.*
bis: & in eis quibusdam scripturis eos quoque offerre orationes nostras *10. & 11.*
Deo. Proinde eisdem quas in angelis memorauimus consequentijs sequitur has quoque inuocationes cum commemoratione Sanctorum corpore exutorum. sanctas esse & diuinas

45. Quum dicimus Sanctos orare pro nobis, non intelligimus quosuis Sanctos perpetuo sponte sua particulatim orare pro omnibus hominibus: sed significamus officium eorum esse orare pro hominibus, & praecipue fidelibus: eósque sponte sua saepius fundere particulares orationes. Constat *1. Zachar. 12*
autem 1 spiritum precum esse donum Dei, siue dari à Deo. Hinc est quod Ec- *2 nominatim*
clesia etiam orat Deum vt hic vel ille sanctus pro 2 nobis imploret eius auxi- *in vigilia S.*
lium: vel, vt sit apud 3 Deum pro nobis perpetuus intercessor: vel vt pro 4 *Andrea, quæ*
nobis precator accedat. *sumus omnipotens Deus*

vt beatus Andreas Apostolus tuum pro nobis imploret auxilium. *3 vt in die festo S. Andreæ. Maiestatem tuam suppliciter exoramus, vt sicut ecclesiæ tuæ beatus Andreas Apostolus extitit prædicator & rector, ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor.* *4 nominatim in oratione post communionem in festo beati Ioannis Chrysostomi, Beatus Ioannes Chrysostomus pôtifex tuus & doctor egregius precator accedat.*

46. Eæque inuocationes manifeste tendunt ad eam quam hic probamus speciem. Nullus enim Deum inuocat vt det vt hic vel ille sanctus inuocet ipsum pro se, quin huc spectet, vt Deus se exaudiat precibus ipsius.

47. Extant autem huius quoque formæ tectæ Sanctorum Inuocationis testimonia apud Veteres.

Sic enim ait Paulinus Aquileiensis episcopus in libello aduersus Fælicem Vrgelitanum & Eliphantum Toletanum, episcopos: Catholicum & clementissimum sempèrque inclytum Dominum Carolum Regem per intercessiones beatæ & gloriosæ semperque virginis Dei genitricis Mariæ, per quā me ruimus authorem suscipere vitæ & beati Petri primi pastoris ecclesiæ omniúmque sanctorum, verum etiam supplicantibus precibus vestris, omnipotens & sancta Trinitas sua cum gratia circumcingat & defendat.

Theodoretus in historia relgiosa sub finem vitæ Macedonij: Rogo vt per illius preces diuinum consequar auxilium. Et in fine vitæ Marciani: Rogo & quæso vt per horum omnium intercessionem diuinum consequar auxilium. Idemque videre licet in fine vitæ Eusebij & discipulorum eius & in fine vitæ Palladij & Aphraanis, & in fine vitæ Aphraatis, & Petri, Mesimæ, Acepsimoæ & Eusebij.

1. sect 105. nu. 16. Chrysostomi verba haec tantea citauimus ex homilia 1. in Genesin: Mereamur impleri quae illinc prouenit gratia precibus & intercessione omnium qui Deo placuerunt.

Paulinus natali 9. Faelicis, Sperantes illis exoratoribus vt tu In nobis operum ponas perfecta tuorum Culmina, & extructis habitator mentibus adsis.

Prudentius in fine supplicij Romani martyris: Vellem sinister inter hedorum greges vt sum futurus, eminus dinoscerer: Atque hoc precante diceret Rex optimus. Romanus orat: transfer hunc hedum mihi: Sit dexter agnus, induatur vellere.

Gregorius Nazianzenus in epilogo suae tragœdiae orat Christū vt pro se supplice matrem virginem cum Apostolis admittat aduocatam.

Gregorius Nyssenus in fine orationis de sanctis 40, martyribus; Intra paradisum perueniamus per illorum intercessionem.

Ephrem c. 13 libri 1. de compunctione cordis: Exaudies quoque eos, & saluabis me obsecrationibus eorum. Et in oratione de sanctissime Dei matris laudibus: Precibus Dei genitricis semper virginis, & exercitus cœlestium, ac cœtus angelorum, Cherubim, Seraphim, Prophetarum, Martyrum, Hierarcharum, Sanctorum studiosorum intercessionibus, & omniū beatorum supplicationibus, miserere creaturae tuae Deus mi clementissime.

his

His addi potest, vt vt hæretici reclament, quod 1 Cornelius papa scribit in epistola ad omnes Ecclesiæ filios: Orantes Deum & Dominum nostrum Iesum Christum, vt intercedentibus suis Apostolis maculas vestrorum purget peccatorum. 1. vide sect. 38. tituli 16

48. Immo etiam ipsi Imperatores hanc inuocationem & cognouerunt, & in vsu habuerunt. nominatim Constantinus qui interfuit sextæ synodo, & Iustinianus. Ille enim sic ait actione 18, alloquens hanc synodum: Sperantes veram atque celerem salutem à sanctorum multorum datore Deo intercessionibus Dei genitricis & vestræ sanctitatis suscipere. hic vero ita scribit in L. 1. § hoc etiam deprecantes C. de officio Præfecti Pretorio Africæ: hoc etiam deprecantes exoramus sanctæ & gloriosæ semper virginis Mariæ precibus, vt quod minus est Reipublicæ nostræ, per nos indignos seruos suos restituat in suo nomine Deus.

49. Neque vero istud mirum est. quando nullus fidelium hoc inuocationis genus ignorare potuit per Liturgias, vt videre licet ex verbis quæ citauimus ex 1 liturgia Iacobi, & ex 2 Cyrillo Ierosolymitano. Item ex ijs quae Chrysostomus habet in sua liturgia: Intercessionib⁹ Dei genitricis salua nos Et iterum: Interuenientibus sanctorum tuorum salua nos Domine. Et rursus, precibus sanctorum tuorum salua nos Domine. Et postea, Adhuc afferimus tibi rationabile hoc obsequium pro fideliter dormientibus interuenientibus Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Martyribus, & omnibus sanctis praecipue autem sanctissimae, intemeratae, & caet. semper Dei genitricis Mariae. Et infra, Deus per intercessionem sancti tui Apostoli & Euangelistae det verbum tibi euāgelizandi virtute multa. Et iterum, Tuere vitam nostram, gressus nostros firma orationibus & intercessionibus Dei genitricis & semper virginis Mariae. 1. sect. 24 tituli 16. 2. sect. 73. eiusdem tit.

50. Restant duae vltimae rectae Sāctorū inuocationis species. in quibus datū āte ōnia meminisse oportet āgelis & sāctis qui peregrināntur à corpore, esse regimē nostri: siue Deū illorū quidē ministerio horū vero profecta ad ipsos de plenitudine Christi regia potestate regere nos: iuxta scripturas, quia 1 angelis suis mandauit de te: Immittet, siue castra metabitur angelus in circuitu timentium eum: nonne omnes 3 sunt administratorij spiritus, qui in ministerium mittuntur propter eos qui haereditatem capient salutis? Qui 4 vicerit & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur: sicut & 5 ego accepi à Patre meo: Qui 6 vicerit, dabo ei sedere mecū in throno meo: sicut & ego vici, & consedi cum Patre meo in throno eius: & similes his scripturas 1. psal. 19. 2. psal. 33. 3. Hebr. 1. 4. Apocal. 2. 5. psal. 2. 6. Apocal. 3.

turas quas citauimus & interpretati sumus titulo 14.

51. Ex his enim sequitur sanctam esse inuocationem qua Ecclesia (exempli causa) Deum orat vt dignetur mittere sanctum angelum suum de cœlis qui custodiat, foueat, visitet,& defendat omnes habitantes in hoc habitaculo per Christum Dominum nostrum: qua precatur vt angeli habitent in nostra habitatione, qui nos in pace custodiant. qua in festo die sancti Michaelis his verbis orat: Deus qui miro ordine angelorum ministeria hominúmque dispensas: concede propitius vt quibus tibi ministrantibus in cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur, per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: denique qua Deum in præfatione dierum festorum Apostolorum sic Deum inuocat. Vere dignum & iustum est, æquum & salutare, te Domine suppliciter exorare vt gregē tuum Pastor æterne non deseras: sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias: vt eisdem Rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores.

52. Eisque similia leguntur in abecedarijs Syrorum in oratione ante sōnum, quam ab Ephrem compositam aiunt. Angelum lucis da mihi qui omnia membra custodiat. Et in vniuersali ecclesiæ Æthiopicæ canone: Fac introitum nostrum in ecclesia tua sancta cum sanctis angelis. Et iterum. quorū (puta, angelorum, Apostolorum & Patriarcharum) orationes, & benedictiones, & auxilium & gratia, sit nobiscum in sæcula sæculorum. Et rursus: Protege, foue, & guberna nos per vires principum angelorum tuorum. Item in sacra mysteriorum ante consecratorum liturgia qua Græci vtuntur, habetur eadem oratio quam postea citabimus, Angelum pacis, fidelem ducem, custodem animarum, à Domino petamus

1. infra sectione 58.

53. Nempe nouum non est in scriptura vt fideles Deum inuocent ad cōsequendum ea quæ is promisit se daturum & facturum. Exempli causa: Deus promiserat Dauidi per Nathan se ædificaturum ipsi domum. Dauid nihilominus actis Deo gratijs ipsum multorum verborum inculcatione ² sic inuocat: Nunc ergo Domine Deus verbum quod locutus es super seruum tuū, & super Domum eius, suscita in sempiternum, & fac sicut locutus es. Et paulo post: Nunc ergo Domine Deus (tu es Deus, & verba tua erunt vera: locutus es enim ad seruum tuum bona haec) Incipe ergo & benedic domui serui tui, vt sit in sempiternū coram te. quia tu Deus locutus es, benedictione tua benedicetur domus serui tui in sempiternum.

1. 2. Reg. 7.

2. eodē capi.

54. Ad hunc modum si placeat reducere quas memorauimus orationes deprehendemus eas esse verbo Dei consentaneas: Nunc ergo Domine De-

us verba quæ locutus es de regimine nostri per angelos, & alios sanctos ubi præsentes, suscita in perpetuum, & fac sicut locutus es. Et iterum: Nunc ergo Domine Deus (tu es Deus, & verba tua erunt vera: locutus es enim ad seruos tuos bona hæc) Custodi ergo & rege seruos tuos per angelos & sanctos qui ubi sunt præsẽtes, & benedic eis per ipsos in sempiternum. quia tu Deus locutus es te man lasse angelis tuis de nobis, & te ac filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum recturum nos per eos qui vicerint & custodierint opera tua vsque in finem.

55. Quanquam extant etiam expressæ scripturæ pro his inuocationibus Nam cum 1 Machabæus & qui cum eo erant audiuissent expugnari præsidia, cum fletu & lachrymis rogauerunt Dominum, & omnis turba simul, vt bonum angelum mitteret ad salutem Israel. Itemque etiam postea alegitur inuocasse Deum hoc modo: Tu Domine qui misisti angelum tuum sub Ezechia Rege Iuda, & interfecisti de exercitu Sennacherib centum octoginta quinque millia: & nunc dominator cœlorum mitte angelum tuum bonum ante nos in timore & tremore magnitudinis brachij tui, vt metuãt qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuum. 1. 1. Machab 11. 2. 2. Machab. 15.

56. Immo hoc genus Inuocationis est antiquissimum. Nam Moyses, licet videatur prima facie Exodi c. 33 non accepta uisse hanc Dei oblationẽ: Et mittam præcursorem tui angelum, vt ejiciam Chananæum & Amorrhæum. & cæt. & postulauisse vt ipse Deus præcederet filios Israel, cum hac conditione. Si non tu ipse praecedas ne educas nos de loco isto. tamen penitus introspicienti rem ipsam manifestum est eum solum recusare minoris dignitatis angelum prae maiori qui hactenus eos comitatus fuerat gerens personam Dei.

57. Constat enim ex 1 Stephano angelum fuisse ministrum Legis, & ex alijs locis totam œconomiam Iudaicam fuisse administratam per angelos neque Moses, tantus Propheta, istud ignorare potuit. Proinde quum dixit. Si non tu ipse praecedas, inte lexit, in angelo qui personam tui hactenus repraesentauit. Et inuocauit Deum vt hic, & non alius minoris dignitatis angelus pergeret deducere populum Iudaicum in terram ei promissam. 1. Act. 7.

58 Quod autem verus Ecclesia nis quoque Dei Inuocationibus vsa fuerit, multis compertum est.

Prudentius enim attribuit Laurentio precanti Deum pro Romanis haec verba, Ab terge Christe hoc dedecus: Emitte Gabriel tuum, Agnoscat vt verum Deum Errans Iula caecitas.

Chrysostomus sub finẽ homiliae in posteriorẽ epistolã ad Corinthios citat

ex communi omnibus Græcis liturgia, & interpretatur hæc verba: Angel um pacis postulate Catechumeni.
In Liturgijs verò Iacobi, Basilij, Chrysostomi, legimus eisdem fere verbis hanc Inuocationem, Angelum pacis, fidelem ductorem, custodem animarũ & corporum à Domino petamus.
Præterea ista quoque Inuocatio extat in liturgia Iacobi: Domine Deus noster qui constituisti in cœlis ordines & militiam in ministerium gloriæ tuæ, fac cum introitu nostro introitum sanctorum angelorum fieri cõministrãtium & conglorificantium tuam benignitatem. Et in liturgia Chrysostomi hęc: Dominator Domine Deus noster qui ordines & exercitus Angelorum in cœlis constituisti, archangelorúmque in tuæ gloriæ administrationem: fac cum ingressu nostro sanctorum angelorum accessum fieri, qui nobiscum ministrando tuam benignitatem glorificent.
3. supra in fine section. 51 Distinct. 1. c. Inuenimus. Et satis constat præfationem illam in die festo Apostolorum quam supra 1 citauimus, non esse nouam, sed antiquissimam; vt quam Gelasius iuxta 2 Gratianum, & Pelagius 2. in epistola ad Episcopos Germaniæ & Galliæ numerent in catalogo antiquarum præfationum Romanæ ecclesiæ. & mandent eam custodiri.

De quadruplici Angelorum inuocatione: & præcipue de ea quæ sancta est, ex scripturis & historia ecclesiastica

Titulus 21.

Sequitur vt dicamus de Inuocatione Angelorum. Quadruplex autem est Inuocatio Angelorũ: Magica, Philosophica, Haeretica, & sancta ac fideli um propria.

2. Esse artem Magicam constat etiam ex scripturis, nominatim Sap. 17. & Act 8. Ex praxi verò Magorum constat eam exerceri inuocatione angelorum.

3. Philosophica est quam Platonici tradiderunt. Inter quos vt quidam sentiebãt angelos esse humanorum corporum conditores: ita tradebant eos esse

esse Deos, & sacrificium ipsis esse offerendum. Fuéruntque inter istos qui Deos huius generis facerent bonos & malos: atque illos colendos vt adiuuarét, hos ne læderent. Plerique autem docebant aperte dæmones esse mediatores inter Deos & homines: qui quoniam, vt Plato aiebat, non miscerentur hominibus, perferrent preces hominum ad Deos, ignaros quæ hic fiebant, & eis per mediationé suā quæ petijssét placitis, referrét ad homines impetrata. vt videre est ex libris Origenis cótra Celsū, & Augustini libris octauo, nono, & decimo de ciuitate Dei, & ex penultimo capite libri decimi cōfessionū, & ex epistola duodecima quæ scripta est Longiniano.

4. Hæretica verò est quam Simon Magus, partim ex Magia, partim ex Philosophia commentus est, quámque Simoniani, & qui ex schola eorū prodierunt, atque alij deinde hæretici in varias species transformarunt. Idem Simon, 1 inquit Epiphanius, nomina quædam supponit principatuum & potestatum, cœlósque diuersos tradit. & in vnoquoque firmamento ac cœlo virtutes quasdam exponit, & nomina Barbarica his indit, non posse verò aliter seruari aliquem nisi hunc mysticum ductum didicerit: & talia sacrificia Patri vniuersorum per eos Principatus & Potestates obtulerit. elleque (supple, dicit) hoc sæculum ac mundum à Principatibus & potestatibus maliuæ in immutatione constitutum. *1. Epiphani- us hæresi 21. quæ est Simonianorum*

5. Sancta autem Inuocatio est qua boni angeli inuocantur à fidelibus iuxta scripturarum doctrinam ad consequendum beneficia quę ipsis promptū est præstare: non solū à Latinis, sed etiā a Græcis, sic enim orāt in officio de angelis & sanctis: Ab inimici scandalis Seraphim liberate me: Potestates, Cherubim, Dominationes, Principatus, Throni, Archangeli cum vniuersis Angelis, supplices Redemptorem obsecrate. Idémque postea orant Angelos vel illustrent mentes suas: Itaque clamo, mentem meam illustrate perpetuo obtenebratam vitae affectibus. quibus similes multas alias habent inuocationes.

6. Et quidem certum est Magicam Inuocationem esse damnatam, vel hac de causa, quod qui inuocantur à Magis, sint mali angeli, siue diaboli, quibus abrenuntiauimus in Baptismo: eámque sciebant & 1 damnabant etiam Pharisæi, vt qui calumniabantur Christum nō eijcere dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Deus verò etiam in 2 veteri lege prohibuerat ne Iudaei haberent & sequerentur Magos: Et inter 3 insignia peccata Manassis refertur quod maleficis artibus inseruierit, & secum habuerit Magos & Incantatores. Fuere verò temporibus Apostolorum insignes Magi, Simon & Eliphas. Simonem 4 autem Petrus, Elipham 5 vero Paulus acerbissime reprehederant *1. Matth. 12. 2. Leuit. 19. & 20. 3. 2. Para. 33 4 Act. 8 & in hist. eccle. 5 Act. 13.*

henderunt & puniuerunt.

7. Quod autem pertinet ad Philosophicam & hæreticam Angelorum Inuocationes, constat quoque inter omnes eas damnatas fuisse ab Apostolo

1. Colos. 2. in epistola ad 1 Colossenses in religione Angelorum: cuius, vt omnis religionis, præcipua pars est Inuocatio. idque multis de causis, quas operæpretium est considerare.

8. Videte, inquit, ne quis vos decipiat, siue deprædetur per philosophiam, & inanem fallaciam: id est, per philosophiam inané & fallacem. En matrem huius angelorũm religionis, & consequenter Inuocationis. quæ promittebat quidem se deducturam hominem ad beatitudinem: sed tantum aberat vt id præstaret vt eum eiúsque beatitudinem deprædaretur. Accipe nunc à qualibus ea inuenta fuerit: Secundum traditionem hominum: hoc est, secundum doctrinam humano & Dei gratia destituto spiritu genitam. Homo enim non semel sic in malam partem accipitur nominatim ab eodem 1 Apo-

1. 1. Cor. 3. stolo in 1 ad Corinthios epistola. nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Ac vt intelligeremus de qua philosophiæ secta sentiret, addit, secundum elementa mundi: id est, iuxta institutionem quam mundus, qui vtique Deum non nouit, pro primis elementis tradebat ijs qui desiderabant scire viam ad beatitudinem. Certum est autem mundum prætulisse sententiam Platonis omnium aliorum Philosophorum placitis, quod ad res diuinas attinet. Sequitur, Et non secundum Christum. quasi diceret: loquor de philosophia quæ traditur in schola mundi: non in schola Christi, quam Plato ignorauit, & Platonici tanquam vilem & nimis abiectam aspernantur: sed pessime. In ipso enim in habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti qui est caput omnis Principatus & Potestatis.

9. Et vt plenius appareret cuius præcipue causa hæc dixisset de philosophia Platonica: addit post aliquanta: Nemo vos seducat, siue vobis praeparatum praemium auferat, valens in humilitate: id est, affectans humilitatem, siue humilitate non vera, sed affectata: nimirum ex sententia Socratis apud Platonem in conuiuio, qua indignum putauit Deum misceri homini. omne verò commercium & omnem collocutionem dijs cum hominibus, & vigilantibus & dormientibus accidere per daemones Mediatores. Vnde addit: Et religione angelorũ, id est, falsa religione angelorũ. Est enim hic vocabulũ θρησκεία, quae vox licet quandoque in bonã partem accipiatur: tamen proprie & frequentius peregrinam, prauam, & superstitiosam religioné significat, vt quæ deducta sit à Thracibus: apud quos Orpheus multa de dijs cõfinxe

rat

rat traditis ceremonijs quibus colerentur. Sequitur, Quæ non vidit ambulãs id eſt ſequens ſomnia ſua, fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ. Quibus verbis licet Philoſophos Platonicos repræhendat: tamen præcipuè notat Simonem Magum & eius diſcipulos, vt qui confinxiſſet cœlos & angelos, eorum nomina, & cultum, quem neceſſario ſequi oporteret eos qui vellent eſſe beati: vt 1 ſupra retulimus ex Epiphanio. Poſtremo adijcit id cuius cauſa hæc angelorum religio præcipue fugienda ſit: videlicet propterea quod non teneret caput ex quo totum corpus per nexus, & cæt. hoc eſt, Chriſtum. ſubſtituebãt enim in locum Chriſti Mediatoris, capitis omnium angelorum & ſanctorũ, vel dæmones, vel angelos à ſe confictos, tanquam Mediatores. 1. ſectione 4.

10. Hæc autem omnia abſunt quartæ inuocationi quam ſanctam diximus. Nam eâ tantum inuocamus veros eóſque bonos angelos; tenemus in ea caput Chriſtum. Hanc non confinximus eiuſmodi humilitate, quæ re vera ſuperbia ſit, non accepimus à philoſophia fallaci, & ex ſchola Platonis & Simonis: ſed accepta ex ſchola Chriſti quæ vetus teſtamentum tanquam Dei verbum agnoſcit ad noſtram vtilitatem vtimur.

11. Nempe tria ſunt præcipua capita officiorum ſanctorum angelorum pro nobis: Laudare Deum per Chriſtum pro beneficijs in homines collatis: Implere officia cuſtodiæ noſtri, & rerum noſtrarum, & inter ea quandoque impertiri nobis diuinae munificentiae munera, quorum adminiſtri & diſpenſatores ſunt à Deo conſtituti: Orare Deum pro nobis per Chriſtum Dominum noſtrum, de quo officio pleniſſime 1 diximus ſuo loco. Iuxta haec tria capita triplici vtimur inuocatione ſanctorum angelorum. 1. titulo 4.

12. Principio enim quia ſentimus nos longiſſime abeſſe vt Deum, ſicut meretur, laudemus per Chriſtum Dominum noſtrum: inuocamus ſanctos angelos vt nobiſcum laudent Deum per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Eiúſque inuocationis exempla apertiſſima habemus in Dauide, 1 vbi ait: Benedicite Domino omnes angeli eius, potentes virtute, facientes verbum eius ad audiendam vocem ſermonum eius benedicite Domino omnes virtutes eius, miniſtri qui facitis voluntatem eius. Et 2 alio loco: Laudate eum omnes angeli eius: & laudate eum omnes virtutes eius. Itemin tribus pueris 3 in Babylonicam fornacem proiectis: Benedicite angeli Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſaecula. 1. pſal. 102 2. pſal. 148. 3. Daniel. 3.

13. Immo Seraphim inuocant ſeſe mutuo ad glorificandũ Deũ. Et clamabant

1. *Esai. 6.* bant, 1 inquit Esaias, alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Ita ad imitationem
2. *psal. 41.* Dauidis 2 metaphorice dicentis, abyssus abyssum inuocat, proprie de Seraphim & alijs angelis dici possit, Seraphim Seraphim & alij angeli alios angelos inuocant ad laudandum Deum: vt iam mirum non sit si ipsos eodem fine inuocemus.

14. De altera verò Inuocationis officij angelorum specie longe plura
1. *Daniel 10* exempla habemus in scripturis 1 Daniel quum consternatus aspectu angeli cecidisset in terram & manu tactus erexisset se super genua & super articulos manuum suarum, & quasi similitudo hominis tetigisset labia eius, dixit angelo qui stabat contra eum: Domine mi in visione tua dissolutæ sunt compages meæ & nihil in me remansit virium: & quomodo poterit seruus Domini mei loqui cum Domino meo? nihil enim in me remansit virium. sed & halitus meus intercluditur. Inuocat autem his verbis demisse & verecunde angelū, vt sibi restituat vires & halitum ad eum audiendum & cum eo colloquendum. Quod plenius intelligitur ex eis quæ sequuntur: Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis & confortauit me, & dixit: Noli timere vir desideriorum. pax tibi: confortare, & esto robustus. Cúmque loqueretur mecū, conualui, & dixi: loquere Domine mi, quia confortasti me. Multæ namque
2. *Ioan. 11.* eiusmodi verecundæ orationes siue inuocationes extant in scriptura. Sic 2 Martha & Maria nuntiant Christo, Ecce quem amas infirmatur. Sic vxor illa
3. *4. Reg. 4.* vnius 3 ex Prophetis clamabat ad Elizæum dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est: & tu nosti quia seruus tuus fuit timens Deum. Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Eiusque mentem intelligens Elizæus dixit ei: Quid vis vt faciam tibi?

15. Loth demisse precatur angelum, id est, inuocat, vt sibi liceat diuertere in Segor, & illic saluari. Neque enim ad Inuocationem refert an qui inuocatur absens sit nec ne. Deus namque præcipue inuocatur à nobis, qui tamen
1. *Genes. 19.* vbique præsens est. sufficit quod petamus auxilium. Quæso Domine mi, 1 inquit angelo, quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti gratiam & misericordiam quam fecisti mecum, vt saluares animam meam: nec possum in monte saluari, ne forte apprehendat me malum & moriar. est ciuitas hic iuxta ad quam possum fugere, parua, & saluabor in ea: nunquid non modica est & viuet anima mea? Dixitque ad eum: Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertā vrbem pro qua locutus es: festina, & saluare ibi.

1. *Iob 5.* 16. Scriptum est in libro 1 Iob de eiusdem officij sanctorum angelorum inuo-

inuocatione: Voca si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Sed quia hæretici germanum horum verborum sensum peruertunt quidam verò etiam textum corrumpunt: dicendum est de eis plenius ex circunstantijs.

17. Caluinus [1] enim contendit hæc verba significare quocunque Iob se verterit, nullum fidelem sui ordinis esse inuentum iri, quandoquidem Deus omnes sanctos qui se inuocauissent, ex angustijs liberauerit. [2] Bullingerus, cũ [3] quo Chemnitius in sensu consentit, vult his significatum esse neminem à iusto Deo puniri, vbi non causa pœnæ subsit. perinde videlicet ac si Eliphas dixisset: voca, id est, nomina aliquem sanctorum qui in tali calamitate, [1] cut tu fuerit, sine causa, quemadmodum tu existimas. quasi dicat, inuenies neminem. Lutherus verò hanc Bullingeri voca per nomina interpretationem retulit in textum, eáque [4] versio etiam extat in Biblijs Frandricis Dordraci impressis anno 1580. Et loco, si est qui tibi respondeat, substituit, si quem inuenias. Porro hi omnes, & alijs eiusdem farinæ, in eo conueniunt quod Sanctos accipiant pro sanctis qui in terra sunt. Item in eo quod conuersionem ad aliquem Sanctorum referant ad solam inspectionem. discordant autem aliquãtulum inter se in interpretatione verbi voca.

1. in sermonibus Gallicis in Iob ad hæc verba.
2. libro 1. de origine erroris c. 18.
3. in examine 10 articuli fidelium pro inuocatione sanctorum.
4 his verbis Noemt my eenen vvaet ghledet ofs ghy eenē vindet? ende siet nu om erghens nae eenen heylighen: Et in margine, dat is, v vierst myn eenen heylighen die onschuldich sy gheplaeght, als ghy meynet.

18. Germana verò eius significatio colligenda est ex eo quod sequitur, si est qui tibi respondeat. Item ex simili loco in [1] quo Iob postea ait: Seruum meum vocaui: & nõ respondit. *1. Iob. 19.*

19. Si hæretici nihil addidissent de suo verbis, Et ad aliquem sanctorum conuertere, vidissent omnes relationẽ ipsorum ad externam inspectionem, esse ridiculam. Quod quia præuidebant, addiderunt huic Dei verbo, vt videlicet ostendas aliquem qui cum Deum inuocauerit, non sit liberatus ex angustijs: vel qui fuerit sine causa punitus. Atqui non licet addere verbo Dei. Proinde conuerti ad aliquem, plus hic significat atque quod aiunt, nimirum, confugere ad aliquem, & auxilium eius inuocare. quo sensu accipitur etiam apud [1] Esaiam, in verbis, conuertimini ad me, & salui eritis: & apud Osee, Cõ[2]uertere Israel ad Dominum Deum tuum. *1. Esai. 45.* *2. Osee 14.*

20. Ostendimus [1] titulo primo ex scripturis varias esse vocabuli Sanctorum significationes, idque inter eas denotare sanctos angelos: quod probauimus authoritate [2] Mosis & [3] Danielis. hãc vero significationẽ esse huius loci propriam, manifestum est ex ijs ex quibus istud, voca ergo, & cæt. infertur. præcedit enim proxime narratio Eliphæ de apparitione angeli sibi facta & *1. sectio 10.* *2. Deut. 33.* *3. Daniel 4.* *5.*

&

4. Iob 4. & sententia quam ex eo audierat. Porro ad me, 4 inquit, dictum est verbum absconditum, & quasi furtiue suscepit auris mea venas susurri eius. In horrore visionis nocturnae quando solet sopor occupare homines, pauor tenuit me & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt. Et cum spiritus me praesente transiret, inhorruerunt pili carnis meae. Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quasi aurae lenis audiui: Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur? aut factore suo purior erit vir? Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut a tinea? De mane vsque ad vesperā succidentur. & quia nullus intelliget, in aeternum peribunt. Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, & non in sapientia. Praeterea quos Eliphas hic angelos dicit, idem capite 15 eandem sententiam alijs verbis referens, vocat sanctos: Ecce, 5 inquit, inter sanctos eius nemo immutabilis, & coeli non sunt mundi in conspectu eius.

5. Iob 15.

21. Itaque sententia verborum Eliphae quae 1 tractamus, est: Si Iob hęc narranti de apparitione & dictis angeli non credat, vt vocet, siue aduocet angelos quos de hac sententia consulat: si quis tamē eorū dignetur ipsi respōdere: & vt ad eos confugiat: vt qui sint veri diuinae sapientiae nuntij & interpretes.

1. Iob 5.

22. Atque hunc sensum Septuaginta quoque reddiderunt. Verterunt enim qara per ἐπικάλεσαι, id est, Inuoca: & loco respondeat, dixerunt ὑπακούσεται id est obaudiat, siue audiat, addiderūtque expositionis gratia vocabulo sanctorum particulam ἀγγέλων, id est, angelorum. Eodemque sensu 1 Polychronius quoque & 2 Augustinus ea acceperunt. Quae eo libentius memoramus quod faciant ad plenam refutationem mendacij Caluini, quo apud suos 3 concionatus est Papistas (eo enim nomine vocat fideles) quū excogitassent dogma de Inuocatione Sanctorum, finxisse ex hoc loco argumentum quo se quoquo modo tegerent.

1. vide verba Polychronii inf. sect. 61.
2. vide verba August. inf. sect. 56.
3. in sermonis gallicis in Iob ad hec verba.

23. Argumentum ergo fidelium natū cum verbis libri Iob est huiusmodi Licuit Eliphae temporibus quibus Deus per angelos voluntatem suam, siue in somnis, siue in visione nocturna, patefaciebat hominibus, prouocare & exhortari Iob ad Inuocationem sanctorum angelorum vt se ei sisterent ad interrogandum eos de veritate suae narrationis: Ergo multo magis & tunc licuit, & nūc quoque licet fidelibus eos inuocare, vt sibi procurarēt, & procurēt alia necessaria saluti absquē sensibili sui repraesentatione.

24. Iacob Patriarcha inuocauit angelum suum vt benediceret Ephraim & Manasse filijs Ioseph quos arrogabat. Deus, 1 inquit, in cuius conspectu ambulauerunt Patres mei Abraham & Isaac: Deus qui pascis me ab adolescentia mea vsque in præsentem diem: angelus qui eruit me de cunctis malis meis, benedicat pueris istis. 1. Genes. 48.

25. Neque cuiquam mirum videri debet quod is iungat creaturam, puta angelum, cum Deo in eodem verbo, benedicat, Etenim non propterea facit eam parem Deo. sed singula in suo gradu accipit vt alias scriptura sæpius facit. quod 1 probauimus ex capite nono Lucæ & Esaiæ capite 37. & nihilominus rursus probamus alijs exemplis, quia expedit. Exodi 14. Et crediderunt Domino, & Moysi famulo eius, 1 Reg 12. Et timuit omnis populus Dominum & Samuelem. 1. Timoth. 5. testor coram Deo & Christo Iesu, & electis angelis. 1. tit. 10 sectione 34.

26. Angelus enim propria significatione denotat spiritum à Deo creatum eique 1 scriptura tribuit eripere nos ex malis sub Deo. Christus verò dicitur quidem aliquando angelus, sed similitudine ab hoc sumpta, vel cum additione vt (verbi gratia) magni 2 consilij: quę verba hic absunt. Et vt Moyses scripsit suos libros rudi populo: ita sensu literali non accepit angelum pro Christo excluso proprie dicto angelo. Immo tantum abfuit vt in scriptis suis angelo filium Dei, Deum de Deo, hoc sensu significaret: isto excluso vt nomine Dei non semel angelum 3 intellexerit qui Dei personam repræsentabat. 1 Psal 33. 2 Esai. 9. 3. Act. 7.

27. Vnde etiam ipse Caluinus licet in commentarijs in Genesim innixus vili illi argumento, cui iam-iam 1 satisfecimus, contenderit hunc locum necessario intelligendum de Christo: tamen rei euidentia & conscientia impulsus citauit hunc locum in 2 Institutione, etiam postremæ editionis, vt probaret angelos esse diuinæ beneficentiæ dispensatores & administras: Angelus Domini, inquit, consolatur Agar fugitiuam, & Domine suæ reconciliari iubet: pollicetur Abraham seruo suo angelum fore ducem itineris sui. Iacob in benedictione Ephraim & Manasse precatur vt angelus Domini, per quem liberatus fuerat ab omni malo, prosperari eos faciat. Sic angelus protegendis Israelitici populi castris præfectus fuit. Et quoties voluit Israelem redimere de manu hostium, angelorum ministerio vindices excitauit. Hæc iste. 1. sect. 25. 2 libr 1. c. 16 sect 6.

28. Idem Patriarcha diu ante hoc factum, non 1 voluit dimittere virum cum quo luctabatur, nisi sibi benediceret. & hic ei benedixit. erat autem hic vir, angelus: qui vt alijs locis non semel, ita hic Dominus 1 Genes. 32.

quoque & Deus appellatus. Sicut enim Iacob hic ait, dic mihi quo appellaris nomine? & hic respondet, quid quæris nomen meum quod est mirabile?
2. *Iudic.* 13. ita Manue futurus pater Sampsonis, 2 dicit viro Dei qui ipsi apparebat, quod est tibi nomen? & hic respódet eisdem verbis, cur quæris nomen meũ quod est mirabile! Et sicut Iacob sibi gratulando ait, Vidi Dominum, & salua facta est anima mea: ita Manue vbi cognouisset eum quem allocutus erat, esse an-
3. *Osee*, 12. gelum, dicit vxori, Morte moriemur, quia vidimus Dominum. In 3 Osee verò qui hic dicitur vir, Dominus, & Deus, bis aperte vocatur angelus. In fortitudine sua, inquit Propheta de Iacob, directus est cum angelo, & inualuit ad angelum, & confortatus est (puta, eius benedictione) fleuit & rogauit eum, nimirum vt sibi benediceret: hoc est flendo inuocauit eum impetrandæ benedictionis ipsius gratia. hæc de ista historia apud Osee Nam pronomen eũ,
4. *Genes.* 28 quod sequitur apud ipsum in verbis, in Bethel inuenit eum, ad 4 aliam historiam pertinet & refert Dominum, siue ipsum Deum, de quo paulo ante dixerat: Iudicium ergo Domini cum Iuda, & visitatio super Iacob: & de quo in sequentibus verbis manifeste ait: & ibi locutus est nobiscum.

29. Præterea legimus Tobiam Patrem, Deum & angelum coniunctim inuocauisse, idque eisdem fere verbis: Bene 1 inquit, ambuletis: & sit De-
1. *Tob.* 5. us in itinere vestro, & angelus eius comitetur vobiscum. Filium verò territum pisce 2 clamauisse voce magna ad angelum hoc est, inuocauisse angelũ,
2. *Tob.* 6. dicendo, Domine inuadit me. Et tantum abfuit vt angelus ei propterea iratus fuerit, vt dixerit, apprehende brãchium eius, & trahe eum ad te, & cætera.

1. *Daniel.* 7. 8. & 10. 2. *Zachar.* 1. & 4. 30. Ad hæc, 1 Daniel & 2 Zacharias suppliciter orauerunt, id est inuocauerunt, angelos, vt sibi mysteria interpretarentur. quod & fecerunt.

31. Postremo apparet sanctos angelos quandoque inuocare alios ad o-
1. *Matth.* 12. pem 1 sibi ferendam: quando malus 1 angelus nonnunquam assumit septem
2. *infra eius verba sectione* 48. spiritus nequiores se ad nocendum hominibus. Id quod Origenes quoque 2 sensit homilia prima in Ezechielem.

32. Iam si quis scrutetur vnde deuenerit ad sanctos doctrina & praxis inuocandi sanctos angelos harum rerum quas memorauimus causa, inueniet eam inde profluxisse ad eos quod scirent ipsos posse repræsentare hæc of-
vide supra titulum 4. ficia. nullam enim aliam habebant peculiarem Dei doctrinam, & multo minus Dei mandatum, quod quidem legamus. Orare verò pro nobis, æque 1 officium est bonorum angelorum, atque ea sunt quæ memorauimus. Igitur licet etiam nobis inuocare angelos, vt orent pro nobis, quod pertinet ad pro-
2. *vide supra sectionem* 12. bationem 2 tertiæ formæ inuocationis sanctorum angelorum, pro qua mi-

litant

litant etiam sequentia argumenta.

33. Eliu cum 1 proponit Iob: Si fuerit pro eo angelus loquens, vnus de millibus, vt annuntiet hominis aequitatem miserebitur eius, & dicet, libera eum (quam scripturam 2 multis antea tractauimus) sicut verbis, vt annuntiet hominis aequitatem, cum ad patientiam inuitat: ita verbis, Si fuerit pro eo angelus loquens, vnus de millibus, haud obscure Iob adhortatur ad angeli sui inuocationem huius officij causa.

1. Iob. 33.
2 tit. 4. sect. 3 & 4. arg. 8. & sect. 6. arg 6. & sec 11. 27. & 28.

34. Deprehendemus ex scripturis bonos angelos vndique conquirere argumenta ad impetrandum nobis bona. vt (exẽpli causa) 1 apud Zachariã: Isto iam septuagesimus annus est vt in verbis quae iã-iã citauim9 ex 2 Iob, vt annuntiet hominis aequitatem. Vt ex quod 3 commendant Deo preces nostras suis precibus. quo significant nos quoque officium facere. Pertinet autem manifeste etiam ad nos adiuuandos si dicant nos se inuocare vt orent pro nobis. Perinde enim hoc est, ac illud quod Apostoli 4 dixerunt Christo, Domine dimitte eam quia clamat post nos. Proinde haec inuocatio non potest non placere angelis.

1. Zach. 1.
2. Iob 33.
3. vide sect. 6. tituli 4.
4. Matth. 15

35. Audiuimus 1 sanctos angelos inuocatos fuisse à Dauide & ab alijs ad benedicendum Deo, id est, ad eum laudandum. Igitur recte etiam inuocãtur vt orent pro nobis, & vt offerant Deo preces nostras: quando nos eorũ precibus & precum nostrarum oblationibus aeque indigeamus, atque laudibus: & hi solum laudando Deum pro nobis, nõ plene satisfaciant officio suo.

1. supra sectione 12.

36. Denique, plus est benedicere hominibus, quã pro eis orare. nã haec benedictio est doni collatio: & inferior non nisi 1 à maiore benedicitur oramus autem non solum pro minoribus, sed etiam pro aequalibus & maioribus 2 didicimus verò angelos inuocatos fuisse à Iacob vt benedicerent: eo quod essent diuinae beneficentiae dispensatores & administri Igitur recte quoque inuocantur vt pro nobis orent: quando praesertim eorum quoque officium est orare pro nobis.

1. Hebr. 7.
2 supra sect. 24. & 28.

37. Porro quae & quanta vtilitas redeat ad nos ex his Inuocationibus, manifestum est intuenti scripturas quas citauimus 1 Laudamus enim & 2 ōramus Deum plenius & efficacius cum angelis quos aduocamus. & hac ratione facilius & plenius impetramus à Deo per Christum quae petimus. 3 Recuperamus vires corporis deperditas. 4 Seruamur à morte. Impetramus salutẽ alijs, 5 etiam integrae ciuitati. 6 Custodimur in itinere. Assequimur 7 intelligentiam mysteriorum 8 Benedicimur ab eis varijs donis, praesertim necessarijs ad salutem. In summa, sanctorum angelorum inuocatione 9 consequimur

vide sup sectio. 12.
2. vide supra sec. 32 et seq
3. Daniel 10
4. Genes. 19 & Tobiae 6.
5. Genes. 19.
6. Tob. 5. 7. Zachar. 1. & 2. & Daniel 7. 8. 10 8 Genes. 32. & 48. 9. Iob. 5. & 33.

mur vtilia & necessaria toti homini munera, Deo nobis ea ministerio ipsorũ tribuente per Christum Dominum nostrum.

1. 38. Quo iustius fideles indignamur hæreticis, quod passim impudentissime prædicent sanctorum angelorum inuocationes non esse verbo Dei
2. traditas: quod quibus locis ex professo de eis tractant silentio, prætereant inuocationes quibus Dauid, Azarias, Daniel, Loth, Iacob, Tobias, & Zacharias,
3. manifeste angelos inuocauerunt: quod ꝫ locum Iob, quum ipsi contorqueant in alienum sensum, audeant nihilominus accusare fideles, quos Papistas appellant, de excogitatione sensus noui, perinde scilicet ac si circun-
4. stantię eum non postularent, aut quasi non sit antiquus sensus quem Septuaginta interpretes expresserunt: quod duas Iacob inuocationes angelorum detorqueant in commentarijs in Genesim ad Christum, excluso ãgelo proprie
5. dicto: quod quæ ex his & alijs necessario sequuntur pro inuocatione precũ angelicarum, ne verbo quidem attingant: denique quod quæ Apostolus in epistola ad Colossenses manifeste scribit aduersus philosophiã & Simonia-
6. nam angelorum religioné, & in ea inuocationem: quas omnes quoque fideles multis de causis cum Apostolo damnant: ea citent contra sanctas sanctorum angelorum inuocationes verbo Dei plurimis locis traditas.

39. Et quidẽ haec peccata sunt Nouatorũ contra verbum Dei. Quod vero pertinet ad historiam ecclesiasticam, non parua quoque peccant in ea. Nã
1. bene multi tradunt Papistas excogitasse has inuocationes. Qui verò liberaliores videntur, nullum ducentis & amplius, post Christum natum annis
2. produnt approbauisse sanctorum angelorum inuocationes. Immo Chemnitius eo audaciæ progreditur vt prædicet eas etiam sæculo Origenis fuisse
3. incognitas. Et quod amplius est, comminiscitur Irenæum Patrem secundi sæculi & Origenem tertii eas reprehendisse. quod idem fecerint etiam Sy-
4. nodus Laodicena, Ambrosius, Augustinus, & Theodoretus. postremo
5. addunt Catholicos niti eisdem argumentis quibus Gentiles vsi fuerunt ad stabiliendum angelorum, & aliarum creaturarum inuocationes. immo argumenta Gentilium esse columina sententiae Pontificiorum. haec isti.

40. Quae tam aliena sunt à veritate, quam quae alienissima. Sicut enim scripturae, ita & Patres de varijs angelorum inuocationibus loquuntur. & quae hi scribunt de inuocationibus Magorum, Philosophorum, & haereticorum, quos Apostolus vidit & praeuidit: ea isti contorquent in sanctas angelorum inuocationes: & pleraque earũ testimonia quae apud Veteres extant, silentio praetereunt. Sed ordiamur historiam ex veritate.

41. Principio constat Septuaginta interpretes loci Iob, voca, si est qui tibi respon-

bi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere, sic sensum reddidisse, ἐπικάλεσαι δέ, εἴ τίς σοι ὑπακούσεται, ἢ εἴ τινα ἀγγέλων ἁγίων ὄψῃ: id est. Inuoca ergo, si est qui te obaudiat siue audiat: aut aliquem sanctorum angelorū videas meminerit enim paulo ante apparitionis angeli & verbi quod ab eo audierat. Igitur vel ex hac sola eorū versione siue interpretatione certùm est sanctorum angelorum inuocationem fuisse cognitam in ecclesia Dei aliquot sæculis ante Christi aduentum.

42. Perseuerasse vero eius cognitioné etiā primis ecclesiæ Christianæ sæculis in Iustino, Irenæo, & alijs horum sæculorum Patribus, hinc manifestum est quod v[…] sint versione Septuaginta interpretum: eamque tanti fecerint, vt prodiderint dictam ab ipsis autore Spiritu Sancto, vt videre licet apud Iustinum in sermone exhortatorio ad gentes: & apud Irenæū libro 3. aduersus hæreses c. 25.

43. Quod verò Irenæus dānat quasdā angelorū inuocationes, quid mirū? loquitur enim manifeste de hæreticorū & Magorū successorū Simonis inuocationibus. vt cū ait lib. 1. c. 23. de iis qui sunt à Basilide: Vtuntur autē & imaginibus, & incantationibus, & inuocationibus, & reliqua vniuersa parerga. nomina quoque quædam affingentes quasi angelorū annuntiant. hos quidé esse in primo cœlo: hos auté in secundo. & deinceps nituntur 365. ementitorū cœlorum, & nomina, & principia, & angelos & virtutes exponere, & caetera. Igitur qui haec didicerit angelos omnes cognouerit & causas eorum, inuisibilem & incomprachensibilem cum potestatibus vniuersis fieri. Et libro eodem capite 35 loquens de Ophitarum & Cainorum turpitudine & irreligiositate. Et in vnoquoque, inquit, peccatorum & turpium operationum angelū assistere, & operanté accedere audaciā, & immunditiam inferre, id quod inest ei operationi angeli nomen ei indicere: O tu angele ab ùte ac opere tuo fama illa potestas perficio tuam operationem: & hoc esse scientiam perfectam sine timore perficere tales operationes quas n[…] nominare quidem fas est. Et capite 3[…]. loquens de Simonianis & Carpocrationis: Super haec, inquit, arguuntur qui sunt à Simone & Carpocrate, & si qui alij virtutes operari dicuntur, non in virtute Dei, neque in veritate: sed in perniciem & errorem per magicas illusiones. Et capite 58 Sed si aliquid faciunt per Magicam quemadmodum diximus operati, fraudulenter nituntur seducere insensatos fructum autem & vtilitatem nullam præstantes, in quos virtutes se perficere dicunt, & caet. Ecclesia vero quemadmodū gratis accepit a Deo, gratis & ministrat: nec inuocationibus angelicis facit aliquid, nec aliqua praua curiositate: sed munde, & pure, & manifeste

ora-

orationes dirigens ad Dominum, qui omnia facit, & nomen Domini nostri Iesu Christi, in virtute secundum vtilitatem hominum, sed non ad seductionem, perficit. Habemus verba Irenæi.

44. Audiendus nunc est Chemnitius. Irenæus, inquit, significat hæreticos illorum temporum vsos fuisse inuocationibus angelorum lib. 1 c. 23. Et capite 35, ponit formam inuocationis, O angele oro te, & cætera. Et his respódens non ait fideles inuocare veros angelos, cum illi fictos angelos inuocarent sed pronuntiat Ecclesiam per vniuersum mundum non vti angelicis inuocationibus dum facit miracula: sed inuocatione Dei in nomine Christi.

45 Verũ apparet ex ijs quæ citauimus Irenæum satis superque antea significauisse de quibus inuocationibus sentiret. nimirum de magicis, & in tantum impuris vt Chemnitius præsciderit formam in verbis, oro te, non ausus eam integram referre: Sic vt Irenæus necesse non habuerit iterum exprimere de qualibus inuocationibus angelicis sentiret, cum ait Ecclesiam non facere aliquid angelicis inuocationibus: sed inuocatione Dei per Christũ. hæ nãq; inuocationes repugnabãt inuocationi Dei. Inuocatio vero sanctorũ ãgelorum, vt Dei inuocationi subseruit: ita ea comprehenditur. etenim vt dignius & efficacius Deũ inuocem⁹, inuocamus ãgelos vt nobiscũ, laudẽt vel orẽt Deum: vel Deum inuocamus, vt per se, vel per angelos suos tanquam ministros suos, quomodo ipsi placuerit perficiat mirabilia sua: siue eam inuocantes accedimus tanquam ab eo amandati ad sanctos angelos, tanquam dispensatores donorum Dei.

46. Origenes scripsit insignes libros aduersus Celsi scriptum. In his inter alia multa confutauit sententiam Celsi Platonizantis de religione angelorum. Docet enim nullos dęmones esse bonos. Dicit Iudæos non colere angelos, puta, tanquam Deos. scribit non esse supplicandum nisi soli Deo, particula soli excludente hos angelos. vt ipse-met se explicat. opponit inuocationi Platonicæ oblationem votorum quæ fideles supplices offerunt Deo omnibus præsidenti per vnigenitum eius filium. cui supplicant vt tamquam Pontifex nostras Deo offerat preces. affirmat hos angelos, siue dæmones, non esse placandos. Et respondens huic similitudini quam Celsus produxerat, sicut inter homines non ipsi tantum principes siue reges supplicationibus placandi sunt: sed primo potentiores, & secundum hos reges: ait solum Deum esse placandum per Christum: quo placato ministri quoque eius sint nobis placati, & ne vocati quidem orent pro nobis Quæ omnia libenter confitemur. Neque Ecclesia hac Celsi similitudine sic vtitur vt Chemnitius falso ei affingit. manifestum namque est potentiores sæpius placare Reges per se. boni verò ange-

angeli non placant Deum, nisi per Christum, nec à fidelibus inuocantur, nisi vt sibi tanquam fratres iuncti simul placent Deum per Christum. In summa Origenes per omnia consentit Apostolo in epistola ad 1 Colossenses. nam ei quod is ait, quæ non vidit ambulans, respondet istud apud Origenem: Angelos enim inuocare absque illorum cognitione, cuius homo capax non est, rationi non videtur consentaneum: & illi quod eodem loco scriptum est, non tenens caput, respondent plurima quæ Origenes contra Celsum prædicat de pontificia Christi intercessione. 1. Coloss 2.

47. Cæterum si quæstio sit num Origenes sanctorum angelorum inuocationem approbauerit, nec ne? dicendum est eum etiam in opere cōtra Celsum indicauisse se eam approbare. nam qui dicit 1 potestates illas innumeras ne vocatas quidem, vltro Deum vna comprecari, generique nostro adesse vtique significat eas multo magis nobiscum comprecari, & generi nostro adesse si vocentur. 1. Libro 8. contra Celsum.

48 In homilia verò 13. in caput 21. Numerorum paulo apertius istud significauit his verbis: Nullus sanctorum spirituum obtemperat Mago non potest inuocare Magus Michaelem, nō potest inuocare Raphaelem, neque Gabrielem multo minus inuocare potest omnipotentem Deum, nec filium eius Dominum nostrum Iesum Christum nec Spiritum sanctum eius. Intelligimus enim ex antithesi quod sicut fideles soliti erant inuocare Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum: ita etiam consueuerant inuocare in suo gradu Michaelem, Raphaelem, & Gabrielem: quod Magi non fecerint.

49. Sed in homilia prima in Ezechielem clarissime istud patefecit, vt qui posteaquam multa dixisset de descensu angelorum, & quod vnusquisque cum fit fidelis, committatur sancto angelo, & quod omnia plena sint angelis iuxta scripturam Matth. 18. ipse-met inuocet angelum pro baptizando, his verbis: Veni angele, suscipe conuersum ab errore pristino, à doctrina dæmoniorum, ab iniquitate in altum loquente: & suscipiens eum quasi medicus bonus confoue atque institue. paruulus est, hodie nascitur senex repuerascēs & suscipe tribuens ei baptismum secundæ generationis. & aduoca tibi alios socios ministerij tui. vt iuncti pariter eos qui decepti sunt erudiatis ad fidem. gaudium enim est maius in cœlis super vnum peccatorem pœnitentiam agētem, quam super nonaginta nouem iustos, quibus non opus est pœnitentia. Eā que Origenis verba vsque adeo clara visa sunt etiam ipsis 1 Magdeburgensibus, vt eorū causa notauerint Origenē homilia 1. in Ezechielē putauisse angelos etiam inuocandos. Quid mirum si Chemnitius non consentit cum ecclesia in historia, cui ne cum Magdeburgensibus quidem socijs suis, bene cōuenit 1. Cent. 3. c. 4. tit. de angelis in inuocat. doct.

uenit

uenit? Sed pergamus ad alia.

50. Idem Author, quod amplius est, vsqueadeo certus fuit de hac fide, vt non dubitauerit scribere homilia 3. in Canticum Canticorum nihil absurdum visum iri, si verba eiusdem Cantici, Ordinate in me charitatem, accipiamus de inuocatione angelorum: licet alioqui sensus alius occurrere possit. Ea verò, inquit, siue ad angelos dici accipiamus, à quibus se instrui postulat & muniri, nihil absurdum videbitur: secundum hoc quod de populo dicitur, Lætamini gentes cum populo eius, & confortent eum omnes angeli Dei. & vt in alijs dicitur, circundat angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. & item alibi: nolite contemnere vnum ex minimis istis qui in ecclesia sunt quia angeli eorum semper vident, faciem Patris mei qui in cœlis est. Hæc Origenes. Ex quibus etiam constat hanc consequentiam ipsi visam esse bonam: Angelorum officium est instituere, confortare, & tueri nos Igitur rectè inuocantur à nobis vt hæc præstent.

51. Postremo Origenes homilia 20. in Iosue tradit vtilitatem huius inuocationis, his verbis: Sicut enim apud Infideles contrariæ virtutes audientes illa vel illa nomina in carminibus & præcantationibus adsunt, & exhibent famulatum, & dãt operam in hoc ad quod inuocari se ex illo vel illo nomine senserint, officij sui rem quodammodo & ministerij cui seipsos mancipauerint dependentes: eo magis vtique cœlestes virtutes, & angeli Dei qui nobiscum sunt.

52. Synodus verò Laodicena vsqueadeo manifeste aperit se loqui de malorum angelorum cultu & inuocatione, vt nihil supra. Sic enim constituit canone 35. Nõ oportet Christianos derelicta ecclesia abire, & ad ãgelos idololatriæ abominandæ congregationes facere, quæ omnia interdicta sũt quicunque autem inuentus fuerit occultæ huic idololatriæ vacans, anathema sit. quoniam derelinquens Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, accessit ad idola.

53. Neque Chemnitius vllam iustam causam habuit cur accusaret quos vocat Papistas quod commenti nouam lectionem vertissent angelos in angulos: ne videlicet accusarentur quod incurrissent in hoc scelus damnatum ab hac synodo. Primum enim ne ipse quidem dissimulare potuit lectionem quoque angelorum significatam fuisse in libris Conciliorum. Deinde hos inspicienti manifestum est, hanc solam, tanquam alteri preferendam, in textu canonum inueniri: alteram verò angulorum, non nisi in margine. Tertio qui hãc istic indicarunt non fraude aliqua adducti sunt vt hoc facerent: sed quia inciderant in huiusmodi exemplar cuius lectionem vt indicarent in margine

ipsis

ipsis æquum visum fuit, propterea quod quum ecclesia quandoque etiam locum significet vbi ecclesia congregatur, hic sit facta mentio abitus ab ecclesia, cum quo non male conuenire videbatur congregatio ad angulos. Omnem enim fraudem eis abfuisse complura declarant. Primum quia canon dicit, derelicta ecclesia abire. ecclesia vero constat etiam bonis angelis. & vt demus eam hic restrictius accipi, habet nihilominus sanctos angelos sibi ministrantes. & consequenter nullam causam habuerunt cur timerent canonem qui decernebat non oportere Christianos derelicta fidelium & sanctorum angelorum concione congregationes facere ad angelos abominandæ idololatriæ. Deinde, quia sancti angeli manifeste non sunt idola, eáque abominanda. Tertio, quia constat ex scripturis sanctos angelos inuocatos à sanctis viris, quibus tantum crimen impingere velle, & prætereà eos accusare quod Christum dereliquerint, insaniæ fuisset.

54. Eiusdem vanitatis est quod idem Chemnitius citat aduersus sanctorum angelorum & aliorum sanctorum inuocationem Ambrosium ex commentarijs in epistolam ad Romanos ad verba, dicentes se esse sapiétes. quá- 1.c.1. do hic author, quisquis sit (nõ enim est Ambrosius) manifeste reprehendit stellarum cultores quas gentilitas angelos vocabat non authoritate diuina, vt idem ait in c. 2. ad Colossenses, sed superstitione humana, atque adeo etiam Deos. Ait enim in principio: Sapientes enim se arbitrantur, quia rationes physicas inuestigare putant, scrutantes cursus siderum & qualitates elementorum: Dominum autem spernentes. Nota Lector verba, Dominum autem spernentes. Deinde sequitur quod Chemnitius citat vt probet Ambrosium damnauisse in gentilibus præcipuum argumentum Catholicorum pro inuocatione sanctorum: Solent autem pudoré passi neglecti Dei misera vti excusatione dicentes per istos posse ire ad Deũ, sicut per Comites peruenitur ad Regé. Age nunquid tá demens est aliquis, aut suæ salutis est immemor vt honorificentiam Regis vindicet Comiti? cũ de hac re si qui etiam tractare sint inuenti, iuste vt rei dánentur maiestatis. Et isti se non putant reos qui honorem nominis Dei deferunt creaturæ, & relicto Domino conseruos adorant. quasi sit aliquid plus quod seruetur. Nota Lector hęc manifeste dici contra idololatras. Sequitur: Nam & ideo ad Regem per Tribunos & Comites itur: quia homo vtique est Rex. & nescit quibus debeat Rempublicam credere: Ad Deum vero (quem vtique nihil latet, omnium enim merita nouit) promerendum nullo suffragatore opus est (nimirum tali qui ei ignoranti patefaciat merita eius quem commendat, & eum

ipsi beneuolum reddat) sed mente deuota. quæ vtique non spernit implorationem precum fratrum suorum per Christum suffragatorem.

54. Verus autem Ambrosius sic ait in oratione in Auxentium de tradendis Basilicis, posteaquam retulit historiam Elizæi orantis Deum vt aperiret oculos serui sui: Aduertistis igitur quod seruulos Christi ij magis custodiant qui non videntur quam qui videntur. Sed & illi si custodiunt, vestris custodiunt orationibus aduocati. In libro verò de viduis docet fideles debere inuocare ãgelos: Obsecrãdi, inquit, sũt angeli, qui nobis ad præsidiũ dati sunt. Et alio loco ait nos debere aut affectare angelorum patrocinium, aut vereri offensam.

55. Augustinus quoque quibus locis scripsit angelos non esse inuocandos manifestissime sensit de inuocatione Platonica & Magica. Sic enim ait inter alia libro 10. Confessionum c. 42 Quem inuenirem qui me reconciliaret tibi? an eundum mihi fuit ad angelos? qua prece, quibus sacramentis? Multi conantes ad te redire, neque per se ipsos valentes, sicut audio, tentauerunt hæc, & inciderunt in desiderium curiosarum visionum, et digni habiti sunt illusionibus. Elati enim adduxerant sibi per similitudinem cordis conspirantes & socias superbiæ suæ potestates aeris huius, à quibus per potentias magicas deciperentur, quærentes Mediatorem per quem purgarentur, & non erat Diabolus enim erat. Eisque similia ¹ diximus eum tradere libro 8. 9. & 10. de ciuitate Dei.

¹ sectione 3.

56. Quum verò loquitur de sancta sanctorum angelorum inuocatione approbat eam, vt quum ait eodem libro 10. de ciuitate Dei. Nam & cum exaudiunt angeli eius (nimirũ, ita vt miracula faciant) ipse in eis exaudit tanquam in verò non manufacto templo suo. vt quum intelligit locum capitis quinti Iob quem multis tractauimus de sanctorum angelorum inuocatione, vt videre est in libro annotationum in Iob ex interpretatione verborum quæ sequuntur: Virum stultum perimit ira: vt inuocanti, inquit, non angeli respondere, aut se demõstrare dignati sint. Et paulo post: Aut idcirco angelos nõ audire non videre potest stultus qui ira interemptus est, & à zelo occisus. vt quum in eodem libro ait ad verba capitis 19 Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei: Angelos videtur postulare vt pro eo deprecentur, aut certe sanctos, vt pro eo pœnitente orent.

57. Quod autem ad Chrysostomum, & eius asseclas Oecumenium & Theophylactum pertinet, licet paulo aliter atque hi quos memorauimus exponant errorem quem Apostolus damnauit in epistola ad Colossenses: tamen cum eis in eo conueniunt, quod haud obscure significant eos quos Apostolus

postolus reprehendit substituisse Mediatores angelos in locum Christi. Ita enim Oecumenius istorum sententiam clare exponit: Erant id temporis qui dicebant non accedendum ad Patrem per Christum, quod maius hoc sit quã quod ad nos pertineat, quámque nostra paruitas ferat: sed per angelos quos Mediatores faciebant loco Christi, indignum ducentes Vnigeniti maiestate quod ipse ad Patrem nos duceret, & reconciliaret.

58. Sanctorum verò angelorum inuocationem Chrysostomus in tantũ approbauit, vt in sermone habito de ascensione Domini, qui extat tomo tertio, & in oratione septima de laudibus Pauli, eodem tomo, acceperit locum illum Iacob Genesis 48. angelus qui eruit me de cũctis malis meis, benedicat pueris istis, de angelo proprie dicto: Et in liturgia sic orauerit: Cœlestis militiæ princeps Michael rogamus te nunc indigni, vt tuis intercessionibus munias nos, vmbra alarũ tuarũ immaterialæ naturæ custodi nos procidimus & sine intermissione clamam⁹, à periculis erue nos, vt virtutũ prĩceps cœlestiũ.

59. Theodoretus quoque licet loquatur generalius quibusdam verbis expositionis 2. & 3. capitis epistolæ ad Colossenses de damnatis angelorum inuocationibus: tamen volentibus agnoscere veritatem satis superque ex circunstantijs aperit se tantum sentire de peruersis angelorum inuocationibus. Exponemus etiam istud in gratiam rudiorum. Qui Legem, inquit in commẽtarijs in caput 2. defendebant, eos etiam ad angelos colendos inducebant (putâ, loco Dei & Mediatoris Christi, vt paulo post apparebit & etiam ex verbis eius in caput tertium) illi verò hoc consulebant dicentes, Legem fuisse per eos datam. Mansit autem diu hoc vitium in Phrygia & Pisidiâ. Quo circa Synodus quoque quæ conuenit Laodiceæ, quæ est Phrygiæ metropolis, lege prohibuit ne precarentur angelos (nimirum, abominãdæ idololatriæ derelicto Iesu Christo. vt hæc Synodus expresse ait) Et in hodiernum vsque diem licet videre apud illos, & illorum finitimos, oratoria sancti Michaelis. Sentit autem vel de oratorijs quæ hi ædificauerant vt eum colerent iuxta sententiam Simonianorum, vel cultu aliquo Deo soli debito, putã sacrificio, vel alio aliquo improbo cultu, cuius exemplum extat apud Sozomenum libro 2. eccles. histor. c 4. de gentilibus colentibus & inuocantibus angelos qui apparuerant Abrahæ: aut, quod verisimilius est sentit de oratorijs legitimis, puta iam tunc commutatis à fidelibus ex malis in sancta oratoria. Solebant enim Christiani mutare templa idolorum in templa sanctorum. vt videre est apud hunc ipsum Theodoretum libro octauo de curatione græcanicarum affectionum, & apud Sozomenum de templis Alexandrinis Bacchi & Serapidis lib. 7. c. 15. & apud Gregorium libro 2. dialogorum c. 8. & libro 9 Regist. epistola

71. Sequitur apud Theodoretum: Illi ergo hoc consulebant, vtique humilitate vtentes, dicentes, vniuersorum Deum nec cerni, nec comprehendi, nec ad eum posse perueniri, & oportere per angelos diuinam sibi beneuolentiã conciliare. hoc autem dixit, in humilitate & cultu angelorum. Et in verba tertij capitis: Omne quodcunque facitis. & cætera. Quoniam enim illi, inquit, angelos iubebant aduocare, ipse contrarium præcepit vt & dicta & facta exornent recordatione Christi Domini. Et ideo, inquit, & Patri gratiarum actionem emittite per ipsum, non per angelos. (Nota Lector Theodoretum hæc sibi mutuo opponere.) Hãc etiam legem sequens Laodicena Synodus, & volens veteri illi morbo mederi, lege cauit ne precarentur angelos, puta tanquam mediatores, Christo derelicto, sicut Synodus ait, & ipse met Theodoretus. sequitur enim apud eum: Et ne relinquerent Dominum nostrũ Iesum Christum.

60. Idem quoque Author libro 1. hæreticarum fabularum meminit alterius quoque vsitatæ Cainis Inuocationis angelorum, quam damnat, & merito: erat enim fœdissima, & fiebat confictis & malis angelis. vt apparet ex eius verbis, quibus velut Irenæum interpretatur de eisdem scribentem. Alicuius angeli velut nomen (inquit) inuocant, tanquam illi vtique intemperantiam tribuentes: & in vnaquaque impudicæ actionis specie hoc faciũt. pro varijs enim impudicæ actionis formis, totidem quoque numero angelos dicunt respondere, qui earum rerum operatione coluntur.

1 supra sect. 43.

61. E contra verò Theodoretus vbi loquitur de sanctorum angelorum inuocationibus, approbat eas. vt colligere licet ex eius præfatione in Canticum Canticorum, vbi per amicos sponsi iudicat intelligendos esse sanctos angelos quos amicos certum est in hoc Cantico sæpius inuocari, præsertim in Græca editione. Et in commentarijs ad verba, Introducite me in cellam vinariam, ordinate in me charitatem. hęc autem, inquit, ad angelos loquitur. Et paulo post, tum assiduæ flagitationis suæ causam angelis explicans: Ego inquit, amore sum saucia, vestram opem imploro. Et, quod ad plius est, is non contentus sua expositione refert in eodem opere trium aliorum 1 Patrum & Pselli expositiones, quibus constat eos sanctorum angelorum inuocationes approbauisse.

1. vide verba eorũ & Pselli infra sect.

62. Itaque manifestum est hæreticos perinde agere dum quæ scripta sunt ab Apostolo & Veteribus de flagitiosis angelorum inuocationibus, contorquent in sanctas angelorum inuocationes: ac si (exempli causa) quę scripta sunt de malis angelis, de terra mala, de nuntijs malis, de malis operibus, de via mala, de malis fructibus, contorquere velint in bonos angelos, in terram bo-

ram bo-

ram bonam, in nuntios bonos, in bona opera, in viam bonam, in bonos fructus.

63. Tametsi non desint Veteres qui nusquam malae, sed tantum sanctae angelorum inuocationis meminerint, eámque approbent. quo in numero sunt Septuaginta interpretes quos citauimus. quibus addi possunt Athanasius, Polychronius, Gregorius Nyssenus, sanctus Nilus, sanctus Maximus, Psellus, Victor Vticensis, Basilius Ancyrae episcopus, Tharasius Constantinopolitanus, & Synodus septima: ac quem ex Recentioribus his honoris causa adiungimus, Bernardus.

64. Athanasius enim in epistola ad Serapionem intelligit verba Iacob Genesis c. 48 de benedictione angeli proprie dicti: & consequenter probat sanctorum angelorum inuocationem.

65. Polychronius vero in Cathena Graecorum in Iob ad verba, voca, si est, & caetera. Sed nimirum, inquit, ea vsus es orationis asperitate, vt nec angeli conspectu dignandus sis, si eum inuocaueris.

66. Tres autem sequentes Patres apud Theodoretum libro 1. in Canticum Canticorum, sic scribunt ad verba, Introducite me in cellariam vini, ordinate in me charitatem: Ministros spiritus in ministeriũ missos propter eos qui salutis haereditatem sunt adepturi, rogat vt sibi praesto sint ad perennẽ fruitionem assequendam.

67. Psellus quoque apud eundem Theodoretum libro 3. eiusdem operis ad verba, Adiuro vos: his quidem verbis, inquit, sponsa angelos obtestatur.

68. Victor vero Vticensis circa finem libri tertij de persecutione Vandalica, expresse inuocat Angelos in auxilium Africae: Adestote, inquit, Angeli Dei mei, qui nunquam deestis constituti in ministerio vestro.

69. Verba autem Basilij Ancyrae episcopi, & Tharasij Constãtinopolitani, & Synodi septimae citabimus sectione 127. tituli 24.

70. Bernardus vero sermone primo habito in die festo sancti Michaelis adhortatur fratres suos ad inuocandum sanctos angelos. Et haec, inquit, dixerim fratres, vt ampliorẽ de caetero erga beatos ãgelos fiduciam habeatis, ac proinde familiarius in omni necessitate vestra eorum inuocetis auxilia: sed & dignius in eorum praesentia conuersari, vt magis ac magis eorum vobis conciliare gratiam, captare beneuolentiam, exorare clementiam studeatis.

De Sanctorum corpore exutorum Inuocatione ex sacris scripturis.

Titulus 22.

DEuenimus ad Inuocationem Sanctorum corpore exutorum: quæ etiam communis est vniuersæ ecclesiæ. Neque enim solum Latina, sed Græca quoque, Syriaca & Æthiopica ecclesiæ ea vtuntur.

2. Græci namque in mysterijs ante consecratis quadragesimæ sic inuocant martyres: Clementissimi martyres vos non terra abscondit, sed cœlum suscepit. apud Christum intercedite, vt animabus nostris concedatur pax & magna misericordia. Et in ordinarijs sacris eorum mysterijs: Apostoli gloriosi Christi remissioné poscite fidelibus, & regnū cœlorū. Quibus similes multæ referūtur salutationes & inuocationes beatæ Mariæ virginis. In suo verò horologio sæpius eã inuocant in officio sanctorū: & praeterea Ioanné Baptistam, Prophetas, Apostolos, & Martyres. Et inter caetera inuocant etiam regiam beatae Mariae potestatem, dum sic orant: Mentem meam corporis voluptatibus mancipatam Domina bonáque mater integrā in libertatem asserere, & verissimum seruum filij tui bonis operibus me effice, vt te obnoxius glorificem.

3. Syri verò in precationibus abecedarijs post orationem Dominicam perinde salutant virginem Mariam atque nos. Aiunt enim: Pax tibi Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres, & benedictus est fructus vteri tui Iesus Christus. Eisque verbis etiam vt nos addunt: Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus. Ac paulo post adijciunt adhibitae alteri salutationi continenti insignes eius laudes: Et tu virgo preces auspicare pro peccato meo.

4. In Æthiopum verò missa, quam canonem vniuersalem vocant, populus post lectionem ex Paulo vtitur hac eius inuocatione: O bone minister sancte Paule, sanator infirmorum, qui coronam recepisti, ora & intercede pro nobis, vt liberetur anima nostra propter multitudinem miserationum Iesu Christi. Et subdiacomus ante lectionem epistolę Petri dicit: Discipulus & Apostolus Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi. cuius oratio & benedictio sit nos super séper. Et Sacerdos: O virgo, inquit, offer sursū & in altū orationem

tionem nostrã apud electos filij tui vt remittantur peccata nostra.ora pro nobis apud eum vt misereatur animæ nostræ.ora pro nobis in cõspectu throni filij tui Iesu Christi.O vere mediatrix ante Dominum nostrum Iesum Christum,te supplices exoramus vt memor sis nostri ora pro nobis vt deleantur iniquitates nostræ.

5. Oportet autem eum qui hanc inuocationem, cui omnes huius sæculi hæretici infense aduersantur,desideret ex scripturis cognoscere, ante omnia memoria repetere,quia necessarium est,quod antea diximus, non solum id habendum esse pro verbo tradito à Deo in scripturis quod ab eis expresse dicitur:sed etiam quod in eis includitur:siue quod bona consequẽtia ex expresse dictis infertur.Dominus enim (exempli causa)apud 1 Matthæũ & 2 Marcum ait resurrectionem mortuorum legi apud Moysem in verbis, Deus Abraham,& Deus Isaac,& Deus Iacob:& apud 3 Lucam Moysem his verbis ostendere mortuos resurrecturos:tametsi nulla facta sit aperta resurrectionis mentio:sed ea solum ex eis recte inferatur.

1.*Matth.*10 2.*Marc.*12. 3.*Luc.*10.

6. Pleraque enim eorum quæ scripturis tradita sunt de sanctorum corpore exutorum inuocationibus non sunt ab eis verbis expressis prodita: sed fere omnia ex eis sequuntur bona & firma consequentia:& nihilominus recte dicimus iuxta hanc Christi doctrinam,ea legi in scripturis siue scripturas ea tradere:&,quod maius est,Deum in scripturis ostendere sanctos corpore exutos recte à nobis inuocari.

7. Is namque secreta sua quibus vult modis reuelat:vel expresse vel occulte.ac tametsi certum sit eum legitimas huius diuersitatis causas habuisse: tamen nostrum non est eas cognoscere. quis enim penetret ad altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ ipsius? Quod si locus hic sit coniecturæ,vna de eis ratio fortassis fuerit quod præ se speciem aliquam superbiæ prætulisset sanctus qui expresse dixisset sanctos corpore exutos inuocandos esse ab hominibus vt orent pro eis,& vt ab ipsis accipiant munera. Sed veniamus ad rem.

8. Sicut sancti angeli recte inuocantur 1 à nobis vt laudent Deum eo quod longissime absimus vt possimus Deum laudare pro vt meretur:Ita eadem de causa cum eis socios laudationis Dei recte accersimus etiam sanctos corpore exutos.hec est enim animi valde incensi hoc ardentis amoris, omnes excitare ad laudandum eum qui desideratur:hoc animi qui magnam assidue capit voluptatem in cogitatione de Deo,qui stupet & miratur eius gloriam.Res hęc per se clara est.

Primum argumentum. 1.*vide sectionem* 12.*titu.* 21.

9. Et nihilominus Deus, qua est bonitate,huius quoque inuocationis exem-

Secunda argumentum ex trib. scripturis. exempla extare voluit in scripturis. Confitemini, 1 inquit Dauid generaliter Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini Deo Deorum, quoniam in æternum misericordia eius. Cõfitemini Do-
1. psal. 135. mino Dominorum, quoniam in æternum misericordia eius. hoc est, omnes qui potestis confiteri Domino confitemini ei quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius Sancti vero corpore exuti possunt hæc confiteri Domino. Eóque certior est hæc interpretatio, quod hæ causæ, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius, & pleraque opera quæ sequuntur, tangãt æque sanctos corpore exutos, atque alios: & pauca illa quæ in Israelem collata beneficia referuntur, non eos tantum qui ex eis requieuerãt, sed omnes quoque defunctos, contingerent propter fraternitatem. Idē quo-
2. psal. 148. que Propheta 2 alio loco ait: hymnus omnibus sanctis eius. quod etiam haud obscure pertinet ad sanctos corpore exutos: tum quia compræhenduntur appellatione omnium sanctorum: tum quia Dauid nullam causam habuit cur eo psalmo prætermitteret sanctos corpore exutos quo angelos, & reliqua cœlestia et terrestria vsque ad dracones prouocauerat, singula in suo gradu, ad
3. Daniel. 3. laudandum Deum. Azarias 3 vero & socij eius etiam expresse sanctos corpore exutos his verbis inuocauerunt, Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino, laudate & superexaltate eum in saecula. Nam haec sequuntur inuocationem filiorum hominum, Israelis, sacerdotum Domini, & seruorum Dei.

Tertium argumentum. 10. Habemus doctrinam inuocãndi sanctos corpore exutos ad nobiscũ laudandum Deum. Porro ex hac sequitur bona consequentia licitum esse fidelibus etiam eos inuocare vt nobiscum orent Deum quando orare Deum, pro nobis officium quoque eorum est. neque plene nos adiuuant solum laudando Deum, vt qui huic non solum laudes, sed etiam preces debeamus: neque eas quales exigit, & quantas meretur, persoluamus.

Quartũ argumentum. 11. Scriptura varijs exemplis docet Christum, etiam quatenus est homo, recte à fidelibus inuocari. nominatim Marc. 9. Luc. 8. & Act. 1. & 7. Neque dubium esse debet quin hac quoque formula recte simus eum inuocaturi, Iesu Christe ora pro nobis: dummodo absint errores Arij & Nestorij: quandoqui
1. Ioa. 11. dem huic æquiualens est 1 ista Marthae: sed & nunc scio quia quaecunque poposceris à Deo dabit tibi Deus. Quod verò ea formula abstineamus, & potius istis aliorũ formulis passim vtamur, miserere mei Lu. 8 adiuua me. Mar. 9 & similibus, id facimus, vt honoremus quae sunt in eo praestantiora, putâ diuinitatem & ne horum haereticorum erroribus consentire videamur. Porro ratio cur oratio inuocans Christum pro oratione ipsius sit in se sancta, est,
2. Rom. 8. et Hebr. 9. quod vnum de alijs officium Christi sit 2 interpellare pro nobis per suam hostiam

hoſtiam: quodque is, etiam quatenus homo eſt, nouerit preces noſtras. Declarauimus autem ſuo loco ſanctos defunctos acclamando Chriſto pro nobis intercedenti, orare vt Deus impleat petitiones eius. Et conſequenter qui Chriſtum orauerit vt pro ſe intercedat apud Deum, vna quoque recte cupiuerit vt ſancti pro ſe acclamando orent vt Deus exaudiat petitiones Chriſti. Nihil autem vetat quo minus exprimamus quod recte ſentimus. Igitur recte quoque inuocamus ſanctos defunctos, etiam preces noſtras, vt oſtendimus, cognoſcentes, vt pro nobis Deum orent, acclamando Chriſto pro nobis intercedenti. 3 ſect. 39. tituli 9.

12. Oſtendimus 1 ſanctos qui peregrinantur à corpore, tametſi pro ſuo modulo facti ſint participes regiæ Chriſti poteſtatis: tamen longe magis quã Chriſtum, orare Deum pro ijs quę adhuc abſunt tranquillæ poſſeſſioni huius poteſtatis: & 2 alias quoque Deum orare pro nobis. Sicut autem certum eſt homines communicare peccatis alienis conſenſu, conſilio, & adhortatione: ita certum quoque eſt nos eiſdem modis communicare bonis aliorũ. Proinde benefacimus quod conſentiamus ſanctorum pro nobis precibus, & eos exhortemur vt pergant facere, quod alioqui libenter pro nobis faciant. Quintum argumentum 1 ſectione 19 titulo 9. 2. ſupra integro titulo 9.

13. Ipſa ratio docet nos petere auxilium ab amicis. & tantum abeſt vt ſcriptura hanc petitionem improbet. vt oſtendat etiam pios poſtulauiſſe auxilium ab eis, vt (exempli cauſa) Iob 1 his verbis. Miſeremini mei miſeremini mei ſaltem vos amici mei. vt Ieruſalem pœnitentem 2 quæ in threnis ait ſe vocaſſe amicos ſuos. Neque dubiũ eſt quin ſcriptura quoque dãnet eos qui non fuerint amicis auxilio. Qui tulit miſericordiã ab amico, 3 inquit Iob, timorem Domini derelinquit. Et 4 Salomon, qui deſpicit amicum ſuum, indigens eſt, inquit. Sancti vero defuncti adhuc diligunt nos: quando quidem 5 charitas eorum non excidit. Immo longe ardentius diligunt nos, atque cum hic viuerent. Et conſequenter non ſolum ſunt amici noſtri quamdiu hic viuunt, ſed etiam quum extra corpus conſtituti Deo viuunt, ſunt amiciſſimi & fideliſſimi. 6 Oſtendimus autem non eſſe alienum à ſtatu ipſorum vt orent pro nobis: eos 7 factos eſſe participes regiæ Chriſti poteſtatis: eos 8 nouiſſe preces noſtras. Igitur & ratio, & ſcriptura, docent fideles recte facere, quod ipſos inuocent vt pro ſe orent Deum per Chriſtum Dominũ noſtrum: ſiue, vt Paulus 9 quandoque loquitur, vt ſe adiuuẽt in orationibus ſuis ad Deum & vt ſibi auxilientur regia ſua poteſtate. Et hi non aſpernantur inuocantes ne incidant in reprehenſionem amicorum infidelium & ne de ipſis conqueramur. ac dicamus quod Ieruſalem deplorans ſuam calamitatem 10 dicebat: Vocaui amicos meos, & ipſi deceperunt me: Sextum argumentum. 1. Iob. 19. 2. c. 1. 3. Iob 6. 4. Prouer. 14 5 1. Cor. 13. 6 titulo 9. 7. titulo 14. 8. titulo 18. 9. Rom. 15. 10 in threnis c. 1.

11 *Prouer.* 11 sed vt sint de numero verorum amicorum, de quibus scriptum 11 est, Omni
12 *sermone 5. in festo omnium sanctorum.* tempore diligit qui amicus est. Hinc profluxit quod Bernardus 12 non dubitauit eos cōpellare eisdē verbis quibus diximus 13 Iob inuocauisse auxiliū amicorum suorum: Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei.

13 *Iob.* 19. 14. Quo exemplo membrorum eiusdem corporis 1 Paulus docet nos debere compati fratribus nostris afflictis, & cum ipsis gaudentibus gaudere: eodem sequitur licere fidelibus inuocare Sāctos corpore exutos vt nobis auxilientur quibuscunque possunt modis: & nos hinc insignem fructum reportare. Etenim natura non minus docet licere vni membro petere auxilium ab alio membro, atque membra alia alijs congaudere & compati Et sancti qui cœlum incolunt vnum nobiscum 2 constituunt Christi capitis Sanctorum, corpus: & consequenter sunt nobiscum membra huius corporis. Neque etiā dubium est quin qui sanctos precatur, hoc agat, vt se adiuuent in oratione, vel alio auxilij genere. Proinde quætenti de Sanctorum corpore exutorum inuocatione, possumus eadē formula satisfacere, qua 4 Paulus Corinthios cōuenit & reuincit: Inter vos ipsos iudicitare num conueniat sanctos corpore exutos non inuocari à fidelibus. an nō natura quidem ipsa docet vos licere vni membro implorare auxilium alterius, & inuocatum inuocans posse adiuuare?

Septimū argumentum 1. 1 *Cor.* 12. 2 *Ephes.* 1. 3 *Rom.* 15. 4 1. *Cor.* 11.

Octauū argumentum 1. *tituli* 9. & 14. 15. Apparuit 1 integris titulis Sanctos bona Dei gratia orare ipsum pro nobis, & adiuuare nos regia sua potestate. Quis verò iure dubitet num liceat & vtile sit inuocare alium vt faciat opus Deo gratum & nobis vtile? Affectata ergo ignorantia peccant qui has inuocationes aspernantur.

Nonum argumentum 1. *vide tit.* 21 16. Sancti 1 angeli recte & vtiliter inuocantur à nobis vt orent pro nobis Deum per Dominum nostrum Iesum Christum, & vt beneficia in nos conferant, quorum sunt à Deo constituti administri: eo quod hæc sint propria eorum officia. Ostendimus 2 autem ex scripturis Sanctorum corpore exutorum officium quoque esse orare pro nobis, eósque pro suo gradu factos esse participes regiæ Christi super nos potestatis. Igitur eos quoque per inde recte atque sanctos angelos inuocamus vt pro nobis orent, & vt beneficia in nos conferant quæ profluunt à potestate regiminis gentium cuius Christus fecit eos participes,

2. *tit.* 9. *et* 14

17. Idque eo certius, quod procliuius est cōfugere ad coniunctos natura quàm ad creaturas alterius naturæ: ad eos qui aliquando obnoxij fuerunt miserijs nostris, quam ad eos qui nunquam fuerunt participes nostrarū infirmitatum: ad eos qui didicerūt ex his quæ passi sunt nobis compati, quā ad eos qui carent hac experientiæ scientia: denique ad eos qui transeuntes de hoc mūdo ad

do ad

do ad Deum, reliquerũt nobis sancta reliquiarum suarum pignora, quam ad eos quotum nihil eiusmodi habemus. Quas huius argumenti appendices Bernardus pulchre tractat sermone 5. in festo omnium Sanctorum.

18. Constat plurimis scripturæ exemplis licere & vtile esse fidelibus in- Decimũ ar-
uocare alios fideles, se & maiores, & minores, vt pro se orent. Nam filij Isra- gumentum.
el timentes Philistinos 1 dixerunt Samueli, ne cesses pro nobis clamare ad Do- 1. 1. Reg. 7.
minum Deum nostrum, vt seruet nos de manu Philistinorum. tulit autem Sa-
muel agnum lactentem vnum, & obtulit holocaustum Domino. & clamauit
Samuel ad Dominum pro Israel, & exaudiuit eum Dominus. Et postea 2 ei- 2 1. Reg. 12
dem aiunt: Ora pro seruis tuis ad Dominum Deum tuum vt non moriamur.
eisque Samuel respondet: absit à me hoc peccatum in Domino vt cessem ora-
re pro vobis. Sic Ieroboam licet alioqui impius, inuocauit 3 virum Dei his 3. 3. Reg. 13.
verbis: deprecare faciem Domini tui, & ora pro me vt restituatur manus mea
mihi. & orauit vir Dei faciem Domini, & reuersa est manus Regis ad eum, &
facta est sicut erat prius. Ezechias vero rex pius misit legatos ad Esaiam, qui 4 4. Reg 19
ei 4 inter alia dicerent: Fac orationem pro reliquijs quæ repertæ sunt. & Do-
minus pollicitus fuit per Prophetam, Rabsacem non ingressurum Ierusalẽ,
& Sennacherib reuersurum inglorium in terram suam. 5 Sedechias quoque 5. Ierem. 37.
misit legatos ad Ieremiam Prophetam dicens: Ora pro nobis Dominum De-
um nostrum: eidémque Prophetæ Iudæi postea 6 dixerunt: Cadat oratio no- 6. Ierem. 42
stra in conspectu tuo & ora pro nobis ad Dominum Deum tuum pro vni-
uersis reliquijs istis Et dixit ad eos Ieremias: Audiui, & ecce oro ad Dominũ
Deum vestrum secundum verba vestra. Et iterum: hæc dicit Dominus ad
quem misistis me vt prosternerem preces vestras in conspectu eius. Postre-
mo regina 7 Esther mandat Mardochæo vt vadat & congreget omnes Iudæ- 7. Esther 4.
os quos esset reperturus in Susan, vt pro se orarent In nouo verò testamento
Paulus sæpissime preces eorum quibus scribit, petit. vt quum ait 8 Colossensi- 8. Colos. 4.
bus Orantes & simul pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis. vt
quum scribit 9 Thessalonicensibus, Fratres orate pro nobis. & 10 iterum, de 9 1. Thes. 5.
cætero fratres orate pro nobis vt sermo Dei currat. vt quum 11 dicit Hebræis, 10. 2. Thes. 3 11 Hebr. 13.
Orate pro me. Ephesios 12 autem orat vt in omni instantia & obsecratione 12. Ephes. 6.
precentur Deum pro omnibus & pro se vt detur sibi sermo, & cætera. In e-
pistola 13 vero posteriore ad Corinthios vtitur expresse vocabulo auxilij: 13. 2. Cor. 1.
quoniam & adhuc, inquit, eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione. & in e-
pistola 14 quoque ad Romanos. sed hic istud amplius est, quod obsecrat hoc 14. Rom. 15.
auxilium, idque verbis expressis, per Dominum nostrum Iesum Christũ Ob
secro vos fratres, inquit per Dominum nostrum Iesum Christum vt ad-

adiuuetis me, siue concertetis mihi (id est, vt laborantem adiuuetis me) in orationibus vestris pro me ad Deum, vt liberer ab Infidelibus qui sunt in Iudæa. Porro ex hoc quod licet & vtile est fidelibus inuocare alios adhuc peccatis obnoxios, & de sua salute solicitos, ac quandoque longe meritis impares: recte sequitur multo magis licere fidelibus inuocare preces eorum qui sunt absque macula & ruga ante Deum qui certi sunt de sua salute, qui nos meritis superarunt. Si licuit & vtile fuit Paulo inuocare preces eorum quibus scribebat: quanto magis licitum est fidelibus inuocare preces Pauli cum Christo regnantis, maiórque fructus est expectandus ex eius inuocatione?

19. Nam quod Nouatores vocant hoc argumentum, & quod huic simile 1 attulimus pro sanctorum precibus pro nobis, ridicula & puerilia: faciunt quod insignes dissimulatores vulgo facitant, vt in re mala bonum animũ præ se ferant. tanto enim eorum timore percelluntur, vt se præcipitent ad conandum proponere exempla in quibus preces fidelium pro alijs nullius fuerint momenti, immo vt quædam eorum alio contorqueant: & nominatim 2 preces discipulorum Domini pro muliere Chananæa, 3 dimitte eam, quia clamat post nos. Nihil certe, (inquit Bucerus) in huius mulieris gratiam petunt discipuli: sed quia illis molesta est importunitas, dimitti quouis modo cupiunt. Et Caluinus: Adde, inquit, quod fastidiose hanc mulierem audiunt discipuli, atque vt animus fuerit patrocinio suo eam liberare, nihil tamen impetrant hæc isti. Fuisse verò discipulis animum patrocinio suo eam leuandi, manifestum est ex responso Domini, Non sum missus nisi ad oues quæ periẽrũt domus Israel hoc enim perinde valet ac si dixisset: Ego quidem libenter vos exaudirem si iusta peteretis: sed petitis quod æquum non est me dare: quia non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel: de quorum numero hæc mulier non est. Ex quo & hoc certum est causam quod non impetrarint peritum non eam fuisse quam isti prætendunt, quasi preces pro alijs nullius sint momenti: sed quod non æquum petijssẽt pro hac muliere. quę si postea impetrauit à Christo quod orauit, accidit extraordinarie, propter ingentem, raram, & vt ita dicam, extraordinariam professionem suæ fidei. Constat autem non solum ex ijs exemplis quæ citauimus, sed etiam ex alijs, preces sanctorum hic viuentium pro alijs esse vtiles. Isaac 4 enim orauit pro vxore sterili, & ei impetrauit fœcunditatem. Cum socrus 5 Simonis teneretur magnis febribus, discipuli orauerunt Christum pro ea. & stans super illam imperauit febri, & dimisit eam & facta 6 ab ecclesia sine intermissione oratione pro Petro, misit Dominus angelum suum qui eripuit eum de carcere & manu

1. tituli 9 à sectione 55 usque ad sectionem 59.
2. Matth. 15.
3. in ecclesi. exposit. Marlorati ad hæc verba c. 15.
4. Genes. 25
5. Luc. 4.
6

& manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. multum enim valet, vt Iacobus inquit, deprecatio iusti assidua siue efficax, & multo magis 7. Iacob. 5.
multorum iustorum.

20. Deinde quoniam non latebat Nouatores hoc consilium esse vanum
1 commenti sunt aliam esse rationem viuorum, aliam mortuorum. Deú enim 1. nominatim
has pecc s viuis permisisse, quod inter eos esset commercium, siue commu- Caluinus li-
nicatio: & hoc officium alendæ in ipsis charitati seruiret. Perinde videlicet br. 3. Instit.
hæc aiunt ac si Dei consilio interfuissent nam hæc causa differentiæ quam c. 20 sec. 24
prætendunt non est ab ipso Deo prodita. Eos vero nō fuisse familiares Deo et ex eo Mar
res ipsa declarat. Nempe auxilij sanctorum & petitionis eius hæc prima fun loratus in ex
damenta sunt à Deo constituta. Sensus miseriæ nostræ excitat nos ad deside- posit. eccles.
rium auxilij siue precum, siue alterius beneficij sanctorum. Communio quā ad verba c. 6. ad Ephes
habemus cum eis, causa est cur audeamus petere & iure petamus hoc auxi- os, & pro me
lium ab ipsis ad leuandas miserias nostras. Charitas verò eorum, & commu- & alus locis
nio quæ ipsis nobiscum intercedit, ac fiducia qua pollent apud Deum, impellunt eos vt faciant quod petimus. Nouatores verò dant pro communione commercium siue communicationem id est, vsum, siue consuetudinem inter se, cui conseruandæ hæ preces seruiant. quod commercium manifeste non tam late patet, atque communio: & præterea subticent reliquas causas quas retulimus.

21. Supra constitit sanctos 1 angelos orare pro nobis, & alter etiam no- 1. titulo 4.
bis auxiliari, ac quod āplius est, nos 2 hæc eorū auxilia recte petere. Fideles ta- 2. titulo 20.
men non conuersantur familiariter cum sanctis angelis. 2. Vel ex oratione Dominica certum est quemque fidelem orare Deum pro alijs omnibus fidelibus, etiam iis qui sunt (verbi gratia) apud Indos & Antipodes neque tamen vtimur eis familiariter 3. Licuit Constantino Magno inuocare preces Antonij abbatis: & nobis quoque licet inuocare aliorum Eremitarum orationes licet hi fugiant nostram consuetudinē 4 Nihil obstat quo minus mei (verbi gratia) Syrorum, Ægyptiorum, & Æthiopum orationibus commendem, licet nullum vnquam mihi cum ipsis, sicut nec ipsis mecum futurū sit commercium.

22. Proinde causæ quas reddunt, tametsi quandoque accidat vt locum habeant: tamen manifeste non sunt primariæ & generales. Neque difficile est alias eiusdem ordinis assignare, quæ in solos sanctos defunctos quadrent. & eo magis inuocationes eorum commendent. vt si quis (exempli causa) dicat sanctorum corpore exutorū inuocationes & auxi

haud parum facere ad confirmandam animæ immortalitatem & æterne beatitudinis fidem. Quod tamen si qui conatentur contorquere ad euertendas sanctorum hic viuentium preces pro sese mutuo, & earum inuocationes, næ hi, perinde atque isti, grauiter errarent.

1. sect. 58. tituli, 9. 23. Itaque sicut recte 1 formauimus simile huic argumentum pro sanctorum corpore exutorum precibus instar verborum quibus Christus vsus est cōtra Pharisæos Matth. 23: Ita recte quoque pro eorum inuocatione istud formamus hoc modo, vt eius vis plenius percipiatur. Væ vobis hæretici, qui dicitis fideles posse sanctos qui hic viuunt inuocare: eos verò qui hinc excesserint non item. Cæci & stulti, vtri rectius inuocantur? Hine qui in hoc miseriarum mari viuunt peccatis sordidi, & peccatorum periculis obnoxij? an vero qui perfecte sancti, & de se securi, ac maxima fiducia præditi, stant in cœlo ante faciem Domini sui?

Vndecimum argumentum. 24. Quid, quod ipse Deus eiusmodi causas precum sanctorum hic viuentium pro alijs, & inuocationis ac fructus earum, expresse reddit, quæ in sanctos quoque corpore exutos quadrant? atque adeo multo magis in hos quam in istos? Puto autem potius credendum esse Deo, quam Caluino, & eius socijs. 1 Scriptum est in Genesi Deum dixisse Abimelech, regi Geraræ, qui tulerat Saram vxorem Abraham: Nunc ergo redde viro suo vxorem: & orabit pro te: quia propheta est, & viues. Et paulo post sequitur: Orante autem Abraham sanauit Deus Abimelech, & vxorem, & ancillas eius. Prophetæ autem vocabulum non est hic nomen officij, sed latius patet, vel teste etiam 2 ipso Caluino, & Vvolfango 3 Musculo. significat enim sicut 4 & alibi 5 virum sanctum, selectum, Deo charum. In libro verò Iob 5 Deus præcipit amicis eius vt preces ipsius ambiant: se enim faciem ipsius suscepturum, vt non eis imputetur stultitia: & hanc huius præcepti causam profert: Neque enim locuti estis recta coram me, sicut seruus meus Iob. Hæ vero Dei rationes conueniunt etiam sanctis cœlicolis: atque multo magis, vt qui, confessione omnium non possint offendere in verbo, sed semper rectissima loquātur: & sint sanctissimi & Deo charissimi. proinde licet Dominus non amandauerit Abimelech & socios Iob ad preces alicuius sancti defuncti: sed ad Abraham & Iob hic viuentes: propterea quod expediebat ipsos scire quantos & quales viros læsissent, & quod Deo æquum visum esset eos læsis hac ratione debere satisfacere: præsertim Iob quem tātopere præ se contempserant: tamen his rationibus haud obscure significauit nos recte posse inuocare sanctos corpore exutos vt pro nobis orent, & se eos libenter exaudituros.

1. Genes. 20

2. in cōmentariis in Genesim.
3. in cōmentariis in psalmū 105. ad verba, et prophetas meos ne affligatis
4. psal. 104
5. Iob, 42.

25. Pharao, quantumuis Ethnicus, obstinatus, & reprobus sæpius Mosē

&

& Aaronem inuocauit vt pro se precarentur Dominum. Orate, 1 inquiebat, Dominum vt auferat ranas à me, & à populo meo. Et iterum; verum tamen longius ne abeatis: rogate pro me. Et 2 postea: orate Dominum vt desinant tonitrua Dei, & grando. Nec huc adductus fuit quod eorum quos pessime o-derat, consuetudinem desideraret: & multo minus quod didicisset ex verbo Dei hoc sibi licere: sed sensu miseriæ suæ, & quod ex admirandis operibus colligeret eos esse Deo charos. Et tamen istæ, & his similes, eius preces eum euentum habuerunt quem cupiuit. Scimus autem ex scriptura, quæ certior testis est experientia, Sanctos defunctos ardentissime amari à Deo: & consequenter impetrare quod pro nobis ab ipso petunt per Dominum nostrum Iesum Christum. Igitur obstinatiores sunt ipso Pharaone qui nolunt intelligere Sãctos defunctos recte à fidelibus inuocari, vel propter solam similem causam. *Duodecimũ argumẽtum. 1. Exod. 8. 2. Exod. 9*

26. Naaman Syrus haud obscure ostendit præcipuam causam, & quæ etiam sola merito nos moueat ad orãdum alios vt nobis succurrant, hanc esse quod sciamus eos posse & velle afflictis opem adferre. nam is non alio argumento adductus venit in Iudæam, quam quia audierat ex ancilla Iudæa esse Prophetam in regno Israel qui posset & vellet eum curare à lepra sua, præsertim datis literis à Rege Syriae ad Regem Israel, quae impetrarent istud fieri. Infideliores ergo sunt Naaman, adoratore Remnon, qui quum audiant in ecclesia, & alioqui scire debeant, sanctos posse, & qua sunt bonitate, velle nobis succurrere: non solum non implorant eorum auxilium, verum etiam alias ab eorum imploratione auertunt. *Decimum tertium argumentum. 1. 4. Reg. 5.*

27. Manifestum est, cum ex reipsa, tum ex scriptura Deũ hoc ipso quo dat alicui potestatem & facultatem dispensandi dona sua, non solum velle vt ea dispenset: sed etiam eos qui ipsis indigent, quodam modo ad ipsum vocare & mittere, immo velle vt eius auxilium, seu potius suum in eis, implorent. Nam Sunamitis non alia ratione Elizæum donatum hac potestate inuocauit vt filium suum defunctum excitaret à mortuis. neque enim vllum speciale praeceptũ hac de re habuit: & Elizaeus hac ratione contentus preces eius exaudiuit. Rursus, qui in 2 plateas exponebant infirmos, & ponebant in lectulis & grabbatis, vt Petri transeuntis vel vmbra eos obumbraret, ipso opere inuocabant Petrum vt sanarentur. id quod etiam ipsis cõtingebat. Petrus 3 accersitus precibus fidelium Liddaloppen, non verbis modo, sed lachrymis quoque inuocatus & exoratus fuit vt excitaret Thabitam à mortuis. Et omnes Apostoli inuocati fuerunt à multitudine ciuitatum vicinarum Ierusalem vt sanarent aegrotos & daemoniacos. Conueniebat enim, vt 4 Lucas ait, *Decimum quartum argumentum. 1. 4. Reg. 4. 2. Act. 5. 3. Act. 9. 4. Act. 5.*

multi-

5. titulo 14. 6. titulo 18. 7. titulo 25. multitudo vicinarum ciuitatum Ierusalem, afferentes ægrotos & vexatos à spiritibus immūdis, qui curabantur ōnes. Ostēdimus sanctè integro titulo Deum & Christū fecisse sanctos defunctos participes pro suo gradu regiminis gentium: & altero eos 6 cognitas habere preces nostras: constabitque 7 tertio eos donatos esse potestate faciendi miracula. Igitur hoc ipso quo Deus & Christus constituerunt eos pro suo modulo dispensatores donorum suorum declarauerunt sibi placere quod illos horum donorum causa inuocaremus.

Decimum quintum argumentum. 1. 4. Reg. 4. 2. Act. 3. 28. Prophetę & Apostoli sępius quidem sponte sua succurrerunt languoribus & afflictionibus hominum: sed quandoque etiam prouocauerunt eos ad auxilium suum inuocandum. Exempli causa 1 Elizæus iussit puerum suū quærere ex Sunamitide quid à se cuperet. Et Petrus 2 claudum ad petendum à se gressum excitauit his verbis, Respice in nos. hoc enim tantundem valet ac si dixisset, si vis sanari, implora opem nostram. præsto sumus, & possumus, & volumus, eam tibi afferre. sed æquum est vt eam speres & petas à nobis. quod autem habeo, si petis, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi, surge & ābula. Quo vero amabo te lector fundamento illud fecerunt? Certe non alio, quam quia sciebant se esse cōstitutos dispensatores beneficiorum Dei: & consequenter non posse Deo displicere quod excitarent miseros ad implorādum auxilium à se tanquā à ministris Dei & Christi. Sancti vero 3 defuncti sunt facti participes potestatis Christi qua regit gentes in virga ferrea, & vna constituti pro suo gradu administri gratiarum Dei per Christum Dominum nostrum. Igitur haeretici falso fingunt Sanctos corpore exutos nolle vt eos inuocemus, eosque preces nostras auersari. Ea contra autem verum est, non solum Deo, sed ipsis quoque placere vt eorum auxilium imploremus in tantum vt recte dixerimus eos quandoque inuitare homines ad petendū auxilium suum.

3. Apocal. 2

Decimū Sextum argumentum. 1 Genes. 48 2. supra tit. 19 sect. 23. 29. Audiuimus Iacob 1 arrogauisse Ephraim & 2 Manassen in filios suos his verbis: Et inuocetur nomen meum super eos: nomina quoque Patrum meorum Abraham & Isaac. id est, dicantur filij mei. & hanc phrasim ortam ab inuocatione, siue imploratione auxilij quod parentes debeant liberis. Iacob vero transiturus erat de hoc mundo, quum hac phrasi vsus est, & diu antea mortui fuerant Abraham & Isaac. Igitur licet significauerit quod diximus, tamen recte innuit Ephraim & Manassen posse se defunctum inuocare auxilij causa potuisset enim alioqui alijs, eisque apertionibus verbis hāc arrogationem significare & facere.

30. Incredibile est quibus conuicijs haeretici proscindant omnes Catholicos, propterea quod quidam eorum acceperint in originali significatione

Inuocare

Inuocare in verbis Iacob. 1 vocant enim eos stipites, miseros, indoctos, qui, qua sint hebetudine nesciant quid sit inuocare nomen Iacob, & in hac phrasi pueriliter ludant, & vel hanc 2 allegationem ostendere qua fide Pontificij causam istam agant. Sed hic error non merebatur tam acerbas reprehensiones: & multo minus debuit ascribi omnibus catholicis. nam quod multi non intellexerint hãc phrasim, tẽporũ barbariei imputandũ fuit neque studijs bonarũ literarũ illustratis omnes adiecerũt animũ ad studium linguæ Hebrææ, legebant autem omnes in originali significatione simile his Iacob verbis in 3 Numeris, Inuocabúntque nomen meum super filios Israel, Proinde non fraude & dolo, sed simpliciter in interpretatione phrasis difficilis errauerunt. Eóque hic simplex error etiam tolerabilior fuit. quod hocidem quod conclusserunt ex originali significatione, sequatur ab hac deducta illi loco propria significatione, E-contra vero multa sunt in ipsis insigni reprehensione digna, Quis non putaret hos Rabbinos in tanta conuiciorum intemperie primos reiexisse hanc significationem? Sed Liranus olim eam aperuit. Quis non existimaret eos in tanta linguæ petulantia effugisse vim argumenti quod hic locus subministrat? Sed tenentur adhuc arcte constricti.

1 nominatim Caluinus libr. 3. Instit. c. 20 sec. 25. & Bullingerus libro 1. de origine erroris c 18.

2 Chemnitius in solutione 5. argumenti pro inuocatione sanctorum pagina 834. exemplaris Francofurtẽsis.

3. Numer. 6.

31. Quod vt omnes apertius cognoscant, inquirendum est in causas similium locorum, in quibus verbum Iuuocare in hac deducta ab originali significatione accipitur. Omittimus autem verba mulierum apud 1 Esaiam, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, id est, simus & dicamur vxores tuæ: eo quod antea 2 dixerimus id manifeste deductum esse ab ope mariti quam afflictæ inuocare possint. Quæro ergo quod 3 Ieremias ait: Et nomen tuum inuocatum est super nos id est, sumus & dicimur populus tuus: vnde deductum sit? nonne quia consecratus fuerat Deo proprie dicta eius inuocatione? & quia tenebatur inuocare nomen Dei? Templum dicitur apud eundem 4 Prophetam domus in qua inuocatum est nomen Domini: id est, vt paulo ante dixerat, templum Domini. Et apud 5 Danielem nomen Domini dicitur inuocatum fuisse super ciuitatem Ierusalem: id est, Ierusalem appellatam fuisse ciuitatem Domini. Non dubium quin propterea quod templum proprie dicta inuocatione consecratum fuisset, & Ierusalem ipsi dedicata esset, deberétque populus eam inhabitans Deum inuocare præcipue in templo. Legimus apud 6 Iacobum de diuitibus: nonne & ipsi blasphemant bonũ nomen quod inuocatũ est super vos? quod si placeat eodem sensu accipere. hoc est, vt significe bonum nomen quo appellamini: inde manifeste ortum est quod adepti simus nomẽ

1. Esai. 4.

2. sectione 25 titu. 19.

3. Ierem. 14.

4. Ierem. 7.

5. Daniel 19

6. Iacob 2.

Christianum inuocatione Dei & Christi: quos etiam obligamur inuocare.

31. Eodem ergo modo Iacob hoc ipso quod arrogationem Ephraim & Manasse simili his phrasi extulit, recte significauit licitum & vtile ipsis fore vt se inuocent. Iacob autem erat morti propinquus quum hoc diceret. Igitur non solum rationem habuit exigui illius temporis quo hic erat victurus: sed præcipue respexit tēpus quod secuturū erat mortem suā. Quo etiā præcipue spectauit ipsa arrogatio. Nēpe Iurisconsulti pass m tradūt, & res ita se habet, eū qui arrogatur trāsire in arrogātis familiā, perīde ac si esset naturalis & legitimus filius: & cōsequenter succedere in eius hæreditatē. Iacob vero nullā vel perexiguam terræ Chanaan partem possedit, præter eam quam dedit ipsi Ioseph. pauca autem mobi'ia quæ habuit, minoris fuerunt momenti, quā vt ad ea sola respiceret. Sed quod maximi fuit momenti Deus dederat ei terram Chanaan, suo tempore possidendam. Igitur voluit hac arrogatione efficere, vt morte sua ius huius donationis transiret ad Ephraim & Manassen, tāquam in capita duarum tribuum ex eis, perinde atque alijs filijs suis orituraRum: & vt duas huius terræ portiones suo tempore partirentur in suis descendentibus: siue vt eorum posteri duas eius partes hæreditarent.

1 nominatim Caluinus libr. 3. Instit. c. 20 sec. 2. 21. & Chēnitius in solutione 5 argumenti Pōtificiorū pro inuocatione sanctorum.

33. Quam vero causam huius arrogationis 1 Nouatores adferunt de trāsmissione Iuris fœderis ad ipsos, ea manifeste falsa est. Nam Ephraim & Manasse fuerant ante hanc arrogationem, immo iam inde à teneris annis participes beneficiorum huius fœderis, tanquam descendentes ex Iacob per Ioseph. Neque alij filij Ioseph, horū fratres, de quibus Iacob dixerat, Reliqui vero quos generis post eos, 2 tui erunt, exclusi fuerūt ab hoc fœdere, tametsi non fuerint arrogati à Iacob.

2. Genes. 48

34. Sed quod hic præcipue considerandum cupimus, hoc est, omnes huic similes phrases ortas esse ex directa Inuocatione: & consequenter hanc quoque Iacob phrasin profectam esse à directa quam recte significauit sui & suorum Patrum inuocatione. tametsi ex consequenti ea excludenda non sit qua Deus potuerit inuocari ab Ephraim & Manasse ac eorum posteris, propter hos Patres.

3. lib. 1. Inst. tit. de adoptione.

35. Porro quia adoptio & arrogatio 3 naturam imitantur, non æquant per omnia: & multo minus præcedunt: recte quoque hinc colligimus licitū & vtile fuisse etiam alijs filijs Iacob qui naturales & legitimi erant, ac eorū posteris, inuocare Iacob, Isaac, & Abraham, patres suos, directa quoque inuocatione.

Decimū Septimum argumentum.

1. Luc. 16.

36. Postremo facit pro hac inuocatione historia diuitis epulonis apud 1 Lucam apertissime inuocantis Abraham his verbis: Pater Abraham miserere mei

re mei: & mitte Lazarum vt intingat extremum digitum suum in aquam vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flãma, & cætera Sed quia Chẽnitius opponit solũ ex eo cõsequẽs esse dãnatos inuocare sanctos, idque, vt ait, quia Deũ fugiant: & irridet fideles quod velint discere à dãnatis vsũ inuocationis sanctorũ quã prætereà cõstet ex hac historia fuisse inutilẽ: aperiẽda est firmitas argumentorum Fidelium profluentium ex hac historia, quæ is cum socijs suis dissimulat.

37. Christus Dominus noster manifeste docere voluit historia diuitis epulonis, ne per sanctorum quidem, atque adeo ipsius Patris omnium fidelium inuocationem, posse à Deo impetrari lenimen tormentorũ inferni hoc vero haud obscure significat ipsam inuocationem Sanctorum esse valde vtilem, modo ea petantur quæ æquum est concedi: qualia non fuerunt quæ hic epulo petijt.

38. Prætereà, Abraham non repræhendit sui inuocationem, seu ipsum inuocare sanctorum. Immo hoc ipso quo amice respondet. plane contrario more atque Nouatores faciunt qui ad omnem eius mentionem crepant idololatriam: approbat in se Sanctorum inuocationem. Reprẹhẽdit autem quod hic epulo à se peteret quæ iustũ non erat dari, neque poterãt concedi: Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, & cętera.

39. Itaque manifeste falsum est quod Chemnitius ait solum ex hac historia consequens esse damnatos inuocare sanctos Et falsa etiã est causa quã adfert quod ea vtantur propterea quod Deum fugiant, cuius etiam ne minimum quidem vestigium extat in hoc euangelio Quin & hoc falsum est nos simpliciter velle discere inuocationem à damnatis, sed discimus eam ex Christo, qui hanc historiam eo quo diximus fine reuelauit, & ab Abrahamo qui ipsam sanctorum inuocationem non damnauit, sed probauit. Denique repræhensio & recusatio iniquarum petitionum male contorquetur in iustas petitiones.

40 Vtrum autem hic diues didicisset Sanctorum corpore exutorum inuocationem ex publico Iudaici populi vsu: an vero eã esse licitum post mortem illis oculis perspexerit, quibus Abraham & Lazarum in eius sinu potuit conspicere, & omnes damnati vident se aberrauisse à via veritatis: difficile est pronuntiare, nec est quæstio fidei. 1. Sap. 5.

41. Sunt quibus placet populum Iudaicum, pronissimum ad Idololatriã, non intellexisse vim scripturarum quæ hanc inuocationem docebant Fuisse enim & alia multa dogmata scripturis veteris testamenti comprehensa, quæ populus Iudaicus ignorauit: Christiani vero ampliore luce donati dis-

1. Act 19. cant & credant, nominatim 1 de spiritu Sancto, de Sancta Trinitate, de 2 vo-
2. Act. 10. & 11. catione gentium, de qua Paulus non dubitauit 3 sic scribere tametsi extarent de ea plurimæ veteris testamenti scripturæ: Quoniam secúdum reuelatio-
3. Ephes. 3. né notum mihi factum est sacramentum quod alijs generationibus non est agnitum filijs hominum: sicut nunc reuelatum est Apostolis eius & Prophetis in spiritu gentes esse cohæredes & concorporales promissionis eius in Christo Iesu per euangelium.

42. Alijs vero magis placet Iudæos non fuisse penitus ignaros huius Inuocationis. vt quibus inuocatio angelorũ sanctorũ fuerit cognita: sicut manifestũ est ex scripturis quas pro ea 1 citauim⁹ Et qui hãc etiã in vsu habuisse videamur. vel ex eo quod quum 2 quidam stantes circa crucem non recte perceperint verbum Christi, existimauerunt Eliam fuisse ab eo inuocatum in auxilium: ne cæteris quidem ipsam inuocationem, seu ipsum inuocare Eliæ reprehendentibus: sed propterea gestis quoque Christum irridentibus quod qui indignus esset omni auxilio, auderet eius causa compellare Eliam, Dicebant enim illi qui dabat ei potum ex arundine: Sine, videamus num veniat Elias liberans eum. Sanctos vero tunc cognouisse necessitates & preces hominum reuelatione Dei certum est. Vt videre 3 est de necessitatibus in Onia & Ieremia.

1 sup. tit. 21. 2. Matt. 17. & Marc 15. 3. 2. Mach. 15.

43. Siue autem hoc verum sit, quantum quidem pertinet ad inuocationem auxilij precum sanctorum, id insigniter percellit Nouatores: siue illud potius amplectendũ sit, 1 frustra laborant eo dogma istud oppugnare. quãdo multa (vt iam-iam diximus) fuerunt tradita Iudæis quæ non intellexerunt Etsi enim fuerint populus Dei, sicut nos, eadem fide saluati, qua saluamur tamen multa recte & implicate crediderunt, quae expresse credimus. de quorum temporibus scriptum est ab 2 Esaia, Et repleta est terra scientia Domini, sicut aquae maris operientis.

1 nominatim Bullingerus libro 1. de origine erroris c. 19. & Chemnitius in responsione ad 5. argumentum, Pontificiorũ pro sanctorũ inuocatione. 2. Esai. 11.

44. Et haec quidem dicta sint in genere ex scripturis prò sanctorum inuocatione. Specialis autem inuocationis, siue quod saepius hos potius quam alios aduocemus, multae quoque & graues reddũtur ex scripturis causae. Prima, quod sint Deo caeteris gratiosiores, & super plura bona Domini sui, quã alij, vel etiam super omnia bona eius sint constituti, iuxta doctrinam Christi Matth. 25. & Luc. 19. vt (exempli causa) beata Dei genitrix, & gloriosi Apostoli Altera vero causa est, quod quidam Sanctorum has vel illas personas, vrbes, regiones, & nationes prae alijs dilexerint & nonnunquam in tantum vt pro earum salute morti se exposuerint. quæ dilectio, si quarum, harum certe præ

te prae alijs regimen merita sit & in morte creuerit, ac causa in istis sit maioris fiduciae. Sic 1 Daniel & Loth eos potius angelos inuocauerunt quorum in se beneficia experiebantur, quam alios. & Iacob 3 suum potius angelum qui ipsum eruerat de cunctis malis suis, quam alium inuocauit. Sic Iudaei prae alijs reclinauerunt in 4 patres suos Abraham, Isaac, & Iacob: & in Mosen 5 potius quam in alium sperauerunt quae exempla omnia tractauimus suis locis. Tertia causa est, quod sicut Christus dicitur ab 6 Apostolo didicisse ex his quae passus obedientiam: ita etiam quidam sancti didicerint ex his quae passi sunt vel laboris vel tormentorum & mortis genere, alijs eisdem laboribus & poenis exercitis compati. Quarta, quod aliquorum sanctorum reliquias habeamus. quae sunt velut pignora certae erga nos eorum beneuolétiae vt quos dignos iudicauerint qui ipsos hac in parte possideremus. Quinta coronatio & augmentatio in coelo virtutum quibus Sancti hic prae alijs excelluerunt. Sexta, electio huius vel illius sancti voluntaria, vt eum diligentius prae alijs inuocet. Vltima est, quod Deus miraculorum vel multitudine, vel magnitudine, vel genere, saepius velut signo dato, vocet homines ad aliquos prae alijs inuocandos. Eius namque est donare sanctos regno suo pro singulorum meritis. Neque fideles sibi arrogant, vt exponant quantam quisque regni ipsius administrationem consecuti sint: solú speciatim sciunt quod Deo placet ipsos experimento docere.

1. Daniel 10
2. Genes. 19.
3. Genes. 48
4. Esai. 63.
5. Ioan 5.
6. Hebr. 5.

Demonstratio ex sacris scripturis vanitatis eorú quae praetextu Scripturarum dicuntur ab haereticis aduersus Sanctorú corpore exutorum Inuocationem

Titulus 23.

SEquitur nunc vt confutemus ex scripturis quae ab aduersarijs dicuntur praetextu Scripturarum contra Sanctorum corpore exutorum inuocationem, vltra ea quae suis locis antea sufficienter refutauimus.

1. Nul-

1. Nulla, inquiunt, in tota scriptura sententia extat, quæ doceat inuocationem Sanctorum. ergo non potest Deo placere: vt quæ fiat sine fide. neque leue scelus est eam stabilire.

Responsio.

Primum argumentum eorum propositio prodita est à Confessione Augustana, quæ sic ait c. 21 Scriptura non docet inuocare sanctos, & quæ recepta fuit ab Authoribus Apologiæ & Confessionis Saxonicæ verbis paululum dumtaxat immutatis & à cæteris Nouatoribus, quamque Chemnitius his quæ referemus verbis amplexatur.

VEl hoc solum primum & (vt ita dicam) fundamentale Nouatorum argumentum manifeste ostendit, qua fide causam hanc agant. Nam vt omittamus apertas scripturas quas multas citauimus pro angelicis inuocationibus, & examen infirmitatis consequentiæ iam iam probauimus plurimis argumentis scripturam docere inuocare sanctos: atque adeo plurimas de hac inuocatione, etiam omnis generis extare tectas doctrinas in scripturis quæ etiam testentur & ostendant eam Deo placere & efficacem esse. Et tamē audent his plane contraria sine vllo pudore scribere: immo pro primo fundamento derelictionis auitæ religionis constituere. Quod si causentur scripturam non docere apertis verbis inuocare sanctos: infirmauimus hanc quoque exceptionem, dum ostendimus Christum manifeste docuisse legi in scripturis, & scripturas ostendere, quæ eis bona & firma consequentia sequuntur, etiam si ea non dicant aperte.

1. titulo 21.
2. titulo 22.
3. sectionibus 5 6 & 7. tituli 22.

2. Nullum extat mandatum inuocandi Sanctos, qui ex hac vita decesserunt.

Responsio.

Secundum argumentum, quod extat in confessione Augustana et eius Apologia & apud Bullingerum libro 1. de origine erroris c. 19 & Caluinum lib. 3. Instit. c. 20. sect. 24. & Chemnitium ac alios.

QVam nullius pretij sit argumentum quod ex hac propositione struitur, demonstrant Inuocationes sanctorum, angelorum, & hominum hic viuentium. Nullum enim extat mandatum quo Deus præceperit Patribus & Prophetis inuocare sanctos angelos: & multo minus vllum legimus præceptum quo Deus mandauerit angelis suis vt inuocent alios sanctos angelos. Et tamen hæ inuocationes sunt proditæ à scripturis. vt videre licet titulo 21. Dent autem: si possunt præceptum omnibus fidelibus datum de inuocatione sanctorum hic viuentium. Sed non possunt adferre: quia nullum extat quod ad omnes fideles pertineat. tantum enim duo particularia legi-

nus

mus praecepta: vnum datum 1 Abimelech, alterum socijs Iob, qui hos laeserant. Et nihilominus aeque probant in omnibus sanctorum qui in terra sunt inuocationem, atque fideles. Quin & Scriptura multa alia bona opera refert quae non sunt praecepta, vt (exempli causa) 3 virginitatem, 4 viduitatem, 5 venditionem omnium bonorum perfectionis assequendae gratia, modum 6 viuendi Prophetarum, 7 victum & habitum Ioannis Baptistae, 8 Annae commorationem in templo cum eius ieiunio, 9 lauationem pedum Domini, effusionem 10. vnguenti super caput eius. Et haec quidem dicuntur aduersus eos qui speciale de hac inuocatione praeceptum exigunt. Nam si quaestio sit de generali mandato, nullus est qui ignoret datum esse singulis hominibus à Deo naturae authore dilectionis sui ipsius mandatum, quod is confirmauerit, dum praecepit, vt 11 diligeremus proximos nostros, sicut nos-ipsos. Ex hoc autem profluit quod sicut recte aduocamus alia membra in membri alicuius afflicti auxilium absque speciali mandato: ita recte quoque inuocemus sanctos, nostra (vt ita dicam) commembra, vt nos adiuuent, tametsi nullum hac de re habeamus speciale Dei praeceptum.

1. Genes. 20. 2. Iob. 42. 3. 1. Cor. 7. 4. eodem ca. 5. Matth. 19 6. 4. Reg. 4. 7. Matth. 3. 8. Luc. 2. 9. Luc. 7. 10. Matt. 26 11. Deute. 5. & Matt. 22

3. Nullum extat in scriptura exemplum quo appareat à pijs inuocatos fuisse sanctos qui ex hac vita discesserunt.

Tertium argumentum Chemnitij quoque verbis relatum

Responsio.

quod à Confessione Augustana proditum, ab omnibus haereticis cupide susceptum est.

QVasi vero Scripturae prodant omnium rerum quas docent exempla. hos vero etiam contra scripturam & Deum eius Authorem exigere exempla in inuocationibus quibus Sancti defuncti inuocantur vt orent pro nobis, vel vt iuuent nos, illud manifestat, quod Deo 1 placuerit doctrinam harum inuocationum non aliter quàm recte tradere. Exempla vero pertinent ad manifestam doctrinam ad quam is inuocationem eorum ad laudandum Deum pertinere voluit: & propterea dedit nobis exempla 2 Dauidis & Azariae: perinde atque 3 aliorum multorum in inuocationibus angelorum.

1 vide supra titulo 22. sect. 5. 6. & 7. 2 vide eiusdem tit. sect. 9.

3. vide integrum titulum. 21.

4. Nul

Quartū argumentum Chemnitii quoque verbis relatum, quod à Confessione Augustana, & Saxonica prodictū, ab omnibus Nouatoribus receptum est.

4. Nulla extat promissio quod talis inuocatio sit Deo grata & efficax: hoc est, quod exaudiatur, & impetret gratiam.

Responsio.

QVot argumentis probauimus ex scripturis Sanctorum inuocationem: probauimus autem plurimis: tot fere apparuit eam esse fidelibus vtilē & salutarem. Quid autem refert quomodo Deus declaret eam esse sibi gratam, & hominibus salutarē? Aut quis est qui dicat ipsi cur bonam suam voluntatem hac vel illa ratione explicet? Fidelis officiū est omni Dei verbo, qualecunque sit, siue promissiua, siue alia forma conceptum, firmiter credere.

Quintū argumentum quo ōnes Nouatores passim vtuntur præsertim Magdeburgenses Chēnitius.

5. Sancti non sunt adorandi: quia solus Deus adorandus est, Ergo sancti non sunt inuocandi.

Responsio. 1.

SIcut scripturæ tribuunt adorationem etiam creaturis, & varias eius species agnoscunt: sed per tropum exoches hoc vocabulo 1 designant adorationem Dei: qui solus hac significatione est adorandus: quibus de rebus dicemus in titulo de veneratione sanctorum. Ita licet scripturæ tribuant inuocationem, etiam creaturis: tamen non male eodem 2 tropo significauerimus hoc vocabulo inuocationē Dei. Itaq; siquidē accipiāt inuocationē, in hac significatione perinde atq; adorationē, cōsequētia eorū bona est. quādoquidē inuocamus Deum tanquam omnipotentem, gubernatorem omnium, & omnis boni fontem: quæ agnitio est adoratio per excellentiam dicta, quam vulgo vocant adorationē latriæ. Sed hoc non magis aduersatur sanctorū inuocationi traditæ in scripturis: atque adoratio per exochen dicta adorationi angelorum & hominum præsertim sanctorum, à scripturis proditæ. Sin vero aliter accipiant inuocationem atque adorationē, non recte concludunt, & lectorem decipiunt diuersitate significationis.

1. nominatim Deut. 5 Exod. 20. & Matth. 4.
2. titulo 19. sect. 21.

Sextum argumentum, omnibus hæreticis commune.

6. Sancti corpore exuti substituuntur hac inuocatione in locum Christi Mediatoris: cuius intercessio sufficere debet omnibus ad impetrandum à Deo quæ petunt: iuxta apertas scripturas quæ extant de hac Mediatoris intercessione: quibus hæc inuocatio aduersatur.

Responsio.

PRior pars huius argumenti, manifestum & insigne mendacium est. nam sancti qui peregrinatur à corpore non magis substituuntur in locū Christi Mediatoris Inuocatione vt orent pro nobis: quam boni angeli, & sancti qui in terra sunt, quum eos inuocamus vt orent pro nobis. Omnes enim æqualiter inuocantur, vt orent nobiscum Deum per Iesum Christum Dominum nostrum. Posterior vero pars decipit sui ambiguitate Lectorem. vt clarissime apparet ex eis quæ diximus titulo 13. in responsionibus ad argumentum nonum & decimum. Repetemus autem quædam eorum breuiter, quia expedit. Certum est Christi intercessionem quum datur, sufficere ad omnia impetrāda à Deo neque eam vllo pacto requirere preces Sanctorum, tanquam adiutoria infirmitatis suę. Sed aduersarij fallunt in eo & se-ipsos, & aliqs, quod non contenti hoc posterioris partis argumenti sensu, eam perinde accipiunt, ac si Christus passim pro ijs intercederet qui officium suum orandi non facerent: & Deus qui creauit nos sine nobis, saluaret nos sine nobis: quod certissimo falsum est. Constat enim, vt alia omittamus, necessarium esse ad obtinendam Christi intercessionem, & per eam quæ nobis necessaria & vtilia sunt, oportere vt 1 ipsi oremus: idque 2 humiliter, 3 ardenter, 4 perseueranter, & cum derelictione malorum operum ac bonorum adiunctione: post quorum repræsentationem Dominus demum pollicetur apud 5 Esaiam: tunc inuocabis, & Dominus exaudiet clamabis, & dicet, Ecce adsum. Quæ omnia quia conscij sumus nos sæpissime non repræsentare, aduocamus preces Sanctorum, siue angelorum, siue aliorum, vel hic vel in cœlo constitutorum, fratrū videlicet, & (vt ita dicam) commembrorum nostrorum, in supplementum negligentiæ nostræ.

1. Matth. 6. & Luc. 11. 2. Luc. 16. 3. Colos. 4. & 1. Thes. 5. 4 Luc. 18. 5. Esa. 58.

7. Sacræ scripturæ præcipiunt orare & inuocare Deū, accedere ad eum cum fiducia, & promittunt exauditionē. Papistæ vero docent inuocare sanctos, & accedere ad eos. Ergo pugnant cum sacris scripturis.

Septimū argumentum, omnibus hæreticis commune.

Responsio.

CAtholici eque, immo diligentius atq; Nouatores docēt fideles aperte inuocare Deū & ad ipsū accedere per Christū. Sed hoc nō obstāte docēt eos etiā sanctos inuocare, & ad eos accedere vt oret Deū cū ipsis per Christum: hoc est, consequentiam Nouatorū non valere. tantum enim abest vt inuocatio sanctorum ad obtinendum preces eorum pro nobis inuocationi Dei repugnet, vt, quod nō semel diximus, ei subseruiat Dominus enī quū præcepit vt se inuocaremus, intellexit vt se eo modo inuocaremus, & ad se accederemus quo

1.psal.144. quo expoſuit,id eſt 1 in veritate,hoc eſt,ex toto corde,& cum ijs quas requirit virtutibus,humilitate,feruore,perſeuerantia,derelictione malorum & operatione bonorum. Quas ſi repreſentaremus vt oportet,impetraremus abſque intercesſoribus perinde atque mulier Chananæa,quæ peteremus. Nunc autem quis eſt qui ſibi audeat perſuadere ſe has ſicut Deus mandat,repræſentare,& non indigere adiutorio precum Sanctorum? Igitur Nouatores in eo hic errant quod non deſiderant Deum quum præcipit vt ſe inuocemus, vna etiam mandare vt ſe inuocemus ſicut oportet:quod cauſa ſit cur inuocemus adiutorium precum Sanctorum. Alter error eorum eſt quod non animaduertant inuocationem Sanctorum non ſolum ſubſeruire inuocationi Dei:ſed inuocationem Dei continere tum intentione tum deſiderio Deum efficacius inuocandi deſiderium enim inuocandi Deum quædam eſt eius inuocatio.

Octauum argumentum. 8. Papiſtę non ſunt contenti docere. Sanctos recte inuocari vt orent Deum pro nobis:ſed etiam "inuocant eos tanquam datores beneficiorum & auxiliatores in neceſſitatibus. Scripturę vero docent fideles aduocare Deum,tanquam datorem bonorum & auxiliatorem:& promittunt dona,& liberationem. Igitur hæc Inuocatio Sanctorum eſt iniurioſa in Deum,in tantũ vt eius cauſa Papiſtę ſint idololatræ.

Reſponſio.

Fideles dũ inuocãt ſanctos beneficij vel auxilij cauſa,inuocãt in ipſis Deũ, vt quibus conſtet ſanctos nihil poſſe niſi dono Dei:& quæcunque donant,non niſi per Deũ & tanquã miniſtros Dei donare. Népe, quod nõ ſemel diximus,ſed non poteſt ſatis dici,placuit Deo nõ ſolũ per ſe:ſed etiã per quãdã ſuas creaturas multa largiri hominibus: vt per Ieſũ Chriſtũ filiũ ſuũ cui tanquã 1 homini dedit omné poteſtaté in cœlo & in terra. Vt per 2 ſanctos angelos. vt per 3 Prophetas, & Apoſtolos,& alios ſanctos hic viuétes,& præterea per ſanctos defunctos: cum quibus 5 donatione Chriſti, ſingulis pro ſuo gradu,communicauit poteſtatem ſuper gentes. Proinde qui ad hos accedunt impetrandorum aliquorum beneficiorum cauſa,velut à Deo amãdati ad iſtos hoc faciunt(cui eius bonæ voluntati hæretici reſiſtunt)& ab ipſo Deo miniſterio ſanctorum & gratia Chriſti,expectant & petunt auxiliũ. Si quis autem ſanctos à ſe,& non à Deo,habere crederet poteſtatem qua vtũtur,

1.matth.28. 2.Geneſ.19. & 1.Daniel 10. 3.in libris Regum 4. 4.in euangelio & Actis Apoſtolorum. 5.Apocal.2. & vide ſupra titul.14.

tur, eius istiusmodi inuocatio pertineret ad idololatriam. Sed nullus fidelium ita instituitur: sed plane contraria doctrina imbuitur, qua Deus fons & origo esse docetur omnium bonorum, à quo sancti, quicunque & qualescunque, habeant quid-quid possunt. & quum ab his petunt auxilium, etiam si quando que non exprimant, intelligunt tamē, quod possint præstare gratia & volūtate Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.

9. Quæ cum ita manifeste se habeant, hæretici iniustissime ad omnes sanctorum eiusmodi inuocationes, clamant superstiosas esse & idololatricas & passim pręcipue harum causa fideles accusant de superstitione & idololatria. Nimirum fingunt, aut potius diabolus per eos, se magno honoris Dei zelo teneri. Quia enim expulsus fuit ex cordibus idololatrarum per sanctos doctrina cultus & inuocationis Dei, inuidit eorum potestati & inuocationi: & cum animo suo reputauit se non alio meliore prætextu retaliaturum, quā si haberet ministros qui eandem cultus & inuocationis Dei doctrinam opponerēt inuocationi & honoribus Sanctorum, & hæc tanquam zelo Dei incēsi superstitionis & idololatriæ passim damnarent. Quorum illustre exemplum habemus in 1 Ioram rege Israel, qui licet natus ex impijs & idololatris 1.4. Reg. 5.
Achab & Zezabel, etiam ipse esset impius & idololatra, nihilominus acceptis in Regis Syriæ literis his verbis: cum acceperis epistolam hanc, scito quod miserim Naaman seruum meum vt cures eum à lepra sua, scidit absque causa vestimenta sua, & ait, Nunquid Deus ego sum vt occidere possim & viuificare? quia iste misit ad me, vt curem hominem à lepra sua: cum intentio Regis Syriæ esset vt curaret eum à lepra sua per Phrophetam Elizæum. vt manifestum est tum ex verbis fidelis ancillæ vxoris Naaman, quæ fuerat causa profectionis ipsius in terram Israel: tum ex his Naaman verbis, Putabam quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini Dei sui, & cætera. Ad hunc enim modum Nouatores somniant in his inuocationibus idololatriam & dicunt, Nunquid isti Dij sunt vt curent nos, & dent eiusmodi dona? Verū sicut Elizæus, synceerus syncere & absque vlla calumnia haec Regis Syriae verba accepit, & reprachendit Regem Israel quod nulla causa scidisset vestimenta sua, & dixit: Veniat ad me, & sciat esse Prophetam in Israel: Ita fideles merito expostulant cum Nouatoribus de tanta iniuria: & Deo se ad sanctos velut amandati, haud secus libenter parent, ac si ipsos sanctos audirent dicentes, Venite ad nos: & hi calumniatores ex ipsis operibus discent nos factos esse participes regiae Christi potestatis.

o e 10. Postremo

Nouum argumentum Caluini 3. Inst. c. 20. sect. 22. & Chemnitii ac aliorum. 1. sectione vltima tit. 21.

10. Postremo contorquent aduersus specialium patronorum inuocationem illud Ieremiæ 2. & 11. Secundum numerum ciuitatum tuarum erant dij tui.

Responsio.

Etenim nullus est qui sanctos habeat pro dijs. Et causas legitimas specialium patronorum 1 antea reddidimus.

De Sanctorum corpore exutorum inuocatione ex historia ecclesiastica,

Titulus 24.

Tractanda nunc est historia ecclesiastica inuocationis Sanctorum corpore exutorum. quandoquidem cognitio historiæ ecclesiasticæ maximi est momenti: eo quod ea deueniamus in cognitionem 1 traditionis Apostolorũ per sermoné, & in maiorem certitudinem germani sensus eorum quæ ipsi & alij diuinitus scripserunt. Neque enim hi contenti fuerunt prædicare Christum (verbi gratia) 2 dixisse hoc est corpus meum, & simpliciter referre Dei & Christi verba quæ citauimus pro Angelorum orationibus, pro Sanctorũ corpore exutorum meritis precibus ac regia potestate, & pro Sanctorum angelorum: & corpore exutorum inuocatione: verum etiam germanum eorũ sensum clare & sufficienter exposuerunt: vt qui aliter officio suo non satisfecissent. Immo Apostoli plenissime contulerunt in Ecclesiam tanquam in depositorium diues, 3 vt Irenæus loquitur, omnia quę sunt veritatis. Hic vero germanus scripturarum sensus sermone traditus, medulla scripturarum, & dogmata non scripta cognoscuntur ex communi doctorum & pastorum Ecclesiæ sententia.

1. 2 Thess. 2

2. Matth. 26 & Luc. 22.

3. Irenæus in principio lib. 3. aduersus hæreses.

2. Et quidem fuerunt bene multi ex Nouatoribus huius sęculi, qui, ne opprimerentur huius argumenti pondere, finxerũt Ecclesiam quæ nõ posit errare, esse inuisibilem. Proinde contempserunt audacter omnes historias ecclesiasticas, quantumcunque antiquas, ad qualem magistratum fures & latrones magno redemerint appellationem, vt qui hac ratione semper impune grassarentur. Alijs vero quos huius puduit, placuit agnoscere ecclesiam esse visibilem. Qui quũ negarent cũ prioribus multa dogmata quæ profitetur Eccle-

sia esse verbo Dei tradita, immo passim iactarent ei aduersari, necesse habuerũt eorum origines post Apostolorum tempora tradere. ex quo secutæ sunt conspurcationes, corruptelæ & inficiationes historiarum, quæ ad res hac tẽpestate controuersas pertinebãt. In quibus facinoribus excelluerũt præ cæteris, Hẽricus Bullingerus, Cẽturiatores Magdeburgẽses & Martin⁹ chẽniti⁹

3. Ac, vt propius accedamus ad id quod tractamus, principio dicessionis Nouatorũ ab Ecclesia, traditũ est ab eis veteres Scriptores ante Gregoriũ nullã fecisse mẽtionẽ inuocationis Sanctorũ. vt videre licet in Apologia cõfessionis Augustanæ in 1 capite de Inuocatione. Cui 2 cõsentit Bullingerus, licet alijs verbis, quũ scribit priscã Oriẽtis & Occidẽtis ecclesiã catholicã annis quingẽtis, & sexcẽtis, & ãplius, soli Deo preces suas obtulisse. Et 3 Caluinus, dũ cõcionatur Papistas cõfinxisse hoc dogma, quãdoquidẽ facit cũ alijs Papatus Authorẽ Phocã Imperatorẽ, quẽ cõstat vixisse tẽpore Gregorij. Sed tanta nouitas nõ placuit Magdeburgensib⁹. tametsi enĩ scribãt 4 Inuocationẽ diuorũ nõ dũ fuisse in vsu secũdo sæculo: & 5 rursus, cõsuetudinis inuocãdi sãctos in doctorib⁹ huius sæculi vestigia nulla cõspici: tamẽ 6 prodũt videri in doctorũ tertij sæculi scriptis nõ obscura vestigia inuocationis Sãctorũ. & addunt habes eius formulã apud Origenẽ sub finẽ lib. 2. in Iob: O beate Iob, ora pro nobis miseris. vt etiã nos terribilis Dei misericordia protegat in õnibus tribulationib⁹, & eripiat ab õnibus oppressionib⁹ maligni, & cõnumeret nos cum iustis, & cõscribat nos cũ illis qui salui fiunt, & requiescere nos faciat cũ illis in regno suo vbi perpetuo cũ sãctis magnificem⁹ eũ. Qui etiã 7 notauerint, vt ãtea 8 admonuim⁹, Origenẽ homil. 1. in Ezechielẽ putauisse ãgelos etiã inuocãdos, citata quoq; eius formula. Auxerũt ergo tẽpus originis Sãctorũ inuocationis trib⁹ pl⁹ min⁹, sæculis. Verũ tãta ãtiquitas nõ placuit Chẽnitio vult enĩ 9 Sãctorũ inuocationẽ Origenis ætate nõdũ extitisse: imo ignoratã fuisse in publica ecclesiæ praxi ãnis 350. tãdẽ vero circa annũ Domini 370, per Basiliũ, Nyssenũ, & Naziãzenũ in pubicos ecclesiæ græcæ cõuẽtus occasione orationũ panegycarũ inuectã fuisse. Sed ita tamẽ vt nõ 11 statĩ vbique ab õnibus reciperetur & approbaretur sẽper enim extitisse præstãtes viros qui eã nõ admiserint, sed ĩprobauerint, & fundamẽta eius refutauerint. Petrum vero 12. Gnaphęum, qui in quinta vniuersali synodo vt haereticus damnatus fuerit, authorẽ & inuentorẽ fuisse miscendae inuocationis Sanctorum inter publicas ecclesiae graecae preces. Quod ad latinã vero ecclesiã attinet, 13 Ambrosium, qui vixit tẽpore Basilij, incepisse inclinare ad eã. & post Augustinũ qui sanctos non inuocauerit vires eã 14. acquisiuisse & creuisse in Poëtarum scholis & operib⁹, nominatim Prudẽtij & Paulini donec 15. desijt in horrẽdã idololatriã. Hæc Nouatores cõminiscuntur, & insignia aduersus sese mutuo bella gerunt.

1. vide infra verba s. c. 61
2 lib. 1. de origine erroris c. in resp. ad argumentũ
3. in sermon. gal. in Iob ad verb. c. 5 voca si est qui tibi respondeat.
4 cent. 2. c. 4. tit. de Inuocat. Dei pagina 50.
5. eod c. 4. in clo. doct. tit. de inuoc sãctorũ pagin. 63.
6. cent. 3 c. 4 tit de Inuoc. Sãct in inclinat. doct pagina 83.
7. eod. c 4 in inclin. do. 8. tit. de angel. pagina. 7.
8. tit. 21 sectione 48.
9 in examine decreti cõcilij Triden. 11. de Inuocatione sanct⁹ pagina. 891 exempl. Frãcofurtesis.
10 pag. 908.
11. pag. [illegible].
12. pag. 911.
13 pag. 937
14 pag 968 & 969.
15 pag. 977.

tatione, plurimis mendacijs, varijs fraudibus & ingentibus calumnijs.

7. Vt autem de veritate historiæ, & de his criminibus clare omnibus cõstet: partiemur hunc tractatum in tres partes. In prima dicemus sigillatim pro vtraque inuocationis Sanctorum specie de sententijs Veterum ad ea vsque tempora quibus fatentur vtramque inuocationis sanctorum speciem fuisse in publico Ecclesiæ vsu. Altera ostendemus quales olim fuerint litaniæ: propterea quod isti etiam de litanijs multa confinxerint. Tertia referemus & confutabimus calumnias quibus ecclesiam huius sæculi conspurcant & prægrauant.

8. Ordiemur vero ab Origene nõ tã quia placuit Chemnitio & Magdeburgensibus suarum originum tractatus ab eo incipere: quam quia is nobis præbebit occasionem loquendi de præcedentibus sæculis. Igitur Chemnitius duo scribit de Origene, quæ huc pertinent: Vnum 1 Origenem, tametsi copere disputare de Sanctorum orationibus, tamen non tractasse quæstionem de inuocationibus eorum: neque istam 3 consequentiam texuisse, beati in cœlo orãt pro nobis, ergo sunt inuocandi, immo eam ex professo reiecisse libro octauo contra Celsum. Alterum, Origenis 4 tempore sanctorum inuocationem non fuisse, non magis, inquam, angelorum, quam defunctorum. Quae duo sunt falsissima. 1. in examine decreti cõcilii Tridentini, de Inuocatione sanct. 2. pagin. 889 3 pagin. 886 4 pag. 891.

9. Etsi enim Origenes damnauit in Celso Platonicas angelorum inuocationes, cum propter alias causas tum quia aduersabantur Inuocationi Dei per Christum: tamen probauit sanctas sanctorum angelorum inuocationes: in tantum, inquam, vt ijs etiam expresse vsus sit: nominatim homilia prima in Ezechielem, vt etiam Magdeburgenses notauerunt, hac in re Chemnitio contrarij. Neque enim hae inuocationes repugnant inuocationi Dei per Christum: sed ei subseruiunt, immo sunt quaedam Dei in ipsis, siue per ipsos, inuocationes per Christum, de quibus fuse diximus titulo 21. a sectione 21. vsque ad finem. Porro recte sequitur, Origenes approbauit sanctorum angelorum inuocationes: ergo probauit etiam sanctorum corpore exutorum inuocationes. nulla enim causam habuit, cur illas iudicaret sãctas & licitas: has vero haberet pro superstitiosis, idololatricis, & prohibitis. de quo argumẽti genere diximus titulo 21. sectione 16. 1. vide eũ supra sectio 50

10. Immo Origenes etiam verbis expressis declarauit se probare Sanctorum corpore exutorum inuocationes. Neque iuuabimus nos ad huius rei probationem 1 illa formula quae extat in commentarijs in Iob sub nomine ipsius editis in fine libri secundi: licet Magdeburgenses ea vsi sint propterea quod viri docti & nominatim 2 Erasmus & 3 Sixtus Senensis, certo depraehé- 2. in editione istorũ cõmentariorũ. 3 lib 4. sancta bibliotheca in Orige

bis ad eorum inuocationem. nam sicut paulo ante dixit nihil absurdum visum iri si hæc verba Cantici interpretemur de sanctorum angelorum inuocatione, non alio argumento quam quod scripturæ docerent eos nostri curam gerere: vt ostendimus sectione 49. tituli 21 ita etiam docet his verbis nullum inconueniens futurum si eadem etiam accipiamus dici ad sanctos qui de hac vita decesserunt, hoc solo argumento quod ament nos: & quod scriptum sit in libris Machabæorum eos orare pro nobis. Et quomodo dubium non est quin Origenes illud acceperit de vera oratione ita consequens quoque est eum de vera Inuocatione sentire: non tropica, non simili gemitui omnium creaturarum.

13. Et vero Origenes merito struxit hanc consequentiam. Quis enim qui crediderit Sanctos orare pro nobis, & cognitas habere necessitates & preces nostras, quod Origenem quoque credidisse 1 ostendimus non minimum desideret vt diligenter pergant facere quod pro nobis faciunt 2 vel hac ratione quod necessarium sit, vt etiam officium nostrum impleamus: propterea quod preces Sanctorum pro nobis tunc maxime valeant quum non omnia in ipsos reijcimus, sed nostro quoque officio satisfacimus. Hoc autem desiderare, est inuocare. Neque enim inuocatio solum fit ore, & quum dicimus (verbi gratia) Ora pro nobis sancte Petre, vel hoc vel illud consequamur: sed etiam corde, & demonstratione miseriæ, iuxta prouerbium Miserum apparere satis est rogare. Habent namque desideria vocem quandam qua loquimur in occulto & poscimus nobis satisfieri hinc Augustinus in libro 2 de cura pro mortuis agenda, Cum fidelis mater, inquit, fidelis filij corpus desiderauit in Basilicam martyris poni, siquidem credidit eius animam meritis martyris adiuuari, hoc quod ita credidit, supplicatio quædam fuit. Hinc idem Author 3 dicit in commentarijs in psalmum 37. desiderium esse interiorem sine intermissione orationem: continuum desiderium, continuam vocem nostram esse.

1 sectione 27
2 titulo 18.
2. c. 5.
3 ad verba, Domine ante te omne desiderium meum.

14. Ad hæc obseruandum est Origenem tribuere verba Cantici, Ordinate in me charitatem, sponsæ, id est ecclesiæ Christi. Et consequenter falso falsius quoque est Sanctorum inuocationem à Basilio, Gregorio Nysseno, & Gregorio Nazianzeno, in Ecclesiam inuectam fuisse & primum per Petrum Gnaphæum irrepsisse in publicas ecclesiæ græcę preces.

15. Postremo hoc Origenis testimonium dissipat non solũ Chemnitij, sed etiam Magdeburgensium consilium. Consyderabant pauca primi & secundi seculi patrum opera extare, & quæ extabant pleraque non tractare de inuocatione sanctorũ: si quae vero eã attingerent persuadebant sibi se impune dicturos esse pheudepigrapha, quod tãte ãtiquitatis probatio videretur ipsis im-

sis im-

impossibilis. Ergo haud grauate originem inuocationis sanctorum, sicut & aliorum multorum dogmatum attribuerunt tertio sæculo: & negauerunt vlla confictitijs inuocandi Sanctos primo & secundo sæculis vestigia conspici in eorum doctoribus. Sed non est consilium contra Dominum. nam & antiquissimorum operũ quæ reijciunt ad pseudepigrapha, deprehensæ sunt legitimæ probationes: & authores tertij sæculi potuerũt testari de fide secũdi vt quod id pede, velut Iacob fratrẽ, tenuit: atque adeo etiã de fide primi. Habuerunt enim multa istorum sæculorum scripta, quae ad manus nostras non peruenerunt. Idemque sentiendum est de consequentibus saeculis. Debuerant ergo ante omnia considerasse num Scriptores tertij saeculi hoc dogma tradidissent tanquam tunc recens natum an de eo tanquam antiquo locuti fuissent. Deinde an ei cuius testimonium apud aliquos extabat, cæteri Patres se opposuissent, nec ne. Et siquidem tacuissent, certo apud se statuere, id esse antiquum & orthodoxum: argumento eius quod Paulus scripsit de Pastoribus & Doctorib' ecclesiae in epistola ad Ephesios c. 4. & Esaias sub nomine Custodum c. 62 his verbis: Super muros tuos Ierusalem constitui custodes. tota die, tota nocte, in eternum non tacebunt. Pertinétque hoec instructio ad examen aliorum quoque dogmatum.

16. Origenis autem verba manifeste demonstrãt hoc dogma non fuisse tunc recens natum, sed primis quoque sæculis creditum idque duobus argumentis. Nam interpretatur locum obscurum Cantici Canticorum iuxta græcam lectionem, Ordinate in me charitatem, doctrina, inuocationis Sanctorum, solent autem mystica per aperta, & incerta per certa exponi. Deinde cõ-
1. titulo 16 à stitit nobis 1 suo loco multis testimonijs ex ipso Origene depromptis, Patres
sectio. ,1. vsq; primorum sæculorum etiam credidisse sanctos defunctos orare pro nobis.
47. Is autem haud obscure significat verbis quę iam iam citauimus Inuocationem sanctorum recte sequi ex orationibus eorum pro nobis.

17. Porro si consulamus alios huius tertij sæculi Patres, inueniemus neminem qui hæc Origenis reprehenderit: ne Methodium quidem eius antagonistam, vndique velut captantem occasionem eum reprehendendi Immo hic tantum abfuit vt eum huius causa culparet: vt (quod Magdeburgenses & Chemnitius silentio prætereunt) sanctorum inuocationem cum ipso approbauerit & in vsu habuerit: atque adeo ita clare, vt in eius verba neque prosopopœia, neque aliquod aliud commẽtum, quadrare possit. Sic enim inuocat B. Mariam virginem in oratione habita ob hypopantem Domini: Quamobrem te ô sanctissima Deipara, quæ reliquis omnibus, & benignior es & materno honore, & cum Deo colloquendi libertate gloriosior, obnixe rogamus

vt

vt nostri, qui te inuocamus, tuique semper viuentem & indelebilem commemorationem diuinis laudibus celebramus, iugem ac perpetuam memoriam habere velis.

18. Et, quod amplius est constat ex oratione Gregorij Nizianzeni in laudem Cypriani martyris ne mulieres, quidem tertij sæculi, & quidem virgines ignorauisse hoc dogma, sed vsqueadeo bene cognouisse vt ad sanctorum inuocationem præsertim in necessitate constitutæ confugerent. Narrat enim Cyprianum cum ante conuersionem esset magiæ deditus, attentasse per dæmonem pudicitiam virginis patritio genere ortae & sanctis moribus praedite. Eam vero cognitis huius insidijs ad Deum confugisse, & sponsum suum Christum protectorem se, ille, ac simul etiam beatam Mariam supplicem obsecrauisse, vt periclicanti virgini auxilium ferret. Ita vicisse virginem, victũ vero fuisse daemonem. quae nullo quoque modo eludi possunt per prosopœiam & gemitum omnium creaturarum.

19. Quod cum Chemnitius considerasset, & vidisset hanc orationem ab omnibus tanquam germanum Nazianzeni opus habitam esse, & græcos etiam commentaria in eam scripsisse, 1 finxit Nazianzenum inuocationi Sãctorum cui fauerit conquisiuisse suffragium ex pseudepigraphis. Eum enim allegare scriptum quoddam de pœnitentia & conuersione Cypriani. quasi ab ipso Cypriano conscriptum quod Gelasius authoritate. Romanae ecclesiae diserte & expresse ostenderit esse apocryphum & supposititium. Aperte nãque falsum est Nazianzenum dicere se ex hoc libro ista sumsisse, immo is ne verbulo quidem meminit huius libri: sed e contra solum ait, non se solũ, sed multos quoque ex auditoribus suis scire quae dicturus sit. Nec 2 Galasius vllo pacto ostendit cur liber cui titulus erat, de pœnitentia Cypriani fuerit apocryphus: sed simpliciter reijcit eum inter apocrypha Romanæ ecclesiæ authoritate. Nec, Chẽnitius ex lectione libri aliquo modo colligere potuit cur hũc reiectus fuerit. quando is nunc non extat.

1. in examine decreti cõcilii Tridentini de Inuocatio sanct. pagina 909 & 910.

2. distinct. 15 c. sancta Romana ecclesi

20. His audacibus figmentis subijcit tria alia vilissima argumenta. puta; quod Hieronymus in catalogo & in cõmentarijs in Ionã scribat eum ante cõuersionem fuisse professorem Rhetorices. Deinde conuersatione, ac suasu Cæcilij, & occasione lectionis Ionæ ad fidem conuersum. Postremo quod Cyprianus contexens libro 2. epistola 2. historiam suae conuersionis nihil de ista tragœdia magica dicat. Quasi vero inter se pugnent docuisse Rhetoricam, & fuisse addictum studijs magicis fuisse conuersatione ac suasu Cecilij presbyteri, & occasione lectionis Ionae conuersum ad fidem, & daemonem confitentem impotentiam suam erga Iustinam, eo quod esset christia-

na primam occasionem dedisse cogitandi de conuersione ad Deum verum. Neque Hieronymus vtitur verbis quæ Chemnitius profert. tantum enim ait in catalogo eum suadente Cecilio presbytero Christianum factum. Reliqua vero non dicit, ne in commentarijs quidem in Ionam: solum pro exemplo pœnitentiæ adfert eius cōuersionem, capite tertio. Quod vero Cyprianus epistola, 2. libri 2. non meminerit huius non iam tragœdiæ, quam comœdiæ, quid mirum? quando nullum quoque aliud peccatum suum particulatim refert: illud autem autem in genere fatetur se quamplurimis vitæ prioris honoribus implicatum fuisse horror autem est magia. Prudētius vero in eius passione magiam in eo expresse agnoscit his verbis: Vnus erat iuuenum doctissimus artibus sinistris. Fraude pudicitiam perfringere, nil sacrum putare: Sæpe etiam magicum cantamen inire per sepulchra, Quo geniale tori ius solueret æstuante nupta. quæ pulchre conueniunt cum Nazianzeni narratione. Omitto quod duo fuerint Cypriani, vnus Afer, alter Antiochenus, sibi mutuo velut gemelli fratres, similes: quod haec putida argumenta non mereantur prolixiorem responsionem.

21. Nicetas Philosophus Christianus in vita Cosmae & Damiani, quae extat apud Simeonem Metaphrasten, refert rusticum quēdam in quem dormientem serpens intrauerat, inuocauisse hos sanctos paulo post eorum martyium: & seruatum fuisse. Et Eutychianus memorat herum suum Theophilum, œconomum sanctæ ecclesiae Adenae, inuocauisse b. Mariam cum insigni fructu. quod contigerit quum Persae nondum fecissent incursiones in Rēpublicam Romanam. vt videre licet apud eundem Metaprastē in vita eius. ab hoc Eutychiano scripta. quae exempla Nouatores silentio praetereunt.

22. Et quia incidimus occasione Origenis in historiam etiam saeculorū ipsum praecedentium, committere non possumus quin admoneamus lectorem manifestum esse in historia sepulturae Esaiae apud Siloam, quam retulimus ex Dorotheo martyre & Epiphanio, silentibus hic quoque haereticis Iudaeos inde à temporibus Manassis ambiuisse affectu & opere, quae vtique praestant verbo, preces Esaiae defuncti.

(margin: 1. sinode 16. / Ioan. 3). 76)

23. Ex quo porro & illud sequitur liturgiā Iacobi, qui Iudaeus fuit, tanto certius habendā esse pro germana eius liturgia iuxta Veterū, & sextae quoque Synodi in Trullo congregatae, sententiā: quanto magis Chemnitius, & eius in haeresi socij, eam huius quoque dogmatis causa reijciunt ad pseudepigrapha. Retulimus autem sectione 24. tituli 16. verba ex eā quibus constat fideles sub ipso appetiuisse preces b. Mariae virginis & omnium sanctorū ac iustorum, ad consequēdum misericordiam.

24. Et veritas quidem historiæ sæculorum horum sic se habet, oppugnātibus eam nihilominus Nouatoribus, vt diabolus nunquam quiescit, duobus generalibus argumentis: quibus etiam vtūtur aduersus ea quæ veteres sequētium sæculorum scripserunt de Inuocatione Sanctorum, vt vel hæc negent: vel saltem inferant eos sibi-ipsis contradixisse.

25. Vnum est, quod quæ Irenæus & Origenes ac qui eos secuti sunt bene multi Patres, scripserunt aduersus Platonicas magicas, & hæreticas angelorū inuocationes, ea contorquent in sanctorum non solum angelorum, sed etiā hominum defunctorum inuocationes. Sed quia fuse istud confutauimus titulo 21. qui est de quadruplici angelorum inuocatione, & præcipue de ea quæ sancta est: necesse non habemus eadem repetere.

26. Alterū vero eorū argumētum nititur ābiguitate vocabulorū cultus & adorationis, neglectis etiā locorū circunstātijs. eaq; fraude incipiunt vti inde à secundo sæculo nōdum, inquiunt Magdeburgēses, in vsu fuit inuocatio diuorum: sicut Eusebius libro 4. c 15 refert Christianos ossa Polycarpi in rogo extincti ad sepulturā petijsse. Iudæos vero per odium & illusionem Iudici suggessisse ne vllo modo Polycarpi corpus Christianis traderet: ne scilicet Christo relicto, eum colere inciperēt. Ad quod respondisse Christianos Eusebius addit, miseros eos ignorare, quod nec Christū vnquā relinquere, qui pro totius mundi seruādorū salute passus sit, nec alium quēpiā colere possint nā hunc quidē tanquā filiū Dei adorare se, Martyres vero tāquā discipulos & imitatores, Domini digne propter inseparabilem in regem ipsorum ac præceptorem beneuolentiam diligere. Hæc illi. 1. cent. 2. c. 4. titulo de Inuocatione Diu pag. 50

27. In quibus vltra fraudē cuius mentionē fecimus, inest & alius dolus. Quis enim simpliciū ex principio nō existimet ecclesiā Smyrnēsē ex qua hāc historiā refert Eusebi⁹, dicere diuorū inuocationē nō fuisse in vsu secūdo sæculo? quod tamē ne verbulo quidē dicit tātū autē ait christianos nō posse Christū relinquere neq; aliū quēpiā (puta, eo relicto colere nimirū cultu Dei qui cult⁹ appellatur per antonomasiā. Nā Iudæi haud obscure de hoc cultu sētiebāt, vt qui nō ignorēt Christum coli à Christianis tanquā Deum. Et quæ sequuntur: Nec alium quempiam colere possint nam hunc quidem tanquam filium Dei adorare se, clarissime hanc interpretationem confirmant.

28. Dilectio vero manifeste complectitur officia dilecto debita. & martyrum, tanquam discipulorum & imitatorum Domini, dilectio honorem ipsis conuenientem: vt honorificam sepulturā, quam Christiani libenter tribuissēt Polycarpo: vt venerabilē participationē alicui⁹ portionis sāctę eius carnis erāt enī multi qui (vt paulo āte scriptū est) sanctæ huius carunculae partici-

participes fieri cupiebant: vt conuentum ad eorum monumenta honoris eorum praecipue & inuocationis ipsorũ causa. Ex hoc enim Iudaei inferebant Christianos colere cultu Deo soli debito martyres: idque ideo quia malitia eos excaecante non distinguebant inter cultum Christi tanquam Filij Dei & Dei, & cultum Sanctorum.

29. Fitque hoc vitio etiam nunc vt Magdeburgenses ne post tot quidẽ saecula, distinguãt inter hos cultus ac sic locum pro suo errore citent, qui penitus inspectus eos condemnet. Vnde enim Iudaei collegissent Christianos velle colere Polycarpum tanquam Deum, si Christiani nullo penitus cultu martyres coluissent praesertim apud sepulcra eorum? Hoc vitio etiã nunc accidit vt plerique Nouatores noluit distinguere inter varias adorationes quas scripturae docent, & ex eo quod Patres docent vnum Deum adorandũ inferant eos sensisse sanctos non esse inuocandos inuocatione quae in ipsos quadrat. Denique hoc vitio contaminati Magdeburgenses hoc quoque praetextu audent si quid de sanctorum inuocatione in eorum operibus inueniatur scribere id in eis insertum fuisse ab alijs opera maligni spiritus.

1. cent 4. c. 4 tit. de Inuoc. Sãct. en inclinat. doct. pagina 197.

30. Nolunt enim intelligere variam & multiplicem esse adorationem, perinde atque inuocationem, & inter eas vnam quae per antonomasiam dicitur adoratio, qua de re, sicut & de cultu, & alijs vocabulis eodem pertinentibus, dicemus plenissime titulo 28. Immo potius quam haec agnoscant & malam mentem, ac malum animum exuant malunt fingere vana & incredibilia. Quis enim vsqueadeo hebes sit rerum aestimator, vt putet quemadmodum olim vnius Mithridatis literis vno omnes die ciues Romani in subditis ei prouincijs iugulati fuerunt ita vna etiam aliqua nocte vniuerso mundo altum sterrente omnia exemplaria, eaque manu scripta per totum orbẽ diffusa, vno momento per plagiarios contaminata fuisse. Nominent, si possunt, hos plagiarios. Exponant, siquidem valent quo saeculo hoc scelus perpetratum sit. Dicant qui factum sit vt tot saeculis vniuersus orbis tam stupidus fuerit, vt hoc facinus ãte hos Argos deprachenderit nemo. Sed nihil horum possunt praestare. Quin & ipsi loci inspecti sic ijs quae praecedunt & quae sequuntur cohaerent, vt hoc figmentum refellãt.

1. in examine decreti cõcilij Tridenti de Inuocatione sanct. pagina, 898 exempl. Fráckfortensis.

31. Sed transeamus ad Eusebium Caesariensem. In quo Magdeburgenses plane muti sunt. Chemnitius 1 vero licet fateatur eum sensisse sanctos defũctos orare pro nobis: tamen ait ipsum nec docere nec vsurpare inuocationem eorum: sed Christo gloriam perferendi preces nostras ad Patrem relinquere libro 10 eccles. histor, in vita Constantini. Quasi vero quisquam sit qui de hac gloria dubitet: aut quasi Inuocatio Sanctorum vt orent pro nobis pugnet

net eum hac gloria, ac non potius eam stabiliat.

32. Porro Eusebius memoriæ prodidit se & alios Christianos solitos fuisse suo tẽpore sanctos inuocare. Sic enĩ ait iuxta Georgij Trapezũtij versionẽ libro 13. de præparatione euangelica capite. 7. Hæc nos quotidie factitamus, qui veræ pietatis milites, vt Dei amicos honorantes, ad monumenta illorum accedimus votaque ipsis facimus tanquam viris sanctis, quorum intercessione apud Deum non parum iuuari profitemur.

33. Ac tametsi græca Eusebij verba paolo aliter se habeant si de verbo ad verbum reddenda sint: tamen, quod est optimi Interpretis sensum potius quam verba reddere, Trapezuntius recte eorum sententiam expressit. Græca ergo verba sic se habent. ὅθεν καὶ ἐπὶ τὰς θήκας αὐτῶν ἔθος ἡμῖν παριέναι, καὶ τὰς εὐχὰς παρὰ ταύταις ποιεῖσθαι, τιμᾶν τε καὶ τὰς μακαρίας αὐτῶν ψυχὰς ὡς εὐλόγως καὶ τούτων ὑφ' ἡμῶν γιγνομένων: Id est, Vnde, siue, qua de causa ad thecas, siue capsas, ac monumenta eorum mos nobis est accedere. & vota apud ea facere, honorareque beatas ipsorum animas, quippe cum consentanee hęc quoque à nobis fiãt. Trapezuntius autem loco illius apud ea quod per se notum erat dixit, ipsis facimus, vt clarius exponeret quibus vota fierent apud monumenta martyrum, nimirum ipsis martyribus quod interesset lectoris istud clare cognoscere. Deinde quia simpliciores nõ facile intellexissent verba, quippe cum consentanee hæc à nobis fiãt: eorum sensum reddidit verbis; quorum intercessione apud Deum non parum iuuari profitemur: iuxta videlicet similem Platonicorum sententiam, & fideliũ quo queq̃uam Eusebius multis locis horum librorum exponit, & nominatim capite 1. præcedentis libri.

34. Quæ quia Chemnitius considerare noluit, calumniatur alio loco Pontificios corrupisse hunc locum, & ex eo intelligi posse qua fide Veterum sententijs abutantur Pontificij Vult enim Eusebium sensisse hæc vota facta fuisse Deo, & non sanctis. Eamque interpretationem adfert in multorũ quoque aliorum Patrum similibus scriptis: Vt postea videbimus. In quo apparet ingens huius hominis pertinacia, qui maluerit quiduis potius comminisci, quam veritatem quæ se-ipsam ipsi clare videndam offerebat agnoscere. Quis enim nisi obstinatus in peccato, vel somniaret eos qui significant morem fuisse fidelibus ad munumenta martyrium accedere orationis causa, nobis denotare voluisse eo fideles concessisse ad orandum Deum, & non ad orandum sanctos? An non poterant orare Deum domi perinde bene atque apud monumenta martyrum? quem ergo fructum reportassent ex accessione ad istorum monumenta? Nullum, inquit, Chemnitius sed ipsis falso persuasum

suasum erat quum orabant Deum apud monumenta martyrum, ipsos martyres orare Deum cum ipsis. Verum quo authore istud affirmat? an quisquam sensit sanctos sponte non orare pro nobis, nisi oraremus Deum apud eorum monumenta? an Authores qui meminerunt huius accessus, senserunt quod Chemnitius comminiscitur, fideles nullum fructum ex eo reportauisse? immo plane contrarium tradiderunt. Videmus ergo hic hæreticos egregie imitari morem diaboli patris sui, qui quum adiuratur vt possessionem hominis quam vsurpauit, deserat: obsistit quamdiu potest, & vel in extremis labijs quoquo pacto se continet, donec penitus expellatur. Quinetiam Eusebium Chemnitius accusat quod hæc inuehere voluerit in ecclesiam ex Platone.

35. Sed plurima hic sunt specialia quę has calũnias præterea arguunt. vt quod Trapezuntius natione Græcus, & linguæ græcæ ac latinæ peritissimus, ante hunc Eusebij locum eo quo diximus modo latine reddiderit, quã quæstio de hoc dogmate moueretur inter Nouatores & eos quos vocant Pontificios. vt quod interpretatio Chemnitij quam adfert ad Eusebium non conueniat Eusebio: vt quod non sit consentanea sententiae Platonis, immo vero ipsi repugnet: vt quod factum Eusebij aliò torqueat atque æquum erat.

36. Quae vt cognoscantur, sciẽdum est Eusebium praeparare his libris quod ipse quoque titulus ostendit, infideles ad dogmata Christiana, docendo ea non debere videri ipsis tam noua ac putabant: quando bene multi Philosophi, & praesertim Plato omnium princeps, eis consentanea tradidissent, etiã de intercessionibus Sanctorũ, vt ostendimus suo loco: & de honoribus &

1. sect. 69 tituli 6. inuocationibus eorum, de quibus hic sermo est. non vero quod ipsi propositum esset, vt 2 antea quoque diximus, haec dogmata in Ecclesiam inuehere *2. eadem secti. 69.* ex Platonicis traditionibus, de quibus non constaret alijs argumentis. Solum namque scopum prae oculis habuit quem diximus, idque exemplo Pauli A-

3. Act. 17. postoli, qui cœpit 3 Athenienses hac ratione catechizare: & aliorum plurimorum Veterum qui ipsum praecesserant: vt (exempli causa) Iustini, Tatiani, & Clementis Alexandrini: qui non dubitarunt inter caetera probare ex Poëtis & Philosophis, vnum esse Deum, licet id certissimum esset ex scripturis. neque fuit qui eos reprehenderet, aut calumniaretur ipsos hoc dogma in ecclesiam inuexisse ex Poëtis & Philosophis.

37. Ergo quia Plato tradebat, vt Eusebius refert, eos qui gloriose decessissent, praesertim in militia, fieri daemones puros, obseruantes in terris, bonos depulsores malorum, & custodes hominum, ac vt tales factos, & colendos esse ab hominibus, & monumenta eorum adoranda: Eusebius ait haec Platonica posse accommodari ad mortem Dei amantium: quos recte, inquit,

dixeri-

dixerimus milites verae pietatis. ac tum addit verba de quibus hic quęstio est. Constat autem Platonem & Platonicos vota fecisse his daemonibus siue Genijs cum ex his verbis, colendos esse ab hominibus, tum ex multis alijs. Immo ostendimus Platonem tradere Deum non misceri homini. Igitur Eusebius sensit fideles etiam martyribus vota facere ad eorum monumenta & eos nobis bona tribuere: vt haec Platonica sint accommodata ad cultum martyrum. Et Trapezuntius sensum Eusebij recte reddidit, quum ait, votáque ipsis facimus: & quum illud, quippe cum consentanee haec quoque à nobis fiant, vertit, tanquam viris sanctis quorum intercessione apud Deum non parum iuuari profitemur. 1. titulo 21. sect. 3.

38. Spiridionem episcopum, virum vnum ex ordine Prophetarum, & alijs quoque miraculis clarum, refert Ruffinus libro 1. ecclesiast. histor. c. 5. filiam habuisse Irenen, quae ei cum bene ministrasset: virgo defuncta sit post eius obitum venisse quendam qui diceret ei quendam depositum commendasse. Patrem vero quum rem gestam ignorasset, & perquisitum in tota domo quod quaerebatur non inuenisset, permotum lachrymis eius qui persistebat se illi commendasse, ad sepulchrum eius properauisse, ac filiam ex nomine clamasse: & cum quesijsset quid pater vellet, & hic rursus, vbi ipsa depositum commendasset, illam designasse locum vbi erat defossum. Regressum vero ad domum, rem sicut filia de sepulchro responderat repertam, tradidisse reposcenti. Non inuocasset auté Spiridion, tantus vir, filiam, ne commodati quidem reddendi causa, neque filia sancta inuocanti respondisset, neque Deus miraculum in hoc facto permisisset, si inuocatio sanctorum in se non sancta, sed superstitiosa, vel etiam idololatrica fuisset.

39. Constantinus Magnus ædificauit Apostolis Constantinopoli magnificum templum, vt, sicut Eusebius refert libro 4 de vita ipsius, precibus illis quae eius loci ad honorem Apostolorum futurae essent, dignus haberetur. Inter preces autem quibus sancti corpore exuti honorantur, praecipue sũt quibus inuocantur: quibus id his insit haud obscura professio quod nostras preces audiant, ac nobis auxiliari possint. Igitur ne hic quidem primus Imperator ignorauit Sanctorum inuocationem, & clerus ac populus etiam ipso teste eã in vsu habuit in templis, veram, inquam & proprie dictam, cuiusmodi etiam fuit Spiridionis: quae vsqueadeo manifesta sunt, vt omnes Nouatores sint in his muti.

40. Athanasius sermone in euangelium de sanctissima Deipara, siue de annunciatione sub finem. Audi, inquit, filia Dauidis & Abrahae, & inclina aurem tuam in preces nostras, & ne obliuiscaris populi tui. Et iterum: Ad te

clamamus, recordare nostri sanctissima virgo, quæ etiam à partu virgo permansisti, & retribue nobis pro istis exiguis magna dona ex diuitijs tuarum gratiarum, tu quæ gratia plena es. Et rursus, Aue gratiosa. Dominus tecum. Intercede hera & domina, & regina, & mater Dei pro nobis. Agnoscuntque 1 Magdeburgenses hunc sermonem pro Athanasij opere: & quod pluris faciendum est, Michael Glycas & alij authores græci & latini. quod eo adiro nemus ne quis clamanti Chemnitio pseudepigraphum esse, propterea quod hæc sint clarissima, temere credat,

1. centur. 4. c 4 titulo de Inuocatione sáctorum in inclinatione doctrinæ pagina 296.

41. Quinetiá Athanasius ijs verbis quæ 1 citauimus ex libro de interpretatione psalmorú pro sanctorú precib⁹, Nó sunt psalmorú verba immutáda sed vt scripta sút recitáda vt sácti qui ista verba suppeditarút, sua esse agnoscétes, cóprecentur nobiscú, haud obscure approbat inuocationem quoque eorum & prædicat eam vtilem eo quod qui hoc fine verba psalmorum immutata recitat, licet non verbo tamen affectu & mente oret vt secum comprecentur.

1 sect. 70 titul. 16.

42. At Athanasius, 1 inquit Chénitius, probat oratione 2. cótra Arianos Christum esse Deum, quod sancti non postulent à creato aliquo, vt sit auxiliator. Sed Veterator non addit quod addere debebat, his psalmorum verbis: fias mihi in Deum protectorem & munitionem refugij, vt serues me. Et factus est Dominus refugium pauperi. Et adhuc sceleratius subijcit quod Athanasius 1 paulo post scribit: Sæpe etiam ab homine homini facta est opitulatio: & hic quidem iniuriam passo opem, operamque suam impartitus est, vt Abraham Loth: alius porro vexatis persecutionibus domum aperuit, vt Abdias filijs Prophetarum: alius peregrinum refocillauit, vt angelum Loth: alius indigis suppeditauit, vt Iob omnibus qui ab ipso postulabant. Vt igitur; qui supplicibus opitulatur, si se dicat ipsis opitulatorem factum: aut si hi qui auxiliú sensere, cum dicant vnde hoc beneficium descendit, auxiliatorem sibi esse factum: non initium natiuitatis quo homo esse cœpit, neque eius substantiá significant, sed beneficium quod ab eo factum est: Ita quoque cum de Deo loquuntur sancti, fuit, & factus est, non initium eius creationis insinuant, sed salutem ab illo hominibus irrogatam denotant.

1. pagi. 900

1. in eadé pagina 900. 2. sub finem orationis contra Arianos

43. Sic quod 1 obijcit Athanasium 2 probare Christum, quia adoretur esse Deum, eo quòd adorari solius Dei sit. atque vanum est Fallit enim, vt diximus, & infra fusius dicemus, simplicem Lectorem ambiguitate verbi adorare. quod vt per antonomasiam in solum Deum quadrat: ita communi significatione creaturis quoque conuenit. quæ varietas etiam locum habet in verbo Inuoco. Alioqui si simpliciter verum esset quod Chénitius statuit, ne Christus

1. eadem pagina 900. 2. oratione 3 cótra Arianos.

ſtus quidem tanquam homo adorari & inuocari potuiſſet & poſſet. Proinde etiam si Lactantius dixiſſet vnum Deum inuocandum, quod 3 iſte quoque obijcit, ſed non probat, quia non poteſt, nihil obſtaret eccleſiaſticæ de Sanctorum inuocatione doctrinæ. 3. pagin. 901

44 Diximus 1 titulo 16. Dorotheum 2 martyrem ſua narratione probauiſse Iudæorum ſententiam de precibus Sanctorum. Sed Lector hic quoque admonendus eſt eum narratione eadem etiam approbauiſse latentem in Iudæorum facto precum Eſaiæ inuocationem. iſque fuit fructus huius rectę inuocationis, vt Iudæi poſt mortem eius perinde atque ante, aquis Siloè vſi sint vt videre eſt Ioan. 9. 1 sect. 75. 2. in Synopſi in Eſaia

45. Hilarium qui penitus inſpiciunt, deprehendunt eũ duos ſenſus myſticos dediſse verborum pſalmi 120 Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi, diuerſos quidem, ſed non contrarios. vnum quem verbis expreſſis reddit in commentarijs in hunc pſalmum: contemplatus ſum angelos, & eorum dignitatem ac potentiã: ſed deprehendi auxiliũ meũ nõ prouenire ab ipſis tãquã abipſis. vnde ergo veniet auxiliũ mihi? auxiliũ meũ à Domino, qui & eos creauit in cœlo, ſicut nos in terra, & dedit eis eſse miniſtros ſui auxilij. Alter ſenſus eſt qui neceſsario profluit ex dictis eius in commentarijs in pſalmum 124. ad verba. Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi ſui. Agnoſcit enim expreſse duos auxiliatores noſtros, iuxta hæc verba: putâ Sanctos corpore exutos & angelos, tanquam Dei miniſtros, & ipſum Dominum à quo habent, quidquid boni habent & poſsunt. Ex quo porro ſequitur hic ſenſus verborum Leuaui oculos meos in montes, id eſt inuocaui ſanctos, angelos & defunctos, à quibus veniet auxiliũm mihi; legendo videlicet hæc verba per affirmationem. Leuare namque oculos in aliquẽ qui poſſit auxiliari, nihil aliud eit quam inuocare eius auxilium Neque vero hos ſolos inuocaui tanquam Dei miniſtros ſed etiam ipſum per ſe Deũ qui fecit cœlum & terram, & in eis angelos & homines Quoniam vero myſtici ſenſus non recte redduntur, niſi ex certis dogmatibus: ſicut prior ille teſtis eſt dogmatis eccleſiæ de gratia Dei, diu antequam Pelagius eius hoſtis & Auguſtinus acerrimus eius defenſor, naſcerentur qui hunc Hilarij ſenſum ſecutus eſt: Ita poſterior teſtatur Eccleſiam temporibus Hilarij fuiſse imbutã inuocatione angelorum, & ſanctorum corpore exutorum. tantum abeſt verum vt ſit quod 1 Chemnitius ſcribit, Hilarium neque angelos, neque ſanctos defunctos inuocauiſse. 1. pagi. 899.

46. Ephrem Syrus, cuius ſcripta tanti æſtimabantur vt in quibuſdã eccleſijs publice recitarentur, inuocat beatam Mariam in oratione de ſanctiſsi

mæ Dei matris laudibus: Sub alis tuis custodi me & protege. miserere mei qui sum luto inquinatus, & cætera: ne aduersus me glorietur Satanas exitiosissimus, ne in me exurgat execrandus inimicus meus. & cætera. non mihi alia fiducia ô virgo syncera, ex vlnis equidem maternis tibi domina mea deditus sum, & cætera. Denique sub tutela & protectione tua totus sum. Crebris lachrymis te ô celeberrima mater imploro & aduoluor tibi domina mea suppliciter clamans, ne dulcis filius tuus, & cætera. Imple os meum gratia dulcedinis tuæ. Illumina mentem ô gratia plena. Moue linguam meam & labia ad laudes tibi alacri & læto animo persoluendas, & melos illud angelicum celebratissimum, quod Gabriel in Nazareth seruili habitu ad te virginem & matrem Dei mei integerrimam clamans cecinit, salutationem maxime congruam & dignissimam mundi, salutem, cunctarumque animarum tutelam. Dignare virgo te tuum seruum laudare, & dicere, Aue & cætera: Aue domina Maria gratiæ plena, aue in mulieribus virgo beatissima. & cætera. Et in threnis sanctissimæ Dei genetricis: At vero nos te ô immaculata & benedicta & cætera, collaudamus, omnes tibi aduoluimur, omnes te imploramus. Erue nos ô intemerata ab omni necessitate, à cunctis diaboli tentationibus. Esto nostra conciliatrix & aduocata in hora iudicij: libera nos à futuro igne & tenebris, & Filij tui gloria virgo nos dignare tu namque es spes apud Deum Christianorum sanctissima. Et in sermone de laudibus sanctorum martyrum: Precamur, inquit, beatissimi martyres, qui pro Domino Saluatore, próque illius charitate sponte & impigre tormenta subistis, atque ideo familiarius Domino coniuncti estis, vt pro nobis miseris, & peccatoribus, & negligétiæ squalore sordétib⁹ dominũ interpellare dignemini, vt super ueniat in nos gratia Christi, quę corda nostra radio sáctę charitatis illustret, vt ipsum toto corde deligere possimus. Et sub finem: Nunc igitur ô beatissimi viri, ô gloriosissimi martyres Dei, me miserum vestris iuuate precibus, vt in illa hora misericordiam consequar quando manifesta erunt occulta hominum, & cætera: summóque cum gaudio circunstant (patres ac fratres propinquique vestri) certaminis vestri reliquias, benedici cupientes ac secum referre sancta animæ corporisque remedia. Omnes ergo benedicite, vt boni discipuli benignissimi Saluatoris nostri. Ego item imbecillis accepto vestris meritis ac precibus robore cecini tota deuotione animi ante sanctas reliquias vestras hymnum vestræ laudis & gloriæ. Pro me igitur misero ante thronũ maiestatis adsistite, vt vestris precibus saluari merear, ac vobiscum æterna beatitudine perfrui, gratia & misericordia Domini nostri Iesu Christi.

47. Hæc Ephrem. In quibus plurima sunt diligenti annotatione digna

gna. Primum apertissima eius beatæ Mariæ virginis & sāctorum martyrum inuocatio non solum propter preces, sed etiam propter auxilium: quæ neque prosopopœia, neque alio quopiam figmento vllo pacto eludi possit. Deinde versus ille quem etiam nunc canimus, dignare me laudare te virgo sacrata. Adhæc salutatio b. Mariæ virginis qua nos quoque eam salutamus, Aue Maria gratia plena. Præterea oratio illa si omnia colligas Maria mater gratiæ, mater misericordiæ tu nos ab hoste protege & hora mortis suscipe. Postremo, quod Christiani cuiusuis ordinis vsi sint inuocatione martyrum apud eorum reliquias ad consequendum eorum benedictionem. nec commentum Chemnitij, quod non inuocauerunt sanctos apud eorum reliquias, sed solum Deum, vllo colore excusari posse. benedici cupientes, inquit, ac secum referre sancta animæ corporisque remedia, omnes ergo benedicite.

48. Quinetiam æque vanum est quod is scribit[1] Basilium, Gregorium Nyssenum, & Gregorium Nazianzenum, suis panegyricis orationibus in quibus vsi sint prosopopœia, inuexisse in ecclesiam sanctorum inuocationē. Constat enim non solum ex Ephrem & alijs quos memorauimus, sed etiam ex his ipsis, fideles ante imbutos fuisse hoc dogmate, & id in vsu habuisse, quàm isti homilias haberent ad populum in sanctos quosdam martyres: idque duobus argumentis vno ex genere orationis quo vtuntur, vt: quod non sit demōstratiuū: sed solū affirmatiuū, & nonnunquā adhortatoriū ad pigros excitandos. altero, quod clarissime significant non solū popellū & mulierculas (ex quorū opinionibus Chēnitius calūniatur Basiliū sua hausisse quasi ignotum esset quis & quantus fuerit Basilius) sed omnes fideles, etiam vsque ad mulieres, passim vsos fuisse sanctorum inuocatione.

[1] *Pagi. 901. & 902.*

49. Citauimus sectione 76. tituli 16. ex homilia Basilij in 40. martyres, quędam verba vt eorum intercessionem probaremus: sed quia insigniter quoque exprimūt morē & studiū populi Christiani quaerentis ad inuocationē sanctos propitios ad facilē impetrationē: neque sunt valde prolixa, repetemus ea. Saepe operam dedistis, sæpe laborastis, vt vnum pro nobis orantē inueneretis. quadraginta sunt hi vnā orationis emittentes vocem vbi enim sūt duo vel tres in nomine Domini congregati, ibi Deus est. vbi vero 40. fuerint, quis dubitat Deum esse praesentem? Sequitur: Qui aliqua premitur angustia, ad hos confugit; qui rursus lætatur, ad ipsos decurrit: ille vt à malis liberetur: hic vt duret in rebus lætis. Hic mulier pia pro filijs orans deprehenditur: itemque peregrinanti marito reditum, ac infirmo salutem petens. Cum his ergo martyribus fiant preces vestrae. Et in oratione in Mamantem martyrem: Cuiuscunque animum adhortabimur

vt quæ in cognitione habet, ad memoriam reuocans, ac mente renouans, ex se ipso sibi alimoniam paret, vt proprijs exhilaratus subsidijs, domum reuertatur. Memores estote Martyris quotquot illo per somnia potiti estis: quotquot in hoc loco constituti, adiutorem ipsum ad precandum habuistis: quibuscunque ex nomine aduocatus (Nota Lector hæc verba) ipsis adfuit operibus: quotquot aberrantes ad viam reduxit: quoscunque sanitati restituit; quibuscunque pueros iam mortuos ad vitam reductos reddidit: quotquot vitæ terminos prorogauit.

50. Gregorius vero Nyssenus sic morem quoque populi Dei describit in oratione in laudem Theodori martyris. Lachrimásque pietatis & affectionis indices effundunt (nimirum ad corpus Theodori) martyríque vt omnibus partibus integro ac vigenti supplicant, vt pro se apud Deum legationis munere fungatur. vt Dei ministrum appellant, qui quando vult inuocatus munera impetret. Hæc Nyssenus, quibus etiam clarissime refutat commentum Chemnitij quo fingit sanctos non fuisse inuocatos apud eorum sepulchra, sed solum Deum. Sequitur paulo post inuocatio ipsius Nysseni, non per prosopopœiam, sed proprio sermone vt res ipsa demonstrat: Tu vero quæcúque te ora tenet, huc ad nos adueni. nos enim te vocanté vicissim vocamus. Quocirca siue sublimi in æthere moraris, siue cœlestem aliquam apsidem circumuertis, siue inter angelorum choros constitutus Dominum adoras, istis omnibus parumper intermissis, ad nos qui te colimus & honoramus, accede. Multis beneficijs indigemus, tu legationis munere apud communem regem pro nobis fungere. Quanquam hanc vitam transcendisti, humanas tamen necessitates non ignoras, impetra nobis pacem. Nos quidem quod hactenus sarti tecti seruati sumus, tibi acceptum referimus: sed in posterum etiam securitatem postulamus. Haud procul absűt immanes Scythæ, vt miles propugna, vt martyr pro conseruis vtere libertate loquendi: Quod si maiore opus sit auxilio fratrum tuorum martyrum chorum adhibe: vná cum omnibus supplica. multorum preces iustorum nationum & populorum crimina diluant. Petrű admone, Paulum excita, Ioannem Theologum dilectum discipulum, aduoca, vt ecclesiarum quas constituerűt, pro quibus catenas pertulerunt, pro quibus pericula & cædes perpessi sunt, soliciti curam suscipiant, ne cultus idolorum contra nos caput extollat, ne hæreses & cætera: sed tuæ precationis magnus frúctuum prouentus appareat. Et in vita Ephrem: Tu vero, inquit, diuino assistens altari, vitęque principi, ac sacrosanctæ vna cum angelis sacrificans Trinitati, omnium nostrum recordare: nobisque peccatorũ veniam impetra. Id quod etiam absque tropo manifeste dicitur.

51. Ac

51. Ac tametsi Gregorius Nazianzenus quandoque in suis operibus vtatur Prosopopœia, vt in oratione in sanctũ Pascha: O Pascha magnum & sacrum, & cætera: tamen nullo pacto sequitur eum vbique hoc tropo vti. Immo complures apud eum extant Inuocationes sanctorum quæ hac ratione non possunt eludi; nominatim in fine orationis in sanctum Basilium: Tu autẽ sacrum & diuinum caput ex alto nos respice, & carnis stimulum aut tuis siste precibus, aut fortiter me ferre persuade: totamque vitam in melius permuta. cum vero emigrabimus, nos ibi tuis excipe tabernaculis. Et in fine orationis in sanctum Athanasium: Tu autem è supernis propitius nos respice & populum hunc sanctum dirige, nosque in pace foue & compasce, in certamine autem dirige & suscipe, & cum te ipso statue & eis qui tales sunt vt tu, etiãsi magna sit petitio. Et in fine orationis in sanctum Cyprianum: Tu vero ab alto propitius nos respice, nostrumque sermonem & vitam dirige, & ouile hoc pasce, ac lupos abige.

52. Quod quum Chemnitium latere non posset, confugit ad aliud effugium 1 dicit enim hos authores panegyricos etiam in suis rhetoricis. exaggerationibus non dissimulasse se non habuisse hæc dogmata pro certis & Catholicis. 1. pag. 908.

53. Et in Basilio quidem, & eius fratre, nihil est ex quo vel minima huius rei suspicio etiam apud improbissimos oriri possit. Sed in Nazjãzeno quædam sunt quibus tum hic Chemnitius, tum alij similes abutuntur ad suam perniciem. vt quod in oratione in sanctum Basilium paulo ante eius inuocationem cum dixisset eum orare & offerre sacrificia pro populo, addit, vt arbitror: vt quod in oratione funebri patris sui cum dixisset eum nunc precibus magis proficere quam antea doctrina, addit, vt ego mihi persuadeo: quorum germanum sensum exposuimus titulo 16 sectione 77. vt quod eadem oratione ait, si non mendax & temerarium est hoc dicere: vt quod in oratione 1, inuectiua in Iulianum dicit: Audi tu quoque Constantini anima si quid sentis. vt quod scribit in funere suæ Gorgoniæ: si nostri honores tibi curæ sunt, & si hæc dignatio loco præmij sanctis animabus à Deo confertur, vt talia sentiant, suscipe & tu sermonem nostrum. Sed horum quoque solutionem dedimus sectionibus 41. & 63. tituli 18. idque duobus modis. quorum posterior & certior sumptus est ex Apostoloca locutione 2. Thess. 1. si tamen iustum est apud Deum retribuere. estque hic loquendi modus in rebus certis efficacior ipsa affirmatione.

54. Nazianzenum vero habuisse hæc dogmata pro certis, non illa tantũ demonstrant & sine tropo, quæ istis locis & hic citauimus (quis enim nisi impios

pos mentis petierit à terra, Sole, Luna, cœlo, & alijs rebus inanimatis, vitæ suæ directionem, sui gubernationẽ, ablationem stimuli carnis, fortitudinem, permutationem sui, & susceptionem in æterna tabernacula? aut quis nisi irrisor si de his dubitet vsqueadeo serio precetur diuos) non? hæc solum inquam demonstrant: sed etiam quod 1 diximus eum referre de inuocatione virginis Mariæ contra diaboli tentationes, & eius insigni fructu in oratione in Cyprianum & inuocationes b. Mariæ, quibus post maximas eius laudes vtitur non vno loco in Tragœdia de Christo patiẽte: vt quum ait: Benigna adesto vocibus meis preces admitte virgo. Et postea, Regina Domina, generis humani bonum. Amica semper esto tu mortalibus, Maximáque quouis in loco mihi salus. Et iterum: Salue puella gratiosa, mater & Virgo omnium castissima, & cætera. Semper benignam te exhibe mortalibus, Mihique sis salus vbique maxima. vt quum refert insignes fructus quos ipse met percepit ex eius inuocatione, & adhuc his maiores petit: Plexámque de prato coronã florido Tibi offero Regina quod me plurimis Dignata quõdam gratijs, varijs adhæc Me liberas semper calamitatibus, Multisque defendas ab aduersarijs. Tam qui videntur, quam videri qui haud queũt. Me flecte tandem quomodo in vita auctior Virtute fiam, teque semper præsidem Vitæ meæ, ac demum benignam & sedulam Habeam aduocatam filio coram tuo: Cum cæteris charis Deo virgunculis. Ne me ergo tradier sinas tortoribus: Aut perditori hominũ fieri ludibrio. Adsiste, & à tenebris & igne libera: Fac vt fide tuaque saluer gratia. Quare hunc tibi hymno pango charisterion.

1 *sup. sect.* 18

55. Eusebius Emisenus, seu quisquis ille vetus Author est, in homilia de Epiphodio & Alexandro: Sed absque dubio multo eis gratius, inquit, multo iucundius est, si eos ibi potissimum feruor excolat pietatis, vbi super eos furor incubuit passionis: Si eis illic supplicantium sacrificia deferantur, vbi in Dei sacrificium procubuerunt: Si eis illic vota fundat posteritas, vbi innocẽtem sanguinem feralis profudit immanitas: si inde inuocentur ad suffragium vnde primo resurrectionis signo euocabuntur ad præmium. Quibus nihil clarius dici potest pro inuocatione martyrum, præsertim apud eorum monumenta, contra putidum illud commentum de Inuocatione Dei, sic vt non inuocarentur sancti.

56. Mariç Ægyptiacæ vitam, quam Magdeburgenses referunt ad tempora Valentis & Valentiniani Imperatorum, scripsit Sophronius episcopus Ierosolymitanus, vertit autem Paulus Diaconus In ea hæc sancta b. Mariam virginẽ inuocat vt possit ingredi templum vidẽdi cum alijs viuifici ligni causa, cum potestate inuisibili ab ingressu arceretur: vt suam conuersionem adiuuet:

uet:

uet, quæ referuntur etiam actione 4. septimæ synodi, vt possit inuenire & tenere iter ad eremum, vt vincat tentationes diaboli, as quas passa est spatio 47. ânorum: quæ omnia consecuta est. Ponemus primæ aliqua fragmenta. nimis enim longum fuerit tum hanc tum alias hic referre. O virgo domina, quæ Deum verbum iuxta carnem peperisti, & cętera: auxiliare mihi soli & non habenti qui mihi suppetias ferat: iube vt mihi quoque contingat in templum ingressus. fac ne priuer aspectu ligni, in quo iuxta carnem affixus fuit quem tu genuisti, proprium suum sanguinem in redemptionem mei effundens & cetera. Quinetiam Zosimas illic eam defunctam precatur multiplicibus precibus in ipso sepulturæ officio, vt ad Deum profecta pro omnibus hominibus amplius oret. Sed Chemnitius hanc historiam silentio præterit. Magdeburgenses vero quum hic sit quæstio quid historia ecclesiastica tradiderit, se iudices eius faciunt, & condemnant eam erroris. 1. cent. 4. c.

57. Nectarius episcopus Constantinopolitanus in oratione in Theodorum martyrem: O inuictissime, inquit Christiani populi custos & propugnator, ne obsecro obliuiscaris inopiæ ac humilitatis, siue afflictionis nostræ: nec vnquam, ô admirande pro nobis fatigeris intercedendo. Et paulo post: Cum itaque apud Christum viuas, & illi proximus assistas, tuis eum precibus reddas propitium, quo hisce diris malis per te liberati. bonis istis cœlestibus tandem perfruamur. hæc Nectarius, quæ Nouatores tacent: extant autē apud Simeonem Metaphrasten. 10. pag. 1334

58. Ambrosius quoque non solum inclinauit ad inuocationem Sanctorum, vt 1 Chemnitius loquitur: sed eam apertissime tum in alijs etiam mulieribus, tum in se patefecit: & quod amplius est, alios ad eam adhortatus est. Etenim tribuit hæc verba Iulianæ viduae ad filium Laurentium, in exhortatione ad virgines: Considera cui te muneri pater tali nomine designauit, qui vocauit Laurentium. Ibi vota deposuimus, vbi vota assumpsimus. vota affectus secutus est. redde martyri quod debes martyri. ille te nobis impetrauit: tu restitue quod de te huiusmodi nominis appellatione promisimus. Et libro 10. in c. 21. Lucae, ad verba, cum audieritis, & caetera: Mortuis, inquit, regibus in perpetuū martyres regnum cœlestis gratiae honore succedunt: & illi fiunt supplices, hi patroni. Quae duo loca Nouatores silentio transmittunt. Et in oratione funebri in fratrem Satyrum: Tuis enim votis apud sanctū martyrem impetratum esse nunc cognouimus cōmeatū, atque vtinā non solum cōmeatū, sed etiā prolixū vitae tēpus rogasses. potuisti annos plurimos impetrare viuēdi potuisti cōmeatū impetrare veniēdi. Quibus paulo post subijcit que his 1. pagi. 937.

2.pag. 916. præteritis Chemnitius,ne deprehenderet: r in dole, 2 trahit ad prosopopœiam:Sed prius vltimum vale dico,præcede ad illam communem omnibus & debitam,sed iam mihi desiderabilem domum.para hospitii consortium,ne quæso cupientem tui differas,properantem expecta,festinantem adiuua, &
3 eadem pag si diutius tibi morari videbor,accersi.Idem 3 Chemnitius aliū quoque locū contorquet ad prosopopœiam.ex libro 10 in c.21.Lucæ:Vnde te euocem Petre, vt doceas me quid fletus cogitaueris? vnde,inquam,te euocem? de cœlo, vbi choris insertus es angelorum? (Nota Lector hæc vltima verba quæ nō conueniunt veniti prosopopœia) an etiam de tumulo? quia non putas iniuriam & ibi esse vnde Dominus resurrexit. quæ vltima verba Chemnitius prætermisit,quia aduersabantur suæ prosopopœiæ.Ad haec citauimus diuersis locis complura fragmenta ex libro de viduis,nihil moratı quod Magde-
4.cent. 4.c. burgenses in dubio relinquant num eius sit:si tamen, 4 inquiunt, Ambrosij
4.pag.269. est:propterea quod certissimo constet esse ipsius,vel ex ipso libri principio,
5 pag. 917. & stylo Ambrosiano ita vt etiam Chemnitius eum pro Ambrosij libro 5 agnoscat.Sed hoc nō obstante citabimus integrum locū:quia expedit.magnis 6 tenebatur febrib⁹ (putâ socr⁹ Simonis) & rogauerūt eū(Petr⁹& Andreas)
6.Luc.4. pro ea.Et tu (vidua)habes proximos qui Deo pro te supplicēt habes Apostolos proximos habes martyres proximos,si ipsa martyribus deuotionis societate, misericordia quoq; operibus appropinques,& caetera.Ama ergo propinquitatē Petri affinitatē Andreae,vt pro te rogēt,Surges ilico quę in terris iacebas, vt Christo ministres,& caetera.Habetis ergo viduae auxiliū,si tales vobis generos posteritatis vestrę patronos,tales proximos eligatis.Ergo rogauerunt pro vidua Petrus & Andreas.Vtinam existat aliquis qui tam cito possit rogare pro nobis,vel certe iste qui pro socru rogat Petrus, & Andreas frater eius.tunc enim pro affinitate poterant:nunc iam possunt pro nobis & pro omnibus impetrare.Videtis enim quod magno peccato obnoxia minus idonea sit quae pro se precetur,certe quae pro se impetret.adhibeat igitur ad medicum alios precatores,Ægri enim nisi ad eos aliorū precibus medicus fuerit inuitatus,pro se rogare non possunt(puta vel simpliciter si desperate ægrotent vel vix & ægre)mens ægra est & peccatorum vinculis impedita. ad medici illius sedem debile nōn potest explicare vestigium.(hoc est,vel sim-
a Act.7. pliciter quamdiu diligunt peccatum cuius exemplum a apparuit in Paulo obsecrante pro eo alij Stephano;vel difficulter quum primum incipiunt conuerti ad Deum)Obsecrandi sunt angeli pro nobis qui nobis ad præsidium dati sunt:martyres obsecrandi quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrocinium vindicare.possunt pro peccatis rogare nostris,qui proprio

3 sanguine si qua habuerunt peccata lauerunt. Isti enim sunt Dei martyres, nostri praesules, speculatores vitae actuumque nostrorum non erubescamus eos intercessores nostrae infirmitatis adhibere, quia ipsi infirmitatē corporis cum viuerent cognouerunt.

3 vide germanum bonorum verborum sensum sectione 80. tituli 16.

59. Potuitne, amabo te Lector, Ambrosius clarius aliquid scribere quo ostenderet se credere sanctorum inuocationem esse sanctam & vtilem hominibus? Optat enim vt sancti pro se orent, & ad eos inuocādos viduas & quosuis alios adhortatur. Qui 1 ergo prodest 1 Chemnitio sibi authoritatem arrogare reijciēdi tanquā supposititia quae leguntur in quibusdā eius sermonibus & in oratione secunda praeparatoria ad missam, etiam contra iudicium 2 Magdeburgensium? quando sufficientissime sine istis de eius sententia constat. Quid acquirit, nisi damnationem, ex 3 contorsione quorundam verborum eius in alienum sensum, quem postea oppugnet? quorum germanum, eumque verum sensum, dedimus hic & sectione 80. tituli 16. Quem fructum consequitur, nisi perditionem aliorum quod 4 simplices decipit praetextu verborū authoris cōmentariorū in epistolam ad Romanos sub nomine Ambrosij? quādoquidē neq; sunt Ambrosij neq; quidquā faciūt cōtra sanctos angelorū & beatorum corpore exutorum inuocationes: vt ostendimus sectionibus 53. & 54. tituli 16. Postremo cur Magdeburgenses se ridendos omnibus praebēt dum 5 committunt Ambrosium cum Ambrosio puerili hoc argumento quod 15. dixerit libro 3 de Spiritu sancto c 12 nihil adorandum praeter Deum, & etiam spiritum Sanctum adorandum? quando manifeste loquitur de adoratione per antonomasiam dicta? quae nihil facit ad infirmandam adorationē & inuocationem quae creaturis tribuuntur in scripturis.

1 pagi 938. 2 cent. 4 c. 4 pagi. 296 3 pag. 937. 4 pag 935. 5 cent. 4. c. 4 pag. 296. in fine & 297. in principio.

60. Gaudentius, Brixiensis episcopus vixit Ambrosij aetate. Is autem haec scribit in homilia de Apostolis & Martyribus, quae Magdeburgenses & Chēnitius nullo pacto memorant perinde videlicet ac si abscondita fuissent ab oculis eorum. Tot igitur, iustorum patrocinio adiuuandi tota fide omnique desiderio supplices ad eorum vestigia concurramus, vt ipsis intercedentibus vniuersa quae poscimus adipisci mereamur, magnificantes Christum Deum tanti muneris largitorem.

61. Et Gregorius Presbyter qui Gregorij Nazianzeni vitam scripsit non longe post eius obitum: vt manifestum est ex verbis, vnum sanctae Athanasiae templum, & caetera, orat eum in eius vita vt sui Gregorij meminerit. Nouatoribus istud quoque praetermittentibus.

62. Deuenimus ad Hieronymum, quem Authores Apologiae Confessionis Augustanae iniquissime tulerūt nominatum fuisse à catholicis pro inuocatione

tione sanctorum in libro contra Vigilantium. Sic enim scribunt in capite de Inuocatione Sanctorum. Citant & Hieronymum contra Vigilantium. In hac arena, inquiunt, ante mille & centum annos vicit Hieronymus Vigilantium. Sic triumphant Aduersarij, quasi sit debellatum. Nec vident isti asini apud Hieronymum contra Vigilantium nullam extare syllabam de Inuocatione: loquitur de honoribus Sanctorum, non de Inuocatione. Neque reliqui veteres Scriptores ante Gregorium faciunt mentionem inuocationis.

63. Et his quidem aliquo pacto hæc ignosci potuerũt propterea quod Veterum scripta non essent tam exactè lecta & expensa, atque nunc: & multa ne cognita quidē essēt, quæ Catholicorum industria è tenebris in lucē prodita habemus. Sed quod Chemnitius in simili fere de Veteribus errore sæpius versatur, & 1 demonstrari non posse tanto post tempore ait Hieronymum vlla vel dictione, vel syllaba hoc agere vel defendere contra Vigilantium, quod sancti qui ex hac vita decesserint, sint inuocandi: & 2 iterum, certum & manifestum esse Hieronymum in tota disputatione contra Vigilantium nec probare inuocationem sanctorum, neque hoc disputare orationem esse ad Sanctos qui in altero sæculo sunt dirigendam: & 3 rursus Hieronymum licet vniuersam bilem effundat, non tamen vel voluisse, vel ausum fuisse, inuocationem sanctorum defendere: Hoc vero nullam plane veniam meretur.

1. pag. 942. 2 pag. 945. 3. eadem pag.

64. Hieronymus namque refert hæc Vigilantij verba: Ergo cineres suos amant animæ martyrum & circumuolant eos, semperque præsentes sũt, ne forte si aliquis precator aduenerit, absentes audire non possint. Et vocat hoc dictum, vomitum cænosæ spurcitiæ, barathri pectoris sui. Et post haec, inquit, de barathro pectoris tui cœnosam spurcitiam euomens, audes dicere ergo cineres suos amāt animae martyrum, & caetera quae iam iam citauimus. Ac deinde exclamat in materia apertam habente blasphemiam, & quæ vt sub finem ait, indignationem magis scribentis, quam testimoniorum multitudinem flagitatet: O portentum in terras vltimas deportandum. An autē qui sic loquitur, neque probat neque defendit sanctorum inuocationē contra Vigilantium, vlla vel dictione. vel syllaba?

65. Neque enim potest 1 commentum Chemnitij hic habere locum de precatore qui Deum orauerit, & non sanctos, vt clarissime ostendunt verba Vigilantij semperque praesentes sunt, (putá suis cineribus) ne forte si quis precator adueniat, absentes (nimirum à suis cineribus) audire non possint, putâ precatorem. Vigilantius ergo hac irrisione morem populi Christiani

1. vide supra section. 54.

mar-

martyres ad eorum monumenta inuocantis testatus est. Et Hieronymus ipsum & eius risum abominatus est verbis quæ citauimus.

66. Et vide Lector huius hominis inconstantiam, & vna cum ea libidinem effutiendi quidquid ipsi placuit : scribit enim Vigilantianum certamen ostendere inuocationem sanctorum, vel certe speciem eius, circa hæc tempora alicubi, & à quibusdam vsurpatam fuisse, qua tamen noua inuocatione Ecclesiæ apud Celtas & Germanos offensæ fuerint. Non enim tantum Vigilantius presbyter, inquit, eam reprehendit: sed (quod Hieronymus ad Riparium conqueritur) episcopus etiam Galliarum vir sanctus, cum multis alijs sententiæ ipsius acquieuit. Hæc iste: in quibus vi veritatis coactus agnoscit certamen fuisse Vigilantio cum Hieronymo de Sanctorum inuocatione: atque tale vt ad aures ecclesiarum Celtarum & Germanorum perueniret, & ea offenderentur. l. pag. 939.

67. Quanquam verum non sit quod ait de harum ecclesiarum offensione. Hieronymus enim nusquam loquitur de offensione harum ecclesiarum & præsertim Germanarum, & multo minus dicit eas offensas fuisse ob nouā inuocationis sanctorum persuasionem. Nec vt hic episcopus cum aliquibus corruptus fuerit à Vigilantio (vt colloquia & scripta praua facile serpunt) sequitur ideo ecclesias apud Celtas & Germanos offensas fuisse hoc dogmate. Deinde cum Hieronymus de hoc episcopo loquitur in epistola ad Riparium non de Inuocatione agit, sed de honoribus reliquiarū & Basilicarum, ignorans tunc eum negare intercessionem & inuocationem Sanctorum. vt videre licet ex eadem epistola præsertim in fine. Postremo is vocat hunc episcopum sanctum, nō propter fidem & morum probitatem: sed propter ministerium cuius causa omnes Dei ministri, & præcipue episcopi passim olim vocabantur sancti. Quod intelligimus ex his eius verbis: Miror sanctum episcopū in cuius parœcia presbyter esse dicitur, acquiescere furori: & nō virga apostolica virgaque ferrea confringere vas inutile, & tradere in interitū carnis vt spiritus saluus sit: nec meminisse eius dicti, Si videbas furem, currebas cum eo, & cætera.

68. Habemus ergo ex Hieronymo Vigilantium patrē fuisse, eūque primū quod quidē certo & liquido constet, erroris nostrorū hæreticorū de sanctorū inuocatione. tametsi enim sint qui alios lōge antiquiores faciāt eius authores: tamē nō certo & aperte probāt quod aiūt. Guido Carmelita ascribit eū Nouatianis sed nullo pacto probat neq; vlla extāt apud Veteres huius eorū errati testimonia. Alij vero attribuūt Eustathio in cōcilio Gangrensi damnato, & post eum Eunomio. Verum licet concilium Grangense damnauerit

canone 10. Eustathium & sectatores eius, quod accusarēt conuentus qui fiebant in locis & basilicis martyrum, & oblationes quæ istic celebrabantur spernerent, memoriasque contemnerent; tamen nusquam expresse his attribuit hunc errorem. Nec Hieronymus in libro contra Vigilantium eundem errorem tribuit Eunomio & Eunomianis: sed contemptum reliquiarum, & quod non ingrederentur basilicas Apostolum & Martyrum. Ac tametsi recte ex his sequi videatur, Eustathium & Eunomium damnauisse quoque Sanctorum defunctorum inuocationem: tamen quia hæretici non semper docent quæ recte sequuntur ex eorum erroribus: non debemus eis certo ascribere, quod Veteres ipsis non tribuerunt expresse.

69. Sed redeamus ad Hieronymum, vt qui ipse met in alijs libris vsus sit inuocatione Sanctorum. nam sic ait in præfatione commentariorum in Ionam: quod Chemnitius & Magdeburgenses dissimulant: Igitur tanto post tépore quasi quodam postliminio, à Iona interpretandi sumens principium, obsecro vt qui typus est Saluatoris, & tribus diebus ac noctibus in ventre ceti moratus præfigurauit Domini resurrectionem, nobis quoque feruorem tribuat, vt sancti ad nos spiritus mereamur aduentum. Et in fine Epitaphij Paulæ: Vale, inquit, ô Paula, & cultoris tui vltimā senectutē orationib⁹ iuua fides & opera te Christo sociant, præsens facilius quod postulas impetrabis. quae vltima verba Chemnitius retieuit quod ostenderent hæc non esse dicta per prosopopœiam. Postremo idē Author narrat in fine vitæ Hilarionis Constātiam sanctissimam fœminam solitam fuisse cum Hilarione quasi cum praesente, ad adiuuandas orationes suas sermocinari.

70. Ruffino in multis non bene conuenit cum Hieronymo, veruntamē consenserunt in hoc dogmate. Ruffinus enim sic scribit libro 2. eccles. histor. c. 33. de Theodosio Imperatore gesturo bellum cum Eugenio: Igitur praeparatur ad bellū, nō tam armorum, telorumque, quam ieiuniorum orationumque subsidijs: nec tam excubiarum vigilijs quam obsecrationum pernoctatione munitus, circumibat cum sacerdotibus & populo omnia orationum loca: ante martyrum & apostolorum thecas iacebat cilicio prostratus & auxilia sibi fida Sanctorum intercessione poscebat.

71 Sed quod praecipue notandum est in his verbis, non est hic consensus Ruffini cum Hieronymo, quem deprehendimus ex ipsa narrationis forma: sed ipsum factū tāti & tātopere ab omnibus laudati Imperatoris in tali articulo & tempore hoc habitu & gestu id est, haec insignis Sanctorum inuocatio cum sacerdotibus & populo in templis ante thecas martyrum. Eique vsque adeo familiaris fuit inuocatio Sanctorum, vt Sozomenus de eo scribat

libro

libro 7. c. 24. Fertur autem quod cum Cōstantinopolim egressus ad septimū vsque miliare venisset, in ecclesia illa Deum adorauerit, quam ad honorem Ioannis Baptistæ construxerat, petieritque vt expeditionis illius exitus, & sibi, & exercitui, ac Romanis omnibus fortunatus obtingeret, ac Ioannē Baptistam auxilij gratia inuocauerit. Dedicauit autem Sozomenus historiam suam Theodosio Iuniori, nepoti huius magni Theodosij. quod admoneo ne quis pro solutione accipiat quod Magdeburgenses destituti vera solutione 1 aiunt cum hæc nugari. quasi scilicet scriptores soleant nugari apud Imperatores & Sozomenus vsqueadeo mentis emotæ fuerit, vt ausus sit narrare nepoti falsum & fidei aui contrarium qui facile posset eum si res ita se habuisset, mendacij conuincere. Priorem vero historiam penitus tacent, sicut Chemnitius vtramque.

1 cent. 4. c. 13. pag. 1454

72. Quinetiam [illegible]tio transmittunt Sophronium vel potius veterem alium authorem sub nomine ipsius in sermone de assumptione b. Mariæ virginis: Ideirco hanc imitamini moribus, sequimini castitate, huius implorate auxilium. Et Auitum in epistola ad Balchoniam: vt ipse, inquit de beato Stephano, præsens aduocatus & patronus obsequentium sibi petitionibus dignetur assistere.

73. Porro quæ 1 Epiphanius scripsit contra eos qui beatam Mariam virginem tanquam Deum colebant & adorabant: ea 2 isti contorquent in cultum & adorationem b. Mariæ & aliorum sanctorum, tanquam creaturarum donatarum à Deo regia potestate. Et Chemnitius eo audaciæ progreditur vt expresse scribat cultum quo Catholici Mariam colunt relatum ab Epiphanio inter hæreses. Epiphanius enim scribit aduersus quasdam mulieres Thraces & Arabes quæ beatę Mariae collyridem offerebant, arguens eas tum quod non liceret mulieribus sacrificare: tum quod sacrificium soli Deo deberetur tum quod b. Maria quantumuis excellens, non esset Deus sed creatura. Ex quibus manifestum est eum quum dicit, & quidem saepius neque beatā Mariam, neque vllam aliam creaturam esse colendam & adorandam, loqui de cultu & adoratione per antonomasiam, siue quæ soli Deo debentur. Eiusmodi enim cultum & adorationem hæ mulieres contra quas scribit, beatæ Mariæ tribuebant: vt mirum non sit quod Epiphanius haec vocabula sic acceperit. Quanquam is se ipsum sæpius clarissime explicat. vt quum ait in hæresi Antidicomarianitarum, Deum non creauisse Mariam vt Deum efficeret: neque vt in nomen eius offeramus, Et iterum: neque conuenit sanctos colere vltra decorum, sed honorare ipsorum Dominum. Cesset itaque error seductorum, neque enim Deus est Maria. Et cōtra haeresim Collyridianorum. Re vera

1. libro 3. in Antidicomarianitis & contra collyridianos.

2. Magdeburgenses cent. 4. c. 4. pagi. 297. in fine & 298 & 299 Et chemnitius pag. 911. & seq.

vera, inquit, sanctum erat corpus Mariæ: non tamen Deus. Et quum dixisset neque quisquam sanctus adoratur, addit: non enim dominabitur nobis antiquus error, vt relinquamus viuentem, & adoremus ea quæ ab ipso facta sũt. Admonuimus autem Lectorem iam inde à sectione 26. idque non semel de fraude qua passim vtuntur in vocabulis cultus & adorationis, atque adeo nõnunquam etiam inuocationis, & argumentum quidem valere ab adoratione ad inuocationem eiusdem speciei; sed non ad diuersam.

74. Estque eorum fraus hic eo maior quod taceant ea quibus constat Epiphanium approbauisse Sanctorum defunctorum inuocationem. vt quod
1. vide eius causam sepulturę Esaiæ apud 1 Siloam ita refert in libro de vitis Propheta-
verba sect. rum vt haud obscure probet. Diximus 2 autẽ ex ea manifestum esse Iudæos
106 titul 16 affectu & opere quæ vtique præstant verbo, ambiuisse preces Esaiæ defunc-
2. supra sec-
tione 22. ti. vt quod 3 ait fieri in liturgia mentionem, non solum fidelium defunctorũ
3. lib, tomo pro quibus fundimus preces: sed etiam sanctorum martyrum, vt (sicut ex Ve-
1. hæresi 75. teribus ostendimus) pro nobis orent. Et prodijt in lucẽ, non valde diu est, oratio Epiphanij Præsbyteri de laudib' virginis Mariæ, in qua ait, Mariá sublimiorem angelis esse factam, adeoque ab ipsis angelis adorari (puta, adoratione creaturæ conueniente) & solo excepto Deo cunctis sublimiorem existere, per quam fiduciam homines habeant erga Deum altissimum.

75. Iam vero quod ad Chrysostomum attinet constat clarissime ex homilia 66 ad populum Anthiochenum, de concursu fidelium ad reliquias sãctorum, etiam ipsorum Imperatorum, orandi eos & beneficia impetrandi gratia. atque eum ex his quoque probare gentibus Christum esse Deum. Postea quam enim ostendit Christum esse Deum, ex eo quod maxime inclaruerit post mortem crucis, & tunc omnem terrarum orbem ad se traxerit, quũ hac ignominiosissima morte esset affectus: Et quid, inquit, de Christo loquor? quũ & discipulos postquam obierunt, tunc effulgere fecerit. nam & eorum loca, & sepulchra simul & tempora perenni memoria celebrari curauit. Ac postquam his addidit ea longe esse celebriora Alexandri Magni sepulchro, & regijs aulis praestare non solum magnitudine & ædificiorum pulchritudine: sed etiam, quod maius est conuenientium studio: tandem sic ait: Nam & ipse qui purpuram indutus est, accedit illa complexurus sepulchra, & fastu deposito stat Sanctis supplicaturus vt pro se apud Deũ intercedant, & scenarũ fibrum & piscatorem, etiá mortuos, vt protectores orat qui diademate redimitus incedit. Audebis igitur quaeso horum Dominum nuncupare mortuum: cuius serui, vel mortui, terrarum orbis Regum sunt protectores? Nec hoc tantum Romae fieri quis viderit: verum & Constantinopoli haec isto

loco

loco Chrysostomus.

76. Quæ quia Chemnitius vidit esse clarissima, commentus est consta- [l. pag. 912.]
re homilias ad populum Antiochenum, quas vel ipse stilus conuincit esse Chrysostomi, & ne Erasmus quidem dubitauit esse ipsius, ex varijs tum locis tum Authoribus esse consutas & nominatim homiliam 66. hoc prætextu quod quæ Chrysostomus in ea dicit de supplicatione eius qui purpuram indutus est totidem fere verbis legantur apud Augustinum in sermonibus de sancto Paulo: tamet i ne hos quidem velit esse Augustini: quodque Garetius citet ex Theodoro Daphnopato, authore recentiore eandem sententiam.

77. Sed quis nescit recentiores solere imitari antiquiores, & eadem sæpius eisdem verbis referre? Eundem Chrysostomum (exempli causa) in cõmentarijs in epistolas Pauli secutus e t in multis Theodoretus: Oecumenius autem & Theophylactus in compendium eisdem etiam verbis sæpius contraxerunt. quid, an propterea commentaria Chrysostomi in Paulum nõ erũt ipsius? Immo Euangelistæ duo vel tres, & nonnunquam quatuor eadem narrant & frequenter eisdẽ fere verbis & tamen quæ scripsit Matthæus, & deinde Marcus, sunt vere ipsorum. Augustinus siue alius ex Veteribus, quisquis is fuit, (non est hic enim necessarium istud examinare) & qui cum longe post tempore secutus est Theodorus Daphnopatus sciuerunt eadem facere Imperatores quæ narrat Chrysostomus. Eadem ergo quæ Chrysostomus memoriæ prodiderunt: hic vt fuit Græcus eisdem fere verbis: Ille vero alijs & vsqueadeo diuersis, vt ex eis liqueat non esse hausta ex Chrysostomo Sic enim ait sermone 4. de sancto Paulo: Nunc ad memoriam piscatoris flectuntur genua Imperatoris: ibi radiant gemmae diadematis, vbi fulgent beneficia piscatoris: curuant genua ad memoriam piscatoris, qui eius auxilia, & apud Deum patrocinia inuocant.

78. Sed dicamus plura pro hac homilia 66. & ijs quae ex ea citauimus: Chrysostomus (vt veteres suos locos communes in promptu habebãt) eadẽ omnia, idque eisdem fere verbis refert homilia 26. in secundam epistolam ad Corinthios In demonstratione vero ad gentes quod Christus sit Deus eadem etiam scripsit eisdemque fere verbis vsque ad verba & fastu deposito stat Sãctis supplicaturus nisi quod hic nominatim plures exprimit qui currebant ad sepulchra piscatoris: etiam Romae, inquit, quae vrbium est regalissima, relictis õnibus ad sepulchra piscatoris currũt & Reges &

Præsides, & milites. Cui insigni concursui (relictis, inquit, omnibus) si adiungas, contra vsitatum Chemnitio commentum de inuocatione Dei apud martyrum monumenta martyrum inuocatione exclusa, quæ is quoque scripsit in fine homiliæ 15. in Genesim: Et pedes, inquit non in theatris & spectaculis damnosis, equestribusque ludis, sed in ecclesijs & domibus precationum, & martyrum loculis, vt ab illis benedictionem percipiamus: videbimus nihil referre quod illic vltima illa verba prætermiserit quãdo cõcursus ad loculos martyrum & Apostolorum clarissime fieret ad eos inuocandos beneficiorũ impetrandorum gratia: neque semper omnia omnibus locis, millo pretereto, dicenda sint. Sed pergamus ad alia eiusdem Patris testimonia.

79. Certum est ex vniuersali concilio Constantinopolitano congregato in Trullo, & ex alijs veteribus vt Proclo Cõstantinopolitano, & Neotericis, vt Germano Constantinopolitano, & Cabasila, Chrysostomum scripsisse Liturgiam. Qua vero ratione factum sit, vt varia nunc extent sub nomine Chrysostomi exemplaria, necesse non habemus hic tractare. Siue enim Chrysostomus, vt præfuit plurimis & diuersissimis nationibus, & ad eas profectus est, varia eiusdem tamen fidei, diuersis nationibus exemplaria tradiderit, quoniam varietas verborum & precum quarundam non introducebat nouam fidem: siue istud alia quapiam ratione contigerit: hoc notasse hic sufficit ea õnia quæ leguntur continere etiam directam inuocationem. Exemplar namque quod Erasmus edidit & vertit, non solum continet cõmemorationem & præterea tectam sanctorum inuocationem: cuiusmodi (exempli causa) est, precibus sanctissimæ Deiparæ serua nos, & omnium sanctorum tuorum supplicationibus respice nos Deus; verum etiam directam sacerdos nãque choro canente dicit Aue gratia plena Maria Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vẽtris tui: quoniã Saluatorẽ animarũ peperisti nostrarum. Hæc autem Sacerdotis & nostra salutatio est etiam verecũda oratio: cuiusmodi (verbi gratia) est illa Marthæ & Mariæ nuntiatio, ecce quem amas infirmatur. Et memini me legere in biblijs salutationem quæ fuerit loco orationis: licet nunc locus mihi non occurrat. In exemplari vero quod Leo Tuscus edidit & transtulit continentur istæ inuocationes. Quæ verum peperisti Deum ipsi supplica vt animas nostras saluet. Et paulo post. Apostoli legatione fungimini apud misericordem Deum vt peccatorum remissionem animabus nostris tribuat. Et postea, Pater Nicolae fungere legatione apud Christum Deum, vt animae nostrae salutem consequamur. Et rursus Apostoli, Martyres, & Prophetae, Sacerdotes, Confessores, & Iusti cum mulieribus sanctis, pro nobis ipsis orate saluari animas nostras. Neque dubito

quia

quin exemplar quoque editum ab Ambrosio Pelargo similes sanctorum inuocationes contineat, tametsi id non viderim. Fuit enim ordinis Prædicatorum, & scripsit librum de Missa contra Oecolampadium. Nec ipse Chemnitius idem diffitetur. solum autem 1 obijcit quod inter Sanctos qui hic enumerantur fiat mentio ipsius Chrysostomi, quod nullius pretij est. Olim enim moris fuit in Ecclesia vt insignes sancti adderentur cæteris in liturgijs post eorum obitum. Neque quidquam est in homilia Chrysostomi 26. in Matthæum, 18. in secundam epistolam ad Corinthios, & in c. 2. prioris ad Timotheū. quod, sicut 2 videri vult Chemnitius conuincat has liturgias non esse Chrysostomi. 1. pag. 915. 2 pag. 914. in fine.

80. Incredibile est quanto odio, quantaque impudentia hic homo aggressus sit ad euertendam ecclesiasticam inuocationis Sanctorum corpore exutorū historiam. Neque enim contentus fuit comminisci 1 Chrysostomū in scriptis quæ certo constat esse ipsius, nec docere, nec defendere, nec vsurpare, sanctorum defunctorum inuocationem: sed etiam quæcunque is populum admonuit vt recte & sicut oportet vteretur imploratione sanctorum hic & in altero sæculo viuentium: ea 2 contendit ab ipso scripta fuisse ad reuocandam ecclesiam ab ingruente tunc superstitione Sanctorum defunctorum inuocationis, ad vera fundamenta inuocationis Dei, siue ad veros fontes piæ inuocationis. Dabimus exempla vt fideles discant vera esse quæ diximus. Quia Chrysostomus videbat multos neglecta pœnitentia & pietate erga Deum, totum suæ salutis negotium reijcere in preces Sanctorum tum hic tum in altro sæculo viuentium reprehendit eos dicens id non recte fieri, hoc autem accipit perinde ac si Chrysostomus improbaret inuocationem precū Sanctorum. Verum & nos quoque idem reprehendimus neque enim sic innitendum est sanctorum inuocationi vt impœnitetes & impij remaneamus: nec tamen propterea homines ab istorum inuocatione auocamus, sed rectum eius vsum docemus. idque Chrysostomus clarissime ostendit cum docet sanctorum preces non esse contemnendas. vt quæ sint nobis vtiles, si nostrū quoque officium impleamus. Quando, inquit, homilia 44. in Genesim, quod ex nobis est, simul afferimus, & accedit intercessio Sanctorum, plurimum nobis confert. Et homilia 5 in Matthæum: habent enim vim pro nobis, & quidem maximam orationes supplicationesque Sanctorum: sed tunc profecto cum nos quoque pœnitentiam agimus, & ad studia meliora confugimus. Et homilia 1. in priorem epistolam ad Thessalonicenses. Non contemnamus preces sanctorum: sed oremus etiam vt pro nobis precentur, manumque porrigant, Deinde quia hæc persuasio valde perniciosa erat, vt eam magis 1. pag. 911. 2. pag. 916. & seq.

gis magisque euellat ex animis hominum, probat historia mulieris Chananeæ proprias preces primas partes obtinere ad impetrandum nobis necessaria: &, quod amplius est, ait in homilia ni fallor 12. in Matthæum, ad Deum promerendum, non ostiario, non mediatore, non ministro opus esse: & in homilia de profectu euangelij non opus esse patronis apud Deum, neque vllo discursu vt blandiaris alijs, sed vt quis solus sit, patronoque careat, & per se-ipsum Deum precetur, omnino tamen voti compotem futurum. Verũ Chrysostomus manifeste his in locis accipit opus pro necessario simpliciter siue absolute, respiciens ad morem hominum contendentium impetrare aliquid à principibus huius sæculi. Et vera dicit. Cum enim causa cur sanctos precemur vt orent nobiscum Deum per Christum, hæc sit [illegible]d sentiamus nos non accedere ad Deum sicut is requirit, siue non repræsentare tales preces quales Deus à nobis exigit, fit vt eorum preces imploremus, quas necessariũ simpliciter non esset inuocare si officiũ nostrum plene impleremus. Quod idem Author significat sub finem homiliæ 44. in Genesim. postea quam enim dixisset: totam hanc historiam (putâ, de muliere Chananæa) in medium afferre coacti sumus, vt discamus quod non tantum perficimus per alios orãtes, vt per nosmet ipsos: addit, si quidem alacri & vigili mente accedimus. Pręterea Chrysostomus illis locis curam gerit hominum nimirum deiectorũ propter peccata sua, & quod diuitijs carerent quibus in hoc sæculo more diuitum solicitatent ad orandum pro se. nam hoc manifeste profitetur eadem homilia de profectu euangelij paulo ante verba quae citauimus. Sic enim eos animat: Licet peccatores & indigni simus, licet soli simus & intercessoribus careamus, ne deficiamus nec despõdeamus animum. Non esse vero dicta ab eo ad auocandum fideles ab inuocatione precum sanctorum, ea manifestissime testantur quibus reprehendit nimium confidentes, & hinc sanctorũ preces non postulantes. vt quum ait in prima homilia in priorem epistolam ad Thessalonicenses: At quid mihi opus est, inquis aliorum precibus quando ipse sedulus & dexter fuero? Ne constituas te-ipsum eo vt opus illis habeas. neque ego hoc volo. Verum semper indigentes sumus, si quidem recte sapuerimus. Paulus non dixit quid mihi aliorum precibus opus, tametsi illo non essent digniores qui pro illo precabãtur, immo neque pares & tu dicis, quid mihi opus est aliorum precibus? Petrus non dixit, quid mihi necesse est vt pro me oretur? Precatio inquit, fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Et tu dicis, quid mihi aliorum precibus opus est? Propter hoc-ipsum opus habes, quod te putas illis nõ habere necesse. Etiamsi Paulo similis esses opus tamen haberes aliorum precationibus. non extollas te-ipsum, ne humi

lieris

literis. Sed quemadmodum dixi, si nos-ipsi in virtutis studio seduli fuerimus, efficaces erunt & preces aliorum pro nobis. si vero desides fuerimus, nemo nos iuuare poterit. Hæc Chrysostomus In quibus licet loquatur de imploratione precum Sanctorum qui in terra sunt, tamen ea duabus de causis recte adferimus. priore quod is illis quoque locis homilia 12. in Matthæum & de profectu euangelij quibus Chemnitius abutitur, haud obscure loquatur etiã de imploratione precum sanctorum qui in terra sunt. meminit enim ostiarij, ministri, discursus, & blanditiarum. altera vero quia ex eo quod nullus recte dixerit se non opus habere precibus sanctorum hic viuentium, recte sequatur, multo minus aliquem posse recte dicere se necesse non habere precibus sanctorum corpore exutorum quod Chrysostomum tam de his quam de hic viuentibus expresse docere diximus sectione 105. tituli 16. in homilia 5, in Matthæum.

81. Sed doceamus adhuc apertius figmẽtum Chemnitij. Chrysostomus apertissime ait se vti cõtinua appellatione Meletij: Orationi, inquit in encomio eius apud Simeonem Metaphrasten, attexo continuationem eius appellationis: & paulo post de omnibus loquens: ipsum enim nomen (puta Meletij) & fructum inuocationis ipsius ornamentum cognitionis, & ædium tutelã, & inuocantibus salutẽ. Et in fine adhortatur alios ad eius inuocationẽ: hunc beatum Meletium harum precum socium accipientes. est enim ei magna fiducia, & amor in vos feruentior. In fine vero sermonis de catenis Petri apud eundem Metaphrasten inuocat Petrum apertissime his verbis: tu quæso adesto hodie misertus nostri, & hoc in loco spiritu versare. Quæ omnia Chemnitius silentio transmittit.

82. Augustino autem vsqueadeo certum fuit dogma inuocationis Sanctorum corpore exutorum, vt ex eo tanquam notissimo principio progressus sit in libro de cura pro mortuis gerenda ad definitionem quæstionis sibi à Paulino propositæ, vtrum prodesset alicui post mortem quod corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepeliretur. Nã hanc sic absoluit capite quarto, dissimulãtibus ista Chemnitio & Magdeburgensibus: Non video quod sit adiumentũ mortuorũ prouisus sepeliendis corporibus apud memoriã sanctorũ locus nisi ad hoc, vt dũ recolũt vbi sint posita eorũ quos diligunt corpora, eisdẽ sanctis illos tanquã patronis susceptos, apud Dominũ adiuuãdos cõmẽdent Et paulo post: Cũ recolit animus vbi sepultũ sit charissimi corpus, & occurrit loc' nomine martyris venerabilis, eidẽ martyri animã dilectã cõmẽdat recordãtis & precãtis affectus. qui cum defunctis à fidelibus charissimis exhibetur, cum prodesse non dubium est (Nota Lector haec verba) ijs

qui

qui cum in corpore viuerent talia sibi post hanc vitam prodesse metuerunt. Et in fine libri, Quod vero quisque, inquit, apud memoriam martyrum sepelitur, hoc tantum mihi videtur prodesse defuncto, vt commendans etiā martyrum patrocinio, affectus pro illo supplicationis augeatur.

83. In epistola vero 42. etiam ipsos Imperatores sanctos orauisse apud martyrum sepulchra haud obscure significat, & hoc tanquā argumentū euersionis paganismi adfert. Videtis, inquit Madaurēlibus idololatris, ipsas huius sæculi potestates, quæ aliquando pro simulachris populum Christianū persequebantur victas & domitas, non à repugnantibus, sed à morientibus Christianis: & contra eadem simulachra pro quibus Christianos occidebant, impetus suos legésque vertisse: & imperij nobilissimi eminentissimum culmen ad sepulchrum piscatoris Petri, submisso diademate supplicare. Nec refert quod 1 Chemnitius velit eum sensisse Imperatorem soli Deo, non etiā ipsi Petro licet apud monumentū Petri, supplicasse. nam hoc putidū cōmentum, tum ea quæ iam iam citauimus ex libro de cura pro mortuis, tum ea quæ ex eo statim proferemus de Florentio, haud obscure refellunt.

1. pag. 955.

84. Idem autem etiam sanctos defunctos inuocauit nominatim Cyprianum, libro septimo contra Donatistas c. 1: Et beatus Cyprianus quidem iā corpore quod corrumpitur non aggrauante animam, nec deprimente terrena inhabitatione sensum, multa cogitantem, serenius perspicit veritatem, quam meruit per charitatē Adiuuet itaque nos orationibus suis in istius carnis mortabilitate, tanquam in caliginosa nube laborantes, vt donante Domino, quantum possumus bona eius imitemur Estque hęc inuocationis Sanctorum forma, similis huic Dei & angeli inuocationi quæ Genesis c 48: Deus qui pascit me ab adolescentia mea, angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis: & huic Dauidis psalmo 66. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultū suū super nos, & misereatur nostri. atque alijs plurimis quæ passim occurrunt in scriptura. Sed Chēnitius in tantū excæcatus est vt eo ipso loco quo negat Augustinū inuocauisse sanctos, hanc sententiā citet, & ad votū cōmuniū precū (vt loquitur) seu cōprecationis Sāctorū referat: quasi videlicet solum optarit vt contingeret Cyprianum secum orare. Quod figmentū verbum adiuuet, & particula itaque, quæ respicit præcedentia, & familiaris scripturæ orationis modus, insignem eius cæcitatem demonstrant.

85. Quae in eo quoque adhuc clarius elucet quod eodem loco citat sententiam Augustini ex sermone 17. de verbis Apostoli: Iniuria est pro martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendare. quasi scilicet

quod

quod clarissime pro inuocatione sanctorum dictum est ab Augustino, sit obscurum.

86. Sed audiamus ex Augustino etiam directam inuocationẽ Sanctorũ. Erat quidam senex, inquit libro 22. de ciuitate Dei c. 8. Florentius Hipponensis noster, homo religiosus & pauper, qui Sartoris se arte pascebat, casulam perdiderat, & vnde sibi emeret non habebat: ad viginti martyres, quorum memoria apud nos est celeberrima, clara voce vt vestiretur orauit: Audierunt eum adolescentes qui forte aderant irrisores: eumque discedentem exagitãtes prosequebãtur: quasi à martyribus quinquagenos folles vnde vestimentum emeret petiuisset. At ille tacitus ambulans eiectum grandem piscem palpitantem vidit in littore, eumque illis fauentibus atque iuuantibus apprehendit, & cuidam coquo Carchoso nomine, bene Christiano, ad coquinam conditoriam, indicans quid gestum sit, trecentis follibus vendidit, lanam comparare inde disponens, vt vxor eius quomodo posset ei quo indueretur efficeret. Sed coquus conscindens piscem, annulum aureum in ventriculo eius inuenit, moxque miseratione flexus, & religione perterritus, homini eũ reddidit dicens: Ecce quomodo viginti martyres te vestierunt. Plurima vero hic sunt annotatione digna: vt quod clara voce vt vestiretur orauit ad viginti martyres quorum memoria illic celebris erat: vt quod adolescentes intellexerint eum orasse martyres, sed irriserint quasi quinquagenos folles, magnam videlicet summam petijsset quũ nullã summã nominasset: vt quod exauditus sit miraculo, præsentibus & adiuuantibus ijs qui ipsum irriserant, & non solum quinquagenos, sed etiã trecẽtos folles ex venditione piscis nactus sit, & præterea annulum aureum coquo ei dicenti, ecce quomodo viginti martyres te vestierunt vt qui ab ipso didicisset eum inuocauisse hos martyres vestimenti causa. Adhæc, quod ipse Augustinus probet hanc sanctorum inuocationem. vocat enim Florentium qui ea vsus est, hominem religiosum, tribuit adolescentibus nomen irrisorum, vocat coquum bene Christianum. Denique refert istud inter vera miracula. vt mirum non sit quod Chemnitius mentionem huius narrationis fugerit tanquam aspidis occursum.

87. Habemus sententiam Augustini ex libris qui certo sunt ipsius, de Inuocatione Sanctorum: neque indigemus testimonijs libelli de cognitione veræ vitæ & libri de spiritu & anima quibus si quidam Catholici in principio hæresũ vsi sunt, nõ debet ascribi fraudi ipsorũ quãdo libri nomẽ Augustini præferebant, nec adhuc cognitum erat eos non esse Augustini. Sed neque indigemus sermone 4. de sancto Paulo, & libro Meditationum quos Chemnitius sumpta à se ipso authoritate, tanquam pseudepigraphos reijcit quod 1. pag. 966. & 967.

aper-

aperiissime faciant pro sanctorum defunctorum inuocatione. Hi vel soli
1.pag. 949. quos citauimus condemnabunt eum in iudicio quod falso 2 scripserit Augustinum nequaquam intellexisse Sanctos esse inuocandos & longe falsius quod adijcit eum, quum non auderet liberius reprehendere præsumptas de Sãctorum inuocatione opiniones ecclesiam ab horum inuocatione ad veros inuocationis fontes recte reuocare studuisse multis argumentis ex scriptura deprõptis. Etsi enim Augustinus ad Ianuariũ fatetur se multa liberi' improbare nõ audere, loquẽs aperte de prauis morib', & cõtra Faustũ dicat, aliud esse quod doceret aliud quod sustineret: tamẽ nemo pius Episcop', nedũ Augustinus, eiusmodi aliquid vel sensit, vel dixit de hæresi ac satis constat eum quantis potuit viribus aperte oppugnauisse hæresim Donatistarum, insigniũ persecutorum, ita vt ne Circumcelliones quidem immanes homines, & vitæ ipsius insidiantes, reueritus sit. Neque vero vllus est locus in Augustino ex quo istud re[illegible] colligi possit. Percurremus singula argumenta quæ Chemnitius adfert: eorumque vanitatem detegemus.

88. Augustinus principio capitis 13. de cura pro mortiis gerenda tradidit spiritus defunctorum non interesse rebus viuentium: nec proinde cognoscere quæ hic fiunt quod etiam scripturę Esai. 63. & 4. Regum 22. docuerint ex his autem 1 Chemnitius duo infert: vnum, Augustinum reprehendisse
1.pag. 9 0. 951. & 952. Scriptores qui dixerant spiritus Sanctorum interesse rebus viuẽtium, & cognoscere vota nostra: alterum eum re vera sensisse Sanctos non esse à nobis inuocandos: vt qui non audiant inuocantes. Sed ex his quæ diximus titulo 18 sectionibus 24. 25. 26. 28. 46. 47 48. & 81. de germano scripturarum istarum sensu, manifestum est eum, ne prima quidẽ facie ingerere animis nostris vel minimum scrupulum contra Sanctorum inuocationem. Ad hæc, ostendim' Augustinum quod capite 13. dixerat Sanctos non cognoscere quæ hic fiunt quatuor insignibus limitationibus arctauisse: puta quod non cognosc r quæ hic fiunt, sui præsentia; cognitione quæ condolentiam proprie dictam gignat: quum fiunt, non quum facta sunt: tum enim ipsos ea cognoscere varijs modis quos refert, & inter cæteros Dei reuelatione: item ordinarie non cognoscere res nostras sui præsentia, cæterum accidere extraordinarie vt etiam sui præsentia eos cognoscant vt videre licet sectionibus 78. 79. 80 81 83. & 84 eiusdem tituli. Et quod amplius est, manifestum fecimus eum tantum abfuisse vt damnauerit quorundam scriptorum sententiam de ordinaria eorũ hic præsentia, vt capite 16. eiusdem libri de cura pro mortuis gerenda in dubio reliquerit, an etiam ordinarie nobis præsentes sint ad auxiliandum & fieri posse vt ita sit haud obscure innuit: In alijs vero libris simpliciter & absque

vlla

vlla distinctione agnouerit sanctos scire nos & nostra, quæ probauimus sectionibus 85 & 88. in fine. Postremo diximus aliam esse quæstionem, num săcti cognoscant necessitates & preces nostras, quæ sit fidei & cõmunis omniũ Patrũ etiã ipsius Augustini: aliã de amplitudine, modo, & via cognitionis qua sancti nos & nostra cognoscant de quibus videtur variæ fuisse Patrũ sententiæ quod tractauimus sectionibus 39. 40. & 41 eiusdem tituli 18.

89. Secundo, quia Augustinus in dubio reliquit c. 16. eiusdem libri de cura pro mortuis gerenda, & libro 22 de ciuitate Dei c. 9. quomodo beneficia nobis præstarentur à sanctis, communiscitur eum ideo hæc quæstionem mouisse, & in dubio reliquisse, vt facilius postea mentibus lectorum in dubitationem adductis eximi posset opinio qua tunc quidam præsumpserint affirmare ea præstari à Sanctis. Sed Augustinus, cui vtique potius, quam Chemnitio credendũ est, non hanc, sed aliam dubitationis suæ causam verbis expressis reddit eodem capite 16. nimirum quod hæc quaestio vires intelligentiæ suae vinceret. ac ibidem clarissime profitetur certum esse martyres nobis opitulari. licet non audit definire quo modo, & num an pluribus, quos hic exponit. Quanquam, inquit, ista quaestio vires intelligentiae meae vincat, quemadmodum opitulentur martyres ijs, quos certum est per eos adiuuari. Hoc autem è diametro (quod aiunt) repugnat commento Chemnitij. 1. pag. 953.

90. Causa vero cur hæc quaestio vsqueadeo ei difficilis visa sit, haec præcipua fuit, quod perpetuo ipsi obuersata est ante oculos præsentia Sanctorum, quódque durum ei visum sit dicere sanctos ordinarie per se-ipsos adesse vno tempore tot & tam diuersis ac tanta inter se longinquitate discretis locis tametsi fateretur fieri posse vt ita sit. Verum si cõsiderauisset (quod bona eius venia dictum sit) potestatem qua Sancti nobis opitulantur esse iuxta c. 2. Apocalypsis velut riuum plenitudinis potestatis Christi super gentes, hæc quæstio non vsqueadeo difficilis ei visa fuisset: neque confugisset ad illum quem inter alios tradit modum de generalibus sanctorum pro nobis precibus. Sicut enim certum est Christum secundum humanam naturam necessario non debere esse præsentem omnibus quibus dat dona, sed è cœlo regere facilime gentes: Ita consequens est sanctos necesse non habere egredi cœlum vt nobis auxilientur: sed posse illinc homines audire & adiuuare quantumuis à se disiunctissimos: tametsi interim fieri possit, vt quandoque etiam angeli personas sanctorum repræsentantes hominibus auxilientur & sæpius etiam ipse per se Deus.

91. Tertio, quia Augustinus scripsit libro 22. de ciuitate Dei c. 10. In sacri-

ficio fieri quidem à sacerdote sacrificante mentionem sanctorum corpore exutorum sicut hominum qui mundum in eius confessione vicerunt:sed eos ab ipso non inuocari; & libro 8.c.27.Honoramus memorias martyrum tanquam sanctorum hominum Dei,vt ea celebritate,& Deo vero de illorũ victorijs gratias agamus,& nos ad imitationem talium coronarum atque palmarum eodem inuocato in auxilium ex eorum memoriæ renouatione adhortemur:t colligit Augustinum duo ista diserte ponere, martyres non esse inuocandos:sed vnum verum Deum,etiam quando apud martyrum memorias preces fiebant,fuisse in auxilium inuocandum.Docuimus autem sectione 33.tituli 19. eum negare martyribus inuocationem(vt ita dicamus) sacrificalẽ:hoc est Inuocationẽ quæ per exochẽ dicitur Inuocatio: non tamẽ, inquit,à sacerdote qui sacrificat inuocãtur Deo quippe,nõ ipsis sacrificat,quãuis in memoria sacrificet eorum Idque confestim deprehendisset lector, si Chemnitius n on subticuisset verba quæ dicit Augustinus inter illa, honoramus memorias martyrum tanquam sanctorum hominum Dei,& ea quæ adijcit,vt ea celebritate,& cætera. Ea enim sunt eiusmodi Quis autem audiuit aliquando fidelium stantem sacerdotem ad altare,etiam super sanctum corpus martyris ad Dei honorem cultumque constructum,dicere in precibus, Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule,vel Cypriane,& cætera. Neque cuiquam dubium est quin Augustinus recte eis negauerit inuocationem sacrificij eo quod omnibus constet sacrificium visibile soli Deo debitum esse.Non sequitur autem:Sancti non inuocantur in sacrificio, puta hac inuocatione, quae per exochen dicitur inuocatio:ergo nusquam & nulla alia inuocatione inuocantur;etiam Augustino iudice.vt qui scribat inuocationem non esse solius Dei,sed etiam creaturarum.vt videre licet sectionibus 6 & 34. eiusdem tituli 19 Nec quidquam etiam z obstat quod oratio Dei perinde ac laus recte dicatur sacrificium & oblatio,deducta videlicet appellatione à sacrificio siue oblatione visibili quia non omnis oratio est Dei oratio, ac ne obsecratio quidem sed haec vocabula recte creaturis quoque tribuuntur vt videre licet Ierem. 42.& Actor.8. Quod autem Augustinus ait posteriori loco de inuocatione Dei in auxilium ad martyres incitandos quid mirum? aut quis vnquam negauit Deum recte inuocari in auxilium, etiam apud memorias martyrum? Sed hoc est quod in hoc Nouatore & ei similibus iure reprehendimus quod committat t inuocationem sanctorum cum inuocatione Dei & quia Deus recte etiam apud eorum memorias inuocatus fit,inferant sanctos non fuisse inuocatos quum vsqueadeo Deo bene conueniat inuocationi sanctorum cum inuocatione Dei Vt huic seruiat immo sit quae-

dam

Marginal notes: 955. (beside "mur:t colligit"); 5.pagi.958. (beside "dicatur sacrificium")

dam Dei in ipsis inuocatio.

92. Quarto, Cum Etnici & hæretici varias ecclesiæ Dei calumnias struerent et cultu sanctorum: vt Maximus Madaurensis epistola 43. in qua inter cætera ait Christianos in Africa loco Iouis Iunonis, Mineruæ & Veneris colere punicios quosdam Martyres. vt Faustus, qui Christianis exprobrabat quod idola vertissent in martyres, eosque similibus votis colerēt; Augustinus illi respondit epistola 44 nullum coli mortuorum à Christianis Catholicis. Et in libro de vera religione c. 55. generali sententia ait: non sit nobis religio cultus mortuorum, qui si pie vixerunt, non sic habentur vt tales quærant honores: sed illum à nobis coli volunt, quo illuminante lætantur meriti sui nos esse consortes. Honorandi ergo sunt propter imitationem, non adorandi propter religionem. Ex his infert Chemnitius Augustinum opposuisse Gentilibus, gliscētibus inuocationis Sanctorum superstitionibus, veram & veterem ecclesiæ fidem. sed pessime quod ad Sanctorum inuocationem pertinet. Augustinus namque his locis accipit cultum per antonomasiam. idque aperit clarissime. nam præterquam quod ille Maximus manifeste accipiebat colere in hac significatione, videlicet pro cultu diuino, vt qui dixisset loco Iouis, Iunonis Veneris, & Mineruae, quos certum est tanquam Deos cultos fuisse à Gentilibus nos colere punicos quosdam martyres: Augustinus respondet scias à Christianis Catholicis nullum coli mortuorum, nullum denique *1. pag. 916.*
vt numen adorari quod sit factum & conditum à Deo (Nota lector, vt nu- *951. & 957.*
mē adorari) sed vnum ipsum Deum qui fecit & condidit omnia. Libro vero 20. contra Faustum c. 21. agnoscit expressis verbis etiam sanctos recte coli, sed non illo excellenti cultu qui λατρεια dicitur: Colimus, inquit, martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac vita coluntur sancti homines Dei: sed illos tanto deuotius, quanto securius post incerta omnia superata iam in vita faeliciore victores sunt. At illo cultu quia λατρεια dicitur, cū sit quaedam proprie diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colendum ducimus nisi vnum Deum Cumque ad hunc cultum pertineat oblatio nullo modo tale quid offerendum docemus vel martyri vel angelo. Iuxta quam interpretationem accipiēdum est quod ait in libro de vera religione: & alibi de Angelo & Apocalypsi, quādoquidem ait eum talem apparuisse vt Deus putari potuerit: & quodcunque alibi simile dixit.

93. Quinto scribit Chemnitius Augustinum libro 21 de ciuitate Dei ostendere Origenistas eisdem prorsus argumentis quibus Inuocatio sanctorum stabilitur, vsos, cum probare vellent nullos baptizatos perituros in æternum, quod Deus eos esset donaturus precibus & intercessionibus sancto-

rũ. Atqui multũ abest vt fideles nõ alia habeant argumẽta, atq; a precibus & inuocatione sanctorũ hic viuentiũ ad preces & inuocationẽ Sanctorũ cũ Christo regnãtiũ Et sũt tamẽ hæc argumẽta in se valida. Neq; Augustinus ea dãnat hac de causa quod ex se mala sint: sed quod eis vterẽtur importune pu tã ad cõfirmãdũ Sãctos oraturos pro dãnandis in vltimo iudicio ne perirẽt, cuius contrariũ Scriptura docuisset: hoc est, damnat abusum horum argumẽ torum quibus fideles recte vsos iam inde à temporibus Origenistarum vel hic istorum abusus probat,

1. pag. 960. 94. Sextum argumentum ex eo sumit, quod Augustinus 1 quibusdam locis tribuat Deo miracula quæ fiebant ad memorias martyrum: Et non animaduertit ipsum ea etiam tribuere sanctis: neque hæc inter se pugnare. Sed quia sumus hac de re opportunius dicturi titulo sequẽti varijs locis, & etiam in Augustino: remittimus fusiorem huius obiectionis confutationem in eũ titulum.

1 pagi. 961. 95. Postremo inquit 1 Chemnitius vt gliscentem superstitionem Inuocationis sanctorum solide reprimeret Augustinus veram doctrinam de Inuocatione Dei, siue de orando Deo, & de intercessione Mediatoris Christi, frequenter & diligenter vrget. Quasi vero quisquam Catholicorum non approbet veram de Inuocatione Dei & de Intercessione Christi doctrinam: aut quasi quæ de his dixit Augustinus aduersentur intercessioni & inuocationi Sanctorum.

1 eadem pag. 96. Pergit 1 Chemnitius. Nec opus est, inquit, aliquot eius sentẽtias adscribere, cum omnes libri eius pleni sint. Extat epistola eius 121. de orando Deo ad Probam, vbi totam doctrinam de oratione pulcherrime explicat & ibi post explicatam dominicam orationem, dicit: Quisquis in oratione id dicit quod ista euangelica prece non continetur, vel carnaliter, vel illicite orat Et hoc diligenter notetur, nam innocatio Sanctorum nõ continetur oratione dominica. Hæc iste cæcutiens Augustinus enim quum dicit, quisquis in oratione id dicit quod ista euangelica prece non continetur, manifeste sentit etiam de contento minimum in genere. Particulæ autem Noster & nobis indicant Christum voluisse vt oraremus etiam pro alijs & vt alij pro nobis orarent vel sponte vel etiã rogati. Licet enim petere à fratribus nostris, quod Deus voluit eos nobis præstare, quod manifestissime declarant petitiones quibus Paulus orat alios vt pro se orent. Præterea dubium non est quin orãdo hac oratione permittamus donationes singularum petitionum arbitratui Dei: vt quomodo & per quem velit nos earum participes faciat. Exempli causa, Petimus panem nostrum quotidianum, neque præscribimus ei vt per-

fe

se solum eum det. Dat enim plerumque eum per homines, vt per diuites pauperibus. Ad quem modum quia voluit sanctos defunctos esse participes regni sui, placuit ipsi multa per eos nobis dare. Et consequenter sicut licet pauperibus implorare opem diuitum necessariorum causa; ita nobis & sanctorū defunctorum auxilium.

97. Porro quod 1 adijcit Augustinum scribere in libro de pastoribus c. 8. spem non esse collocandam in montibus, sed in Deo; significauimus pluribus locis interprete etiam Augustino intelligendum esse, tanquam montes aliquid à se habeant, & neglecto Deo. cæterum habere spem in aliquo ea cōsideratione quod Deus multa prouidentia sua voluerit nobis per alios largiri, velut per ministros prouidentiæ suæ: tantum abest vt sit peccatum, vt sit permittere se arbitratui prouidentiæ suæ, & ei inniti. 1. eadē pag.

98. Similiter quod 1 allegat Augustinū scribere de vnico Mediatore & aduocato Iesu Christo, diximus sectionibus 8. & 9. tituli 15. pertinere ad significationes Mediatoris & Aduocati, quæ ipsi soli sunt propriæ: non ad eos quæ in Sanctos quadrant, in quos hic Augustinum contorquet. Is enim libro 10. Confessionum c. 43 manifeste accipit Mediatorem pro eo qui constet natura diuina & humana atque hac ratione sit medius inter Deum & homines. Vnus autem Mediator, inquit, homo Christus Iesus inter mortales peccatores & immortalem iustum apparuit. reijcit autem, & merito Platonicas angelorum inuocationes, quę hoc Mediatore neglecto angelos inuocabāt in eius loco. Libro vero secundo contra Parmenianū c. 8. expresse interpretatur Mediatorem, hoc modo, pro quo nullus interpellat, sed ipse pro omnibus. Sic Augustinus in tractatibus in c. 1. epistolae 1. Ioannis clarissime accipit aduocatū pro eiusmodi aduocato qui sit, vt etiam ipse Ioannes seipsum exponit, propitiatio pro peccatis omnium, & qui pro omnibus interpellet: merito reprehendens Donatistas qui huic doctrinæ aduersabantur non vero pro aduocato & mediatore qui per Christum orent Deum pro alio. Inuicem, inquit Augustinus, pro se omnia membra, orent caput pro omnibus interpellet, Sancti vero defuncti sunt etiam membra nostra. 1. pag. 963 964. et 965

99. Caluinus 1 scribit olim vetitum fuisse in concilio Carthaginensi ne ad altare directa precatio fieret ad sanctos, & addit. Ac probabile est quum sancti viri impetum prauæ consuetudinis non possent in totum compescere, hanc saltem moderationem adhibuisse, ne hac forma vitiarentur publicæ orationes, Sancte Petre ora pro nobis. Sed is non indicat quo concilio Carthaginensi istud fuerit decretum fuere enim complura concilia Carthaginēsia. Neque vllum est quod vllum decretum his quæ refert verbis habeat. tan- 1. libr. 1. Instit. c. 20. sect. 22.

ta est hominis audacia.

1. sup sect. 90 2. pag. 955. 100. Chemnitius vero vt confirmet tertium argumentum quod 1 memorauimus, 2 obijcit in concilio Carthaginensi tertio cautum fuisse, ne priuatæ & nouæ formulæ precationum temere vsurparentur: sed ad 3 altare semper ad Patrem dirigeretur oratio. Inuertit autem ordinem verborum Concilij præponens, verbis ad altare semper & cætera, quod sequitur; & quod amplius est, omittit quod præcedit, ex quo sensus apparet 4 verborum concilij quæ præcipue vrget. Sic autem habet canon 23. Vt nemo in precibus vel Patrem pro Filio, vel Filium pro Patre nominet. Et cum ad altare assistitur, sem per ad Patrem dirigatur oratio. Et quascunque sibi preces aliquis describit, non eis vtatur, nisi prius eas cum instructioribus fratribus 5 contulerit. Ex his autem apparet quod hic statuitur de nouis precibus, non significare fuisse tunc qui precibus altaris eas intruderēt, quod Patres prohibuerint: sed prohiberi vsum priuatum quarumcunque orationum, nisi prius sint examinatæ à doctoribus. Et quascunque sibi (Nota Lector sibi preces aliquis describit, etiam priuatus siue laicus. Præterea constat ex primis verbis, quod ea sequitur. Et cum ad altare assistitur, semper ad Patrem dirigatur oratio, vocem Patrem, excludere Filium. Quia enim Scripturæ Sanctæ nihil æque inculcant, atque quod Iesus Christus Dei Filius semet-ipsum Patri obtulit in ara crucis pro salute mundi: Et oblatio siue sacrificium quod in altari peragitur commemoratio & applicatio est huius cruenti sacrificij: decretum ab his fuit, vt signum significato hac quoque in parte responderet, vt sacerdos ad altare assistens, in precibus quæ propriè altaris sunt, hoc est, in canone, siue regula sacrificantium, ad Patrem, & non ad Filium, neque ad spiritum Sanctum, dirigeret orationem. Eumque sensum 1 Fulgentius clare significat quum hanc partem istis verbis refert: Vt ad solam 2 Patris personam oratio ab offerente dirigatur.

1. libr. 2. Monimum.

101. Sed prôh dolor, nihil vsqueadeo clare dici potest, quod hæretici nō conentur ad se rapere. Olim Ariani, exclusionem Filij odorati, colligebant ex hac constitutione Filium non esse æqualem Patri: vt videre licet apud eundem Fulgentium. Nostri vero sęculi hæretici ista contorquent contra Sanctorum inuocationem, longe minori colore, quam Ariani pro suo placito. Hi enim argumento ex verbis desumpto nitebantur isti nullo huiusmodi colore; sed solum consequentiæ cuiusdam colore quam versipellis aliquis struat ad subuersionem fidelium.

1. libr. 2. ad Monimum.

102. Porro vna eademque solutione & Arianis olim occursum est, & nunc occurri potest, si quis ex eo quod filius & spiritus Sanctus hic exclusi

sint

sint inferat multo magis Sanctos exclusos esse. Nam canon loquitur de directa oratione; semper, inquit, ad Patrem dirigatur oratio: & Fulgentius, semper ad solam Patris personam dirigatur oratio. idque in oblatione siue in ipso sacrificio hæc namque propriè est altaris oratio: & sacerdos propter hanc altari assistit reliquę vero preces sunt velut præparationes ad istam præcationem. Vnde & Fulgentius ait expresse, ab offerente dirigatur. Eiusque constitutionis veram causam iam-iam reddidimus. Porro sicut Canon non prohibet indirectam filij & spiritus Sancti inuocationem in canonica oratione qua (verba gratia) etiam num dicimus Per Christum Dominum nostrum. neque etiam interdicit vsu directæ orationis ad filium & spiritum Sanctum extra canoné. siue canonicam præcationem sacrificantium: Ita multo minus arcet indirectam Sanctorum defunctorum orationem à canone siue à canonica prece sacrificantium: in qua & olim facta est talis mentio eorum, testibus Clemente, Cyrillo Ierosolymitano Epiphanio, Augustino, qui huic concilio Carthaginensi tertio interfuit, & alijs: & etiã nunc fit directa ad Patrem oratione, his verbis: Quorum meritis precibusque concedas, vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio per Christum Dominum nostrum,

103. Inter illustres quarti sæculi scriptores semper habiti sunt Prudentius & Paulinus Nolanus episcopus. quorum ille in tantum abhorrûit idololatriam, vt Symmachi, Præfecti vrbis orationi apud Valentinianum Iuniorem habitæ pro templorum restitutione sicut Ambrosius oratione soluta responderit: ita duobus carminum libris responderit alter vero distributis in pauperes omnibus bonis Balchinonem profectus operam dederit sacris literis & cum sollicitaretur ab Ausonio quem maximi faciebat vt rursus amplecteretur Poëtarum profanorum lectioné, nullo pacto ei assentiri voluerit propter mentionem Musarum, Camænarum, & Apollinis, quae apud ipsos occurrit. vt videre licet in eleganti & diuina eius epistola ad Ausonium, quae sic incipit: Quid abdicatas in meam curam Pater, Redire Musas praecipis? Negant Camaenis, nec patent Apollini dicata Christo pectora. Chemnitius vero, quia sciebat constare hos & alios ipsis similes Poëtas, clarissime scripsissime de Sanctorum inuocatione, 1 ausus est dicere circa Augustini tempora & postea, materiam inuocationis Sanctorum incidisse in Poëtas, qui inuocationes Musarum, Daemonum, & Heroum, ex poematis Veterum Poëtica imitatione & licentia transtulerint ad martyres: & ad hunc numerum, si Deo placet, referre etiam 2 Prudentium & 3 Paulinum, quos ne Magdeburgẽses quidem negauerunt Augustino seniores floruisse; tametsi etiam eius etate vixerint. vt qui Augustinum ad quintum saeculum retulerint: hos vero ad quartum. Ac tametsi manifeste constaret vtrũque illustrissimum fuisse, quod

1. pag. 968.
2. pag. 969.
3. pag. 972.

Pruden-

Prudentius rexisset nobiles vrbes; Paulinus autem Romæ summos honores: tamen non puduit Chemnitium in margine notare post Augustinum in Poëtarum scholis inuocationem mortuorum vires acquisiuisse & creuisse. quasi videlicet scholam aperuissent. Eóque scelestiora sunt hæc figmenta, quod hi non solum inuocent sanctos: sed hunc morem fuisse fidelibus communem ostendunt: & horum inuocationis vberes fructus tum in se, tum in alijs prædicent. Quæ ne quis hæreticus falso nos dicere existimet, citabimus harum rerum testimonia.

104. Igitur Prudentius sic scribit in hymno in honorem Hemeterij & Chelědonij: Fama nā terras in ónes præcucurrit proditrix, Hic patronos esse mundi quos precantes ambiant. Nemo puras hic rogando frustra congessit preces, Lætus hinc tersis reuertit supplicator fletibus, Omne quod iustū poposcit impetratum sentiens. Tanta pro nostris periclis cura suffragantium est, Non sinant inane vt vllus voce murmur fuderit Et in fine Hymni ad honorem D. Laurentij: Quæ sit potestas credita Et muneris quantum datum, Probant Quiritum gaudia, Quibus rogatus annuis. Quod quisque supplex postulat, Fert impetratum prospere Poscunt litamur (fideles enim solent curare missam celebrari in suis peregrinationibus) indicant. Et tristis haud vllus redit. Ceu præsto semper adsies, Tuosque alumnos vrbicos Lactante complexus sinu Paterno amore nutrias. Hos inter ô Christi decus Audi & Poëtā rusticum Cordis fatentem crimina, Et facta prodentem sua. Indignus agnosco & scio Quem Christus ipse exaudiat: Sed per patronos martyres potest medelam consequi. Audi benignus supplicem Christi reum Prudentium. Et seruienté corporis Absolue vinclis saeculi. Et in fine hymni in laudé Eulaliae virginis, Et populos, inquit, propitiata fouet. Et in fine hymni in honoré Vincétij martyris Adesto nunc, & percipe Voces precantum supplices, Nostri reatus efficax, Orator ad thronū patris. Per te periculum carceré, honoris augmentum, tui, Per vincla, flammas, vngulas, Per carceralem stipitem, Per fragmen illud testeum Quo parta creuit gloria, Per quem trementes posteri Exosculantur lectulum, Miserere nostrarum precum, Placatus vt Christus suis, Inclinet aurem prosperam, Noxas nec omnes imputet. & caetera. Et in fine passionis Cassiani tradit Æditiuū his verbis se allocutum fuisse: Suggere si quod habes iustum vel amabile votum, Tibi siqua spes est, si quid intus æstuas Audit, crede, preces martyr prosperrimus omnes: Ratasque reddit quas videt probabiles Pareo & caetera. Audior, Vrbem adeo, dextris successibus vtor, Domum reuertor, Cassianum praedico. Et in principio supplicij Romani martyris: Romane Christi fortis assertor Dei, Elinguis oris organum fa-

tor moue, Largire comptum carmen infantissimo, Fac vt tuarum mira laudum concinam. Scis ipse & cætera. Et in fine: Vellem sinister inter hædorū greges Vt sum futurus, eminus dignoscerer. Atque hoc precante diceret Rex optimus: Romanus orat, transfer hunc hædum mihi. Sit dexter agnus, induatur vellere. Et in passione Hippolyti. Hic corruptelis animique & corporis æger Oraui quoties, stratus opē merui. Quod lætor reditu, quod te venerāde sacerdos Cōplecti licitū est, scriboquod hęc eadē hippolyto scio me debere. Et in principio passionis Agnetis: Nec nō & ipses protegit aduenas puro ac fideli pectore supplices. Et sub finem: ô virgo fælix, ô noua gloria, Cœlestis arcis incola, Intende nostris colluuionibus Vultū gemello cū diademate.

104. Paulinus vero epistola 12. ad Seuerum Sulpitium multis inuocat Clarum presbyterum. Qualibet in regione poli situs, aut paradisi Clare sub æterna pace beatus agis: Hæc peccatorum bonus accipe vota rogantum. Vt sis Paulini Tharasiæque memor, & cætera. Et in fine panegyrici de Celso puero. Celse iuua fratrem socia pietate laborans. Vt vestra nobis sit locus in requie & caetera. Idem integris duobus primis natalibus Fęlicis inuocat eū & natali tertio multis, praesertim sub finem: hunc precor æterna nobiscum pace serenum Posce diem, & caetera. Nobis haec vota tuorum Suscipe, commendaque Deo, & caetera. Quem bonitate pium, sed maiestate tremendum Exora vt precibus plenis meritisque redonet debita nostra tuis, & cætera. Et natali. describit multis rusticum inuocantem Faelicem, & inuocatione recuperantem boues furto abactos. Et natali septimo inuocationem eius qui laesus erat in oculo, & restitutionē sanitatis. Et natali 8. adhortatur omnes ad inuocandum Faelicem: Concurramus ad hunc spe conspirante patronum, Suscipiat nostras placida pietate querelas & caetera. Et paulo post petat omne quod audet, Quodque cupit tali speret confisa patrono. Sancte Deo dilecte Dei tu dextera Faelix, Esto precor nobis tu munitissima turris. Et rursus, Posce precor placidum nostris accedere Christum partibus, & caetera. Et in fine saepius. Natali vero nono inuocat non solum Faelicem, sed etiam Apostolos, Patriarchas, Prophetas, & Martyres.

105. Ostendimus suo loco Theodoretum scripsisse aduersus Platonicas angelorum inuocationes: & nihilominus approbauisse sanctorum angelorum inuocationes. Quo minus mirum est, si sanctorum quoque defunctorum inuocatione vsus sit. Extat eius religiosa historia quam omnes fatentur esse ipsius, & nominatim etiam Theodorus Lector libro 1. Collectaneorum, & Nicephorus in catalogo librorum ipsius: & ad quam ipsemet Theodoretus sæpius remittit lectorem in historia ecclesiastica, quæ certissimo est ipsius. vt libro 4. c. 4. loquens de Iacobo Nisibita: & libro

libro 4.c.25.de Aphraate,& c.27.de Iuliano,& alias sæpi⁹.In ea ergo nō solū
1.sect.115.tit 16.& sect.11 tit.17.& sec ti.47 tit.18 approbat intercessionem & opitulationem eorum:de quibus 1 alijs locis diximus:sed ipsemet posteaquam in principio libri,& in fine vitæ Iuliani preces omnium sanctorum quorum vitam descripturus erat & describebat inuocauisset in genere, plurimos particulatim inuocat. vt in fine vitæ Simeonis Prisci:Ego autem nunc oro vt quam dare potest nunc consequar intercessionem:& scio me consecuturum. omnino enim dabit petitionem,imitans Domini benignitatem. Et in fine vitæ Theodosij:Ego autem cum eum vt pro me ad Dominū intercedat orauero,me ad aliam conuertam narrationem. Et in fine vitæ Abraames:benedictionem quoque ab eo desiderans.

107. Et quod amplius est de curatione græcanicarum affectionum declarat omnes fideles passim vsos inuocatione Sanctorum. Cuius operis licet Nicephorus(vt puto)non meminerit,tamen alij Scriptores meminerūt quos etiam ipsi Magdeburgenses non dubitauerunt sequi.Sed ciuitates,inquit,oppida,paganique conuentus hæc (puta,corpora)inter sese sortito partiti sunt: laborantibusque animis & corporibus salutares eos confiteri non cessāt:nihiloque secius vrbium custodes ac locorum præsides venerantur, quorum precibus & interuentu apud Deum vtentes,per eos demum diuina munera consequuntur. Et postea: Quique homines prospera sunt valetudine,conseruari eam sibi à martyribus petunt:qui vero ægritudinē aliquam patiuntur, sanitatem exposcunt Insuper & steriles viri & mulieres dari sibi filios petūt qui vero parentes sunt integra sibi & propria custodiri quae consecuti sunt dona.Item qui peregre aliquo proficiscuntur,petunt martyres sibi esse comites in via,vel potius itineris duces:Qui vero iam sospites redierunt,gratias agunt,acceptum beneficium confitentes.non qui se ad Deos accedere arbitrentur:sed qui orent Dei martyres,tanquam diuinos homines intercessoresque eos apud Deum aduocent & precentur. Pie vero fideliterque precatos,& caetera,quae referemus in titulo de miraculis.

1.sectione 73 tituli 18. 108. Citauimus 1 ex libro 9.Cyrilli Alexandrini in Leuiticum sententiā ipsius qua ait animam diuitis epulonis cognouisse & deprecatum esse Abraham quanto ergo magis agnouit nos hic viuentes precari posse Abraham? Idem libro 12.thesauri c.10.scribit multos esse Mediatores,licet non ijs rationibus quibus Christus est vnicus Mediator His praetermisis 2 Chemnitius
2.pag. 928. & 929. 3.cent.5. c. 4 pag. 316 & 3 Magdeburgenses rancidum illud argumentum obijciunt Cyrillum libro 6.contra Iulianum cultūm & adorationem soli Deo tribuere Sed Cyrillus, sicut & alij Patres,loquitur de cultu & adoratione per antonomasiam:neque de Iulianus de tali cultu & adoratione loqueretur.Id quod explicat quum ait:

sanctos

sanctos martyres neque Deos esse dicimus, neque adorare consueuimus, putâ tanquam Deos.

109. Fulgentius in sermone de laudibus b. Mariae: Venite virgines ad virginem Mariam, concipientes ad concipientem, parturientes ad parturientem matres ad matrem lactantes ad lactantem, iuuenculae ad iuuenculam Ideo enim omnes istos cursus naturae Maria suscepit, vt omnibus ad se cõuenientibus fœminis subueniret, & sic restauraret omne genus fœminarum ad se venientium.

110. Victor Vticensis sub finem libri 3 de persecutione Vandalica, post angelorum inuocationem addit: deprecamini Patriarchae, de quorũ stirpe generis nata est ecclesia, quæ nunc laborat in terris. Orate sancti Prophetæ cognoscentes afflictam, quam antea vaticinante præconio cecinistis. Estote Apostoli suffragatores eius, quam vt congregaretis vniuersum orbem ascendente in vobis Domino vt equi velocissimi cursitastis. Præcipue tu beate Petre, cur siles pro ouibus & agnis à communi Domino magna tibi cautela & solicitudine commendatis? Tu sancte Paule gentium magister, qui ab Hierusalem vsque ad Illyricum praedicasti euangelium Dei, cognosce quid Vvandali faciant Ariani, & filij tui gemunt lugendo captiui. Vniuersique ingemiscite sancti simul Apostoli, & caetera Sed & pro malis iam orate filijs, quia & Christus orauit etiam pro inimicis Iudæis, & cætera. Sed prostrati rogamus vt non spernatis vestros miseros peccatores per eum qui vos ad Apostolicum culmen prouexit hũmiles piscatores.

111. Antonius episcopus Constantiensis in epistola consolatoria ad Arcadium actum in exilium à Genserico rege Vandalorum: Qualis, inquit eris cum Petrum & Paulum, quos rogare solebas vt patronos, habebis amicos?

112. Andreas Ierosolymitanus qui vixit tempore Iustiniani 1 in oratione in salutationem angelicam: Benedicta tu in mulieribus, quam beatã dicũt omnes generationes, quam Reges honorant, principes venerantur, diuites populi obsecrant. Et Andreas Cretensis in encomio de dormitione Virginis: Placa domum pro communi figmento.

113. Maximus Taurinensis episcopus in sermone de S. Agnete. Itaque ô splendida Christo inquit, vt nostri meminisse digneris quibus possumus precibus exoramus, vt nobis ille tribuat peccatorum indulgentiã, qui tibi tuorũ laborum tradidit palmam.

114. Vigilius episcopus Tridentinus martyr in vita S. Sisinnij & aliorum ad Simplicianum: Nunc me immeritum sancte Sisinni, inquit vtroque consortem paterno amore consolare, & cum eisdem Sanctis apud ipsos exora-

 tor

tor accede, quatenus possim die illa fimbriam aut sacerdotum, aut martyrum iam omnibus sepositis peccatis, attingere.

115. Claudius Claudianus in epigrammate in Iacobum Magistrum militum: Per cineres Pauli, per cani limina Petri, Ne laceres versus Dux Iacobe meos. Sic tua pro clypeo defendat pectora Thomas: Et comes ad bellum Bartholomæus eat. Sic ope Sanctorum non barbarus irruat Alpes. Sic tibi det vires sancta Susanna suas.

116. Leonem 1. inuocauisse Petrum vt pro se apud Deum intercederet ad obtinendam peccatorum remissionem, videre licet apud Ioannem Euiratum & Sophronium Ierosolymitanum c. 49. prati spiritualis & c 140. vt si quid in epistola a se scripta contra Nestorium & Eutychem, quam deponebat, minus recte scriptum fuisse: id emendaret.

117. Eucherius Lugdunensis episcopus in epistola ad Syluium episcopum de martyrio Mauritij & sociorum eius, Itaque inquit, cum alij ex diuersis locis & prouincijs in honorem officiumque Sanctorum, auri atque argenti, diuersarumque rerum munera offerant: nos scripta offerimus, vtique exposcentes ab eo intercessionem omnium delictorum, atque in posterum iuge præsidium & patrocinium semper meorum. Et Cassiodorus in libro Institutionis diuinarum lectionū. Interueniat pro nobis qui nobiscum orare consueuerat, vt cuius hic sumus oratione suffulti, eius possimus nunc meritis adiuuari.

118. Gennadium Constantinopolitanum Theodorus Lector libro 1. Collectaneorum author est Eleutherio martyri propter vnum templi ipsius clericum significasse dicentem: Miles tuus inconditè se gerit: aut corrige eum, aut abijce. Illum vero confestim tanquam reprobum esse mortuū. Eandemque historiam clarius referunt duo presbyteri ecclesię Constantinopolitanæ, quorum tempore ea contigerat apud Ioannem Euiratum siue Sophronium c. 145. prati spiritualis. Aiunt enim fuisse Carisium quendam, Lectorem oratorij sancti Eleutherij, hominem valde nequam. qui quum neque admonitione, neque censura ecclesiastica emendaretur, Gennadium misisse quendam Apocrisarium qui diceret S. Eleutherio: Miles tuus sancte Dei Eleutheri multum peccator est. aut emenda illum, aut excide. quæ cum Apocrisarius recitasset, Carisium mortuum esse.

1. pag. 931. et vid. quæ sup dximus sectione 3. 119. Huius Gennadij ætate vixit Petrus Gnaphæus quem 1 Chemnitius vult fuisse primum qui publicis ecclesiæ græcæ precibus sanctorum inuocationem inseruerit propterea quod Nicephorus libro 15. c. 28. numerere inter ea quæ hic dicitur inuenisse, etiam istud vt in omni precatione Dei genitrix nominaretur

minaretur, & diuinum eius nomen inuocaretur. Sed negatur. Nam hic Petrus vel testibus verbis quæ citat ex Nicephoro, solũ instituit, vt quod antea fiebat in precibus, etiam publicis, fieret in omnibus. Quod clarius apparet ex Theodori Lectoris libro 2. Collectaneorum authoris longe Nicephoro antiquioris. Sic enim: ait Petrus Gnaphæus vt mysterium in ecclesia coram omni populo sanctificaretur: & inuocatio super aquas in Theophanijs fieret: inque singulis precibus Deipara nominaretur & in quauis synaxi symbolum diceretur, excogitasse dicitur. Nam & mysterium in ecclesia semper sanctificatum fuit: sed velis appositis, ne mysterij sanctificatio fieret coram populo: & inuocatio super aquas semper facta est pridie Paschæ & Pentecostes: sed non vbique in Theophanijs: & symbolum antea dictum est in ecclesia: sed non in quauis congregatione fidelium. ad quorum instar oportet beata Maria nominata & inuocata sit in precibus: hic vero instituerit vt in omnibus precibus nominaretur & inuocaretur. Neque vero isti Authores loqũntur solum de publicis precibus: sed de omnibus id est etiam priuatis quo magis ridiculum est Chemnitij commentum. Ac ne sic quidem a quisquã Veterum damnauit tanquã in se malum, hoc Gnaphæi decretum. z. vide infra sectione. 125

120. Postremo Gregorius Magnus exhortatus est fideles ad inuocationem Sanctorum homilia 32. in euangelia: Adsunt defensores nostri sancti martyres: rogari volunt atque quærunt vt quærantur. Hos ergo adiutores vestris orationibus quærite: hos protectores vestri reatus inuenite. Et ipsemet vtitur hoc voto epistola 44 libri 4. Ipse (Petrus) sit vestri custos imperii, sit vobis protector in terra, sit pro vobis intercessor in cælo & epistola 8. libri 11. ad eius innocationem tradit Brunechildem reginam, intercedente b. Petro, cui eos (filios vestros) commendatis.

121. Habemus historiam ecclesiasticam de Sanctorum defunctorum inuocatione vsque ad Petrum Gnaphæum apud Græcos, & Gregorium Magnum apud Latinos vindicatam ab omnibus Nouatorum commentis, & fraudibus in qua constitit iam inde ab initio doctores & pastores ac populum a minimo ad Imperatores vsque Christianos factos, vsos fuisse hac inuocatione, & priuatim, & publice. & quod amplius est pastores adhortatos fuisse negligentiores ad hoc officium, nominatim Ambrosium, Gaudentium Gregorium Nyssenum, Paulinum, Fulgentium, Gregorium Magnum & alios.

122. Neque opus est vt longiorem horum, & sequentium temporum historiam texamus Nouatores enim fatentur eam postea õnibus familiarẽ fuisse. condẽnant autẽ (si Deo placet) scriptores istorũ sæculorum Idololatriæ.

trix. Quasi scilicet hi tradiderint aliquid cui simile non fuerit prius dictum à Maioribus. Indicabimus ergo solum breuiter illustriores aliquot Authores citatis eorum locis, vt qui eos legendi desiderio tenentur, id implere facile possint. Igitur in hoc numero sint.

123. Gregorius 1 Turonensis, Ioannes 2 Euiratus & Sophronius Ierosolymitanus, 3 Procopius, 4 Fortunatus episcopus Pictauiensis, 5 Euthymius monachus, 6 Euagrius & apud eum 7 Chosroes Rex Persarum, 8 Paulus Diaconus, 9 Ioannes Damascenus, & Ioannes Patriarcha Ierosolymitanus qui eius vitam scripsit, 11 Theophylactus, 12 Simeon Metaphrastes, 13 Beda 14 Hidelfonsus, 15 Bernardus, 16 Petr⁹ Cluniacensis & in summa omnes qui vitas sanctorum inde à Merouecorum temporibus scripserunt: Denique omnes Scholastici Doctores.

1. passim in omnibus libris eius 2 nominatim c. 75. prati spiritualis. vbi referunt cõmendationem sancto factam, qua vxor & filia miraculo liberata sint ab imminente morte homicidij. 3. in libro de ædificiis Iustiniani Imperatoris. 4 libro 2. 3. & 4 de vita b. Martini. 5 in encomio beatæ Mariæ virginis. 6. nominatim lib. 2. eccles. histor. c. 3. 7. libro 6. c. 21 illustrissima est historia, & quæ meretur integra hic describi, nisi prolixitas istud impediret. 8. in omnibus operibus suis. 9 in hymnis suis vbi beatam Mariam multis inuocat. 10. in eius vita, in qua narrat abscissam ei dexteram manum inuocatione b. Mariæ virginis restitutam fuisse. 11. in commentariis in c. 11 ad Hebræos. 12. passim in vitis sanctorũ. 13 in multis locis, & nominatim in c. 7. Lucæ. 14. in libro de illibata virginitate Dei genitricis Mariæ in proœmio & c. 2. & vltimo. 15. nominatim sermone 2. in natali S. Victoris in sermone de quatuor modis orandi, in sermone 2. de aduentu Domini, & sermone 2. de beata virgine. 16. in opere contra Petrobrusianos.

Synodus Nicena 1. vsa est inuocatione Sanctorum defunctorum.

124. Verum enimuero committere non debemus vt eadem breuitate tractemus, & multo minus vt penitus omittamus, concilia, quod ea sint maximi momenti. Quum in Synodo Nicena 1. ante defuncti fuissent Chrysanthus & Musonius episcopi, quã subscripsissent fidei, Nicephorus memoriæ prodidit libro 8. c. 23. patres ad monumenta eorum accessisse, & scriptum manibus tenentes tanquam ad viuentes & audientes dixisse: Bonum certamen sãcti patres nobiscum certastis, cursum peregistis, fidem seruastis. Si igitur ratum esse debet quod à nobis actum est, quoniam nunc nullo interposito obstaculo Trinitatis splendore illustrati, clarius id perspicitis, peropus est vos nobiscum libello subscribere. Hæc cum dixissent, libellum obsignatum ad tumulum deposuisse noctemque totam insomnem egisse: & postridie ad locũ redeuntes, signa inuiolata inuenisse. & libello resignato subscriptiones illorũ reliquis insertas cognouisse, recentes adhuc, & in hęc verba conceptas: Chrysanthus & Musonius, qui cum Patribus omnibus in sancta prima œcumenica synodo Nicena consensimus, quamuis corpore translati, manu tamẽ propria nos quoque libello subscripsimus. Constat enim non paucos miraculis

culis claros interfuisse huic synodo, nominatim Spiridionem, quem simili inuocatione filiæ defunctæ vsum fuisse in re longe minoris momenti antea narrauimus. Et Gregorius Presbyter Cæsareæ Cappadociæ antiquus scriptor in oratione de 318 Patribus Nicenæ synodi quæ extat apud Simeonem Metaphrasten idem plane refert. In titulo vero de miraculis manifestum faciemus Euphemiam martyrem subscripsisse decreto fidei Synodi Chalcedonensis.

125. Hic sufficiet admonuisse Lectorem hanc etiam œcumenicam Synodum inuocauisse Sanctos corpore exutos Nam quum Martianus Imperator actione sexta dixisset se statuere ad honorem sanctæ martyris Euphemiæ vt Calchedonensis ciuitas metropolis priuilegia haberet: Synodus pro gratiarum actione, ei confestim bene precata est his verbis: hæc sancta te custodiat supplicamus. Et actione 11, quum Patres incidissent in mentionem Flauiani, statim exclamauerunt: Flauiano æterna memoria: Flauianus post mortem viuit: Martyr pro nobis oret. Fuit autem hæc synodus omnium præcedentium conciliorum vniuersalium numerosissima. vt cui interfuerint sexcenti, & amplius, episcopi. Qui neque hæsitant, neque disputant de Sanctorum inuocatione: sed confestim erumpunt in eam duobus locis, tanquam in dogma omnibus notissimum.

Synodus calchedonensis inuocauit Sanctos corpore exutos.

126. Quinta Synodus œcumneina quæ cōtra errores Petri Gnaphæi & aliorum conuenit Constantinopoli, dānauit eum quod trisagio 1 addidisset, Qui crucifixus est pro nobis: quodque Synodum Calchedonensem de duabus Christi naturis improbaret. Constitutionem vero eius de Inuocatione b. Mariæ virginis in singulis precibus ne verbulo quidem attigit: & multo minus liberam eius inuocationem: damnauisset autem Petrum Gnaphæum propter hanc quoque constitutionem, si errore conspurcata fuisset: praesertim tali qualem Nouatores passim praedicant Igitur approbauit suo silentio Sanctorum defunctorum inuocationem. Quod alio quoque exemplo manifestū fecit. Nam cū Ioānes patriarcha Ierosolymitanus & episcopi trium Palestinarum qui ad concilium Ierosolymam conuenerant scripsissent Ioanni Constantinopolitano & alijs episcopis huius œcumenicae synodi his verbis: Nobiscum ergo eadem orate sanctissimi communia enim sacerdotum sunt: & sanctam ac glorificatam virginem Dei genitricem Mariam vna nobiscum supplicate intercedere pro pace sanctissimarum ecclesiarum, & victoria ac perpetiuitate pijssimi & serenissimi Imperatoris nostri: Cum, inquā haec clarissime scripsissent, nullus fuit, qui cum ipsis vel verbulum vnum commutare: quin potius hanc epistolam inseruerūnt actioni primae huius

Quinta Synodus œcumenica approbauit Sanctorum defunctorū inuocationem.

1. passim in actionib' huius synodi, et presertim actione 4. in fine.

Synodi

Synodi.

127. In sextae vero synodi oecumenicae capite septimo legimus apertissimum hoc decretum Et solo Deo Creatore suo adorato, inuocet (fidelis) sãctos vt pro se intercedere apud maiestatem diuinam dignentur Nec quenquã mouere debet quod Chemnitius nouem capita quae in fine huius concilij extãt, ait esse adulterina & supposititia, quod ipsi etiam Pontificij pronuntient. Etenim nihil adfert quo hoc probet. Et hoc decretum consentit precibus Constantini Imperatoris huius nominis quarti actione 18. huius Synodi, quae citauimus sectione 48 tituli 20.

Sexta Synodus vniuersalis docet fideles inuocare Sanctos defunctos.

128. Septima autẽ Synodus vniuersalis, quae etiã secũda Nicena dicitur, recepit actione 1. hãc Basilij Ancyrae episcopi confessionẽ: Interpellans etiã intemeratae Virginis nostrae Deiparae, sanctorũ coelitũ potestatẽ omniũque sanctorum intercessionem. Et Tharasij Constantinopolitani episcopi ad Ioannem: In qua, inquit, nihilominus credentes in vnum Deum in Trinitate laudatum, eidemque soli latriam exhibentes, poscimus intercessionem intemeratae Dominae nostrae sanctae Deiparae, sanctorum item angelorum, omniumque diuorum & Patrum nostrorum, quibus similia videre licet actione quinta in fragmento homiliae Ioannis episcopi Thessalonicensis, & actione septima sub finem epistolae Germani Constantinopolitani Ipsa vero Synodus in fine actionis sextae sic ait: Igitur cum timore Dei omnia agamus, postulantes intercessiones incontaminatae Deiparae & semper virginis Dominae nostrae Mariae item angelorum, omniumque Sanctorum.

Septima Synodus vniuersalis.

129. Nec mirũ hoc ab ista Synodo dici. Ipsi Iconoclastae in sua synodo, falso ab eis appellata septima, vsqueadeo nõ dubitauerũt de hoc dogmate, vt anathema voluerint esse, si quis nõ confiteretur omnes qui à saeculo huc vsque, & ante legem, & in lege, & in gratia à Deo data, fuerunt, sanctos venerandos coram Deo, & anima & corpore & horum intercessionem non petierit, vt pote qui libertatem apud Deum habeant pro mundo secundum ecclesiasticam traditionem interueniendi vt videre licet in septimae synodi actione sexta definitione decima septima.

130. Postremo Synodus Florentina & concilium Tridentinum has synodos secuta sunt. Sic enim decernit hoc concilium sessione nona: Mandat sancta synodus omnibus episcopis & caeteris docendi munus curamque sustinentibus, vt iuxta Catholicae & Apostolicae Ecclesiae vsum, à primaeuis Christianae religionis temporibus receptum, sanctorumque Patrum consensionem, & sacrorum Conciliorum decreta, imprimis de Sanctorum intercessione, inuocatione reliquiarũ honore, & legitimo imaginum vsu fideles diligenter

ligenter instruant, docentes eos, Sanctos vna cum Christo regnantes orationes suas pro hominibus Deo offerre: bonumque & vtile esse suppliciter eos inuocare, & ob beneficia impetranda à Deo per filium eius Iesum Christum, Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor & Saluator est, ad eorum orationes, opem auxiliumque confugere illos vero qui negant Sanctos æterna fęlicitate in cœlo fruentes inuocandos esse: aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare, vel eorū vt pro nobis, etiā singulis orent, inuocationē esse idololatriā, vel pugnare cū Verbo Dei, aduersarique honori vnius Mediatoris Dei & hominū Iesu Christi: vel stultū esse in cœlo regnantibus voce vel mente supplicare: impie sentire.

131. Omittimus tractatum prolixiorem conciliorum particularium: eo quod qui non credit generalibus, non sit fidem habiturus particularibus. Facere tamen non possumus quin aliquorum mentionem faciamus: quia confirmant in suo gradu communem fidelium fidem. Iam iam 1 audiuimus preces concilij Ierosolymitani sub Ioanne patriarcha. In synodo vero Laodicena sicut merito prohibitum fuit c. 35 derelinquere ecclesiā, & ad angelos abominandæ idololatriæ congregatione facere & canone 9. & 34. non concedendū Catholicis vt intrent in cemæteria vel martyria hæreticorū orationis & petēdo curationis gratia, & vt eant ad pseudomartyres: ita canone eodē 34 haud obscure innuitur licere adire veros Dei martyres harū rerū causa. Sic enim ait: Non oportet ōnino, Christianū dir. lictis martyribus Christi abire ad falsos martyres, hi enim alieni à Deo sunt. Cabilonēse autē conciliū ōniū Galliæ episcoporū sub Clodouæo: In Cabilonensi inquiunt episcopi, vrbe in ecclesia sancti Vincētij pariter cōglobati ipsius sācti martyris intercessionē poscētes, vt lōgæuitatē supra dicti principis suo suffragio mereremur. 1. sectione 125

132. Absoluimus primam huius tractatus partem. Sequitur altera de Litanijs de quibus tria nobis dicenda sunt puta de vocabuli significatione, de litaniarum antiquitate, & de earum qualitate: tum quia res in se scitu dignæ sunt: tum quia quidam hæretici de primo & secundo capitibus: omnes vero de tertio, quædam falsa commenti sunt.

133 Igitur Litania, si nudam & generalem vocabuli græci significationem spectemus, idem est quod rogatio, siue supplicatio Cæterum, quod diligenter notandum est, Litania speciali significatione denotat Scriptoribus ecclesiasticis & fidelibus per exochen, supplicationem, siue rogationem singularem, excellentem, & præ alijs rogationibus operosiorem. vt quæ indiceretur ad deprecandum insignes calamitates, & petendum insignia bona. vt paulo post apparebit in historia.

1 pag. 980. & 981. 133. Et quidē chemnitius 1 rectè fatetur Litaniarū morē semper fuisse in ecclesia: sed errat in potissima parte probationis. Quia enim constat ex Iustino, Irenaeo, Tertulliano, Cypriano, & alijs, Ecclesiam orauisse Deum pro omnibus necessariis, pro inimicis, pro Imperatoribus, & pro omnibus hominibus: existimat se sufficienter probasse Litaniarum publicum vsum semper fuisse in ecclesia. Poterat autem, si quidem voluisset, citare verba Pauli 1. Timoth. 2. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt. Immo quodam modo eum citauit, dum retulit verba Prosperi ex libro de vocatione gentium, quibus hunc Apostoli locum interpretatus est. Litaniae vero ob extraordinariam causam extraordinarie indicebātur.

1. lib. 1. de origine erroris c. 19. in responsione ad 5 argumentum. 134. Veruntamen Chemnitio grauius errat Henricus Bullingerus dum scribit Litaniam sero tandem repertam esse, neque quēquam Veterum vel verbo eius meminisse: & dum refert litaniarum inuentionem apud Romanos ad Gregorium: apud Gallos vero ad Mamertum episcopum Viennensem, solo pro hac re citato Durando. Tractabimus ergo historiam litaniarum ex veritate, idque eo iustius quod eius cognitio sit necessaria sciendis exacte tribus capitibus de quibus polliciti sumus nos dicturos.

135. Gregorius, vt ab eo primum incipiamus ad quem litaniarum ortum Bullingerus refert, non vnam praescripsit litaniam: sed multas. Primā, quam vocant septiformem, quum Romae pestis immaniter grassaretur, sublato è viuis (vt Ioannes Diaconus refert) etiam Pelagio papa: de qua litania, & eius causa ipse-met Gregorius ita concionatur capite 2. libri 11. epistolarum. Oportet fratres charissimi vt flagella Dei quae metuere ventura debuimus, saltem praesentia & experta timeamus. Conuersionis nobis aditum dolor aperiat, & cordis nostri duritiam ipsa iam quam patimur poena dissoluat. Vt e-

1. Ierem. 4. nim 1 Propheta teste praedictum est, Peruenit gladius vsque ad animam. Ecce enim cuncta plebs coelestis irae mucrone percutitur, & repentina singuli caede vastantur. nec languor mortem praeuenit: sed languoris moras, vt cernitis, mors praecurrit perculsus quisque ante rapitur, quam ad lamenta poenitētiae cōuertatur. Pēsate ergo qualis ad cōspectū districti Iudicis peruenit, cui non vacat flere quod fecit. Habitatores quippe nō ex parte subtrahūtur: sed pariter corruunt. Domus vacuae relinquuntur, filiorum funera parentes aspiciūt, & sui eos haeredes ad interitum praecedunt. Vnusquisque ergo nostrum ad poenitentiae lamenta confugiat, dum flere ante percussionem vacat. Reuocemus ante oculos mentis, quidquid errando commisimus, & quod

nequiter

nequiter egimus, flendo puniamus, & cætera, quibus exhortatur populum ad pœnitentiam & orationem. Imminente ergo tantæ animaduersionis gladio, nos importunis precibus insistamus ea namque quæ ingrata esse hominibus importunitas solet, Iudici veritatis placet & cætera. Proinde fratres charissimi contrito corde & correctis operibus crastino die primo diluculo ad septiformem litaniam iuxta distributionem inferius designatam deuota mente cum lachrymis veniamus. & cætera. Litania Clericorum exeat ab ecclesia beati Ioannis Baptistæ, Litania virorum ab ecclesia beati Marcelli. Litania monachorum ab ecclesia martyrum Ioannis & Pauli. Litania ancillarum Dei ab ecclesia beatorum martyrum Cosmæ & Damiani. Litania fœminarum coniugatarum ab ecclesia beati primi martyris Stephani. Litania viduarum ab ecclesia martyris Vitalis. Litania pauperum & infantium ab ecclesia beatæ martyris Ceciliae constitutumque erat vt omnes conuenirent ad sanctae genitricis Domini ecclesiam, vt qui simul omnes peccauerãt, simul omnes mala quae fecerant, deplorarent. Eaque Litania fuit ab eo ordinata die 4. Calend Septembris.

136. Idem aliam quoque Litaniam ordinauit eamque annuam: quae ad nos vsque peruenit: & vulgo vocatur sicut inde à principio, Litania maior, comparatione videlicet Litaniae Mamerti, quia Gregorius maioris, hic vero minoris sedis episcopus fuit. de qua ipsemet quoque Gregorius sic concionatur sub principium libri secundi epistolarum. Solennitas annuae deuotionis nos filij dilectissimi admonet, vt Litaniam, quae maior ab omnibus appellatur, solicitis ac deuotis debeamus, auxiliante Domino, mentibus celebrare: per quam à nostris excessibus, eius misericordiae supplicantes, purgari aliquatenus mereamur. & caetera, quibus institutionis eius causam refert varias cõtinuasque calamitates quibus Romani affligebantur: & gratiarum actiones pro acceptis inter tot calamitates Dei beneficijs. eaque celebrabatur sexta feria à templo beati martyris Laurentij ad diuum Petrum. Nos vero eam nunc celebramus in festo sancti Marci.

137. Praeterea is tertiam Litaniam episcopis Siciliae praescripsit quae omni hebdomada quarta & sexta ferijs inexcusabiliter fieret ad auertendas imminentes Siciliae barbaricas crudelitates. vt videre licet in eius epistolá 45. libri noni epistolarum.

138. Sed Bullingerus magnopere errat dum praescriptionis illius litaniae ánnuáe causa existimat Gregorium fuisse primum qui, Romanis litanias indixerit: quando ne omnium quidem istarum litaniarum gratia id existimandum sit Gregorius namque his omnibus, etiã mulieribus & pueris mani-

teste loquitur, tanquam scientibus quid sit Litania. Et in libro Pontificali scriptum est Honorium, qui vtique Gregorio longe antiquior fuit constituisse vt omni hebdomada sabbati die exiret litania à beato Apollinare, & vt ad beatum Petrum Apostolum cum hymnis & canticis populus omnis conueniret. eiusmodi vero litaniã instituisse, non est absolute litaniam instituisse. proinde ne Honorius quidem dicendus est litaniarum institutor.

139. Quod vero ad Gallias attinet, Mamertus episcopus Viennensis ad deprecandum incendia crebra terræ motus assiduos, nocturnos sonitus, velut funus quoddam vrbi minitãtes, aduentum syluestrium ferarum & inter eas ceruorum non reformidantium vrbem & populosos hominum conuentus instituit vt litaniæ tribus diebus fierent ante ascensionem Domini indicto etiam triduano ieiunio. vt videre licet apud Apollinarem Sidonium epistola 1. libri septimi, quam scripsit ad Mamertum: apud Alchimũ Auitũ in homilia de prima die festi Rogationum, & apud Adonẽ in Chronicis ambos eiusdẽ vrbis episcopos. itẽ apud Gregoriũ Turonensẽ libro 2 historiæ Francorũ capite 34. quod contigit centũ minimũ annis ante Gregoriũ Magnũ. Eas vero cõspecto insigni fructu receperunt quoq; cęteræ ecclesiæ, præsertim Gallicanę: quedã quidẽ libera imitatione ad hoc prouocatae ab episcopis, vt videre est ex eadẽ Apollinaris epistola: aliae vero cõciliorũ cõstitutione: vt Aurelianensi 1. c. 23. & Magũtinẽsi can 33. dicitur autẽ vulgo minor litania propter minorẽ sedẽ episcopalẽ: licet alioqui si spectetur dierũ numerus & ieiunium, dici possit maior vt quidẽ dicta est à cõcilio Maguntinensi.

140. Fuisse tamẽ etiã apud Viennẽses vsũ litaniarũ ante Mamertũ licet tepidarũ manifestũ est ex epistola 45. libri noni epistolarũ eiusdẽ Apollinaris Sidonij. Erant quidẽ inquit prius vagae tepentes, infrequentesque, vtque sic dixerim oscitabundæ supplicationes, maxime aut imbres aut serenitatẽ deprecaturæ. Proinde & hic quoque Bullingerus errauit dum litaniarum in Gallijs inuentionem retulit ad Mamertum. Oportet autem fuisse valde antiquas: quandoquidem non principia, sed fines tepere solent: & quidem tanto magis, quanto distant longius à principio.

141. Praeterea cũ ciuitas Arelatẽsis tabe inguinaria vexaretur. Rogationes agẽte Gallo episcopo in medio Quadragesimę institutae sũt vt extra vrbẽ itinere 360. stadiorũ ad sãcti Iuliani basilicã procederetur. quib⁹ factũ est vt ciues seruarentur teste Gregorio Turonensi libro 4. historiarum c. 5.

142. Sic ciuitas Massiliensis contagiosa lue cum affligeretur, episcopus cum clero orationibus & vigilijs vacans per ciuitatem Domini misericordiam implorauit teste eodem Gregorio libro 9. capite 21. Sic quum quædam pesti

pestilens lues grassaretur in territorio Turonensi, rogationes sunt adhibitæ, & ira Dei sedata est. vt videre est apud eundum Gregorium libro 10. cap. 29.

143. Et sicut longo post tẽpore institutæ sunt Litaniæ pro Carolo Magno fere semper bellis implicito in concilio Arelatensi c. 2. ita in Concilio Toletano 5. in quo omnes Hispaniarum episcopi cõuenerant capite 1. litaniæ trium dierum institutæ fuerunt pro salute Regis. eamque institutionem concilium Toletanum sextum confirmauit.

144. Sed transeamus ad Orientalem ecclesiam. Procopius libro 2. de bello Gotthorum refert Constantinopoli Litanias institutas fuisse, quum cinis montis Vesuuij eo vsque fuisset asportatus. Iustinus Imperator multis calamitatibus afflictus cum populo, vt terræ motu, & alijs malis, suppliciter pullatus & posito diademate in litanijs incessit, teste Nicephoro libro 17, c. 3. Neque obscurum est quod scribit Cincianus episcopus Aculianorum in epistola ad Petrum Gnaphæum in quinta synodo œcumenica. Proclum videlicet episcopũ Cõstãtinopolitanũ in campũ cũ toto populo cucurrisse fluctuante ipsa ciuitate sub terræ motu, omnibus fletũ emittentibus. Martianus vt erat religiosus pedes egrediebatur ad supplicationes quæ in campo fiebãt vt Theodorus Lector primo libro Collectaneorum testatur: & eas præire cõsueuerat, vt Nicephorus tradit libro 11. c. 15. Anatolium quoq; episcopum idẽ Theodorus cum vidisset narrat Martianum pedes ingrediẽtẽ 26. Ianuarij, pedes & ipsum supplicasse tametsi esset hiems & eum Imperator hortaretur vt secundum cõsuetudinẽ vrbis illius episcoporum à Tauro ad cãpum vsq; vectus supplicaret. Theodosius Iunior curauit institui Litanias pro serenitate aeris, & frugum vbertate à Domino impetrãda & habitu priuato, vilique incedẽs, hymnis canẽdis se immiscuit, authore Nicephoro lib. 11 c. 3 Ac Pulcheria eius soror vigilias & litanias quæ fiebãt cum lucernis & lãpadibus, pedes frequẽtauit. Quum vero populus Antiochen⁹ Theodosij Magni timeret irã, Sozomenus author est libro 7, c. 23. eum pœnitẽtia ductum supplicasse Deo vt Imperatoris iram mitigaret, adhibitis ad eam supplicationem melodijs quibusdã lugubribus. Sed & Basilius scribit Neocæsarienses instituisse litanias, quas non improbet vt videre est epistola 63. ad clericos Neocæsariẽses. Viderit nunc Bullingerus an litania tandem sero reperta sit, & an nullus Veterum litaniæ vel verbulo meminerit.

145. Quid, quod certum est litanias iam inde à primo sæculo in vsu fuisse? Nempe Deus docuit in Scripturis pastores exhortari populum ad insignẽ pœnitentiã & ad maiores & ardentiores preces coetũ conuocato si fieri possit sin minus, domi relicto, quoties ei imminent, vel iam cum premunt

insignes calamitates:vt videre est Ioel.2.& in Iona.Nullo vero sæculo non obuenerunt Christianis ingentia mala, vel cum Ethnicis communia, vt pestes,fames,bella:vel eis velut propria, vt persecutiones. Neque vero dubium esse potest quin pastores hac in parte functi sint officio suo,& pij eis obedierint.Igitur licet populus non semper potuerit conuenire in vnum locum ad deprecandas has ingentes calamitates,propter persecutores,tamen minimum corde & animo iam inde ab initio simul conuenit,& solito amplius & ardentius Deum orauit in his casibus.Et consequenter Litaniæ semper fuerunt in ecclesia,quandoquidem litaniæ propriæ dictæ significant(vti ostendimus)rogationes singulares,excellentes,& præ alijs rogationibus operosiores.tametsi postea perspecta earum vtilitate passim vsurpatæ sint etiã in priuatis fidelium precibus.

146. Quod autem ad qualitatem Litaniarum attinet: illud in confesso est apud omnes semper supplicatum fuisse Deo in litanijs:idque in nomine Iesu Christi Mediatoris Dei & hominum.Sed quod ex eo inferunt Nouatores olim in litanijs non fuisse supplicatum sanctis,id vero non recte sequitur.nam supplicatio quæ fit sanctis seruit ad efficacius supplicandum Deo perChristum.immo est,vt sæpius diximus intentione quædam Dei supplicatio.Vnde etiam nunc manifeste in litanijs supplicamus sanctis vt pro nobis orent,sed præcipue Deo per Christum Dominum nostrum.Et multo minus verum est quod aiũt,sanctorum inuocationem additã & insertã esse litaniæ à Gregorio Magno,idque testari,vt i Chenitius inquit ipsorũ pontificiorum historias. Gregorius enim nihil innouauit in litania.sed exhortatur populũ ad mutandos malos mores,& ad ardenter supplicandum Deo.vt videre est in tribus ab eo ordinatis litanijs.quid vero essent litaniæ,& quales,hoc est, an etiam complecterentur sanctorum inuocationem efficacori Dei inuocationi seruientem non exposuit.eo quod quid & qualis esset litania,omnibus notũ esset,etiam mulieribus et pueris vt manifestum est ex ordinatione ipsius de septiformi litania. Quod & euenit quatuor illis celebribus Authoribus quos citauimus de litanijs Mamerti & concilijs Arelatensi,& Maguntinensi,atque adeo omnibus Scriptoribus quos pro alijs litanijs adduximus.

i pag. 98).

147. Fuisse vero etiam supplicatum Sanctis vt pro nobis orarent Deũ per Christum,quo efficacior esset fidelium ad Deum fusa oratio:constat alijs argumentis,eisque multiplicibus,Primum,quia sicut populus merito conuocabatur ad litanias,vt fideles velut manu facta ad Deum accederent per Christum;ita consentaneum etiam fuit,vt sancti quoque angeli & corpore exuti aduocarentur ad coiungendas populo precanti preces suas ad Deum per

Christũ

Christű, quando litaniæ sunt efficaciores & operosiores preces, & hi fratres sunt fideliű & pars ecclesiæ. Secűdo, nullo valido argumēto cőstat hāc institutionē à Gregorio & Mamerto factā: sed neque ab alio quopiā inde ab eorű temporibus. Litaniæ vero istorum tales ad nos peruenerunt, quales omnes vident: hoc est cum aduocatione Sanctorum. Proinde tales semper fuerunt litaniæ. Tertio, Qui litanias celebrarunt, ij probarunt sanctorum inuocationem, & eos etiam ipsimet inuocauerunt in priuatis suis precibus: quanto ergo magis sanctos inuocauerint in litanijs? Quarto, vsqueadeo constitit olim de insigni fructu aduocationis Sanctorum vt quidam quo ardentius & efficacius orarent Deum per Christum adhiberent aduocationem sanctorum, qualem fere habemus in Litanijs, nominatim Victor Vticensis, in fine libri 3. de persecutione Vandalica, & Paulinus natali 9. Fælicis: Immo quod quinto loco adferimus, aduocarent Sanctos, vt angelos & alios sanctos in cælo orarent pro coniunctione precum suarum, nominatim Origenes de angelis homilia 1. in Ezechielem & Gregorius Nyssenus in sanctum Theodorű martyrem, de quibus supra constitit in singulis authoribus. Postremo sunt Veteres qui testantur expresse litanias complexas fuisse sanctorum inuocationē, nominatim Eusebius Emissenus, seu quisquis sit Vetus author homiliæ in Litanijs inter homilias sub nomine eius editas. Videamus autem in nobis, inquit, in ipsa hostilitate quid nobis contulerint oblata communium precum, & præsidia inuocata Sanctorum, & cætera quibus insignes illarum litaniarum fructus exponit. Itaque supplicatum fuit sanctis iam inde ab initio patefacti dogmatis Inuocationis sanctorum: primum quidem patriarchis & Prophetis Innocentibus Iacobo, Stephano, & alijs in eadem persecutione occisis propter Christum. Deinde crescente numero sanctorum corpore exutorum beatæ Virgini, omnibus Apostolis, & alijs sequentium sæculorum sanctis.

148. Restat vt dicamus de vltima huius tituli parte, id est, de calumnijs quibus Nouatores opprimere conantur Ecclesiam huius sæculi, & nonnunquam etiam aliquot præcedentium sæculorum. sunt enim immensæ & planè intolerabiles.

149. Accusant ergo eam in primis de cultu plurimorum & fere innumerabilium Deorum Quod crimen cum suo prætextu Caluinus post apologiam 2 Augustanam paucis tractauit quidam vero etiam plurimis exposuerunt nominatim 3 Chemnitius & Vvolfangus 4 Musculus. Nam postquam inquit ille cœptum fuerat in sanctorum intercessionem respicere, sensim sua

1 lib. 3. Inst. c. 20 sectione 2. in 22. c. de inuocatione sanctorum. 3. in exam. decreti concilii Tridentini de Sāctorum inuocatione paginis 650, 651, & 652. 4. in commentariis psalmos non vno loco.

cuique

cuique procuratio est attributa, vt pro negotij diuersitate nunc hic, nunc ille aduocaretur intercessor. Tum singuli peculiares sibi diuos asciuerunt, in quorum non secus atque tutelarium Deorum fidem se contulerunt. Neque modo (quod olim exprobrabat Propheta) secundum vrbium numerum dij sunt erecti sed secundum capitum multitudinem.

5. Ierem. 2. et 11.

150. Sed hanc de innumerabilium Deorum, siue tutelarium, siue aliorum, multitudine calumniam clarissime refellit quod nullus sit Catholicus qui non profiteatur in symbolo se credere in Deum. Praeterea vero de procuratione cuique sancto attributa, quod neque hic, tametsi audacissimus, neque alius quispiam, vllum ecclesiae dogma, & multo minus decretum hac de re citent. Citauissent autem proculdubio in rem tanti momenti, siquidem aliquod extitisset. Neque enim si quis priuatus superstitiosa aliqua opinione fallatur, id Ecclesiae adscribendum est. Sed hoc est, vnde isti vt paratissimi ad fingenda quęcunque ipsis placent, temere ad has calumnias prosilierunt. Viderunt fideles saepius ad hunc vel illũ, & non ad aliũ, auxilij siue precũ siue etiã maioris gratia confugere: & semetipsos huic, vel illi sãcto, prae alijs cõmendare. Ex eo homines excaecati & in reprobum sensum dati, intulerunt eos varias tribuere sanctis procurationes: nec hoc modo, sed cuique sancto more ethnico attributam ab ipsis esse procurationem: et sanctos haberi apud eos tanquam tutelares Deos. Sed scire ex his velim, num fideles nullam legitimam causam habeant, cur sanctos qui in terra sunt, hos vel illos potius, quam alios quandoque orent, vt pro se Deum precentur. vel etiam vt sibi opitulentur aliqua procurationis superstitione? Quod si habẽt, vt certe habent: nimirum (exempli causa) quia offertur eis facultas & occasio eos conueniendi vel ore vel literis vt Paulo illos quibus scribebat: vel quia experti aliquorum in se vel alios beneuolentiam concipiunt fiduciam eos orandi: vel quia Deus eos donauit gratijs sibi necessarijs, vt variae sũt diuisiones gratiarum Dei: vel alia quapiam iusta de causa: Scire, inquam, velim ex ipsis. quũ haec ita se habeant, quid obstet quominus sancti quoque defuncti, nunc hi, nunc illi praecipue orentur à nobis absque vlla superstitione? Reddidimus enim sectione vltima tituli 22. quinque causas Scripturis innixas, quibus istud legitime fiat ad quas Lectorem remittimus, neque dubium est quin plures adduci possint. Et satis constat ex historia ecclesiastica, non hanc primum ecclesiam: sed fideles praecedentium saeculorum inde à principio ad hos vel illos sanctos confugisse, ac speciales patronos religiose habuisse. vt videre est in his quae supra citauimus ex Maximo Taurinensi, Fulgentio, Leone, Paulino, Prudentio, Ambrosio, Eusebio Emisseno, duobus Gregorijs Nazianzeno

1. 1. cor. 12.

&

& Nysseno, Theodosio, Constantino Magno, Iustina virgine apud Nazianzenum, Methodio, & aliis. Immo fecere hoc idem Iudęi diu ante Christi natiuitatem & temporibus Apostolorum. Qui enim experti erant Elisæ viuentis erga se beneuolentiam in impetratione aquarum Siloe per eius preces, ad eius defuncti potius, quam alterius preces rursus confugerunt & simili ex causa Ægyptij & fideles Ieremiæ defuncti opem implorarunt aduersus crocodilos & aspides testibus Dorotheo martyre & Epiphanio. ac satis constat Iudæos adhuc Philonis ætate in suę gentis conditores magis quam in alios sanctos reclinauisse.

151. Par huic calumnia est qua Caluinus 1 ait Papistas, id est, Catholicos nullam facere Christi mentionem in omnibus litanijs, hymnis, & prosis. Dicunt enim manifestissime in principio & sub medium litaniarum Christe eleison, & Fili redemptor mundi Deus miserere nobis. In hymnis vero, Te Deum laudamus, & Gloria in excelsis Deo, & in alijs frequens & illustris fit Christi mentio ac pręterea in prosis, antiphonis & respõsorijs. Neque quidquam est manifestius quam quod orationes, etiam litaniarum, concludantur verbis, Per Dominum nostrum Iesum Christum, vel, qui tecum viuit & regnat Deus. 1 *in fine sectionis 21. capitis 20. lib. tertii Instit.*

152. Addit his & aliam aduersus Ecclesiam calumniã. Prostrati, inquit, ad statuã aut picturã Barbaræ, Catharinæ, & similiũ demurmurãt, Pater noster: puta istis sanctis. Et quia videbat omnes facile perspecturos, hoc nullo plane colore, nisi de quibusdã idiotis dici posse (si qui tamen vsqueadeo ignari sint suæ fidei) cæteri enim fideles etiã qui literas non didicerunt, procernunt se corã imaginibus quũ orant Deũ & inter alia dicũt ipsi Pater noster, ea intẽtione vt sãcti his imaginib⁹ repræsẽtati se Deũ orãtes adiuuẽt suis orationib⁹ addit, hũc furorẽ tãtũ abest vt pastores sanãdũ vel cohibẽdũ curẽt. vt quest⁹ odore allecti plausu suo cõprobẽt. quod aliud mẽdaciũ putidissimũ est

153. Deinde obijcit 1 Ecclesiae huius saeculi quod rogetur Eligius & Medardus vt seruos suos respiciant, & iuuẽt è cœlo: & vt sãcta virgo filiũ facere iubeat quod petunt, quae nullo, vt ait, colore defendi possũt. Sed prior obiectatio ei accidit, quod excaecatus odio non viderit in sacris scripturis sanctos defunctos factos esse participes regni Dei & Christi ita vt nos iuuent è cœlo quod olim professi sint pastores & doctores ecclesiae vt suis locis ostendimus de altero vero obiectamẽto sic habendũ est, eã orationẽ, si alicubi exter vel vt alij aiũt in prosa, aut alia quapiam priuatæ ecclesiæ precatione non debere ascribi ecclesiæ & multo minus omnẽ sãctorũ inuocationẽ eius causa abolendã esse nõ enĩ mihi necessariũ est examinare vtrũ verũ dicat Caluin⁹ nec ne. presertĩ cũ nullũ locũ citet sicut nec post eũ fecerũt Apologetici in 1. *eadem sect.*

Anglia cum eam tribuerunt Bernardo: quia non extabat apud eum. Neque vero Bernardus quantumuis doctus & sanctus, est ecclesia, quae hac precatione non vitur: & si apud Bernardum extaret, is ea vsus fuisset ad ad profitendum im mēsam efficaciam precum beatae Virginis, quae fini velit instar cuiusdam beneuoli imperij erga filium. Nam & scriptura 2 vtitur eiusmodi sermone vt dicat Deum obediuisse voci hominis longe inferioris beata Maria. & consequenter hunc hominem imperauisse Deo. Sed hac tempesta.e qua hominibus aures sunt delicatissimae, & haeretici ex omnibus conficiunt venenum quo euertant mentes fidelium, non expedit vspiam vti simili precatione

2. Iosue c. 10

154. Ad haec petit 1 alibi sibi dari rationem cur non inuocemus Abraham Ecclesiae patrem: & quomodo rationi sit consentaneum vt in tāta turba, & sicut conuiciatur, colluuie, Abraham, quem Deus omnibus alijs praetulit, & quem euexit in summum honoris gradum, negligatur ac supprimatur. Eum vero non negligi & supprimi à nobis manifestum est ex ordine commendationis animae in Breuiario Romano, in quo expresse suum locum habet ista oratio, Sancte Abrahā ora pro nobis: & ex Litanijs ab Alberto Magno repurgatis quas edidit Georgius Vvicelius senior in libro cui titulum fecit, Praexercitamenta verae pietatis, vbi fit expressa mentio Abrahae & Isaac & Melchisedech. In Litanijs vero quae sequuntur psalmos pœnitentiales inuocatur generali inuocatione omnium Patriarcharum & Prophetarum; quod vel solum satisfacere posset Caluini inquisitioni, praesertim si consideremus scriptum esse: Pro patribus nati sunt tibi filij qui cōstitui sint principes super omnem terram, & caetera. Quinetiam memini me legere specialem Abrahae inuocationem in Authore Lamenti, quod Origeni vulgo tribuitur. Postremo ne haec quidem quaestio euerteret sanctorum inuocationem vt non haberet legitimam responsionem.

1 in fine s. 25. eiusdem capitis & libri Instit. & in commentariis in c. 1. Zachariae. 2. psal 44.

155. Postremo, Nouatores multa alia falso Catholicis impingunt: vt, eos ad 1 sanctos confugere quod diffidant Deo: vt quod Sanctorum inuocationem 2 primario argumento ex aulis principum desumpto hauserint & stabilierint. vt quod 3 iudicent fideles non debere ad Deum accedere per Christum propter indignitatem suam: & similia commenta. Quasi vero Paulus diffiderit Deo quum eorum quibus scribebat preces inuocauit, aut Catholici hauserint & stabilierint dogma inuocationis sanctorum praecipue ratiuncula ex consuetudine aulicorum accedentium ad Regem per principes & alios domesticos: eáque non accommodata ad normam scripturae, quae omnes sanctorum quorumcunque, preces Deo non nisi per Christum placere

1. passim 2. nominatim chemnitius pag. 818 in fine, & 819. 3. idem Chemnitius pagina 831.

passim

passim docet: & non varijs ac multiplicibus scripturis. Denique quasi quispi am dehortetur fideles ab inuocatione Dei per Christum propter indignitatem suam: ac non potius excitet eum ad accedendum ad Deum & per se, & per alios; aut quasi 4 humilitas Centurionis accedentis ad Christum per alios ipsi displicuerit. 4. Luc. 7.

De miraculis Sanctorum corpore exutorum, ex scripturis & historia ecclesiastica, Titulus 25.

Dicamus nunc de miraculis Sanctorum corpore exutorũ. hæc enim inter ea quæ ipsorum merita, preces, regiam potestatẽ & inuocationes illustrant, insignem locum tenent. vt quibus vi supernaturali, tum animo, tum etiam sensibus corporis istorum vtilitatem sæpius percipiamus. Neque dubium est quin miracula etiam illustrent peregrinationes, & venerationem ipsorum & reliquiarum ac aliarum memoriarum. de quibus licet nondum dixerimus: tamen quia in his quoque idem illustrationis est modus: tractabimus hic de miraculis Sanctorum corpore exutorum ad has omnes materias pertinentibus.

2. Constat inter omnes, solum Deum esse authorem verorum miraculorum: non falsos Deos, non magos, non dæmones: eúmque solum à se & potestate sibi propria, ea facere. scriptum namque est de 1 ipso, Qui facit mirabilia solus. Sed qui solus his sensibus facit miracula: non tamen semper solus, id est, absque ministerio creaturarum suarum ea operatur. Licet enim per se solum etiam faciat miracula quoties ei placet, vt 2 creationem cœli & terrae, saepius tamen ea quoque facit per creaturas suas, vt per bonos angelos, sicut videre licet 3 in caecitate qua percusserunt Sodomitas, in seruatione Loth & ciuitatis Segor, pro qua orauerat, in euersione Pentapolis, In 4 occisione primogenitorum Ægypti, in 5 percussione Ierusalem, in deletione 6 centum octoginta quinque millium de exercitu Sennacherib, in restitutione 7 virium Danielis, & in similibus exemplis. vt per Prophetas, 8 Eliam, 9 Elizæum & alios, in veteri testamento; vt per Apostolos in nouo, quorum multa ex-

1 psal. 71. 2 Genes. 1. 3. Genes. 19. 4. Exod. 12. 5 1. Paral. 21. 6. Esai. 37. 7. Daniel 10. 8. 3. Reg. 17. & lib. 4. c. 1. & 2. 9. libr. 4. Reg. c. 3. 4. 5. 6.

10.Matt.10 empla extant in 10 euangelijs & 11 Actis. vt per 12 Septuaginta discipulos.
13 Luc 10. vt per Diaconos 13 Philippum & 14 Stephanú, vt per alios 15 sáctos,& nõnú
Act.5.9 15. quam etiam 16 per fideles vitæ non respondentis fidei. Immo certum quo-
& alibi.
12 Luc 10. que est eum nonnunquam etiam operari miracula per irrationalia, vt per 17
13.Act.8. asinam Balaam;& per res inanimatas, vt per baculam Mosis, vt per 18 palliú
14.Act.9. Eliæ, vt per 19 vmbram Petri, vt per 20 sudaria & semicinctia Pauli.

15.Marc vltimo. 16.Matth.7. 17.Num.22. 17.Exod 4. 18 4.Reg.2. 19.Act 5. 20.Act.19

3. Et obseruatione dignum est quod tametsi certissimum sit Deum hæc mirabilia operatum esse per angelos & alios sanctos is nihilominus ea etiã istis tribuerit. vt videre licet in exemplis à nobis citatis. nam Moses expres-
1. Genes.19. se 1 scribit angelos percussisse cæcitate Sodomitas: & quamuis dicat Dominum pluisse de cœlo ignem & sulphur à Domino: tamen narrat angelos dixisse, delebimus locum istum & vnum de istis, non potero facere quidquam donec ingrediaris illuc. Sic in 2 Exodo, licet Dominus dicat se transiturum &
2.Exod. percussurum omne primogenitum: tamen tribuit etiam angelo percussionem. Non sinam, inquit percussorem ingredi domos vestras & lædere. Apud 3 Danielem vero Ananias, Azarias, Misael benedicunt Domino, quod se
3. Daniel 3. eruerit de medio ardétis flammæ & de medio ignis:& nihilominus præcessit paulo ante angelum Domini descendisse cum eis in fornacem,& excussisse flammá ignis de fornace,& fecisse mediú fornacis quasi vétum roris flá-
4 Matth.10 tem. Apud 4 Matthæum autem Dominus dat Apostolis potestatem spirituũ immundorũ vt eijciant eos,& curent omné languoré Nota Lector verba,
5.Luc. 10. vt eijciant & curent: Et apud 5 Lucá septuaginta duobus discipulis calcan li super serpétes & scorpiones,& super õné virtuté inimici;& dũ reuersi paulo post dicunt spiritus subijci sibi haud obscure significát se eis imperare. Sic
6.Marc.vlt. 6 etiá loquitur apud Marcũ, Etsi enim hic dicat Dominũ confirmasse sermoné sequétibus signis tamé tribuit non solũ Apostolis, sed etiá in genere credétibus varias miraculorũ operationes. In nomine meo dæmonia eijcét, lin-
7. Ioan. 14. guis loquétur nouis & cæt. Omniũ tamé clarisimũ est, quod Dominus ait 7 apud Ioanné de credentibus in ipsum, propterea quod apertissime tribuat eis facturá miraculorum idq; ie cum iuramento: Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quae ego facio,& ipse faciet.

4. Et ãplius quod est, nõ solum his tribuit quod faciát miracula potesta-
1.3.Reg.17 Eccles. 48. te à Deo accepta: sed etiam ascribit eis miracula propter efficaces preces qui-
Iacob 5. bus ea impetrát à Deo. vt (exépli causa) 1 Eliae cœlum clausum,& quae ex eo
2.3.Reg.17. secuta est famem: item 2 suscitationem pueri mortui.
et Eccles.48

5. Et

5. Et haec quidem dicta sint de miraculis bonorum angelorum & sanctorum hic viventium. Miraculum vero sanctorum corpore exutorum propter preces, habemus in 1 illustri illa victoria Iudae Machabaei precibus Oniae & Ieremiae defunctorum impetrata. 1.2.Mach.15.

6. Potestatis autem à Deo acceptæ miraculi exemplum extat in historia Regum in Elizæo 1 donato duplici spiritu Eliæ. Mortuus est 2 inquit scriptura, Elizæus, & sepelierunt eum. Latrunculi autē de Moab venerunt in terrā in ipso anno. Quidam autem spoliantes hominem viderunt latrunculos & proiecerunt cadauer in sepulchrum Elizæi, & reuixit homo, & stetit super pedes suos propter hæc enim Ecclesiasticus 3 postea ait eum in morte mirabilia operatum esse. & hec opus aperta fuit demonstratio eum vti diximus fuisse donatum duplici spiritu Eliæ qui solum viuus legitur suscitasse mortuum hic vero præterquam quod 4 viuus suscitauit mortuum, etiam mortuus excitauit mortuum. 1.4. Reg. 2. 2.4. Reg. 13. 3. Eccles 48. 4. Reg. 4.

7. Sed discenda sunt alia etiam argumenta quæ pro his miraculis faciunt ex scriptura. Prophetæ, Apostoli, & alij sancti saepius impetrauerunt à Deo miracula quum hic viuerent: & quod maius est, patrauerunt miracula potestate eis à Deo data. Deus autem non limitauit preces & potestatem eorum ad hoc saeculum, neque vero etiam Christus. Immo hic liberalitatem suam extendit ad alterum saeculum. nam quum dixisset, qui credit in me opera quae ego facio & ipse faciet, 1 addit: Et maiora horum facietis: quia ad Patrem vado: puta, vt præparem vobis locum. Maius est enim defunctum facere miracula quā viuentem: Eoque argumento vtuntur pro miraculis Sāctorum defunctorum 2 Ambrosius & 3 Chrysostomus. 1. Ioan. 14. 2. Ambrosi° sermone 91. 3. in oratione in S. Babylā

8 Sequitur 1 eodem loco: Et si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Si quid petieritis, inquit, absque limitatione ad hoc sæculum, id est siue hic, siue in altero sæculo dabit vobis. quanto enim sunt in futuro saeculo quam in hoc, Deo acceptiores: tanto sunt digniores maiori gloria. Quæ appendix est Chrysostomi homilia 2 - in epistolam ad Hebraeos. 1. Ioan. 14.

9. Bernardus vero & Augustinus vtuntur quidem & ipsi eodem argumenti genere: sed innixi alijs Scripturis. Si in terra positi (nimirùm Petrus & Paulus) omnia 1 inquit ille, 2 poterant non quidem in se, sed in Christo, quid nō poterūt hodie viuētes in æterna faelicitate cū ipso? mortales adhuc & morituri imperiū vitae & mortis videbātur habere solo nimirū verbo 3 mortificātes viuos & 4 mortuos suscitātes: quāto magis nunc, cū 5 honorati sunt nimis cōfortatùs est principatus eorū? Hic vero sic alicubi 6 argumētatur. Si tunc opē ferre potuit vmbra 7 corporis Petri: quāto magis nunc plenitudo virtutis? 1. Bernadus sermone 1 in die sanctorū Petri et Pauli 2. Philip. 2. 3. Act. 5. 4. Act. 9. & 20. 5 psal. 44. 6 Augustin°

virtutis? Si tunc supplicantibus proderat aura quædam pertranseuntis: quãto nunc magis gratia permanentis?

1 titulo 14. 10. Ostendimus 1 integro titulo sanctos defunctos factos esse participes, singulos pro suo gradu, regiminis gentium Christi. Porro nullus est tam effrenatæ audaciæ, vt audeat negare Christum in cœlo constitutum posse facere miracula in terra. Ergo sancti qui cum ipso sunt in cœlo, possunt quoque facere miracula in terra.

1. Apocal. 2. 11. De hac enim potestate 1 scriptum est: Dabo illi potestatem super gẽtes, & reget eas in virga ferrea: non arundinea, vel lignea. Igitur neque vsitatus ordo naturæ, neque vlla vis creata, potest huic eorum virgæ resistere: & quod non possunt facere naturali ordine, complent potestate supernaturali.

12. Pertinet autem hæc sanctorum potestas præcipue ad conuersionẽ & salutem Gẽtium, & ad malorum tam dæmonum, quam hominum, coerctionẽ: iuxta verbum 1 promissionis: Et reget eas (nimirum pastoraliter) & tanquam vas figuli confringentur. Hæc vero manifeste fiunt, non naturali, sed supernaturali potestate.

1. Apocal. 2.

13. Immo si vt oportet, examinemus integrum regnum Sanctorũ quo regnant super nos, depræhendemus id quantum quantum est, supernaturale & (vt ita dicam) miraculosum esse. Quis enim non habeat pro magno miraculo quod Sancti extra corpus positi 1 regnent super terram, 2 regant gentes, & 3 dominentur populis?

1. Apocal. 5.
2. Apocal. 2.
3. Sapient. 3.

14. Hæc ex Scripturis. Historia vero ecclesiastica plene & cumulate tradit eos fecisse quod Scripturæ docuerunt; vt quae passim narret eorum miracula. nec mirum. Deus namque fidelis est in promissis, & in omnibus verbis suis.

15. Soli haeretici pessime oderunt miracula Sanctorum, & praesertim corpore exutorum, tum quia inuident eis hanc gloriam, propterea quod ipsis ne vel vnũ quidẽ mendax signum facere hactenus permissum fuerit: tum quia sancti, & qui miracula eorum implorauerunt, & memoriae prodiderunt, alterius fidei, atque ipsi, fuerunt.

16. Hinc est, quod se vertant in õnes formas vt ea oppugnent. Principio enim celant Lectores plurima miracula Sanctorum defunctorum eáque illustrissima, quae Veteres & mediae ætatis Scriptores memoriæ tradiderunt: ne vel sola multitudine, & saepius etiam magnitudine, causa ipsorum laboret. Qua cessatione grauissime præ alijs peccant Magdeburgenses: propterea quod quum in singulis centurijs vnum caput assignent miraculis, primis

duabus

duabus centurijs nullum eorum miraculum, tertia vero solam Potamiænæ historiam referant, atque ita vt eam oppugnēt: Et in cæteris insignes quoque sint cessatores.

17. Deinde eorum quorum meminerunt miraculorum bene multa citant solum ex Neotericis, suppressis Veteribus qui eadem tradiderunt, vt videlicet ea minore pudore vel negent, vel contemnant. Qua in re bis peccāt, tum quia prudentes & scientes non citant Veteres, quorum amplissima est authoritas: tum quia simulant se iustam causam habere repudiandi tanquām falsa & fabulosa, quod sint Neoterici qui ea scribant. perinde videlicet ac si ea finxissent & pleraque non sumpsissent ex Veteribus qui etiam nunc extant, ac multa quoque ex authoribus qui interciderunt: quæ hoc ipso redolent antiquitatem quod sint ijs similia quæ adhuc extant apud Veteres. Oportebat autem ipsos considerasse, si recentior ætas valeret ad repudiandum quę tradidit de præcedentibus sæculis, multo amplius plane recentem valituram ad aspernādum quae de ijs scribit, & consequenter fidem magis esse adhibendam Neotericis quos citant minimum aliquot saeculis, & nōnullis etiam multis ipsis maioribus, qui ea miracula facta fuisse affirment, quām eis hodie natis, qui ea negent. Quibus accedit quod nonnunquam mentiuntur nullos Veteres haec vel illa memoriae prodidisse.

18. Tertio, si quid sit apud mediae vel postremæ ætatis Scriptores quod non facile fidem inueniat, vt homines fuerūt, id in medio proponunt, vellicāni, derident: & caetera, quod iniquissimum est, ex eo æstimari volunt. quo modo si quis (exempli causa) hoc prætextu reijciat quae in veris euangelijs scripta sunt, quod euangelium secundum Hebræos quaedam tradiderit quibus Christiani non crediderunt.

19. Quarto, si quis Scriptor memoret miraculum, quod alius eo vel antiquior vel iunior non narrauerit, ex eo inferunt id debere carere fide. Argumentantur enim (exempli causa) hoc modo: Sozomenus hoc scribit: sed non scribit eo antiquior Ruffinus, vel Theodoretus: Sozomenus id memoriae prodidit, sed Euagrius id nō narrat. Quod genus argumenti si firmum esset, euerteret omnem historiam. Nempe mos est posterioribus historiographis omnes neruos intendere, vt priores diligentia si non in omnibus, saltem in aliquibus vincant. quo fit vt quandoque deprachendant & narrent quae alij praetermiserunt, vel ex manu scriptis libris vel ex constanti fama. Et saepius quaedā praetermittunt quae vidēt esse satis superque ab alijs tractata. Nonnunquām vero Scriptoribus vt hominibus obrepit aliqua negligentia. Immo putidum hoc argumentum si valeret, abrogaret fidem plurimis quae ab

Euā-

Euangelistis scripta sunt. certum namque est omnes multa narrare, quorũ alij nullam mentionem faciant.

20. Quinto, nonnunquam citant Veterum verba aliter atque ab eis scripta sunt, & plane alio sensu atque ij ipsi intellexerunt, nominatim Caluinus. quandoque prolatis aliquot eorum verbis addunt sua commenta, ac tũ primum citant locos Scriptorum ecclesiasticorum. vt Lector incautus existimet hæc omnia ab eis dici. quo crimine non semel peccant Magdeburgenses. nonnunquam autem dicunt aperte eos scribere quod nullo modo scripserunt.

21. Sunt, & nominatim Chemnitius, qui vt quoquo modo placeant Lectores fatentur primis sæculis facta esse vera miracula ab ipso Deo apud monumenta martyrum, vt manifesta indicatione testatam faceret gloriam ad quam assumpti erant, & vt confirmaret doctrinam & fidem pro qua mortui fuerant: vt infideles ad eam amplectendam prouocarentur, & in ea ita roborarentur vt pro eius confessione non dubitarent extremum fortunarũ vel etiam vitę discrimen adire. Cæterum sedatis postea persecutionum procellis, & remisso ardore confessionis & martyrij plerosque cœpisse ea accepta referre meritis & precibus Sanctorum. Verum hoc æque vanum est, atque præcedentia commenta, & multis argumentis figmenti conuincitur. primum quia Veteres ea ascripserunt meritis & precibus Sanctorum sæuientibus adhuc persecutionibus Deinde quia Deus longe clariore indicatione testatam facit gloriam sanctorum quum miracula facit ad eorum preces, vel etiam per eos patrat quam si solus ea per se faceret. Adhaec, quia miracula non desierunt fieri ad monumenta martyrum sedatis persecutionum procellis: sed magis ac magis multiplicata sunt ad manifestandam omnibus eorum gloriam. Verũ non plerique cœperunt, sed omnes, & præcipue sanctissimi quoque & doctissimi perseuerarunt ea sãctis ascribere, sine vlla temporis turbulenti & tranquilli distinctione.

22. Septimo, quia quidam puniti à Sanctis narrantur à Scriptoribus sexti sæculi, & nominatim à Gregorijs, Magno & Turonensi propter quædam in illos peccata homines isti mites scilicet & placidi hinc colligunt non sãctos sed spiritus homicidij haec patrasse. vt videre est apud Magdeburgenses

1. pag. 817. 814. & 819. centuriae sextae c. 1. Sed cur nõ eadẽ opera accusant homicidij 2 Eliã propter absumptos igne cœlesti bis quinquaginta viros cum suis quinquagenarijs? & Elizæum 3 propter maledictionem puerorum ex qua secuta est laceratio eorum ab vrsis? Petrum 4 Apostolorum principem ob occisos Ananiam & Sapphiram? & Paulum 5 propter excæcationem Elymæ Magi? Iesu

2. 4. Reg. 1.
3. 4. Reg. 2.
4. Act. 5.
5. Act. 9.

su Christo Domino nostro 6 nihil fuit mitius: sed is 7 tamen flagello de funiculis facto omnes vendentes & ementes eiecit de templo cum ouibus & bobus, & nummulariorum effudit æs, & mensas subuertit. Deus est ipsa bonitas & patientia & hoc non obstante nonnunquam quosdam hic punit propter peccata quod seruiat alijs ad amplectendam pœnitentiam. Quid ergo mirum, si quandoque facta sint etiam à Sanctis, siue à Deo per sanctos, miracula (vt ita dicam) punitiua, quæ sint alijs incitamento ad fugiendum sui contemptum? non spiritu vindictæ: quali agitabatur Iacobus & Ioannes Luc. 9 qui proinde meritò reprehensi sunt à Christo sed spiritu iustitiæ, qui scit quid quoque tempore facto opus sit. 6. Matt. 11. & Esa. 42. 7. Ioan. 2.

23. Postremo referunt omnia sanctorum corpore exutorum miracula ad præstigias & signa mendacia Antichristi: & velut Iudices delegati condemnant omnes qui ea memoriæ prodiderunt superstitionis, iniuriæ in Deum & idololatriæ tametsi enim has calumnias præcipue iaculentur in Scriptores sexti, septimi, & sequentium sæculorum: tamen eas in Veteres quoque torquent: nonnunquam quidem aperte: nonnunquam vero tecte in istis, vt qui eiusdem generis miracula æque prodiderint, atque isti Atque hanc exceptionem non solum ingenti audacia & pertinacia proponunt: sed etiam magna astutia. Agitatur quæstio inter eos & Catholicos qualem historiam Pastores & Doctores ecclesiæ tradiderint de miraculis Sanctorum defunctorum: verum videlicet nulla retulerint, & si qui istud tentauissent, alij eos reprehenderint? an vero ea facta passim dixerint, retulerint, & comuni sententia probauerint? Hi pro suo commento ne vnius quidem probati Scriptoris testimonium proferunt. Catholici vero citant pro sua sententia probatissimorum quorumque & doctissimorum testimonia quae vbi vident se negare non posse, vt auertant Lectorem ab eo quod agitur, sumpta à se Iudicis persona, damnant ea cum Scriptoribus ingentium criminum nominatim Magdeburgenses, editis etiam, si Deo placet, titulis de 1 miraculis superstitiosis & fabulosis, & signis mendacibus, vt simplicem lectoré magnitudine criminũ deterreant à fide orthodoxa. 1. cent. 6. c. 13 2. centur. 7. cap. eodem.

24. Edicant velim nobis an sit veritatem subticere, praesertim quum de ea quaestio est? supprimere Veteres authores citatis solum Neotericis, fallere, mentiri, & quauis improba arte totis viribus ad euersionem historiae conniti? an haec cum in nullo probentur, non maxime damnanda sint in ijs qui profitentur se esse Reformatores religionis? Quod si haec à se facta esse negent, ego plurimis exemplis docebo ea ab ipsis facta esse.

25 Igitur quod Magdeburgenses silentio praetermiserint plurima, ea-

que illustria miracula cum celebribus Authoribus qui ea descripserunt, videre licet ex eis quae hic citamus, quorum nulla apud eos extat mentio.
Miraculum perseuerantis fluxus aquarum Siloe ad preces Esaiæ, apud Dorotheum martyrem in synopsi, & Epiphanium in libro de vitis Prophetarum, cuius alijs occasionibus non semel meminimus.
Ieremiæ defuncti miracula referunt ijdem Authores: & præterea Hieronymus siquidem sit eius argumentum quod absque nomine Authoris extat in nostris Biblijs ante Ieremiæ prophetiam.
Ezechielem quoque miraculis claruisse post mortem in tera Syriorum vbi sepultus iacebat, author est Epiphanius in eodem libro. Quæ trium Prophetarum miracula non citaremus ad reprehensionem Magdeburgensium, nisi constaret ex Ioannis capite 9 aquas Siloe adhuc fluxisse tempore Christi, & ex Hieronymo in commentarijs in c.8. Esaiæ sua quoque ætate: Et si hi Authores non tradidissent, Ieremiæ & Ezechielis miracula ad sua vsque tempora durauisse
Ioannis Baptistæ miracula Sebastæ ad eius sepulchrum, quae Paula mulier sanctissima non sine consternatione viderit, teste Hieronymo in eius Epitaphio.
Beatae Mariae virginis plurima miracula, quae Ioannes Damascenus in sermone de dormitione sanctissimae Deiparae, & Metaphrastes in sermone de vita & excessu ipsius ordiuntur inde ab elatione corporis Veteres vero & mediae ætatis Scriptores professi sunt: nonnunquam quidem in epithetis, quibus eam ornarunt, & nominatim Ephrem in sermone de laudibus sanctissimae Deiparae, & Andreas Cretensis, qui etiam expresse eam nominat miraculorum effectricem, in secundo encomio de dormitione eius: nonnunquam vero in historia vt apud Eutychianum in pœnitentia Theophili, cuius non semel fecimus mentionem: vt apud Ioannem Patriarcham Ierosolymitanum in restitutione abscissae manus Ioannis Damasceni vt apud alios in alijs. Quibus similia sunt quae à Blondo & Baptista Mantuano narrantur facta Laureti, & etiam num quotidie fiunt, & quae memorat Georgius Trapezuntius in martyrio Andreae Chij ad eius inuocationem: & quae quotidie multis locis fiunt apud eius memorias Apostolorum & aliorum Sanctorum miracula quae Gregorius Nazianzenus refert in prima oratione inuectiua in Iulianum his verbis: Nunquid, inquit magnos timuisti certatores, Ioannem illum, Petrum, Paulum, Iacobum, Stephanum, Lucam, Andream, Theclam quoque, nec non alios, qui tam post, quam ante illos, pro veritate sunt periclitati? quique contra ignem, ferrum, bestias, & tyrannos alacriter decer-

decertarunt, præsentibusque malis ac comminationibus, tanquam in alijs corporibus, aut corpore carentes restiterunt? Cuius rei gratia? quo pietatem nec verbo proderent. Quibus magni repositi sunt honores & panegyres: à quibus dæmones expelluntur, infirmi sanantur: quorum sunt apparitiones, & liberationes: quorum etiam corpora solum, siue tacta, siue venerata, eadē possunt quæ & sanctæ animæ: quorum sanguinis aspersiones solum, & minima passionis symbola, eadem faciunt quæ & corpora. Hæc tu haud veneraris sed dedecore afficis?

Petri Apostoli miracula ad eius sepulchrum, quæ verba nutricis Hermetis indicant facta fuisse etiam sequentibus persecutionibus extant autem apud Surium in Actis Alexandri Papæ die 3 Maij: Si ad limina Petri duxisses eum, & Christo credidisses, hodie filium tuum haberes incolumem. Et quæ Gregorius Magnus memorat tanquam sibi comperta epistola 25. libri 7 ad Rusticianam patritiam. Et cum his bene multa, quæ is refert de instrumentis passionis eius, nominatim epistola 30 libri 3 quæque Chrysostomus indicat de catenis Pauli.

Stephani miraculum insignis fragantiæ ex eius reliquijs quod Eusebius Emisenus, siue quisquis sit vetus & doctus Author homiliae de sancto Stephano in fine refert & quae Augustinus plurima narrat facta in Africa ad eius reliquias & memorias libro 22. de ciuitate Dei c 8. vt curationem caecae mulieris, sanationem fistulae, curationem veteris calculi, conuersionem Martialis ad fidem, sanationem duorum podagricorum, Petronillæ curationem profligata praest. gi atoris arte, suscitationem sex mortuorum, curationem Pauli & Palladiae horribili membrorum tremore maledictione matris afflictorum. Quibus addit se per opus institutum non posse omnia scribere. Si enim, inquit, miracula sanitatum, vt alia taceam, modo velim scribere quae per hunc martyrem, id est, gloriosissimum Stephanum facta sunt in colonia Calamēsi & in nostra, plurimi conficiendi sunt libri. nec tamen omnia colligi potuerūt sed tantū de quibus libelli dati sunt, qui recitarētur populis. Hippone autem dati erant biennio septuaginta ferme libelli. In Vzali quoque multa praeclara per eundem martyrem facta cognouimus. Eius ibi memoria longe prius quam apud nos ab Episcopo Euodio constituta est. Haec Augustinus, loco citato: qui etiam habuit aliquot sermones his de rebus studio & opera Ioannis Vlimerij editos. Iste vero Euodius, Augustini socius scripsit duos libros qui extant de admirandis factis eiusdem beati, quae apud Vzalem contigerunt: quorum quoque nulla mentio facta est à Magdeburgensibus in suo loco de miraculis. Solum haec scripserunt in vita eius. Quaedam ipsum scriptis posteri-

posteritati commendasse his verbis narrat Trithemius: Fertur quædam scripsisse deuota opuscula, de quibus extat volumen de factis in Africa miraculis per reliquias ab Orosio presbytero allatas S. Stephani martyris libr. 1. Eunuchi præfecti omnibus gazis Candaces Reginæ Æthiopum miracula quę refert Dorotheus marty in Synopsi his verbis: Et cœmeteriū ipsius munimeniū insuperabile est fidelibus barbaros scelestos fugans, morbos pellens, & sanationes operans vsque in hodiernum diem.

Processi & Martiniani, passorum sub Nerone, miracula quæ extant in martyrio eorum apud Surium 2. die Iulij: & quæ Gregorius memorat homilia 31. in Euangelia.

Inuentionem reliquiarum Geruasij & Protasij sub eodem Imperatore occisorum, & miracula ad eas quum transferrentur, quæ refert Ambrosius, cui eæ reuelatæ fuerant, epistola 89 ad sororem. & sermone 91. & inter cætera cæci curationem. Cuius Augustinus quoque meminit libro 1 Retractationū c 13. libro nono Confessionum c 7. & c. 16 libri de vnitate, & libro 22. de Ciuitate Dei c 8. vbi etiam narrat alia miracula quæ contigerant in Africa in villa Victoriana ad eorum memoriam, putâ dæmonis expulsionem, & oculi pendentis curationem, & alias sanitates. de quibus, inquit, dicere longum est. Sed audiēdus est etiā ipse Ambrosi⁹, tametsi narratio sit prolixa, quia expedit: venimus inquit in epistola ad Sororem, mirae magnitudinis viros duos, vt prisca ætas ferebat: ossa omnia integra, sanguinis plurimum. Et paulo post: dum transferuntur, caecus sanatus est: Et postea: Cognouistis, immo vidistis multos à daemonijs purgatos, plurimos etiam vbi vestem Sanctorum manibus contigerunt, ijs quibus laborabant debilitatibus absolutos. Reparata vetusti corporis miracula, quo se per aduentum Domini Iesu gratia terris maior infuderat, vmbra quadam sanctorum corporum plerosque sanatos cernitis. quanta oraria iactitantur, quanta indumenta super reliquias sacratissimas? vt tactu ipso medicabilia reposcantur? Gaudent omnes extrema linea contingere, & qui contigerit, saluus erit, Gratias tibi Domine Iesu quod hoc tempore tales nobis martyrum spiritus excitasti, quo Ecclesia maiora praesidia desiderat. Cognoscant omnes quales propugnatores requiram, & caetera. Et sermone 91. confutans Arianos, qui perinde atque haeretici huius saeculi, negabant haec esse vera miracula: Atque amentiae, inquit, in tantū procedunt vt negent martyrum merita quorum opera etiam daemones confitentur. Sed hoc non mirum. Si quidem tanta est incredulorum perfidia, vt tolerabilior sit diaboli confessio Dicebat enim diabolus, Iesu Fili Dei viui, quid venisti ante tempus torquere nos? Et cum haec audirent Iudaei, ipsi tamen

Matth. 8.

men Dei filium denegabant. Et nunc audistis clamantes dæmones, & confitentes Martyribus quod pœnas ferre non possint, & dicentes Quid venistis vt ante tempus nos tam grauiter torqueatis? Et Ariani dicunt: non sunt isti martyres, nec torquere diabolum possunt, nec aliquem liberare: cum tormẽto dæmonum ipsa voce probentur, & beneficia martyrum remedijs cæcorũ & absolutorum indicijs declarentur, & cętera. quæ licet sint pulcherrima, vitandæ tamen nimiæ prolixitatis causa omittimus. Et paulo post: Clamat (nimirum liberatus à cęcitate) quia vt contigit fimbriam de veste martyrum qua sacræ reliquię vestiuntur, redditum sibi leuamen sit. Adhæc addit, non credere aliquos posse visitari à martyribus esse Christo non credere ipsum enim ã dixisse, Et maiora horum facietis. Postremo, ait Arianos inuidendo martyribus ostendere alterius fidei fuisse martyres. neque enim, inquit, eorum operibus inuiderent, nisi fidem in his fuisse, quam isti non habent, iudicarent, & fidem illam maiorum traditione firmatam, quam dæmones ipsi negare non possunt. Hæc Ambrosius, & alia multa à nobis prætermissa, quæ in hæreticos nostri saeculi, mutatis solum nominibus rectissime quadrant. *1. Ioan. 14.*

Nazarij & Celsi ab eodem Imperatore interfectorum miracula, quae Ambrosius indicat sermone 93. Beatũ itaque Nazariũ, martyrẽ Christi, sãcta Mediolanensis ecclesia & totum secum corpore retinet, & mundo tamen totũ in benedictione transmisit. Haec est enim sanctorum martyrum gloria, quorum etsi per vniuersum mundum seminetur in cineribus portio, manet tamẽ integra in virtutibus plenitudo.

Chrysanthi & Dariae lapidibus obrutorum sub Numeriano miracula: ob quae confestim ab eorum morte maxima populi multitudo, viri simul, ac mulieres pariter & infantes, & innuptae puellae ad eius sepulchrum conueniebant: quos omnes hic Imperator iussit obrui monte ei loco vicino vt videre est in eorum martyrio apud Surium mense Ianuario.

Miraculum patratum à sanctis martyribus, Samona, Guarea, & Abiba, quod Aretas episcopus Caesariensis narrat in oratione de istis martyribus, quae extat apud Surium in Nouembri.

Agathae sanationem per beatum Petrum restitutæ ei mamilla abscissa, quã narrant Acta passionis eius. item miracula ab ea patrata opposito flãmis Ætnae peplo eius, & in sanatione matris b. Ceciliae, quae alij historiographi narrant. Agricolae & Vitalis inuentionem & miracula quae significat Ambrosius in exhortatione ad virgines vbi inter caetera sic ait: Detuli ergo vobis munera quae meis legi manibus, id est crucis trophea, cuius gratiam in operibus agnoscitis. certe & ipsi daemones confitentur.

Agnetis miracula quę idem Author narrat sermone 90. ex eius Actis, & inter ea curationem Constantiae Costantini filiae. Neque enim excusat cessationem eorum quod in eius vita nugentur Erasmum dubitare num hic sermo sit Ambrosij: quodque in eo multa accusent tanquam non verisimilia: quae tamen Prudentius quoque narrat in eius passione.

Hemeterij & Chelidonij miracula quae hic Poëta memorat in eorum martyrio: Cerne, inquit, quam palam feroces hic domentur daemones, & caetera Et paulo post: His modis spurcum latronem Martyrum virtus quatit. Haec coercet, torquet, vrit, haec catenas incutit. Praedo vexatus relictis se medullis exuit. Et iterum: Quid loquar purgata longis alba morbis corpora? & caetera Eisque similia idem Author narrat in aliquot alijs hymnis de martyribus.

Cyrillus Ierosolymitanus de miraculis reliquiarum Elizaei & aliorum sanctorum sic scribit Catechesi. 8 Vt autem non solum anima sanctorum honoretur, credaturque quod etiam in corporibus mortuorum inest virtus seu potentia: iacens in sepulchro Elizaei mortuus mortuumque corpus Prophetae attingens, viuificatus est: atque ita mortuum corpus Prophetae perfecit opus animae, & mortuum iacensque vitam præbuit defuncto, exhibensque alteri vitam ipsum nihilominus mortuum permansit. Qua de causa? Ne si resurrexisset Elizaeus, factum id soli animae ascribatur: & vt demonstretur quod absente etiam anima inest virtus quædam eiusmodi corporibus sanctorum, propter tot annorum inhabitatas in illis animas iustas, quorum ministerio vsae sunt. Neque vero diffidamus, vt rerum ignari, fieri istud. Si enim sudaria & semicinctia, extra corpus existentia, contacta ab egrotis, liberabãt illos ab infirmitate: quanto magis corpus ipsum Prophetae mortuum excitauit? haec Cyrillus, quae Magdeburgenses non citant: sicut nec sequentia.

Cosmae & Damiani miracula quae Gregorius Turonensis refert libro 1. de gloria sanctorum martyrum c. 98. Iulittae, Barlaã, Gordij, quadraginta Martyrum, & Mamantis, miracula, quae Basilius memorat in homilijs de ipsis. Hanc ipsam, inquit de Iulitta, in nos contulit gratiam, quam olim suis Hierocuntinis Elizaeus impartiuit. Et in concione in Barlaam: Nunc autem easdem dextra, in cineres redacta ipsorum exercitus conculcans excæcas. Et in concione in Gordium martyrem: quandoquidem igitur etiam nos excitatos & debilitatis oblitos miraculum Martyris eduxit. Miracula vero 40. martyrum & Mamantis citauimus sectione 49. tituli 24.

Theodori passi sub Licinio miracula quæ celebrat Gregorius Nyssenus dæmones

mones, inquit, fugat conciliat angelos pacis hunc locum tanquam aduersus morbos medicinas suppeditantē & Augurius scriba qui eius passioni interfuit, & Nectarius episcopus Cōstantinopolitanus apud Simeonē Metaphrastem.
Mannæ, siue Menæ martyris miracula, quæ refert Timotheus Alexandrinus in narratione de eius miraculis. quam Magdeburgenses dicunt in eius vita se noluisse inserere operi suo hoc colore quod esset nimis prolixa: sed re vera ne Lector inter alia quæ ipsis displicent, etiam eius miracula legeret.
Miracula quæ Hilarius memorat in libro contra Constantinum defunctū: Sanguis vbique beatorum martyrum exceptus est. dum in his dæmones mugiunt, dum ægritudines depelluntur, dum admirationum opera cernuntur: eleuari sine laqueis corpora, et suspensis pede fœminis vestes non defluere in faciem, vri sine ignibus spiritus, confiteri sine interrogantis incremento fidei.
Miracula Cypriani & aliorum sanctorum quæ Gregorius Nazianzenus celebrat in oratione in S. Cyprianum & in carminibus: Orbem igitur pœne totum, inquit in his, instar siderum se eius splendoribus, sublimibus thronis, doctrinis, cœtibus, concursibus, integrarum familiarum, hymnis conuenientibus, collustrant hi, qui iugulati Christi gloriosi sunt victores. Estque adeo frequens horum luctæ certaminumque veneratio, vt exiguus puluis aut reliquiæ veterum ossium, totius ad honorem sufficiat: nonnullorum saltem apposititionem reliquiarum omnino expertem, scio certis locis inditā esse pro toto Martyre, quæ tamen eandem vim obtinuerit. O rem prodigiosam! Salutem affert sola recordatio. Quid si commemorem morborum, malorumque dæmonum purgationem incredibilem à sepulchris profectam, quæ meruerunt aliquando recipere spirituum illorum incursionibus resistentia, haliasunt meorum Athletarum miracula. Et in oratione in S. Cyprianum: Vestræ iam partes sunt, ea quae restant à vobismet ipsis adiungere, vt nonnullum ipsi quoque martyri munus offeratis, daemonum profligationem, morborū depulsionem, futurarum rerum praescientiam: quae quidem omnia vel cineres ipsi Cypriani, modo fides adsit efficiunt. quemadmodum norunt qui huius rei periculum fecerūt. & caetera Mauritij & sociorum eius miracula, quorum Eucherius Episcopus Lugdunensis meminit in epistola ad Syluiū prefixa vitae eorum.
Miracula quorum meminit vetus author libri de responsionibus ad orthodoxos quaestione 28 vbi ait corpora & sepulchra martyrum tueri homines ab insidijs daemonum, & curare morbos arte medica incurabiles.
Miracula, quae Hieronymus memorat in libro aduersus Vigilantium: apud

d quas

excitet, & memoriam interlabentē refricet, quibus de causis ipsas nobis sāctorum reliquias Deus reliquit. Porro autem quod hæc dicam, non temerariæ iactantiæ causa; sed quod id ipsum emolumenti nostri gratia factum fuerit, abundè orationi nostræ fidem faciūt, tum quæ quotidie à martyribus miracula eduntur magna affatim ad illa multitudine affluente: tum illis nihilo inferiora Babylæ præclara post ipsius obitum virtutis egregiæ specimina. Nota Lector Chrysostomum profiteri quotidie à Martyribus fieri miracula. Et postea: Ea est enim sanctorū potestas vt illorum superstitū dæmones nec vmbras quidem aut vestes ferre possint: vita autem functorum & loculos quoque reformident. Et in homilia de natiuitate 7 Machabæorū docet reliquias sanctorū nō esse æstimandas visu corporeo siue externa specie quā oculi nostri videāt: sed fide qua eas cōtēplemur virtute & gratia spiritus Sancti amictas. Dæmones vbi martyrum coronatorum vident corpora posita, longe illico à conspectu eorum pauidos fugere & absistere. Non enim ad naturam eorum, inquit, intendunt, sed in arcanam diuinitatē & gloriam Christi, qui in agone certantium induta corpora martyrum suorum, sicut arma portauit. & cætera. De Babylæ vero miraculis quæ celebrat, dicemus oportunius alio loco.

Miracula quæ Augustinus varijs locis prædicat, nominatim libro octauo de ciuitate Dei c. 26 dæmones apud memorias Martyrum torqueri, confiteri, & de possessis corporibus hominum eijci quod dæmones in Hermete luxerint. Idem libro 22. eiusdem operis c. 8. multa refert miracula Stephani, quæ antea in hoc beato citauimus, & miraculum viginti martyrum in Florentio, quod audiuimus in Florentio. Et capite 9. pro ista fide mortui sunt qui hæc à Domino impetrare possunt. Pro hac fide præcessit eorum mira patientia, vt in his miraculis tanta ista potentia sequeretur. Præterea ostendimus non semel Augustinū c 16 libri de cura pro mortuis gerenda antequā proponat varios modos quibus fieri possit vt sancti dicātur facere miracula, præponere certū esse homines à martyribus adiuuari. Adhæc indicauimus in Geruasij & Protasij miraculis quatuor Augustini locos, in quibus narrat & prædicat cæci sanationem ad eorum reliquias. Quod vero tractatu 13. in Ioannem vocat quosdam Mirabiliarios per contemptum, obscurum non est ex hoc ipso loco quos intelligat, nimirum non Catholicos; sed Donatistas, qui confictis miraculis (vocat enim fabulas) conabantur in suas partes trahere plebem Catholicam quæ ad eos ire non debeat, etiam si facerent signa & portenta. Nemo ergo, inquit, vobis fabulas vendat. Et Pontius fecit miraculum, & Donatus orauit, & respondit ei Deus de cœlo. Primo aut falluntur, aut fallunt. Postremo, fac

Aa illos

illos montes transferre: charitatem autem non habeam, nihil sum Videamus vtrum habuerit charitatem. Crederem, si non diuisisset vnitatem. Nam & cōtra istos, vt sic loquar, Mirabiliarios cautum me fecit Deus meus, dicens: In nouissimis temporibus exurgent Pseudoprophetæ facientes signa & portēta, vt in errorem inducant, si fieri potest, electos. Ecce prædixi vobis. Ergo cautos nos fecit sponsus, quia & miraculis decipi nō debemus. Et paulo post Teneamus ergo vnitatem Fratres mei. præter vnitatem & qui facit miracula nihil est. Capite vero 16. libri de vnitate siue contra epistolam Petiliani vbi hæc eadem prolixius tractauit meminit miraculorum quæ in ecclesia Catholica suo tempore fiebant: Per totum orbem in locis sanctis quæ frequentat nostra cōmunio, tāta mirabilia vel exauditionū vel sanitatū fiunt, ita vt latētia per tot annos corpora martyrū, quod possunt à multis interrogātes audire, Ambrosio fuerint reuelata: & ad ipsa corpora cæcus multorū annorū ciuitati Mediolanensi notissimus, oculos lumenque receperit.

Tacent etiam miracula quorum Primasius facit mentionem in cōmentarijs in caput 11. ad Hebræos ad verba, de Gedeon.

Et miracula Germani episcopi Antisiodorensis recenter defuncti sub Valentiniano Iuniore in fine eius vitæ quam Constantius presbyter scripsit ad Patientem Lugdunensem episcopum.

Item miracula quæ extant apud Victorem, vt Arbogastis Confessoris libro 1. de persecutione Vandalica: vt septem fratrum submersorum, vt Maturiani martyris. quem postquam Victor narrauit miserabili & horrendo quodam spectaculo in spinosa sylua à quadrigis dilaceratum, addit, vbi in hodiernum diem non desinit ingentia mirabilia Iesus Christus Dominus noster operari.

Et quæ Theodoretus multis celebrat libro octauo de curatione Græcanicarum affectionum non referunt in capite de miraculis. Ac animæ quidem triumphatorum martyrum in cœlesti nunc patria vitam agunt Angelorum choris insertæ. Corpora vero non singula singulis monumentis condūtur, sed ciuitates, oppida, paganique conuentus, hæc inter se sortito partiti sunt: laborantibusque animis ac ægrotis corporibus salutares eos cōfiteri non cessant: & cætera, quæ citauimus c. 106. tituli 24. Sectis itaque eorum corporibus integra tamen vis & gratia perseuerat: tenuesque ac tantillæ reliquiæ toti parem habēt, nullasque in partes Martyri dissecto, virtutem. Gratia enim quæ pollens vigensque perstat, petentibus dona distribuit, fidei supplicantiū liberalitē atsuā cōmensa. Et posteaquā sub finē libri retulit varias fideliū petitiones à martyribus quas retulimus eodem capite 106. addit: Pie vero fideliterque

terque precatos ea maxime consequi quæ desiderant, testantur illa quæ votorum rei dona persoluunt, manifesta nimirum adeptæ sanitatis indicia. nã alij quidem oculorum, alij vero pedum, alij porro manuum simulacra suspendunt ex argento auroue confecta. Et cætera.

25. Hæc & alia plurima quæ passim extant apud his recentiores, silentio inuoluũt Magdeburgenses, vt quæ complectitur pratum spirituale Sophronij: quæ Procopius narrat tum in alijs libris, tũ in opusculo de ædificijs Iustiniani de sanatione huius Imperatoris per Cosmam & Damianum, & altera per quatuor martyres lapide reliquiarum genu Regis imposito: quæ vterque Gregorius, Romanus & Turonensis passim prædicant: quæ memorant Paulus Diaconus, Venantius Fortunatus & alij plurimi qui vitas Sanctorum scripserunt inde ab illorum temporibus græco & latino sermone, vt Metaphrastes vt quorum iste & Surius meminerunt.

26 Sed nihil æque libenter prætereunt, atque locos authorum in quibus mentionem faciunt recentis sanguinis in reliquijs Sanctorum & nominatim Euphemiæ martyris, vt videre est apud Constantinum in narratione de inuẽtione reliquiarum eius, vnguẽtorum fragrantissimorum, ex reliquijs exsudãtium, & variorum oleorum ex eis profluentium: quorum testimonia extãt apud eundem Constantinum Euagrium, Paulum Diaconum rerum Romanarum libro 22. & Metaphrasten in vita Ioannis Eleemosynarij, ac tum apud hunc tum apud Nicephorum in Euphemiæ reliquijs, apud Procopium ex arca quatuor martyrum imposita genibus Iustiniani Imperatoris, apud Eusebium Emisenum & Lucianum in reliquijs beati Stephani, apud eundem Metaphrasten in D. Nicolao, & Demetrio martyre. Nihil æque reformidant atque commemorationem miraculorum quæ facta sunt floribus & alijs rebus iactatis super capsas reliquiarum Sanctorum: quorum meminerunt inter alios Ambrosius, vt audiuimus in Geruasio & Protasio, & Augustinus libro 22. de ciuitate Dei c. 8. in miraculo Martialis per preces & flores à memoria Stephani allatos. Nihil æque timent atque ne Lectores apud se legant aliquos sanatos puluere, non solum eo qui ex corpore Sanctorum, sed etiam illo qui est circum capsam cuius testimonium extat apud Gregorium Nyssenum in oratione in Theodorum martyrem: & oleo pendente ante loculos martyrũ cuius generis miraculorum testimonia leguntur apud Theodoretum, Venantium Fortunatum, Paulum Diaconum & Gregorium Turonensem.

27. Quod si Magdeburgenses vsque adeo multa & illustria Sanctorum miracula silentio, qui se professi sunt scriptores ecclesiasticæ historiæ: quot & quanta existimandum est alios silentio inuoluisse?

28. Iam quod Nouatores sæpius citent Neotericos de miraculis Sanctorum suppressis Veteribus, & quandoque etiā addito mendacio; facile quoque est probare ex eisdem Magdeburgensibus. Ordiuntur enim hanc artem ab ipsa Pauli passione.

Quod lac, inquiunt centuriæ primæ libro 2 c.10. in eius vita, pro sanguine manarit in morte Pauli, Petrus de natalibus narrat. verum hoc tum fabulosum, tum etiam superstitiosum, antiquitatis testimonio destituitur. Atqui Ambrosius hoc miraculum refert & celebrat serm one 68. & Chrysostomus in oratione in principes Apostolos. Ac etiam nunc inter tres fonticulos, quos fama est in eius supplicio erupisse, primus lactis saporem refert.

Audiuimus ex Ambrosio & Augustino miracula Geruasij & Protasij, Nazarij & Celsi, quæ Magdeburgenses siluerint. Verum vt erant astuti hæc praemiserunt in genere centuriae primae libro 2 titulo 12. qui est de Martyribus: Referuntur & alij martyres sub Nerone passi qualcs sunt Geruasius, Protasius, Nazarius & Celsus, Fa: l.x & caetera. Verum cum de ijs fabulosa magis & superstitiosa apud Petrum de Natalibus, Vincentium, Antoninū & in Chronicis Recentiorum, quam vera commemorentur: non duximus Lectorem ijs vanitatibus onerandum. Atqui Ambrosio & Augustino addi etiam poterant Gaudentius & Vetus Author epistolae de viro perfecto inter opera Hieronymi.

Sozomenus, inquiunt, centuriae 4.c.12. pagina 1445. de Hilarione narrat extumusculo (hoc enim paulo ante praecedit) quod ad monumentū eius etiam num multi ægroti & daemoniaci curentur idque tam apud Cyprios fieri vbi primū educatus, quā apud Palæstinos trāslatus sit libro 3 c 14 quò Verū Hieronymus in fine vitae ipsius de his miraculis sic antea scripserat. Cernas vsque hodie miram inter Palæstinos & Cyprios contentionem his corpus Hilarionis, illis spiritum se habere certantibus. Et tamen in vtrisque locis magna quotidie signa fiunt, sed magis in hortulo Cypri, forsitan quia plus illum locum dilexerit.

Inter eos qui fuse & eleganter Babylae martyris facta & miracula scripserunt, Chrysostomus principem locum tenet, vt qui integra oratione contra Gentiles quod Christus sit Deus ea tractauerit. Magdeburgenses tamē re plane aliter atque olim semper accepta fuit, atque ita vt nullum subellet miraculum, citant omisso Chrysostomo Theodoretum & Sozomenum vt videre licet cent.4 c.15 pagina 1446. De caeteris eorū peccatis in hac historia dicemus suis locis.

Iidem centuriae 4.c.12, quod est de martyribus, paginis 1420. & 1421. citant de

de Stephani vita Bergomensem in supplemento, qui eam ex sermone quodam Augustini breuiter narret, Magnū & admirandum spectaculum & caetera Deinde etiam ex alio sermone eiusdem Augustini addat: Beatus Vincentius vere Vincentius fuit fortissime enim omnia mortis pericula vicit. Vicit in verbis, vicit in pœnis, vicit in confessione, vicit in tribulatione, vicit exustus, vicit submersus, vicit viuus, vicit & mortuus. Sed, inquiunt, in Augustini probatis sermonibus hodie ista non leguntur Atqui verba quae citant exstant in sermonibus octauo & nono inter decem & septem sermones à Parisiensibus additos in fine tomi vltimi operū Augustini impressorum Basileae anno 1556. In quorum vltimo non illud solum explicat quod in principio sermonis octaui dixerat, Vicit & mortuus: sed etiam addit in genere, 1 Vere preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, quando nec terra carnis vita deserente contemnitur, & caetera. Quid enim agit Deus mira opera facien do circa sanctorum corpora defunctorum, nisi testimonium perhibet sibi nō perire quod moritur, & vt hinc intelligatur in quali honore habeat animas occisorum, quando caro exanimis tanto affectu diuinitatis coronatur. Sicut enim de membris ecclesiae loquens 2 Apostolus similitudinem adhibuit de membris corporis nostri, quae inhonesta sunt nostra, his abundantiorem honorem circumponimus: Ita prouidentia Creatoris cadaueribus martyrū tā praeclara miraculorum praestando, abundantiorem honorem exanguibus reliquijs hominum circumponit, & quod vita emigrante tanquam deforme iam remanet, ibi euidentius vitae dator apparet.

1 Psal. 115.

2 1. Corin. 12.

Narrauimus sectione 123 praecedentis tituli ex Nicephoro inuocationē Chrysanthi & Musonij factam à concilio vt decretis eius subscriberēt: & quod eis subscripserint. Sed non in hoc solo substitimus. Diximus enim Gregorium presbyterum Caesareae Cappadociae, Scriptorem antiquum idem tradidisse in oratione de 318. Patribus Nicenae Synodi. Magdeburgenses vero hunc subticent, solo Nicephoro citato, & addunt, haec testimonio eorum qui tum vixerunt destitui cent. 4 c. 13. pagina 1438. Dignum autem est annotatione quod hic Gregorius vocet hoc miraculum dignum quod memoriae commēdetur, ad gloriam quidem eorum qui crediderunt: pudorem autem eorū qui fuerunt increduli & quod post narrationem dicat hoc miraculo factum, vt citra dubitationem vnusquisque etiam ex eis qui erant externi, crederent sācrum illum sanctorum Patrum chorum constare praesentia & ope sanctae Trinitatis: Eamque suam corporaliter ostendere defensionē ijs qui digni habentur vt videant.

Iidem centuriae 5. c. 13. pagina 1490. referunt quidem Zonaram, & tomū primum

mum conciliorum, tradere quod Euphemia Martyr approbauerit libellum concilij Chalcedonensis eius porrectione. Taceant a item cum Patres Basilienses, in responso Synodali, quod incipit Sacrosancta generalis Synodus: & mox, Cogitanti huic sacræ synodo & Metaphrasten, tum Constantinum episcopum in oratione de Inuentione reliquiarum sanctæ Euphemiæ qui meminit subscriptionis: Quinetiam inuolute loquuntur, quum citant tomū primum conciliorum. Viri enim boni dixissent aperte, Acta concilij Chalcedonensis testari de hoc admirabili prodigio.

29 Probationem vero tertij eorum peccati hanc breuiter damus. Nicephorus quidam miracula quandoque narrat creditu valde difficilia, & alia nonnunquam quæ non creduntur etiam à Fidelibus: ex eo Magdeburgenses sumunt prætextum quælibet miracula Sanctorum ab eo scripta repudiandi.

Sunt qui miracula Sanctorum tradunt de animalibus mortuis, & inter cætera asinis, suscitatis. vt Gigas de asino suscitato à Germano Antissiodorensi. vt Petrus de Natalibus & Vincentius in speculo de vitulo ab alio. Ea tanquam plane ridicula derident & ex eis non solum ea æstimant quæ Beda & Hericus non inelegans poëta de Germano scripserunt: sed & quae alij de alijs tradiderunt.

30. Quarti vero criminis exempla haec sint.

Diximus Magdeburgenses narrasse ex Zonara & primo tomo conciliorum, Euphemiam approbauisse fidem Concilij Chalcedonensis ad hoc refellendum adferunt, Euagrium libro 2. c. vltimo non meminisse huius nugamenti. Quasi scilicet Euagrius tantae sit Authoritatis apud eos, vt ex eius silentio, reliqui figmenti condemnandi sint cuius narrationem de apparitione eiusdē martyris huic miraculo annexam tanquam praestigias dæmonis habent tāta est eorum inconstātia, vt in eodem folio Euagrium nihili & plurimi faciant Aut quasi testimonio [illegible] testis muti possit infirmare quae alij affirmant. Idem narrant centuriae quartae c. 13. Sozomenum libro 7. c. 24 & Nicephorum libro 12. c. 19 scribere quod eo tempore quo collectis bellicis Theodosius Imperator cum Eugenio congressus est, quidam daemoniacus in templo Ioannis Baptistae ei conuiciatus sit, & capitis amputationem exprobrando exclamauerit dicens, Tu me vincis, & exercitui meo insidiaris Sed quum haec [illegible], à Socrate, Theodoreto, & Ruffino, qui propius ad hanc etatē accesserint, [illegible] quis non suspicetur inferioribus saeculis conficta esse? At qui ostendimus titulo 24. sect. 69 Ruffinum istorum omnium antiquissimum tradidisse ipsum Theodosium postulasse auxilium Sanctorum intercessione

cessione. Et ne sic quidé rigidæ Magdeburgensium ceruices flectūtur: sed pergunt his similia argumenta in multis alijs adferre.

31. Quinti vero criminis singula membra facile probamus. Primum videlicet exemplo quod extat in Caluino in præfatione in Institutioné de miraculis Ieremiae Ait enim olim Ægyptios, sepultum apud se Ieremiam sacrificijs alijsque diuinis honoribus prosecutos esse. ac tum addit, Nonne sancto Dei Propheta ad idololatriam abutebantur? & tamen tali sepulchri veneratione consequebantur, vt curationem a tactu serpentum putarent iustam illius mercedem. Et citat in margine Hieronymum in praefatione in Ieremiam. Sed neque hic siquidem sit Hieronymus, neque duo alij celebres Authores, Dorotheus martyr & Epiphanius, qui horum miraculorum meminerūt aiunt Ægyptios sepultum apud se Ieremiam sacrificijs, alijsque diuinis honoribus prosecutos esse. Caluini haec sunt propria. Author enim praefationis in Ieremiam in nostris Biblijs, quae nullius nomen praefert, sic scribit: Ieremias Anatothytes, apud Taphnas in Ægypto à populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet vero in eo loco sepultus, quo dudum Pharao Rex habitauerat Et quoniam postulatione sua defugatis ab eodem loco serpentibus, Ægyptios à tactu aspidum facit esse securos, magna eum ibi religione Ægyptij venerantur eisdemque his vltimis verbis, non illis Caluini, etiam Epiphanius vtitur veneramur autem & colimus religiose parentes: magna religione sāctos: maxima Deum cui soli debentur sacrificia & alij diuini honores Dorotheus autem hanc magnam venerationem exponit honore insignis sepulchri. Neutrum vero sensisse quod hic fingit, sed plane contrarium clarissime apparet ex eo quod Epiphanius addit: Quique vel hodie adhuc fideles comperiuntur, (Nota Lector verba) eodem in loco supplicare consueuerunt & sumpto puluere morsibus aspidum medētur. Fere quoque aquarum hinc aufugerunt. Quodque Dorotheus adijciat: Et hodie quoque (Notá Lector haec verba, & praecipue particulam quoque) qui fideles sunt Deo (quid his verbis clarius dici potest?) in eo loco orant, ac puluerem inde tollunt, quo mortales à bestiis illis (putá, crocodilis) laesos curant. multi ex illis ipsas etiā bestias in aduersas aquas fugant.

Secundi vero membri exemplum damus ex Magdeburgensibus: Qui quum particulam historiae responsi Pythij Daphnaei & translationis Babylae martyris, quam postea tractabimus narrauissent addunt de suo: hac vero re diabolus paulatim superstitionem de mortuorū reliquijs, earumque virtute instillare incautis hominum mentibus studuit. Nam cum à Deo prohiberetur fascinare homines, is astute per mendacium & fallaciam eam vim sāctis mor- Cent. 4. c. 13 pagi. 1446.

mortuis affinxit, vt superstitionem reliquiarum, sicut dictum est, confirmaret & caetera. postquā rū primū adijciūt, Theodoretus libro tertio capite 17. Sozomenus libro 5.c.19.20.& 21. perinde videlicet ac si quae à se interijciunt, essent quoque Theodoreti & Sozomeni. quos tamen in plane alia sententia fuisse non semel constitit.

Tertium autem membrum probamus maximo eorundem mendacio de Augustino, quod extat centuriae quintae c 6. pagina 694. his verbis: Augustinus de reliquijs Stephani scribit superstitiosum & magnūconcursum multitudinis ad eas in Africam vsque tactum demētatis populis quibusdam illusionibus, quae pro miraculis habitae sunt. libro de Ciuitate 22.c.8 Etsi enim Augustinus meminit concursus ad reliquias Stephani, longissime tamē abfuit ab eo vt superstitiosum vocaret, & diceret populos dementatos quibusdam illusionibus. Item altero huic simili mendacio centuriae eiusdem capite 5. pagina 1506. vbi de gentilibus quinti saeculi sic scribunt: Reliquias martyrum nihili fecerunt. existimantes se inquinari, si ad eorum sepulchra accedant, in quo solo rectius senserunt quā quidam superstitiosi Christiani, Theodoretus libro octauo de Martyribus. Ad quod mendacium refellendum solum opus est lectione eorum quae ex ipso citauimus tam pro inuocatione, quam pro miraculis; nisi malimus integrum locū legere apud Theodoretum.

32. Quod autem ad probationem sexti commenti attinet, manifestum est miracula durantibus persecutionibus fuisse sanctis ascripta. vt videre est in ij quae diximus in Ieremia, quantum quidē attinet ad fideles, in beata Maria, in Petro in Apostolis, in Eunucho praefecto gazae Candaces Reginae Æthiopum, in Chrysantho, Dario, & alijs. Immo didicimus in historia miraculi Esaiae Iudaeos iam inde ab eius temporibus ea sanctis tribuisse Perseuerasse vero miracula sedatis persecutionibus ad monumenta martyrum, & optimos quosque & sanctissimos ea vt praecedentia pro veris sanctorum miraculis habuisse, apparet clarissime ex ijs quos hactenus citauimus.

33. Porro, sicut septimo cōmento respondimus exēplis Scripturae, quibus constat quosdam punitos fuisse a Sanctis: Ita nunc ei satisfacimus etiam exemplis historiae.

Nam Beda prodidit lib 2 historiae Anglicae c.6. Laurentium Cantuariensem Episcopum à grege tenero fugam meditantem flagellis acrioribus caesum fuisse à Petro. Etsi enim Magdeburgenses pro sua pietate & authoritate addant scite à Laurentio ista videri fuisse conficta ad stuporem regis ethnici

nici vere namque à Petro eum flagellatũ fuisse, haud quenquam nisi superstitiosum crediturũ centur. 7. c. 25. tamen nemo non videt Bedæ magis esse credendum, vt vicino Laurentij sæculo, quam figmentis hominum hodie natorum. Tertullianus narrat in libro aduersus Praxean Christianum quendã nocte diuinitus flagellatum, quod more Idololatrarum fores coronauerat Eusebius scribit Natalium Confessorem ab Angelis cæsum quod se hereticæ factioni adiunxisset. Et Augustinus vt rem sibi suisque Hipponensibus notissimam refert sermone 117 in sermonibus Louanij impressis, ciuem quẽdam Hipponensem, quia iusiurandum ei detulerat quem peieraturum nouerat, noctu ad Dei tribunal raptum & grauissime cæsum, ita vt postridie plagarum vestigia in dorso eius apparerent.

34. Peruenimus ad vltimum vsque commentum quod etiam facile est probare varijs Nouatorum improbis conatibus.

Tractauimus titulo 16. multis commenta Magdeburgensium & Chemnitij quibus non verentur oppugnare historiam Potamienæ illũstris martyris, ramet si non ignorarent eam esse ab Eusebio scriptam libro sexto eccles. hist. c. 5. In ea vero multa referuntur eius miracula. Sed Chemnitius ne ea agnoscat pronuntiat hanc historiam repugnare Scripturis Esai 8. & Luc. 16. quod confutauimus sectione 55. eiusdem tituli.

Conuicimus falsitatis Magdeburgenses in priore exceptione contra miraculum Chrysãthi & Musonij in concilio Niceno. Altera vero eorum respõsio absque vlla probatione est Sed hæc aliena sunt à fide Patrũ Nicenæ synodi Falsam autem eam esse videre licet ex ijs quæ citauimus ex Gregorio presbytero Cæsareæ Cappadociæ in oratione de 318. Patribus Nicenæ synodi.

Theodoretus lib. 3 c. 2. scribit Iulianum, quum timeret Constantiũ qui propinquos suos iugulabat, in Lectorum numerum ascriptum legisse populo sacros libros: & ædem Martyrum cœpisse extruere: sed non fuisse illam gratã martyribus perspiciẽtibus peruersionem in impietate illius. nam fundamẽta, inquit, imitata instabilitatem animi ipsius, antequam consecrar tur collapsa sunt Sozomenus vero eandem, vel etiam fortasis aliam similem historiam pluribus verbis refert libro 2. c. 2. Oratoria, inquit de Gallo & Iuliano frequentabant, ac sanctorum martyrum monumenta competenter honorabant. Quo tempore ferunt eos monumentum Munæ martyris (quem Magdeburgenses male vocant Maximam) maxima æde circundedisse, illudque operis sic fuisse partitos, vt alter alterum magnificentia & honore excellere certarint, accideritque res prorsus incredibilis, nisi multũ adhuc nostro

hoc tempore ex illis superessent, qui ista ex ipsis spectatoribus audiuerunt. Ea pars ædificij quam Gallus extruebat, prouehebatur & ex animi sententia procedebat. Iuliani vero operum alia subruerũt, alia ex fundamẽtis producta sunt, alia mox atque pauimentum attigerunt non substiterunt; haud aliter quam si contraria quadam vi atque potentia vrgente deorsum retorquerentur. Deinde addit eam relatam fuisse ad fictionẽ pietatis Iuliani qui metũ Imperatoris religionem simularet. Nicephorus quoque libro 10. c. 1. scribit cæmentaria & materiam aliam eiectam in terram & tanquam vẽto valido prostratam esse, & quosdam etiam lapides coniungi cõglutinarique non potuisse ac multos inde coniectasse Iuliani animum erga religionem esse minus syncerum: sed propter Gallum eum pietatem simulare. Eamdẽque historiam Gregorius Nazianzenus refert oratione 1. inuectiua in Iulianum, in qua inter cætera ait terram euomuisse id quod à Iuliano erat laboratum. Quid autem ad hæc Magdeburgenses? num tot Scriptoribus cedẽt qui hæc ita vt diximus interpretati sunt? Minime vero. Sed forte, inquiunt, ea re Deus testatus est sibi mortuorum sanctorum cultum non placere: centur. 4 c. 13. Verum dicant si hæc sit causa, cur infinitarum basilicarum martyrum ædificationes recte successerint? cur Galli pij pars prouecta sit, Iuliani vero hypocritæ parti hæc euenerint? Qui factum sit vt optimi quique hinc colligerent eum simulare pietatem, cui coniecturae responderit euentus? Denique cur metu Imperatoris qui non erat idololatra, scribatur hanc ædẽ ædificasse? Dilsulimus in hũc locum responsionem ad ea quae diximus Magdeburgenses commentos esse in historia Babylae nimirum ea quae referunt pugnare cum sententia Theodoreti, Sozomeni, Chrysostomi, & omnium fidelium qui translationẽ reliquiarum Babylae & opere, & hymnis, adiuuerunt, & nominatim etiam hoc versu, similes illis fiant qui faciunt ea atque adeo cũ interpretatione ipsius Iuliani, Libanij, & aliorũ ethnicorum, qui daemonem haec serio professum esse interpretati sunt. Miracula ergo Babylae quae hi Authores referunt, haec sunt, quod Daphnen translatus à Gallo, mutum reddiderit Pythium Apollinem qui hic responsa dare consueuerat: quod daemon coactus fuerit id fateri, quamuis generalibus verbis, quae tamen Iulianus & alij recte intellexerint de reliquijs Babylæ: quod translatus Deum precatus sit (vt Chrysostomus inquit,) ignem in templũ vt cœlitus demitteret: qui totum illius tectum exusserit ipso Idolo ad extremos vsque pedes deleto, eodemque in cineres & puluerem redacto. Neque vero Chrysostomus haec miracula solum celebrat in oratione contra Gentiles: sed etiam in commentarijs in psalmum 110. Illic enim recenset inter

mira-

miracula quibus Deus fecerit memoriam mirabilium suorum temporibus Iuliani, Apollinis templum fulmine deiectum: sancti martyris Babylæ trāslationem. & apertam aduersus dæmones victoriam. Et oratione quarta de laudibus Pauli: Quanta vero, inquit, etiam post hęc facta sunt miracula. vt cum super Apollinis verticem fulmen illapsum est, vt cum ipsius responsa dęmonis trāsferri à Rege sepultum iuxta se martyrem compulerunt, dictitis se alloqui omnino non posse, quādiu proximā illius arcā videre tierat nāque vicina.

Iidem condemnāt aperte, superstitionis miraculum quod Sozomenus narrat libro 7. c. 21. contigisse, mulos qui caput Ioannis Baptistæ vehebant ad Valentem Imperatorem nullis flagris impelli potuisse vt vltra vicum Cosilai progrederentur Scribunt enim hæc ob superstitionem euenisse, vel à superstitiosis hominibus ficta esse ad confirmandam venerationem Sanctorum pagina 1451. centuriæ 4. c. 13.

Et miracula Martyrij & Marciani quæ Sozomenus quoque eis tribuit libro 4 c. 3. vt purgauerint locū in quo erant sepulti, qui antea infestus fuerat, & liberauerint Insulanos à dæmonibus. Attexunt enim huic narrationi cētur. 4. pagina 1443. sed hæc fabulosa & superstitiosa sunt.

Sic centuriæ quintæ c 13 pagina 1490. pronunciant historiam quam citant ex Zonara de Euphemia porrigente libellum Imperatori & Patribus in synodo Chalcedonensi, esse imposturam: Et est proculdubio, inquiunt, impostura ad colendas defunctas creaturas conficta.

Sic quod Sozomenus libro 7. c. 24 narrat de victoria Theodosij, quam etiā ipse dæmon professus sit prouenisse à Ioanne: astipulante Sozomeno & etiam Nicephoro libro 12. c 39. scribunt à diabolo esse eiusmodi præstigias oculis hominum offusas ad confirmandam mortuorum inuocationem & venerationem.

Sic quod Theodoretus narrat libro 4. eccl. histor. c. 15. Barsis episcopi Edesseni lectulum in Arado relictum ægrotis in eum collocatis pristinā valetudinem restituisse, referunt ad illusiones diaboli.

Sic miracula sanctorum quae Beda & alij narrant, habent pro nugis & fabulis centuriae 7. c. 13.

Quinetiam plurima quae referunt ex Gregorio Turonensi, Romano, Paulo & Ioanne, Diaconis, Venantio, Fortunato, & alijs condemnant apertissime idololatriæ vt (exempli gratia) restitutionem visus ad inuocationē Martini, quam Gregorius Turonensis refert libro 5. c. 6. Vt quod c. 8 scribit accidisse ad sepulchrum Germani Parisiensis: vt miracula Sergij martyris quae

 refert

miraculis Sanctorum esse optimos quosque & sanctissimos. nominatim Patres tres Nicenæ & Chalcedonẽsis Synodorum, Spiridionem Gregorium Presbyterum Cæsareæ Cappadociæ, Dorotheum martyrem, Ephrem, Basiliũ, Gregorios Nyssenum & Nazianzenum, Eusebium Emisenum, Ambrosium, Hieronymum, Ruffinum, Palladium, Epiphanium, Prudentium, Paulinum, Chrysostomum, Augustinum, Primasium, Victorem, Theodoretum, & alios qui cum istis, vel post eos sanctitate & eruditione floruerũt. Quos si quis dicat aberrasse ab Ecclesia, nulla vnquam extiterit Ecclesia. Sin in ea fuerint, vt quidem certissimo fuerunt, æquum est Nouatorum figmenta veritati cedere.

39. Et quid, amabo te Lector, nõ valde credibile prædicat Ecclesia, quũ Sanctorum miracula profitetur? quando vel ex eorũ meritis & precibus sequatur ipsos patrare miracula Quid enim? an non ingens est miraculum quod mortui viuis opem ferant? Id namque longe superat naturalem ordinem & causam, quocunque modo hoc contingat.

De Sanctorum corpore exutorum apparitionibus, ex Scripturis & historia ecclesiastica, Titulus 26.



TRanseamus ad eorum apparitiones, quas non ideo seiunximus à miraculis, quasi non sint miracula: sed quia sint maxima miracula: & hæretici singulari, eóque capitali, odio eis aduersentur. In illis enim tantum percipiuntur beneficia Sanctorum: In his vero sensu, eoque visus, percipiuntur etiã sancti, propter quos, vel etiã per quos Deus facit miracula.

2. Principio legimus in Scripturis sanctos angelos sæpius apparuisse ho
minibus nõ solũ in sõnis, vt 1 Ioseph viro beatæ Mariæ, & Iacob 2 in scala 1. Mat. 1. et 2.
Beth-el, & in visione, vt Ioanni in Apocalypsi: Verũ etiã vigilantibus, & eos 2. Genes. 28.
videntibus oculis corporeis. vt (exempli causa) 3 Agar, Abrahæ ad 4 quer- 3. Genes. 16.
cum Mambre, 5 Loth, Iacob in 6 reditu ex Mesopotamia, 7 vtrique Tobiæ 4. Genes. 18. 6. Genes. 19.
8 Danieli, & beatæ 9 Mariæ virgini. Sancti vero angeli æque sunt creaturæ 7. Genes. 19.
atque sancti corpore exuti: & vt sẽper fuerunt spiritus, nunquã eis sicut his, 8. Tob. 5.
familiaria fuerunt corpora. Proinde non debuit mirum videri Nouatoribus, 9. Daniel 10
quod hi quoque perinde atq; sãcti angeli, quãdoq; apparuerint hominibus. 10. Luc. 1.

1.Deuter.14 3. Liber Deuteronomij tradit 1 verbis expressis Mosen mortuum & sepultum fuisse in terra Moab. Et ex 2 historia Regum ac 3 Malachia constat Dominum leuauisse Eliam in cœlum, quem missurus sit sub aduentum diei suæ magnæ & horribilis, Moyses tamen & Elias apparuerunt tribus Apostolis in transfiguratione Iesu Christi Domini nostri. Et erant loquentes cũ eo, visi in maiestate, & dicebant egressum eius quem completurus erat in Ierusalem. Et euigilantes viderunt maiestatem Christi, & duos viros qui stabant cum illo, Et factum est cum discederent ab illo, & cætera Ecce apparitionem Mosis & Eliæ à tribus 4 Euangelistis ita descriptam, vt certissimũ sit eos in propria persona apparuisse.

2.4.Reg.2.
3.Malach.4
4.Matth.17. Marc.9. & Luc.9.

4. Capite vero 27. Matthæi ita scriptum est: Et monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctorum qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. En non vnam, neque duorum, sed multas & multorũ sanctorum certissimas apparitiones.

1.cent.1.Libro 1.c.4 titulo de apparitionibus defunctorum hominum.

5. Namquod 1 Magdeburgenses respondent Christo in cruce extincto prodijsse ex sepulchris sanctos: verum eam fuisse resurrectionem, non satisfaciunt argumento. aliud namque est resurgere: aliud apparere. neque enim qui resurrexerant, semper apparuerunt: Et mota quęstione num Scriptura noui testamenti faciat mentionem apparitionum sanctorum qui excesserunt hoc saeculo dicendum est, eam certissimo facere mentionem harum apparitionum.

6. Et cur quaeso tantopere oderunt apparitiones Sanctorum defunctorum? Ipse-met Christus, caput omnium Sanctorum, apparuit post resurrectionem longo tempore quibus voluit, ita vt Lucas de 1 eo scribat: Quibus (puta, Apostolis) & se ipsum praebuit viuum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens & loquens eis de regno Dei. Sed tamen quáuis à resurrectione semper viuus fuerit: tamé ne ipse quidé semper & omnibus apparuit vt manifestum est ex Euangelistarum locis in quibus eius apparitiones describunt.

1.Act.1.

7. Quanquam ne hoc quidem necessarium est sanctis vt resurgant, ad apparendum hominibus, possunt enim apparere, perinde atque angeli, in in assumptis corporibus: vt manifestum est ex 1 apparitione Mosis, quem nullo modo verisimile est resurrexisse ad tantillum tempus, vt iterum moreretur.

1.Matth.17. Marc.et Luc 9.
1.cent.1.lib.1.tit.de apparitionibus de sanctorũ hominum.

8. Quod autem 1 Magdeburgenses cauillantur, Mosen & Eliam, non cũ Apostolis, sed cum Christo collocutos esse: nihil est. vere enim nihilominus

nus apparuerunt tribus Apostolis, atque ita vt hi audiuerint quae loquebantur cum Christo ad suã instructionem pertinentia. Neque vero decuit eos Christo Domino praetermisso, colloqui cum Apostolis. In alijs vero apparitionibus quas memorauimus, siue Christi, siue bonorum angelorum, siue sanctorum qui excesserant hoc saeculo, colloquium fuit cum hominibus hic viuentibus.

9. Sed & Historia Regum 1 memorat Samuelem defunctum apparuisse Sauli, & inter caetera ei finem vitae suae praedixisse, quod confirmat 2 Ecclesiasticus: neque dubium est quin etiam absque resurrectione apparuerit. Sed Nouatores citius cõcesserint sexcentorum dæmonum apparitiones, quam vnius Sancti conspectum: vsqueadeo liberales sunt in diaboli angelos, & auari in sanctos.

1. 1. Reg. 28.
2. Eccles. 46.

10. Neque vllo pacto eos excusat quod 1 aiunt narrationem Christi de Diuite & Lazaro testari neminem à mortuis redire & concionari. Quum enim Diues dixisset Abrahamo: Rogo ergo te Pater vt mittas eum (nimirum Lazarum) in domum Patris mei: habeo enim quinque fratres, vt testetur illis ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum Patriarcha respondit: habent Moysem & Prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non Pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, credent. Ait autem illi: Si Mosen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Non, inquam illud eos excusat: sed additio est peccati ad peccatum.

11. Primum, quia nulla fit in hac historia mentio concionis: sed testimonij, vt testetur, inquit, illis. Deinde quia Patriarcha hæc dicit de contemptoribus verbi Dei & plane obstinatis, qui nati ex Iudæis pro fabula habebant quæ in Lege & Prophetis scripta erant de Inferno, & incredulitatem suam hoc cauillo excusabant quod nullus ab Inferis resurgeret qui hæc vera esse affirmaret: quod si accideret, tum demum se esse credituros Deo. in quorum numero fuerat hic Diues cum suis fratribus, & multis alijs Sadducæis: sed malo suo edoctus, petebat quae audiuimus. Hoc vero nihil pertinet ad alios simpliciter, & in rebus non vsqueadeo claris, errantes. Neque quidquam obstat quominus Sancti istis appareant etiam vt istos doceant religionis dogmata. vt manifestum 1 est ex eis qui apparitione sua confirmauerunt multos in fide resurrectionis, & in 2 Mose & Elia, qui sua apparitione & collocutione cum Christo significauerunt tribus Apostolis & in eis Ecclesiae, Legem & Prophetas concordare cum doctrina Christi, & quod non poterant in animum admittere, 3 oportere iuxta Legem & Prophetas Christum pati, & ita intrare in gloriam suã Immo ipsemet Christus rediuiuus à mortuis

1 nominatim Magdeburgẽses cent. 1. libro 2. c. 4. titulo de apparitionibus defunctorũ hominum, & Chemnitius in examine decreti cõcilij Tridẽtini de inuocatione sanctorum in historia Potamiena.

1. Matth. 26.
2. Matth. 17. & Marc. & Luc. 9.
3. Luc. 24.

mortuis instituit & confirmauit Apostolos & alios in fide resurrectionis & multorum aliorum dogmatum. Et quod amplius est, 4 Paulo & alijs post suam in cœlum ascensionem apparuit. Tertio peccant in eo quod non considerant sanctos posse apparere, atque adeo apparuisse alia de causa atque docendorum ea quæ sunt fidei vt Samuelem. Vltimo, non animaduertunt húc voluptuarium diuitem postulasse missionem Lazari qui resurgeret, interprete Abraham, quum ait, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Longe autem minus est in assumpto corpore apparere, quam in proprio. quod istud resurrectionem prærequirat.

4. Act. 9. & 1. Cor. 15.
5. 1. Reg. 28.

12. Vnde licet Scripturæ dicat sanctos dormire, puta secundū corpus, tamen nullo modo repugnat apparitioni eorū in assumpto corpore. Immo etiamsi ad breue velut momentaneum tempus resurgerent, id nec tantullū obstiterit eorum apparitioni: quandoquidem dormitio statum eorum ordinarium significat secundum corpus. quomodo videlicet quod dicitur esse cum Christo in cœlo, locum eorum ordinarium secundum animam denotat. Neque enim id significat eos ita esse constrictos vt eis ad tempus egredi non liceat, perinde ac si essent captiui: sed ordinariam eorum secundum animam habitationem significat. Sic Abraham dicitur fuisse & habitasse in terra Chanaam, tametsi euitandæ famis causa profugerit ad Ægyptum & ibi aliquanto tempore fuerit. Omitto quod esse cum Christo significat esse beatum. beatitudinē vero requirere vt possis quod velis. velle autem etiam sanctos atque adeo maxime, adesse amicis suis quacunque ratione.

13. Audiuimus enim non semel ex vltimo capite libri posterioris Machabæorum Oniam & Ieremiam apparuisse Iudæ Machabæo orantes pro Iudæis. Et hi tamen, sicut & Moyses, ordinarie erant in certo alterius sæculi loco.

14. Eo porro rationi & fidei magis consentaneum est nunc sanctos apparere, quam ante aduentum Christi, quum iudicant id ex re fratrum suorū esse: quod Christus eos fecerit participes potestatis suæ super gentes & regiminis earum. Etsi enim ordinarie in cœlo constituti recte hinc impleant huius regni sui partes, instar Christi, cui necesse non est etiam secundum naturam humanam cœlo egredi, vt sua potestate vtatur in terra: tamen sicut is extraordinarie post ascensionem apparuit 1 Paulo & alijs. ita quandoque accidit certis de causis ipsis cognitis, vt hic appareant: hoc est, vtantur etiam potestate apparendi ipsis data: quando omnis potestas datur, non ad non vsum, sed ad vsum.

1. 1. Cor. 15.

15. Et vero omnis ecclesiastica historia testatur eos sæpius apparuisse homini-

hominibus. Sed Nouatores fere eisdem fraudulentis artibus eam aggrediuntur, qua eos ostendimus grassati in historiam de miraculis. Etenim plurimas Sanctorum apparitiones perfido silentio prætereunt quasdam, etiã celeberrimas, ascribunt Neotericis, quorum authoritatem se posse impune contemnere existimant, prætermissis Veteribus illustribus qui eas olim tradiderũt. Nonnulla reijciunt hoc nugaci argumento, quod licet hic, vel ille earum meminerit: non meminerit tamen alius eo, vel maior, vel recentior. Citant quatũdam verba aliter atque extant apud Scriptores ecclesiasticos. Vtuntur aliquando eadem spiritus homicidij calumnia. Postremo quas non possunt his artibus aggredi, eas sua, si Deo placet, authoritate tanquam superstitiosas & idololatricas damnant.

16. Illud solũ Magdeburgensiũ hic propriũ est, quod sanctis, velut pueris, dictata præscribere & quæ colloquantur tradere audeãt. Nã quũ negare non possent Mosis & Eliæ apparitionẽ, addunt: sed non petierunt sibi vel fana extrui, vel auxiliũ præstari. & vbi fassi fuissent Christo in cruce extincto, prodijsse sanctos è sepulchri: & huic confessioni addidissent, eã fuisse resurrectionẽ, adijciunt: Præterea nõ petunt ab hominibus vel honorẽ vel auxiliũ, contẽti morte atque expiatione Christi. Quasi vero sancti indigeãt auxilio nostro, aut sint cupidi honoris more nostro vitioso, aut sẽper basilicas sibi petierint extrui, quas isti vocabulo ethnico improbe fana appellant: ac non potius frequẽtissime de alijs rebus collocuti sint. Eos vero male velle sanctos eadẽ sẽper dicere, manifestũ est quod quotquot habemus in scripturis sanctorũ apparitiones, ea diuersa colloquia contineãt. Samuel enim agit de proiectione Saulis & luctuoso belli euẽtu: Onias et Ieremias orãt pro victoria. Moses & Elias loquũtur de morte Christi: Et Sancti qui resurrexerunt, probant suis apparitionibus resurrectionem.

[illegible] lib. 1. c. 4. item de apparitionibus defunctorum hominum pagina 119

17. Sed demus exempla præcedentiũ criminũ ex historia ecclesiastica, Zachariæ prophetæ apparitionem temporibus Ephidi episcopi narrat Dorotheus martyr his verbis: Sepultus est prope Eleutheropolim, temporibus vero Epiphidi episcopi manifestatus, quod ipse esset Zacharias filius Barachiæ. Eam vero non referunt Magdeburgenses, sicut & alterius Zachariæ apparitionem ex Sozomeno libro 9 c. 17.

Abacuch & Micheæ Prophetarum reuelantium corpora sua meminit Sozomenus libro septimo ecclesi. histor. c. 28.

Memorant alij Scriptores Samuelis & aliorum prophetarum apparitiones, tacentibus eas Magdeburgensibus.

Ioannis Baptistæ apparitionem reuelantis vbi suum caput esset sepultum

narrat Marcellinus Comes quem Magdeburgenses non citant & alias vari as apparitiones referunt Ioannes Euiratus & Sophronius Ierosolymitanus in prato spirituali: nominatim c. 1. vbi pollicetur se restituturum seni Ioanni sanitatem, eamque restituit & c 3. vbi bis apparet Cononi presbytero, eúque liberat à tentatione fornicationis signo crucis. Sed & Theodoretus ali am refert in vita Iacobi ascetæ, & Amphilochius aliam Basilio factam. has autem omnes Magdeburgenses etiam prætereunt.

Gamalielis apparitionem refert Lucianus in miraculis Stephani: sed Magdeburgenses hanc quoque tacent.

Beatæ Mariæ virginis & Ioannis Euangelistæ, apparitionem, qua Gregorio Thaumaturgo reuelauerũt veram doctrinam tacent Magdeburgenses: prædicat vero Gregorius Nyssenus in istius vita. Apparitionẽ vero eiusdã prius in domuncula in qua Gregorius Nazianzenus tradebat syncerã doctrinam, Deinde in ecclesia eius loco erecta vt affirmat Sozomenus libro septimo c.

1 cent. 4. c. 13. pag. 1453 5. calumniantur 1 inferiore ætate proculdubio contigisse, & ex opinione ac superstitione suam ducere originem Quis enim eis hodie natis potius crediderit, quam Sozomeno vicino temporibus Magni Theodosij, & qui suam historiam dedicauit Theodosio nepoti ipsius, qui eum posset mendacij arguere, si falsa narrauisset? Iidem 2 pro diabolica illusione ad confirmandũ

2 cent. 6. c. 13. pag. 808 Mariæ cultum habent apparitionem huius beatæ, qua sicut Euagrius libro 4. c. 24. ex Procopio recitat, Narsem præfectum Italiæ propter pietatis studium, admonuerit quando ei pugnandum esset, quando non: & quod manus conferenda non esset nisi accepta prius tessera. Quas vero Ioannes Euirat⁹ & Sophronius referũt tres ei⁹ apparitiones c. 47 prati spiritualis, & aliam c. 48. Geminianæ vxoris Germani Patritij, eas sicut & multas alias silentio inuolunt.

Sancti Stephani apparitionem quã Euodius refert libro 1 de miraculis Ste-

1 sectio. 14. num 25. phani, ijdem quoque tacent

Non meminerunt etiam verborum Gregorij Nazianzeni oratione 1 Inuectiua in Iulianũ quę antea 1 citauimus pro miraculis Ioãnis, Petri, Pauli, Iacobi, Stephani, Lucæ, Andreæ, Theclae: inter quae numerat etiam apparitiones quorum, inquit, sunt apparitiones.

Beati Petri apparitionem Leoni 1. factam referunt Ioannes Euiratus & Sophronius c. 149. prati spiritualis. Magdeburgenses vero silent, & vbi de eadem historia citarunt Nauclerum, habẽt eam pro fabula & nugis, vt videre est centuriæ quintae c. 10. pagina 1255 Apparitionem autem Petri & Pauli quae contigit Attilæ quum Leo supplex eum conueniret tacent, tametsi 1

ex

et Platinahistoriam & ex Sabellico referant etiam orationem quam is habuit ad ipsum Sed & Paulum quoque apparuisse Plautillæ statim à morte subiicent sicut & postea Petrum apparuisse Agathæ quum ei maxillam abscissam restitueret. De apparitione vero Petri iubentis Marcello presbytero, qua præcepit ei vt Marcellianum sepeliret, t sic scribũt: Illud vero quis non omnino fabulosum & idololatricum Verboque Dei contrarium esse olfaciat, quod Platina & Hermannus Gigas de floribus temporum nugantur sine vllo Veterum testimonio, Petrum in somnis apparuisse Marcello Presbytero, & præcepisse corpus Marcelllini honorifice sepeliri & pro sácto coli Verum Platina nõ habet verba honorifice, & pro sancto coli. Quid autem scribat iste Gigas, viderint qui eum habent. neque enim his toties in mendacio deprehensis, temere credendum est. Certe liber Pontificalis sub Damasi nomine hoc Gigante longe antiquior solum sepulturæ, non horũ aliorum meminit.

1. cent. 5 c. 10 in vita Leonis pag. 1163

1. cent. 4 c. 13 pag. 1436

Ioannem quoque Euangelistam & Philippum apostolum apparuisse Theodosio narrat Theodoretus libro 5. eccl histor. c. 24. & Sozomenus ac Paulus Diaconus & nihilominus, Magdeburgenses hãc apparitionem pro nugis habent.

1 cent. 4. c. 13 pag. 1414

Agatha apparuit Luciæ, & Potamiena Basilidi & alijs plurimis teste Eusebio libro 6. c. 5. scriptoribus ipso antiquioribus. cuius historiam defẽdimus contra Magdeburgenses in historia ecclesiastica de precibus sanctorũ corpore exutorum à sectione 47. vsque ad sectionem 58. nam priorem illam non attigerunt.

Agnetis martyris visionem cum exercitu virginum oblatam parentibus ipsius & alijs qui cum ipsis erant circa sepulchrum, & aliam Constantiæ Augustæ refert Ambrosius, & dicit se eas cum reliqua hausisse ex sacris voluminibus, id est, ex sacris historijs. Magdeburgenses autẽ quia nõ occurrebat quo fucum facerent simplicibus, negant hunc sermonẽ esse Ambrosij, quod commentum antea confutauimus.

Sebastianum recenter occisum apparuisse Lucinae in somnis reuelantem vbi suae essẽt reliquiae, & vbi cuperet eas sepeliri, testantur acta martyrij eius, ac Metaphrastes. Magdeburgenses vero id praetereunt.

Apparitionem fructuosi Tarraconensis episcopi, Augurij & Eulogij Diaconorum mandantium statim à morte quam sub Gallieno passi sunt reliquias suas in vno sepulchro condi, tacent quoque Magdeburgenses: refert autem Prudentius in fine hymni in eosdem martyres: Cernũtur niueis stolis amicti, & caetera.

Apparitionem sancti Vincentij reuelantis vbi reliquiæ suæ appulissent, tradit Metaphrastes.

Menæ martyris apparitionem cum omni eius vita silentio prætereũt Magdeburgenses: refert autem Timotheus Alexandrinus in narratione miraculorum eius apud Metaphrasten.

Quomodo ijdem quoque tacent Ruffinæ & Secundæ virginum martyrium & apparitionem vocantium Plautillam ad fidem, vt videre licet apud Surium mense Iulio.

Socrates refert Spiridioni quoque filiam apparuisse quum eius interrogationi responderet, libro 1. eccles. histor. c. 12. Eam vero Magdeburgẽses tacẽt tametsi meminerint historiæ.

Fælicis apparitionem refert Paulinus natali octauo. & Augustinus aliam quum à Barbaris Nola oppugnaretur, ex certis testibus c. 16. libri de cura pro mortuis.

Mauritij & sociorum eius apparitionem refert Eucherius Lugdunensis episcopus in eorum vita ad Syluium.

Antoniũ vidisse Amonis & Pauli animas assumi & deduci ab angelis testantur Veteres, prius quidem Athanasius in vita Antonij, & Palladius in vitis Arsacij & Amonis in fine; posterius vero Hieronymus in vita Pauli non vidisset autem eas nisi apparuissent. Hæc autem quia non placuerunt Magdeburgensibus tacita sunt ab eis.

Basilius apparitiones Mamantis martyris refert in eius vita: sed non referunt Magdeburgenses.

Apparitionem Theodori martyris detegentis Euzoio episcopo Iulianum contaminasse cibos venales non solum Nicephorus refert, cuius authoritatem 1 Magdeburgenses contemnunt: sed Nectarius quoque Constantinopolitanus Episcopus quem non citant, in narratione qua reddit causam cur huius sancti celebretur memoria in primo sabbato sanctorum ieiuniorum.

1 cent. 4. c. 3 pag. 1448

Gregorius Nazianzenus facit mentionem apparitionis fratris Cæsarij in eius oratione funebri, nullam vero eius mentionem faciunt Magdeburgenses.

Apparitionem vero multorum aliorum sanctorum, quam amicum quendam Iuliani vidisse Sozomenus indicat libro 6. c. 2. confictam 1 esse dicunt: sed non probant.

2 cent. 6. c. 3 pag. 1449

Vitalis quoque & Agricolę apparitionem Ambrosio oblatam refert Paulinus in eius vita, mutis Magdeburgensibus. Quam celebris fuerit apparitio Ambrosij quæ cõtigit Mascezeli castris fratris Gildonis vicino, manifestũ

est

est tum ex eo quod multi celebres authores eius meminerint, nominatim Marcellinus Comes in chronico, & Orosius libr. 7. c. 36. tum quia euentus miraculosus respondit dicto & facto Ambrosij. nam quinque millia Mascezilis vicerunt 70. millia Gildonis. Magdeburgenses nihilominus citato solo Paulo Diacono nihil pudet eam conuellere his impudentissimis verbis: Sacra scriptura tantum Dei, & Angelorum apparitiones in somnis docet: non Patriarcharum non Apostolorum & aliorum hominum minus enim est in somnis apparere, quam vigilantibus. & Onias ac Ieremias apparuerũt in somnis Iudæ. 2. Macha. 4. & 15. pag. 1487.

Apparitionem Coluthi martyris refert Palladius in vita Salomonis & aliorum nusquam vero referunt Magdeburgenses.

Petri & Ioannis apparitionem, item Basilisci, quæ contigerunt Chrysostomo paulo ante mortem, non solus Nicephorus refert, cuius authoritatem Magdeburgenses quoties volunt, contemnunt: verum etiam Metaphrastes in vita Chrysostomi, & Sozomenus libro octauo c. vltimo, quod ad Basilisci apparitionem attinet, & Leo Imperator in oratione encomiastica Ioannis Chrysostomi, quod ad omnium apparitiones pertinet.

Sozomenus memorat apparitionem Thyrsi martyris & quadraginta martyrum Pulcheriæ oblatam libr. 9. c. 2. Neque Magdeburgenses causam habuerunt cur eius authoritatem contemnerent, quandoquidem is suam historiã dedicauit Theodosio Iuniori, fratri Pulcheriæ, qui eum cum ipsa potuisset mendacij arguere, si quid finxisset. Non finxisse autem quod scribit etiã hoc probat, quod ait se interfuisse celebri eorum pompæ.

Seuerus Sulpitius Dialogo 2. narrat apparitiones & colloquia Agnetis, Teclæ, beatæ Mariæ, Petri & Pauli, cum Martino.

Augustinus in libro de cura pro mortuis c. 10. Feruntur quippe, inquit, mortui nonnulli, vel in somnis, vel alio quocunque modo apparuisse viuentibus, atque vbi eorum corpora iacerent inhumata nescientibus, locisque mõstratis admonuisse vt sibi sepultura quæ defuerat præberetur. Haec si falsa esse responderimus, contra quorundam scripta fidelium, & contra illorum sensus qui talia sibi accidisse confirmant, impudenter venire videbimur. Haec Augustinus, quae Magdeburgenses arguunt ingentis impudentiae, vt qui passim sanctorum apparitiones damnant, praesertim si adiungas quae diximus eum scribere c. 16. de apparitione Felicis.

Apparitionem cuiusdam sãctæ virginis reuelãtis Victoriã in tormentis videre est apud Victorem libro 3. de persecutione Vandalica: neque Magdeburgenses, quod mirum est, eam improbarunt cent. 5. c. 13. pagina 1493.

Inter

Inter omnes apparitiones illustrissimæ fuerunt apparitiones Euphemiæ Martyris quas refert Euagrius lib.2.c.3 & notas fuisse omnibus ait: item ea quæ postea apparuit sub Leone Isauro, Episcopo Lemni. vt videre licet in oratione Constantini episcopi apud Simeonem Metaphrasten & apud Surium mense Iulio. Hanc autem Magdeburgenses prætereunt. illas vero pro sua libidine referunt ad præstigias maligni spiritus plane contra ac omnes fideles senserunt qui tunc & postea vixerunt.

Procopius in libris de bello Vandalorum, & in libro de ædificijs Iustiniani multas refert apparitiones Sanctorum, & nominatim in isto Apostolorum. Apostoli beneficiorum memores, ad Regis (Iustiniani) honorem hominibus apparuerint. Regis, inquam, pij & religiosi. neque enim ab humanis negotijs recedunt diuina, sed admisceri percupiunt, & hominum conuersatio ne oblectantur. Item Cosmæ & Damiani. Vbi, inquit, (puta, in templo eorum) Iustinianum grauiter ægrotantem, & iam morituri speciem præbentem, nempe medicis desperatum & inter cadauera iacentem, isti Diui per somnum & visum apparentes, curauerunt. Magdeburgenses autem nullam plane harum apparitionum mentionem faciunt, ac ne libri quidem istius, sex primis centurijs.

Ioannes Euiratus & Sophronius Ierosolymitanus referunt in prato spirituali multas apparitiones præter eas quas citauimus: vt c.19. viri venerandi abbati Eliæ: c.83 Anachoretae defuncti c 91. Petri solitarij sancti Iordanis, & c.148 Iuliani martyris. Sed de his Authoribus mirum apud Magdeburgenses vbique est silentium in primis sex centurijs. In septima vero licet hunc errorum vtcumque sarciuerint, tamen ne in hac quidem, vel libri huius, vel sãctissimorum Patrum, quorum ibi vita, obitus, miracula, apparitiones, & alia scitu digna opera narrantur vllam mentionem faciunt.

Euagrius quoque plurimas refert apparitiones in sua historia ecclesiastica, sicut antea aliquo pacto apparuit. Inter quas celeberrima est apparitio Sergij Martyris Regi Persarum Cosdroe libro 6.c 20. Sed Magdeburgenses eã ad idolatriam referunt. Ita scilicet sunt sancti & pij.

Iidem plurimas referunt apparitiones, praesertim sexta & septima centurijs, ex Paulo Diacono, & nominatim Macedonij: ex Collectaneis Theodori Lectoris, Bartholomaei Apostoli: ex Gregorio Romano, ex Gregorio Turonensi, & alijs: vt necesse non habeamus plures Sanctorum apparitiones referre: modo caueamus ne eorum viles & putidas responsiones, quales nõ semel audiuimus, recipiamus.

Solum addimus Metaphrastem multas quoque Sanctorum apparitiones referre

referre, quarum Magdeburgenses non meminerunt: (exempli causa) Ioannis Eleemosynarij episcopi Alexandrini: vt sancti Eudoxij martyris sub Deocletiano vocantis per vxorem Macarium ad martyrium: vt sancti Bacchi.

18. Habemus cuiusuis generis, & ad maxime varios fines Sanctorum corpore exutorum apparitiones: easque non solum priuatis quibusque oblatas: sed etiam sanctissimis & doctissimis, ac in maxima dignitate cõstitutis: vt (verbi gratia) Gregorio Thaumaturgo, Martino Ambrosio, episcopis: & quod ad dignitates sæculares attinet, Mascezili, Theodosio magno, Pulcheriæ, Iustiniano: neque solum vni: sed etiam plurimis simul, qualis illa Fælicis Nolani fuit apud Augustinum c.16. libri de cura pro mortuis habenda: & quas Euagrius refert de sancta Euphemia. Atque ita consentiũt inter se omnes scriptores, vt nisi his credamus, nulli vnquam historiæ fides habẽda sit.

19. Sed hi principes hæresum plane inemendabiles sunt tanto enim odio feruntur contra Sanctorum apparitiones vt multas etiam Christi & Sanctorum angelorum apparitiones à scriptoribus ecclesiasticis memoriæ proditas multiplici arte oppugnent, ne videlicet hæ propter potestatis Christi participationem & sanctorum angelorum similitudinẽ facilius credãtur. Dabimus aliquot exempla de singulis.

Ambrosius narrat multis epistola 35. libri 5 in Auxentium de tradendis basilicis Christum Petro Roma fugienti apparuisse, & quęrenti quo Dominus iret, respondisse, venio iterum crucifigi, & Acta Processi & Martiniani, eius meminerunt. Ac Egesippus Iunior libro 3. excidij Ierosolymitani c.2. & Gregorius quoque in quartum psalmum pœnitentialem. Magdeburgenses autẽ tametsi hanc historiam referant cum causa mortis Petri ex Egesippo, & quod amplius est notent Ambrosium idem tradere: tamen antequam hæc narrent, sic scribunt: Longam narrationem de rebus quas Romæ Petrus gessit, & quo mortis genere tandem vitam amiserit, Egesippus libro 3. c. 2. excidij Iudaici recenset quam asscribemus, ne non auido (vocabulum est corruptum) lectori satisfiat: ac tum addunt: quisque autem, quantum vult ei fidei tribuat. 1. cent. 1. lib. 2. c. 10. in vita b. Petri.

Eusebius libro 1. de vita Constantini author est Christum dormienti Constantino apparuisse cum signo quod vigilans viderat idque etiã ex eo narrant Magdeburgenses: sed ita vt de hoc signo Socratem quoque Sozemium & Paulum Diaconum citent, de apparitione vero Christi nullum alium: ac sententiam suam de ea non proferant. 1. cent. 4 c. 13 pag. 1435. et 1436.

Marcellinus Comes meminit etiam in suo chronico apparitionis Christi, &

& Seuerus Sulpitius sub principium vitæ Martini: sed Magdeburgenses vtramque silentio transiliunt.

Templum nominatum Michaelium ædificatum fuisse à Constantino Magno, semper omnibus certum fuit: Causam vero ædificationis, tum huius tū alterius quoque templi, Nicephorus libr. . c 50. & Hermannus Gigas, hæc referunt, quod Michael apparuisset Constantino & se eius propugnatorem fuisse in bellis significasset Meminit quoque Sozomenus lib. 2. c. 3. Michaelij, ac sic appellatum fuisse ait, quod D. Michael archangelus hic apparuisse credatur. quod & ego, inquit, maximo beneficio potitus, verum esse consentio. Et ita se habere multarum etiam aliarum rerum experientia docet. nam alij grauibus casibus ac periculis insuperabilibus, alij morbis ac passionibus incognitis adobruti, Deo illic supplicatione facta calamitatibus liberati sunt. Deinde dat exempla de Aquilino & Probiano, viris sibi notis. Sed Magdeburgensibus his non obstantibus 1 hæc omnia conficta & superstitiosa pro-
1. cent 4. c. 13 nuntiant, nullo alio argumento, quàm quia sic eis placet.
pagina 1441 Sic apparitionem angeli à Sozomeno libro 3, c. 14. qua monuit Pachomium colligere Iuniores monachos, & libellum ei dedit continentem regulas vitæ monasticæ, confictam 2 esse aiunt.
1. cent. 4. c. 11 Sic paulo post negāt angelum apparuisse Piammoni monacho: tametsi hoc
pagina 1444 quoque Sozomenus narrat lib. 2 c. 28.
1. 10. eiusdem capitis pagina 1415. Immo non verentur superstitionis & fictionis 1 accusare quod Hieronymus scribit in epistola ad Letam, apparuisse angelum in somnis Prætexta-
1. cent. 4 c. 13 tæ vxori Himerij, patrui Eustochij: tametsi omnibus notum sit quantus fue
pagina 1456 rit Hieronymus; nec obscurum sit eum vel ex Eustochio potuisse istud cognoscere: ac Leta quoque, si finxisset, mendacium facilè deprehendere potuisset.

Porro cryptam Michaelis Archangeli in Gargano monte inuentam sub Zenone Imperatore, aiunt narrare Iuonis chronicon, cū quo Sigeberti Chro-
1. cent. 5. c. 6. nicon congruat: sed damnant superstitionis. Chemnitius autem 2 multo
pagina 697 antiquiorem esse hanc inuentionem non negat, sed eam cum historia Mi-
2 in examine cōcilii Tridētini de sāctorum inuocatione pagina 927. chaelij refert ad abominandam idololatriam damnatam in concilio Laodiceno Ita scilicet grassantur impij ac impudentes homines aduersus historiam ecclesiasticam pro sua libidine.

20. Cur enim difficile sit credere hos angelos apparuisse, cum constet ex Scriptura de plurimis angelorum apparitionibus, nisi eis excæcatis displicerent ea quæ istis apparitionibus angelicis probantur? Et quare non facile credamus Sanctos, regno Dei & Christi donatos, posse apparere at-

que

que adeo apparuisse? quando constat ex probatis historijs multos hic viuentes alijs ipsis absentibus [illegible] apparuisse. 1 Vitus enim & 2 Nicolaus apparuerunt Constantino Magno: & posterior etiam mercatoribus [illegible] alijs ipsum inuocantibus. Meletius autem 3 Antiochenus Theodosio Magno, adeo vt eundem nunquam visum nisi per somnium, postea in Synodo episcoporum vltro agnouerit. Et 4 Ioannes prędictionum gratia celeberrimus, mulieri cuidam, & alijs sese visendum prębuit.

1. teste Sozomeno lib. 6. c. 33.
2. teste Metaphraste in eius vita.
3. teste Theodoreto lib. 5. c. 6 & 7.
4. teste Augustino c. 17. libri de cura pro mortuis gerenda.

De votis quæ Sanctis nuncupantur ex Scipturarum doctrina & historia ecclesiastica,

Titulus 27.

SEquitur vt dicamus de votis quibus Sanctos pro vocamus in nostrum auxilium. Voueo verò & votum significant promissio & promissionem, & consequenter non solum habent locum erga Deum, sed etiam homines Cicero enim dixit per epexegesim votum & promissum, & deuouere caput suū pro ęre alieno Cæsar quoque, se deuouere se amicitiæ alicuius Et Scriptura vel addit vocabula, Deo vel Domino, vel ex circunstantijs indicat sermonem esse de voto Deo nuncupato.

2. Quod autem vota recte fiant Sanctis sic ostendimus. Voueo & deuoueo habēt absque reprachensione locum erga homines; ergo multo magis erga sanctos. 2. Dubium non est quin vota Christo vt homini recte & sancte nuncupentur sicut & is vt homo recte inuocatur. Sancti autem participes facti sunt pro sua mensura regiæ Christi potestatis. Quo quia donati non erant tempore veteris testamenti in quo multa fit mentio votorum, mirum non est non fieri mentionem votorum quae ipsis nuncupentur. Neque vero id quidquam habet quod haec vota damnet Etsi enim adhortatur homines ad vouendum Deo, nusquam tamen dicit, vouete Deo tantum, eo quod etiam recte voueamus in suo gradu hominibus Et vt istud dixisset, intelligeremus particulam tantum excludere falsos Deos & patefacere sermonem esse voto per excellentiam id est, quod fit Deo tanquam fonti & primo authori omnium bonorum & omnis auxilii.

3. Quod autem Veteres vouerint multa sanctis perinde atque nunc quoque Fidelibus in more est id facere, certum est ex [illegible] lib.13. præparat. euangelic[illegible] [illegible] Cæsariensi in hist[illegible] c.7. votaque illis facimus & cætera. Ex Palladio [illegible]oria Lausiaca c.113. Ex Prudentio in hymno de sanctis Hemeterio & Cheledonio in verbis, voce, votis murmure. Ex Paulino Natalibus 2. & 4 Ex Gregorio Turonensi lib.2. histor. Francorum c.37. Et ex Fausto Manichæo Ecclesiæ aduersario dũ significat vsitatissimũ fuisse in primitiua ecclesia vt vota fierent Martyribus in his c.3. libri 2. verbis: Idola vertistis in Martyres quos [illegible] otis similibus colitis.

De Sacris, siue religiosis peregrinationibus ex Scripturis & historia ecclesiastica.

Titulus 28.



RESTAT vt tractemus de peregrinationibus. tametsi enim sacræ peregrinationes pertineant ad honores sanctorũ, vt & votorum nuncupationes: ac principalis finis earum esse debeat cultus & amoris nostri erga sanctos protestatio: ita vt sancta quæuis peregrinatio dici possit esse in Deum, vel in Christum, vel in Sanctos, magnus amor externis officijs expressus: tamen quia sanctæ peregrinationes ferè semper suscipiuntur ad impetrandum ab eis beneficia, & harum cognitio vtiliter præcedit tractatum venerationis Sanctorum dicemus hic de sacris peregrinationibus quæ ad eos pertinent: & harum occasione, de omnibus: & praecipue de sanctis.

2. Magnopere enim falluntur qui sanctas peregrinationes, tanquam res nullius, vel leuis momenti estimant: & peregrinationum vel nullam, vel saltem exiguam mentionem in scripturis sacris fieri putant. Nam peregrinationum maxima est varietas, ingẽs antiquitas: & frequentissima in sacris quoque scripturis mentio, siue rem-ipsam, siue etiam nomen consideres.

3. Igitur summa peregrinationum diuisio haec est, quod quaedam sint profanae siue non religiosae; quaedam sacrae, siue religiosae.

4. Profanae vero, siue non religiosae, peregrinationes sunt, quae instituuntur ad vitandum malum, vel consquendum aliquod bonum huius saeculi; naturali modo. Quod genus peregrinationum est omnibus notissimũ.

Nam

Nam & hodie quoque homines passim peregrinantur consequendæ sanitatis causa ad aquas medicinales, vt ad aquas Spadanas: vel ad mutandum aerem: vel vt vtatur excellentioris Medici consilio. Alij vero peregrinatione fugiunt paupertatem, & quærunt diuitias. vt multi eorum qui ad nouas Indias, & ad Americam proficiscuntur. Quidam vero bellum pertæsi quærunt loca quieta Nonnulli autem ad comparandam plurimarum regionum scientiarum, & linguarum cognitionem, peregrinantur. Ac plurimi quoque ad inuisendum, & consolandum parentes, fratres, propinquos, & amicos, peregre proficiscuntur. In summa variæ admodum sunt, eæque omnibus notissimæ huius generis peregrinationes.

5. Sed pulchrum nihilominus est, eas cognoscere ex sacris Scripturis: quando multa earum exempla continent. vt (verbi causa) peregrinationē Abrahæ in Ægyptum vitandæ famis causa, quæ praeualuerat in terra, & Isaac in Geraris, & Iacob ac 3 filiorum eius in Ægyptum, & Abimelech 4 cum vxore & duobus filijs in regione Moabitide, & mulieris 5 illius, cuius Elizæus excitauerat filium: vt peregrinationem Iacob ad 6 Laban vitandæ mortis causa: vt 7 peregrinationem adolescentis Leuitę vtilitatis causa, quo commodius viueret. vt peregrinationem seruorum Salomonis in Ophir auri causa. vt peregrinationem 9 Tobiæ Iunioris ad Rages ciuitatum Medorum debiti consequendi gratia. *1. Genes. 12. 2 Genes. 26. 3 Genes. 47. & Deut. 26 4. Ruth. 1. 5 4. Reg. 8. 6. Genes. 31. 7. Iudic. 7. 8. 2 Para 8 9. Tob 4. & sequent.*

6. Et harum quidem multae sunt permissæ, & licitæ. vt apparet in exemplis quae dedimus: & praesertim in Abraham, Isaac, & Iacob, quorum peregrinationes Deus manifeste cōprobauit. aliae vero nō sūt permissæ vel sūt etiā prohibitae. vt peregrinatio Iudaeorū in Ægyptū contra praeceptum Domini, Ieremiae c. 44. Ac commune est tum his, tum etiam sacris peregrinationibus, vt vitentur mala aliqua circunstantia, & praecipue improbo affectu, cuiusmodi exemplum 1 extat in peregrinatione Absalon Hebron versus animo proditorio. Alioqui enim peregrinationes sanctae sēper in se licitae sunt, & bonae. *1. 2. Reg. 15.*

7. Etenim vocamus sacras siue religiosas, peregrinationes, quae fiunt ad spirituale, vel etiam huius saeculi, bonum consequendum, cœlesti modo: vel vt Deo gratiae agantur, quā causam 1 Absalon praetexebat: vel vt aliquid à Deo sciatur, vt (verbi gratia) Rebeccae 2 peregrinatio, qua cum paruuli in suo vtero collidērentur, perrexit vt consuleret Dominum: vel aliorum bonorum (quae sunt diuersissima) hac ratione consequendorum causa. *1. 2. Reg. 15. 2. Genes. 25.*

8. Altera peregrinationum diuisio est, quod quædam praecipue fiant ad

1. 3. Reg. 18. ad personas, vt eorum qui mittebantur ab 1 Achab & 2 Ochozia, ab Eliam,
2. 4. Reg. 1. & Naaman Syri ad 3 Regem Israel, & ad Elizæum: quædam præcipue ad lo-
3. 4. Reg. 5. ca, ab 4 Elia ad montem Horeb. Aliæ vero præcipue ad res: vt illius 5 Naa-
4. 3. Reg. 19. man ad Iordanem, & cæci 6 nati ad natatoriam Siloe. tametsi si finis omniū
5. 4. Reg. 5. peregrinationum spectetur, omnes fiant rei alicuius causa.
6. Ioan. 9.
9. Tertia peregrinationum diuisio est, quod aliæ sint præceptæ à Deo,
vt peregrinatio Abrahæ 1 ad terram Chanaan, & altera ad terram 2 Moriah
1. Genes. 12. & ad vnum montium in ista terra: Aliæ vero sponte suscipiantur, vt ab 3 A-
2. Genes. 22. braham in Ægyptum, & tum ab 4 illo, tum ab 5 Isaac ad regnum Geraris, &
3. Genes. 12. 6 vxoris huius ad consulendum Dominum.
4. Genes. 20.
5. Genes. 26. 10. Quarta peregrinationum diuisio est, quod multae susceptae sunt
6. Genes. 25. tempore legis, vt loquuntur, naturae cuiusmodi antiquissimae illae peregri-
nationes liberorum Adam & Noe, peregre proficiscentium vt incolerent
terras inhabitatas, & quas iam iam memorauimus, Abraham, Isaac, & Re-
beccae. Plures vero factae sunt legis scriptae tempore: quarum multa exem
pla audiuimus, & statim plura audiemus. Plurimae autem sub Euangelio, de
quibus paulo post dicemus.

11. Postremo earum peregrinationum quae sub Lege fiebant, quædā
pertinebant ad Legem (vt ita dicam) ceremonialem: vt (exempli causa) quæ
orta 1 difficili & ambigua quaestione instituebantur ad locum quem elege-
1. Deut. 17. rat Dominus, & ad sacerdotes Leuitici generis, & ad Iudicem qui erat illo
2. Exod. 34. tempore: vt quae fiebant ad parendum huic 2 Domino praecepto: Tribus
temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu Omni-
3. 1. Reg. 1. potentis Dei Israel: vt quae suscipiebantur sacrificiorum causa ad 3 taberna
4. culum & 4 templum. Aliae vero peregrinationes non pertinebant ad le-
gem ceremonialem, tametsi fierent eo tempore quo haec lex vigebat, vt
(verbi gratia) peregrinationes quae fiebant ad Reges Iuda, & Israel, nomi-
5. 3. Reg. 10. natim 5 Reginae Sabae & 6 Regū ac principum ad audiendā sapientiā Sala
2. Paralip. 9. monis: quæ 7 fiebāt ad Prophetas: quae ad 8 Synagogas audiēdae legis causa.
& Matt. 12.
6. 3. Reg. 4. 11. Ac illud quidem dubium non est quin peregrinationes quae ad le-
7. nominatim gem ceremonialem pertinebant, desierint cum hac lege, siue statim, siue pau
3. Reg. 4. lo post, vt ea cum honore sepeliretur. Caeterum Nouatores nullam causam
8. Matt. 13. habent cur nunc damnēt alias peregrinationes. Quod vt omnes manifeste
Luc. 4. Ioan. conspiciant, dicemus speciatim primum de sanctis peregrinationibus quæ
18. tempore Christi reuelati fiunt, & fieri possunt, ad personas: tum de sacris
peregrinationibus ad loca: & vltimo de sanctis peregrinationibus ad res.

13. Igitur peregrinationes ad personas nunc recte & sancte suscipi,
manifestum est ex scripturis quæ huius generis peregrinationes nullo pa-

ctoad legem ceremonialem pertinentes memorant factas ante Christum, tempore Christi, & post eius ascensionem. Primarum exempla habemus in peregrinatione 1 Aaron ad fratrem Moysem, Iethro ad 2 hunc generum suum, 3 Phinees & decem principum cum ipso ad filios Ruben & Gad & dimidiam tribum Manasse, Prophetarum ad multos, nominatim Eliæ 4 ad viduam Sareptanam, Elizæi ad filios Prophetarum in 5 Bethel, in monte Carmelo, & apud Iordanem habitantium: & e-contra aliorum ad ipsos, vt Regum 6 Israel, Iuda, & Edom, ad Elizæum, item centum 7 virorum quibus multiplicat & panes hospitæ suæ: Ac nonnūquā etiā ad Prophetissas, vt 9 ad Deborá et legatorū illustrū 10 à Iosia missorū ad Holdā & plurimorū aliorū

1. Exod. 4. 2. Exod. 18. 3. Iosue. 22. 4. 3. Reg. 17 & Luc. 4. 5. 4 Reg. 2. 6. 4. Reg. 3. 7. 4. Reg. 7. 8 4. Reg. 4. 9. Iudic. 4. 10 4. Reg. 34.

14. Exempla vero sanctorum peregrinationum sub Christo, hęc (exempli causa) sint Pastores admoniti ab angelo 1 peregrinantur Bethlehem, vt videant verbum quod ipsis factum fuerat. Magi 2 venerunt ab Oriente cum auro thure, & myrrha vt adorent Christum. Ipse-met Christus 3 peregrinatur tribus annis & amplius, per Iudæam, Galilæam, & Samariam, vt annunciet euangelium, & alijs quoque rationibus hominibus prosit, vt sanando infirmos, & liberando oppressos à diabolo. Quin & 4 Apostoli quoque & septuaginta 5 duo discipuli, non solum cum eo sed etiam seorsum ab ipso adhuc viuente peregrinati sunt, vt præcepto eius parerent Immo sanctæ 6 quædam mulieres peregrinatæ sunt cum eo, vt ipsi ministrarent. Et e cōtrario plurimi sanitatis adipiscēdæ, & alij audiēdi verbi gratia, & singuli, & plurimi simul, ad eum peregrinati sunt: ita vt nonnunquam 7 turbæ in ipsū irruerent, & quandoque multa 8 millia eum in desertum vsque sequerentur, nulla ratione victus habita.

1 Luc. 2. 2. Matth. 2. 3. passim in euangelijs. 4. Matth. 10 5. Luc. 10. 6. Marc. 15. 7. Luc. 5. 8. Luc 9. & Ioan. 6.

15. Post Christi autem ascensionem Apostoli peregrinati sunt vt primū Iudæis, deinde etiā gentibus annunciarēt euangeliū per 1 vniuersū mūdum, iuxta Domini præceptum: Ite docete omnes gentes & cætera Paulus quoque ascendit 2 Ierosolymam vt videret Petrum: & postea vt conferret euangelium cum Apostolis & rursus orta quæstione 3 Antiochiæ ad Apostolos cum Barnaba atque ad plurimarum regionū incolas cū fratre cuius laus erat in euāgelio, ordinato, vt 4 ipsemet ait, comite peregrinationis suæ

1. Marc. vlt. & Matt. 28 2. Galat. 1. 3. Act. 15. 4. 2. cor. 8.

16. Quinetiam plurimae post Apostolos factae sunt iam inde à principio sanctae peregrinationes, vt (exempli causa) Episcoporum ad concilia particularia & generalia, ad inspiciendum greges suos per se & quandoque per alios, sicut Paulus per Timotheum, ad consulendum, ad discendum, ad consolandum alios & se-ipsos ex alijs quorum plurima exempla passim extant apud Scriptores ecclesiasticos, & nominatī etiā apud Athanasiū in vita Antonij, Hieronymū in vitis Pauli & Hilarionis, Palladiū in historia ad

Lausum,& Theodoretum in religiosa historia.

17. Itaque nemini dubium esse debet quin fidelibus etiamnum peregrinari liceat ad personas eisdem de causis & similibus ob quas Scripturæ & historiæ olim factas peregrinationes sanctas ostendunt: ac certissimum est eas quoque sanctas esse.

18. Inter sacras vero peregrinationes quæ nunc ad loca fiunt principē locum tenent,quæ nonnunquam instituuntur ad mōtem Synai,siue Horeb est enim idem mons,nisi quod nomen in diuersis & oppositis lateribus mūtatur:quia proprie in situ orientali dicitur Synai:qua autem parte vergit ad occasum Horeb & quæ frequenter fiunt Ierusalem versus,& ad sancta loca ei vicina.

19. Quas Ierosolymitanas peregrinationes Magdeburgenses visi sunt in principio suarum Centuriarum velle probare.Ita enim scribunt centuriæ 1.libro 1.c.1.Immò quis est tam horridus,vel medioc ri saltem pietate ac cognitione rerum sacrarum tinctus,qui non optaret toto pectore ista loca, immo etiam ipsa rudera,sine superstitione præsens peruagari, & contemplari,quæ Iesus Christus,totius mundi Saluator vnicus,pedibus triuit, vbi docuit,ægrotos sanauit,mortuos resuscitauit:Denique vbi deuicto peccato & morte ipsemet resurrexit potentissime ex morte,& visibiliter in cœleste regnum ascendit? Sed quod occultauerint venenum in verbis, sine superstitione,manifestum est ex centuriæ quarte capite sexto,quod est de peregrinationibus ad loca sacra:hic enim scribunt cœpisse primum quarto saeculo sub Constantino loca terrae sanctae ab ethnicis idololatrijs expurgari & in pretio haberi propter memoriam rerum ibi gestarum.& posteaquam fecerunt mentionem inuentae crucis ab Helena,vt aiunt superstitiosa muliere,& templorum tum ab ipsa,tum à Constantino aedificatorum addunt: Quae res paulatim in errorem multitudinem deduxit,vt non in postrema pietatis laude ponerent terram sanctā,& loca sacra inuisisse. Proinde quod Magdeburgenses videntur probasse peregrinationes ad terram sanctam,solum hactenus comprobant,si fiant causa nudae contemplationis locorum in quibus Christus cum hominibus conuersatus est:qui finis communis est cum non sanctis peregrinationibus,quibus quidam antiquitatis notitia delectati ad profana loca peregrinantur vt oculos & animos pascant.Cæsaris enim,vt ille ait,aut Ciceronis,vel M.Crassi ædes vidisse delectat. Et nescio quomodo volupe est in veterum Philosophorum gymnasijs vel spatijs Athenis consedisse vel inambulasse.Locus enim mirifice afficit mentes,& maximorum hominum & rerum memoriam quamlongissimam facit.Caeteras

teras vero harum ...

... peregrinationum causas quæ præcipuę & religiosæ sunt nolunt in pretio haberi. immo damnant eas superstitionis & erroris.

20. Bullingerus quoque 1 ait orthodoxam veritatem has peregrinationes dānare: & addit: Queritur Dominus in Prophetis se prætcrito nescio quæ loca peti. Clamat itaque, Quærite me, & viuetis. & nolite quærere Bethel, ad Gilgal nolite intrare, & ad Bersebā ne transieritis. Sed & Dominus Iesus in euāgelio ad Samaritanā interrogātē, Patres nostri in mōte hoc adorauerūt, & vos dicitis quod Hierosolymis sit locus vbi oporteat adorare: respondit. Mulier, crede mihi, venit hora quando neque in monte hoc neque Hierosolymis adorabitis Patrem. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Pātrem spiritu & vēritate. nam & Pater tales quærit qui adorent ipsum. Deus est spiritus, & eos qui adorant eum spiritu & veritate oportet adorare.

1 Libro 1. de orig. err. c. 18

21. Caluinus autem votiuas 1 peregrinationes non tantum inanes depræhendi, ac nugatorias: sed plenas manifestæ impietatis pronuntiat. Deum enim nihil magis abominari, quam cultus fictitios. Eisque similia caeteri Nouatores praedicant. Quo diligentius nobis de hac sanctorum peregrinationum specie dicendum est.

1 Lib. 4. Inst. c. 13. sect. 7.

22. Principio nullus est qui nesciat Deum fecisse bona quaecunque creauit. & consequenter certum quoque est omnia loca creata esse bona. Sed vt sunt varij bonitatis gradus, & bonum bono melius, quoddam etiam optimum est: ita quaedam loca alijs praestiterunt donis naturalibus. Fertilia namque excellunt inter sterilia: & quae triticum proferunt caeteris habentur meliora. Quaedam abundant plumbo, alia ferro, nonnulla stanno, pauca argento, paucissima auro. Sunt quae floribus, stirpibus, arboribus ornantur. Sunt siluæ prata, campi, valles, colles, montes. Alia praestant fontibus, riuis, torrentibus fluminibus, vicinia maris. In quibusdam insignis est aeris praestantia. Et in summa tum in his inter se, tum in alijs maxima est bonitatis locorum diuersitas.

23. Cuius nulla alia ratio est, quam Dei voluntas, seligens pro suo beneplacito quaedam loca quae prae alijs donaret gratijs suis: & hac varietate accommodans se ad nostrae naturae infirmitatem. Sicut enim vix sciremus quid virtus esset, nisi vitium cognosceremus: ita si haec varietas non extitisset, non nisi tenuiter perciperemus profusam Dei erga loca à se creata liberalitātem. Deinde viluissent apud nos Dei dona, si omnia vbique fuissent obuia. Tertio, tanta largitas plurimis periculosa, ac multis dānosa fuisset vt apparuit in Sodomitis loca deliciosa inhabitātibus. Quarto, sublatum fuisset

animus naturaliter gaudet, & velut reficitur varietate locorum. Neque dubium est quin Deus ad alias quoque vtilitates nostras spectauerit.

24. Sed, quod huc praecipue pertinet, non solum ipsi placuit loca, alia alijs praeferre in donis quae vocamus naturalia: sed etiam ornauit quaedam prae caeteris sanctitate, & alijs donis (vt ita dicam) supernaturalibus. Etenim 1 Dominus Mosi appropinquanti rubo qui ardebat, & non consumebatur, ait: Ne appropinques huc: solue calceamētū de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est. Et Iosue 2 appropinquans viro tenenti gladium euaginatum, qui princeps erat exercitus Domini, audiuit quoque ab eo, solue calceamentum de pedibus tuis. locus enim in quo stas, terra sancta est.

1. Exod. 3.
2. Iosue. 5.

25. Et, quod diligenter notandum est, haec sancta locorum excellentia non semper fuit velut momentanea, id est, non solum tantillo tempore durauit, quantulo visiones sese obtulerunt. Etsi enim fieri potuerit vt quaedam locorum sanctitates non diutius durauerint quam se in eis Dei vel angeli praesentia visione externa manifestauit: qualis fortassis fuit ea quam ex Iosue memorauimus: tamen fuere quae longo tempore perdurauerunt, & ante legem, & sub lege, post primam visionem externam in mirabilibus exauditionibus, & alijs Dei operibus. Dabimus exempla.

26. Terra ad quam Abraham 1 missus est, vt in ea filium immolaret, dicta fuit terra Moriah, id est, terra visionis, vel vt alij vertunt, terra timoris Domini. Eáque vsqueadeo erat celebris visione, vel timore Domini: immo potius vtroque, quandoquidem vocabulum vtrique conuenit: vt Abrahā eam cognitam haberet, licet ab ea abesset itinere bidui. Neque enim Deus ait se ipsi eam ostensurum, sicut pollicetur se facturum de vno montium in ea, sed solum ait: Vade ad terram Moriah. atque ibi offeres eum in vno mōtium quem monstrauero tibi. Ante enim quam religio Dei penitus periret inter gentes, Deus selegit certa loca in quibus reddebat oracula, mirabilia operabatur: quem daemones postea hac in re imitati sunt vt homines fallerent. Quod etiam ostendit peregrinatio Rebeccae, de qua scriptura 2 ait: Perrexitque Rebecca vt consuleret Dominum. Qui respondens ait: duae gentes sunt in vtero tuo, & caetera. Nam quod Caluinus potius elegit sentire eam secessum quaesiuisse vt reuelationem è coelo haberet, nugax est interpretatio. Habuit enim domi facultatem secedendi ad intentiorem orationem. Et quod Isaac non potuit impetrare suis precibus (Deus scit qua de causa) qui vtique etiam potuit secedere hac de causa. & antea precibus suis ipsi fertilitatem impetrauerat: nullo pacto verisimile est sperasse se hac ratione scituram quod desiderabat. Neque vero legimus Deum, licet viris hoc modo

1. Genes. 22.
2. Genes. 25.

modo quandoque responderet, mulieribus idem præstitisse. Ac satis super que notum est quid in scriptura significet ire ad consulendum Dominum, ex locis 3. Regum 14. 4 Regum 8. & 22. Sed & locus in quo Iacob 5 viderat Dominum innixum scalæ qua angeli descendebant in terram, & ascẽdebant ad ipsum, & de quo dixerat esse terribilem, nec aliud esse nisi domum Dei & portam cœli: diu remansit hac visione præterita sanctus. quod multa probant. Primum quod indiderit toti loco nomen Bethel, id est, domus Dei: Deinde quod in eo erexerit statuam, eamque Deo dedicauerit etiam olei effusione: Adhæc, quod sanctum votum vouerit Deo illic suo tempore reddendum: præterea, quod promiserit se tum vocaturum hanc statuam domum Dei. Quinto, quod Deus 4 ipsi ex Mesopotamia post multos annos reduci iniũxerit vt ibi ædificaret altare, & habitaret. Postremo, quod hic locus 5 celebris fuerit sacrificijs & exauditionibus etiã Samuelis tẽpore: ita vt hæc visio Iacob oblata fuerit velut consecratio huius locis. 5. Genes. 28. 4. Genes. 35. 5 1. Reg. 9. & 10.

27\. Quem tamen, quum Ieroboam eo in tantum abusus fuisset vt in eo vitulum aureum, & alterum in Dan posuisset, & dixisset decem tribubus: Nolite vltra ascendere in Ierusalẽ: ecce dij tui Israel qui te eduxerunt de terra Ægypti: & erexisset eis altaria, ad quæ Israel immolaturus his Idolis pergebat merito Deus aspernatus est. & prohibuit per sinum 2 Prophetam Amos ne quærerent Bethel, ne vellent intrare in Galgala, & vt in Bersabæ non transirent, in qua alter vitulus 3 erectus erat, sed præcepit vt se quærerent, nimirum præcipue in domo sua in Ierusalem quam peregrinationem Ieroboam vt impediret, erexerat hæc idola. Quæ omnia 4 Bullingerus sceleratissime dissimulat. Sed redeamus ad id quod agimus. 1 3. Reg. 12. 2. c. 5. 3. Amos 8. 4 supra sectione 20

28\. Audiuimus 1 Dominum appetente tempore quo legem ferre statuerat Moysi significauisse locum in quo stabat esse terram sanctam, ad quam proinde non deberet nisi discalceatus accedere. Fuitque etiam hæc visio quædam montis huius consecratio. vocatur enim hoc loco mons Dei, & capite 18. Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & filij eius, & vxor eius ad Moysen in desertum, vbi erat castra metatus iuxta montem Dei. In eo Deus paulo post 3 sæpius apparet, plurima cœlestis gloriæ suæ signa dat, regulam perfectæ sanctitatis prodit, & cum ea legem ceremonialem, 4 percutit fœdus cum populo. 1 supra sectione 10. 2 Exod. 3. 3. Exod. 19. & 20. 4. Exod. 24.

29\. Quinetiam idem elegit certum locum ad praecipuum & diu duraturum sui cultum, eique praesentiam suam addixit 1 his verbis: ad locum quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis. Et offeretis in illo holocausta & 1. Deuter. 12.

victimas vestras, decimas & primitias manuum vestrarum, & vota atque donaria, primogenita boum & ovium: & comeditis in conspectu Dei vestri. Cuiusmodi fuit locus 2 in Silo, ad quē peregrinabantur statutis diebus Elca-

2 1. Reg. 1
na & vxores eius: Deinde 3 Bethel quo Saul profectus est vt consuleret Sa-

3 1. Reg. 9. et 10.
muelem, & alij ad sacrificandum Et 4 Hebron. Ac postea 5 Ierusalem prop-

4 1. Paral. 11
ter templum quod 6 saepius vocatur sanctum in scripturis: & cuius causa,

5.
Ierusalem 7 dicta est sancta ciuitas: & tum ab eo, tum propter agnitionem

6 psal. 28 et
& cultum veri Dei tota 8 Palestinae terra quam 9 sanctitatem etiam Naa-

6 4. Esai. 49
man Syrus agnouit, idque non improbāte Elizaeo. Neque dubium est quin

7. Daniel 9.
haec locorum sanctitas, Dei & angelorum praesentia acquisita, miraculis

8 Sap. cap. 12
saepius illustrata, promissis insignita, causa fuerit innumerabilium peregri-

9. 4. Reg. 5.
nationum.

30. Habemus varia loca, quorum sanctitas non momentanea fuit, sed diu durauit Et quidem exusto ac deleto templo, desierunt instituti peregrinationes ad templum sacrificiorum typicorum causa, nam tempus aduenerat, de quo Dominus 1 quaerenti Samaritanae mulieri nū oporteret adorare

1 Ioan. 4.
in monte Samariae an in Ierusalem responderat, venire horam quando neque in monte hoc, neque Ierosolymis adorarent Patrem: sed veri adoratores adorarent eum in spiritu & veritate. Opponit enim spiritum literae, & veritatem figuris.

31. Verum haec licentia adorandi Deum cultu spirituali, & quidem praecipuo, id est sacrificio, incruento videlicet, per totum terrarum orbem, non impedit quominus Deus eligat pro suo beneplacito quaedam loca in qui-

1. supra sectione 20.
bus se praesentiorem quam in alijs ad quaedam opera extra-ordinaria manifestet: sicut 1 Bullingerus male colligit. quando is istud fecit etiam ante legem ceremonialem: & quaedam illiusmodi locorum perseuerauerint sub lege: nonnulla vero iam inde ab initio etiam in perpetuum consecrata fuerint vt mons Synai. vnde & sancta peregrinatio ad eum perpetua est,

32. Elias enim licet motus fuerit minis Iezabel ad peregrinandum, & principio fugerit quocunque eum ferebat voluntas: tamen postea, siquidem mortem non impetraret à Deo, peregrinari deliberauit ad montem Synai

1 3. Reg. 19.
potius quā ad aliū locū quod 1 angelus indicauit quū ait: surge comede, grādis enim tibi restat via: & factū ipsius Eliae, qui cū surrexisset comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta dieb' & quadraginta noctibus vsque ad mōtē Dei Horeb. In quibus nō leuiter praetereundū est quod coelesti cibo adiutus sit adeo vt hanc peregrinatiōnē perficeret, quodque non citauimus quod Dei in hoc monte presentiam senserit & consolationem,

lationem.

33. Quid, quod pro eadem re militant complura alia argumenta? vt
quod b. 1 Stephanus illa Dei ad Moysen ex rubo verba tanti fecit, vt ea de
verbo ad verbum repetierit vt quod hic mons 2 tot sæculis post Mosen ad- 1. *Act. 7.*
huc mons Dei dictus sit, non obstante additione proprij nominis. vt quod 2. 3. *Reg. 19.*
non solum in eo lata sit lex ceremonialis, sed etiam, atque 3 adeo ante omnia
lex perfectioris vitæ. vt quod etiamnum perduret fons & riuus aquæ, quem 3. *Exod. 20.*
Deus populo sitienti 4 per Mosen ex petra produxit. 4. *Exod. 17.*

34. Si autem Dei & angelorum praesentia, eaque nonnunquam velut
momentanea, quædam loca sanctificauit: cui dubium erit quin Iesu Chri-
sti 1 Dei veri, & filij 2 Dei viui, praesentia, sanctificauerit in perpetuū Beth- 1. *Ioan. vlt.*
lehem in qua 3 natus, & 4 Nazareth in qua educatus atque adeo totam 2. *Matth. 16.*
terram in qua perigrinatus est, docendi & curandi incolas causa: & praeci 3. *Luc. 2.*
pue Ierusalem huius terrae Metropolim? quam non solum ascendit vt doce 4. *Matth. 2.*
ret populum, vt curaret ægrotos, & vt oraret. sed etiam passione ac morte
sua, & in his pretiosi sui sanguinis effusione sanctificauit. quod acciderat & 5
Bethlehem in circuncisione. Sicut enim harum rerum virtus perpetua est: ita 5. *Luc. 2.*
horum quoque locorum sanctificatio & cum his montis Oliueti, ex quo as-
cendit ad Patrem. Audiuimus vt Bethlehem praedicta sit à 6 Propheta, inter
pretante eum Euāgelista, non minima in principibus Iuda propterea quod 6. *Mich. 5.*
ex ea exiturus esset dux qui regeret populum Dei Israel. quae ratio non vi- 7. *Matt. 2.*
detur sufficiens causa magnitudinis Bethlehem, nisi quomodo in regimine
populi Israel comprehenduntur beneficia ei collata ab hoc duce: ita in illo
exitu contineatur eius sanctificatio. Legimus 8 Prophetas praedixisse futu-
rum vt Christus vocaretur Nazarenus. At tametsi Pilatus & Iudaci hac no- 8. *Matt. 2.*
menclatura cum ignominiæ causa appellarint in titulo crucis: tamen & An-
gelus apud 9 Marcum. & 10 Apostoli Prophetis consentientes honoris cau 9. *Marc. 16.*
sa dicere consueuerunt Iesum Nazarenum. Non potuit autem sanctus sanc 10. *Act. 2. 3.*
torum hoc cognomine ornari, nisi prius Nazareth insigniter sanctificasset. 4. *& 26.*
Quomodo autem Dauid Ierusalem 11 vocauit ciuitatem Dei: ita Christus
quum prohiberet per eam iurare, reddidit 12 eandem causam, nimirū quod 11. *Psal. 86.*
esset ciuitas regis Magni, nihil moratus quod eius incolæ essent pessimi. 12. *Matt. 5.*
Quod si Deus sanctificauit montem Sinay, in quo legem erat laturus:
quanto magis Sion & Ierusalem eadem de causa sanctificasse in perpetuum
credendus est, quandoquidē de Syon exiuit lex, in perpetuum duratura, &
verbum Domini de Ierusalem, iuxta 1 Esaiæ Prophetiam. Nec obscurum
est Maiū... quum etiam post immane Iudæorum facinus in Christum com- 1. *Esai. 2.*

14. Matt. 27. missum 14 vocauisse eam sanctam ciuitatem. Et caeteri quoque Apostoli eā postea maximè fecerunt.

In monte vero Oliueti Christus ascendens ad Patrem, & Apostolis, & posteris reliquit monumentum suæ in cœlum ascensionis: nimirum sacrorum pedum suorum impressa vestigia cuius miraculi meminerunt 15 Hieronymus, 16 Optatus Miluetanus, 17 Paulinus 18 Seuerus Sulpiti° & 19 Beda Ita vt Zacharias etiam de hoc miraculo prophetice locutus videatur, 20 cū ait: Stabunt pedes eius supra montem Oliuarum, qui est contra Ierusalem ad Orientem.

15. in locis hebrai. Act. Apost. 16. libro 6. contra Parmenianum. 17. epist. 11. ad Seuerum. 18 sacr. h stor. lib. 2. 19 in libro de locis sanctis c. 7. 20 Zachar 14.

34. Hæc autem demonstrant peregrinationes rectè etiam num fieri ad montem Synai, & multo magis ad terram sanctam, & in ea Bethlehem, Nazareth, Ierusalem, montem Oliueti, & alia similia loca. Nam quod Caluinus 1 obijcit, Deo nihil magis displicere, atque cultus fictitios: nihil est. Apparuit enim peregrinationes ad loca sancta non esse cultus fictitios: sed à Deo iam inde ab antiquissimis temporibus approbatos & pro sanctis operibus habitos fuisse tantum abest vt hæ peregrinationes inanes & nugatoriæ, immo & plenæ manifestæ impietatis deprehendantur ne si votiuæ quidem sunt, quandoquidem 2 vota rerum sanctarum non possunt non placere Deo ne vota quidem Sanctis nuncupata, vt diximus titulo 27.

1. vide supra sectionem 21.

2 Deuter. 23 psal. 21. 60. 65 115 Iona 2 et aliis locis

35. Quæ vt plenius percipiatur, & vt omnes simul intelligant quam 1 male Magdeburgenses æstiment peregrinationes ad terram sanctam: animaduertendum est causam huius generis peregrinationum esse sanctificationem siue consecrationem locorum. Ipsas vero peregrinationes esse opera fidei: vt quæ instituuntur fide eorum quae verbum Dei in istis locis facta esse praedicat, & cum ad ea peruentum est magna cum veneratione videntur oculis fidei hinc illud Hieronymi in epistola ad Desiderium: Certe adorasse vbi steterūt pedes Domini, pars. Sunt opera spei, quā fidei est peregrinātes habent de consequendis Dei benificijs Quia enim 2 licet in omni loco orare, ergo & in his locis licet: & multo magis in his quae in perpetuum sanctificata sint à Deo, & Dei filio. sunt opera charitatis quod Simeon Priscus in religiosa Theodoreti historia pulchre explicat. Non quod, inquit de peregrinatione ad montem Synai, existimemus Deum esse loco circunscriptū, & caetera: sed quoniā ij qui ardéter amāt, nō solū eos qui amātur siderant: sed etiam illis loca grata sunt & iucunda, in quibus ij fuere præsentes, in quibus versati sunt, Postremo sunt opera pœnitentiae, quatenus sunt labo-

1 vide supra sectionem 19.

2. Ioan. 4.

laboriosa: abesse namque domo molestum est, & ipsum peregrinari labor est. Et consequenter hæ peregrinationes sunt manifeste opera religionis, siue opera religiosa. Quorum insigne specimen extat apud Hieronymum in descriptione peregrinationis Paulae in eius epitaphio.

36. Quorum nulla habita consideratione Nouatores pessime eas æstimant, ac plane contra ac semper doctissimi & sanctissimi quique fecerunt vt qui ipsas in magno pretio habuerunt diu ante Helenę peregrinationem, immo etiam à principio ecclesię.

Nicolaus enim sancte peregrinatus est Ierusalem versus ante imperium Constantini, teste Simeone Metaphraste. Et diu ante eum Alexander episcopus Hierosolymam adorandi, & locorum sanctorum videndi causa properauit. vt Eusebius scribit libro 6. eccles. histor. c. 10. & 11. & Hieronymus in libro de Scriptoribus ecclesiasticis in Alexandro.

Et plurimi alij iam inde ab initio ecclesiæ, de quibus Hieronymus in epistola Paulæ & Eustochij nomine scripta ad Marcellam sic scribit: Longum est nunc ab ascensu Domini vsque ad præsentem diem per singulas ætates currere, qui episcoporum, qui martyrum, qui eloquentium in doctrina ecclesiastica virorum venerint Ierosolymam, putantes minus se religionis, minus habere scientiæ, nec summam manum accepisse virtutum, nisi in illis Christum adorassent locis, de quibus primum Euangelium de patibulo coruscauerat.

Quin & Tecla eodem quoque peregrinata est, teste Gregorio Turonensi. Et Basilius teste Amphilochio in eius vita.

Immo Philo iudæus libro 2. de vita Mosis memorat peregrinationes ad Pharum Insulam quamobrem, inquit, hodieque solennis celebritas renouatur in Pharo insula, ad quam non tantum Iudęi, sed & alij plurimi traijciunt, locum veneraturi in quo primum visa est haec interpretatio (puta, Septuaginta Interpretum) & pro tanto beneficio quasi recente, acturi Deo gratias Sed & Eusebius libro 6 Demonstrationis euangelicae c. 18. memorat peregrinationem totius orbis ad Ierusalem & eius causas & libro 7. c. 5. facit mentionem moris peregrinandi ad Bethlehem his verbis: hodie quoque multi qui illum locum incolunt, tanquam à Patribus eorum accepta memoria, his qui visendi gratia Bethlehem petere consueuerunt testimonium suum adferunt.

37. Et quidē si Magdeburgēses dixissēt Christianos frequētius, & in maiori numero, peregrinatos fuisse ad loca sācta post Helenæ peregrinationē,

non aberrassent à veritate: tum quia religiosæ hæ peregrinationes antea nō fiebant siue maximo periculo propter persecutiones impiorum Imperatorum: tum quia in praecipuis sanctis locis erecta erant ab Ethnicis spurcissima idola 1 Iouis, Veneris, Adonidis & aliorum falsorum Deorum ad extinguendam memoriam & venerationem horum locorum: tum quia inuentis sepulchro & Dominica cruce causam habuerunt fideles cur simul cum peregrinatione ad loca sancta, perigrinarentur ad has res sanctas: tum quia Constantinus & Helena, atque alij Imperatores extruxerunt in monumentis Christi intra & extra vrbem plurimas insignes ecclesias. Sed dum 2 Magdeburgenses odio peregrinationum ad loca sancta excaecati, ortum earum referunt ad Helenam, eamque vocant superstitiosam mulierem, insigniter mentiti sunt, vt iam iam apparuit, & fœdissime conuiciati sunt huic Imperatrici quam omnes, praeter ipsos, 1 historiographi & alij 2 Scriptores, sanctam appellant. Estque hoc peccatum eo grauius quod hoc conuicium & caetera quę scribunt de ædificatione ecclesiarum, contingant etiam ipsum Cōstantinum vt qui matris peregrinationem probauerit, & adiuuerit suis opibus, & ipsemet etiam magnifica templa ædificari curauerit: quem imitati sunt & sequentes Imperatores ac principes viri, tanto studio vt ætate Hieronymi illic plura templa, & oratoria, ac martyria fuerint, quam vt vno die peragrari possent.

38. Sed audiamus etiam alia testimonia harum sanctarum peregrinationum.

Gaudentius episcopus Brixianus ait in sermone de templi dedicatione se peregrinatum fuisse Ierusalem.

Hieronymus in epistola ad Marcellam sub nomine Paulae & Eustochij, Nec hoc dicimus, inquit, quod renuamus regnum Dei intra nos esse, & sāctos viros esse etiam in caeteris regionibus: sed quo hoc asseramus, vel maxime eos qui in toto orbe sunt primi huc pariter congregari. & caetera. Quicunque in Gallia fuerit primus, huc properat. Diuisus ab orbe nostro Britannus si in religione processerit, occiduo Sole dimisso, quaerit locum fama sibi tantum & Scripturarum relatione cognitum. Quid referamus Armenios, quid Persas, quid Indiae, quid Æthiopiae populos ipsamque iuxta Ægyptum fertilem monachorum, Pontum & Cappadociam, Syriam Coelen & Mesopotamiam, cunctaque Orientis examina? quae iuxta Saluatoris eloquium, dicentis, vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilae, cōcurrunt ad haec loca, & diuersarum nobis virtutum specimen ostendunt.

Palladius refert in historia ad Lausum in vita Ruffini, ipsum & Melaniā vi-

gint

1 Testis Hieronymus in epistola ad Paulinum de institutione monachi & Eusebius Caesariensis lib. 3 de vita Constantini, ac alii.
2 vide supra sectionem 19.
1 nominatim Eusebius lib. 3 de vita Constantini, Ruffinus, Socrates, Sozomenus & Seuerus Sulpitius.
2 vt Ambrosius.

gintis septem annis excepisse eos qui voti causa veniebant Ierosolymam: & Episcopos, & Monachos, & virgines suis fouisse impensis. Et in fine vitæ Philoromi presbyteri memorat duas eius peregrinationes ad sancta loca: & quanti hic sanctus vir eas fecerit, haud obscure declarat, cum narrat eum dixisse: Dignus autem sum habitus qui voti gratia bis proprijs pedibus venirem Ierosolymam ad honoranda loca sancta,

Chrysostomus insignem facit mentionem peregrinationum ad Bethlehem in demonstratione aduersus Gentiles, Quod Christus sit Deus. Nam omnis orbis, inquit, Bethlehem confluit, vbi natus positus est: & nobilis factus est locus ille nō alia de causa quā hac sola alludit. autem ad locum Micheæ 5. & Matth. 2.

Imperator Theodosius Iunior mittit apud Socratem libro 7. c. 47. Eudoxiam vxorem suam Ierosolymam votorum persoluendorum causa.

Theodoretus in religiosa historia in vita Maranæ & Cyræ: cum autem, inquit, aliquando desiderassent salutarium Christi passionum sancta loca cōtemplari, venerunt Æliam, & cætera.

Ioannes Euiratus & Sophronius Ierosolymitanus referunt in prato spirituali multorum sanctorum peregrinationes ad loca sancta. vt capite 170. peregrinationem scribæ cum vxore ad sanctam ciuitatem orationis causa. & capite 180. peregrinationem sancti Ioannis Anachoretæ ad sanctam ciuitatem.

Cassianus libro 4. de Institutis renunciantium c. 31 meminit monachorum qui orationis causa pergebant ad loca sancta.

39. Et quod negligendum non est, constat has peregrinationes voto susceptas, vt iam iam apparuit in Eudoxia Imperatrice ex Socrate, in Philoromo ex Palladio, & in ijs quorum is meminit in vita Ruffini: & clarissime apparet in epistola Hieronymi ad Rusticum qua eum adhortatur ad Ierosolymitanam peregrinationem voti persoluendi causa. In qua inter cætera ait, Redde quod præsente Domino spopondisti: incerta est enim vita mortalium: ne ante rapiaris, quam tuam impleas sponsionem. De peregrinatione vero voti persoluendi causa diu ante Helenæ tēpora, retulimus testimonium ex Eusebio in Alexandri peregrinatione.

40. Quinetiam multi hæc loca selegerunt in perpetuum domicilium, seipsos velut perpetuo exilio addicentes: vel vt pœnitentiam agerent de peccatis: quod Hieronymus de se scribit in epitaphio Lucinij, & de Fabiola illustri matrona, quodque Paula humiliter de se profitetur in suo epitaphio: vel vt Deum feruentius colerent, viri & mulieres, monachi & virgines dicatæ

catæ quibus Imperatrix Helena inseruiuit proprijs manibus & de quibus Hieronymus honorificam mentionem facit in illa ad Marcellam epistola.

41. Nec his contenti inuitauerunt alios literis, nuntijs, & monitis ad hæc loca, vt (exempli causa) Hieronymus Oceanum, Pammachium, Desiderium, Lucinium & Marcellam.

42. Ac satis constat morem fuisse iniungendi has peregrinationes in pœnitentiam.

43. Postremo diligenter notandum est, tanti, haec sacra loca olim facta fuisse vt plurima suscepta sint à Regibus & Principibus Christianis bella eo etiam se conferentibus ad ea recuperanda ab Infidelibus, vel tuenda ne rursus in eorum potestatem reciderent.

44. De peregrinationibus vero ad montem Synai, hi nunc occurrunt Authores.

Theodoretus in religiosa historia vbi narrat Simeonem Priscum cum alijs ad eum fuisse peregrinatum: & Ioannes Euiratus cum Sophronio c. 100 prati spiritualis vbi narrat duos monachos eo peregrinatos fuisse: & c. 170 alium orationis causa: & c. 180. Ioannem Anachoretam.

45. Quin & aliae paeregrinationes susceptae sunt à fidelibus ad alia loca, Eusebius enim (exempli causa) narrat libro 5. demonstrationis euangelicae c. 9 locum illum in quo tres angeli apparuerunt Abrahae summo honore ac veneratione cultum fuisse à Christianis.

46. Solum Gregrorium Nyssenum tot & tantis Scriptoribus Magdeburgenses 1 opponunt, qui superstitionem, vt aiunt, ab Helena introductam eleganter refutauerit in epistola, quam integram 2 referunt in eius vita. Sed ea manifeste pseudepigrapha est. Primum, quia nullius Veterum, ac ne Recentiorum quidem ante dissidia huius sæculi, meminit huius epistolæ. Secundo quia nusquam apparet inter opera Gregorij Nysseni. Tertio, nó nominatur is ad quem scripta est. Quarto, ne is quidem nominatur qui eã transtulit in linguam latinam. Quinto, nimis exiguum & Gregorio Nysseno indignum est hoc eius epistolæ principium: Quia me rogasti amice per epistolam, mihi ordine de omnibus respondendum existimaui. Sextó, constat ex operibus quæ certissimo sunt Gregorij Nysseni, & nominatim ex oratione in sanctum Theodorum martyrem, eum referre, approbare, & ingentes vtilitates memorare quæ proueniãt ex peregrinationibus annuis & quotidianis ad sepulchra martyrum: vt suis locis audiuimus. tantum hic citamus hæc eius verba: Quamuis certum & solennem diem quotannis celebremus: nunquam tamen defuit studiose aduenientium multitudo quã-

1 Centur. 4. c. pagina 458.
2 centur. 4. c. 10.

obrem

obrem publica quae huc ducit via formicarum similitudinem conseruat, alijs redeuntibus, alijs venientibus, alijs succedentibus. Qui autem tantopere praedicat peregrinationes ad sepulchra sanctorum Domini; quomodo improbauerit peregrinationes ad loca sacra, & nominatim ad sepulchrum Domini? Septimo, Immo Gregorius Nyssenus ipse sibi contradixisset; quando pleraque argumēta quae adfert aduersus peregrinationes ad loca sacra, si quid valerēt, euerterent etiam peregrinationes ad res sacras & nominatim ad sepulchra martyrum. Octauo, Author huius epistolae ait necesse sibi fuisse pro sancto concilio, habito emendandae Arabicae ecclesiae gratia, ad ista loca proficisci. quod manifeste falsum est. Nyssa enī ciuitas erat Cappadociae cuius episcopi metropolita, Caesariensis erat qui post Basilium fuit Helladius, vt videre est Codicis Theodosiani titulo de fide Catholica: non vero vt Socrates male tradit, hic Gregorius Nyssenus. Neque vero Arabiae paruerunt Caesariensi, sed patriarchae Antiocheno. Nono, cum tres fuerint Arabiae, solum dicit in genere, emendandae Arabicae ecclesiae gratia. Decimo, narrat pijssimum Regem viae facilitatem concessisse curru publico. Sed quis hic rex fuerit, non aperit. ac ne Imperatorem quidem vllum nominat, tametsi satis constet Imperatores tunc Cappadociae, atque adeo Orienti, imperauisse. Vndecimo, Ne ipsi quidem Magdeburgenses ausi fuerunt memorare vllam Synodum Arabicam centuriae quartae capite nono quod est de Synodis: tametsi plurimas synodos hic referant, & hanc eo minus praeterire debuerint: quod ex hac epistola (si Deo placet) appareat etiam Palaestinos huic concilio interfuisse. Duodecimo, fingit hanc sibi causam fuisse proficiscendi ex Arabia in Palaestinam, quod pollicitus esset se vna cum ijs qui sanctis Hierosolymitanis praeerāt ecclesijs disceptaturum, quod rerum illis status esset perturbatus, ac quodam qui medius intercederet indigerent. Quasi videlicet presbyteri Hierosolymitani non haberent suum episcopum, cui necesse erat ipsos obedire: atque adeo Palaestinae Episcopos.

47. Neque vero hic impostor, quisquis fuerit, attulit aliquid aduersus has peregrinationes, quod sit alicuius momenti. Referemus & confutabimus eius argumenta. Principio, argumento haereticis quidem familiari, sed putidissimo, ait Dominum nō praecepisse hoc iter, perinde ac si nihil esset Deo gratum, quod non sit ab ipso praeceptum: quum plurima passim occurrant in scripturis sanctis bona opera non praecepta à Deo: & nominatim 1 vota spontanea. Sed ne egrediamur limites peregrinationum, docuimus sectione nona, earum quasdam esse à Deo praeceptas: quasdam ve- 1. Num. 3.

quibus hic Nouator ad finē malū abutitur. Monachis propria est quies: cui aduersatur peregrinatio, & cum quibusuis hominibus conuersatio. Monachis ergo non conuenit temere Ierosolymam peregrinari. Hinc factū est vt Antonius nunquam Ierosolymam sit peregrinatus. Hinc Hilarion, tametsi Palæstinus in Palæstina habitaret, non nisi semel Ierosolymam profectus est ne videretur sancta loca contemnere hinc Hieronymus, tantus harum peregrinationum laudator nō suadet, immo dissuadet, Paulino monachismum profitenti, ne Ierosolymam proficiscatur. vt videre licet in epistola ad hunc Paulinum de institutione monachi. Hinc Bernardus epistola 319. scribit Lelberto Abbati se suasisse monacho eius, qui leuitate quadam inductus solicitauerat & obtinuerat ab eo profectionem Ierosolymitanam, vt ad cœnobiū suum rediret. Neque enim, inquit, terrenam, sed cœlestem requirere Hierosolymam, monachorum propositum est: & hoc nō pedibus proficiscendo, sed affectibus proficiendo. Mulierum castitati sæpe periculosa est tanta peregrinatio: & sanctimonialibus ea tanto magis ponderanda est, quanto magis obligantur ad seruandam castitatem. proinde nisi huic periculo possint occurrere, ea temere ab eis suscipiatur. Quod si qui vero hoc animo peregrinentur, vt prætextu huius sancti facti helluentur luxurientur, adulteria committāt, & alia huius generis flagitia, impune perpetrent: cui dubium, quin huiusmodi peregrinationes animis detrimentum afferant? Sed hæc non sunt vitia peregrinationum ad loca sancta, sed hominum qui eis abutuntur.

50. His addit, eum qui illos locos adit, nihil amplius habiturum, atque qui in alijs locis habitent. Deum enim vbique esse præsentem. Quod argumentum nititur re falsa: siquidem peregrinantes suo officio recte fungātur: quando hoc bonum opus non potest carere mercede. Probatio vero eius ridicula est. Neque enim quisquam sanæ mentis eo proficiscitur quasi Deus non sit vbique: sed quia Deus in sanctis locis sæpius extraordinarie operetur quodque sanctum sit venerari fide, spe, & charitate sancta loca.

51. Pergit ineptire: Si in locis Ierosolymitanis, inquit, plus gratiæ diuinæ inesset, illic viuentium peccatum non tam frequens & cōsuetum esset. Iam vero nullum est immunditiæ genus quod non audeant. Quasi vero quisquam existimet locum sanctum sanctificare eos qui sanctitatem auersantur. Quid cœlo sanctius? princeps tamen angelus in eo fœdissime cecidit cum innumerabilibus angelis. Silo, Bethel, veteri Ierusalem, ac templo quid olim in terra sanctius fuit? nihilominus immania in eis facinora perpetrata sunt, Igitur locus sanctus sanctificat homines. Verum eo, qui sibi ip

fis non desunt. neque facinora locum arguunt non esse sanctum, præsertim quum in perpetuum consecrata sunt.

52. Ad extremum reddit aliam causam cur profectus sit Ierosolymã, atque vulgo præ oculis habent qui eo peregrinantur: & affirmat se nihil vtilitatis spiritualis ex hac profectione reportasse: sed hoc tantillum emolumenti ex huius itineris confectione consecutũ esse, quod ex collatione cognouerit quæ in Cappadocia erant externis longe sacratiora fuisse. En dignum scilicet finem argumentorũ huius tractatus: nimirũ nudã contra omnium sententiam asseuerationẽ. Eum vero non reportauisse ex hac peregrinatione aliquam vtilitatẽ (siquidẽ eò peregrinatus fuisset) mirũ non esset, vt qui nullam vtilitatem ex ea sperauisset.

53. Sed dicamus etiam de peregrinationibus ad res. Etsi enim antea 1 dedimus earum exempla in peregrinatione Naaman Syri ad Iordanẽ: tamẽ plura exẽpla adferẽda sunt, tũ ex scripturis, tũ ex historia ecclesiastica. Igitur 2 Marcus refert Mariam Magdalene, & Mariã Iacobi, & Salome, cum transisset sabbatum, emisse aromata, & venisse ad monumentum vt vngerent Iesum. Et ex 3 Matthæo, 4 Marco, & 5 Luca constat Hæmorousam peregrinatam fuisse ad Christũ, vt tangeret vel fimbriã vestis eius. Ac clarissime constat ex Ioanne plurimas peregrinationes institutas fuisse à languentibus, cæcis, claudis, aridis, ad probaticam piscinam.

1 *Supra sect. 8*
2 *Marc 16.*
3 *Matth. 9.*
4 *Marc. 6.*
5 *Luc. 8.*
6 *Ioan. 5.*

54. In qua historia multae sunt circunstantiæ, dignae quae notentur: praesertim propter eos qui passim mirabiliũ Dei & sanctorũ operũ rationẽ sibi reddi postulant. Primũ enim tametsi aliae quoque essent aquae in quibus bestiae & earũ exta lauabantur: tamen Deus prae illis õnibus hãc piscinã elegit ad miraculũ. Deinde id erat solum annuum. Adhaec non cõtigebat, nisi prius fieret aestus quidã, seu aquae motus. Praeterea haec motio fiebat ab Angelo. his accedebat quod non omnes infirmi sanabantur: sed tantũ vnus, & is qui primus post aquae motũ descendisset in piscinam. Postremo non habebatur ratio fidei & religionis eius qui descendebat, sed aqua mota ab angelo quemcunque primum descendentem sanabat.

55. Ex historia ecclesiastica addimus his peregrinationibus inchoatã peregrinationem quotidianam fidelium ad sacramentum corporis Domini, & extraordinariam quum peregre ad id proficiscimur, vbi Deus externis miraculis hoc exornat. Istud enim donum infinitis partibus sanctius est terra Moriah, monte Sinay, Silo, Bethel, Hebron, tabernaculo, tẽplo Sancto Sanctorum, arca, & propitiatorio: ad quae Moses & Iudaei peregrinati sũt. Propter hoc donum merito dicimus quod scriptum est in 1 Deuteromonio, non esse aliam gentem tam grandem quę habeat Deos tã

1 *Deut. 4.*

appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Hoc est donum quod non sanctificatur ab altari, sicut 2 Christus ait de caeteris oblationibus humanis: sed quod altaria, ecclesias, omniáque loca sanctificat. quod causa est vt non solum ad id, sed etiam cum eo peregrinemur. Propter hoc narrat 3 Augustinus matrem suam, mulierem sanctissimam, sine vllius diei intermissione inseruijsse altari. adijcit enim, vnde sciret dispensari victimam sanctam qua deletum est chirographum quod erat contrarium nobis. Prosper autem & alij scribunt multos vexatos à daemonibus & plurimos aegritudine confectos, ad hoc Sacramentum adductos, & sanatos fuisse. Neque hîc praeteriri debet quod Gregorius 4 Nazianzenus de Gorgonia sorore sua scriptum reliquit his verbis: Desperatis aliorum omnium auxilijs ad mortaliũ omniũ medicũ confugit noctisque niẽpesta caligine obseruata, cum ieiuus aliquanto morbus vrgeret ad altare cũ fide procumbit, eumque qui super illud colitur cũ magno clamore obtestãs, & caet. tandẽ pia quadã impudentia effertur. caput cũ pari clamore vberrimisq; lachrymis, & caet. altari admouens nec se ante ab eo discessurã minitans, quã sanitatẽ consecuta sit: ac sicubi quidpiã signorum pretiosi corporis aut sanguinis manus condiderat, id lachrymis admiscẽs (ô rem admirandam) protinus liberatam se morbo sentit.

2. Matth. 23.

3 Augustinus lib. 9. Confes. c. 13.

4. in oratione in laudem sororis suae Gorgoniae.

56. Et quod peregrinationibus ad alias quoque res sanctas bona Dei venia vtimur quae non sunt cum hoc Dei dono conferendae, id facimus vt sãctorum exercitiorum varietate fastidium vitemus. 2. vt fides & deuotio augeatur nouis & apertis miraculis quae saepius in peregrinis locis fiunt, domi vero nõ fiunt. 3 vt rerum variarũ à Domino & sãctis suis mirabiliter gestarũ historias ac monumẽta teneamus & colamus 4. vt Dominum nõ tãtum in se-ipso, aut in sacramẽto corporis sui, aut in aliquo vno opere sãctificemus, sed in õnibus quae retribuit nobis, & in õnibus sãctis suis glorificemus. 5. vt nõ vnicum aliquod, sed õnia eius mirabilia enarremus. 6. vt etiã in peregrinis multarum gẽtium cõuẽtibus cõsolemur nos inuicẽ in ea quae est fides nostra, & ipsorum. 7. vt his modis praeparati affecti & instituti cũ maiori fide & deuotione nos geram' erga hoc sacramẽtũ quod licet maximũ sit miraculorũ miraculũ tamẽ ex se nõ tã facit, quã tentat fidem.

57. Igitur religiose etiam peregrinamur ad praeputium Christi: ad sanguinem siue eum qui ex eo quum in terris esset profluxit, vt quidam existimant: siue qui miraculo ex imagine in Berítho ciuitate Syriae, & ex alijs imaginibus prodijt, vt alij sentiunt.

58. Deinde ad praesepe Domini, & precipue ad sãctã crucẽ ad clauos, lanceã, flagella, columnã, sepulchrum, lintea sepulturae & alia similia. Itẽ

ad imagines Christi, ad quas Deo placuit miracula operari. vt quidem olim peregrinatum fuit à fidelibus Cæsaream Philippi ad imaginem Christi illic ab æmorroïssa erectam, donec Iulianus eam frangeret. De peregrinationibus enim ad præsepe Domini a Chrysostomus ita scribit. O si mihi liceat videre illud præsepe in quo Dominus iacuit! Nunc nos Christiani pro honore tulimus luteum, & posuimus argenteum: sed mihi pretiosius illud est quod ablatum est, & cætera.

c. vide Euse bium eccles. histor. libro 7. c. 18.
a homilia de natiuitate Domini ex Luca.

59. Quod autem attinet ad peregrinationes ad sanctum crucis lignum eæ ante non potuerunt fuisse institutæ quam id inuentum esset. adobrutū enim fuerat à Iudæis & gentilibus immensa terra, erectis eodem in loco Veneris & Adonidis idolis, ne quis id istic quæreret. Helena vero diuinitus admonita vt Ierosolymam proficisceretur eius quærendi gratia, id cū titulo & clauis miraculo inuenit: ac partem quidem cum clauis Constantino filio suo misit: partem vero theca argentea inclusam Hierosolymis reliquit. Institutusque fuit in huius rei memoriam annuus dies festus, in quo publice ostendebatur & honorabatur. Cuius Inuentionis authores sunt Eusebius libro 3. de vita Constantini in epistola huius Imperatoris ad Macharium, & in Chronico Cyrillus Ierosolymitanus in epistola ad Constantiū apud Sozomenum lib 4 c. 4. & apud Metaphrasten 7. Maij. Ambrosius in oratione funebri de obitu Theodosij. Ruffinus libro 1. c. 8. Socrates libro 1. c. 17. Theodoretus libr 1. c. 18. Sozomenus libro 2 c 1. Paulinus epistola 11. ad Seuerum in qua hoc quoque miraculum memorat quod crux detrimenta ablationis non sentiret & Chrysostomus homilia 84 in Ioannem.

60. Quos Magdeburgenses summa cum impudentia nihil morati, conati sunt, quantum potuerunt, hanc Helenæ peregrinationem & crucis inuentionem euertere. Nam posteaquam fassi fuissent Eusebium haec in Chronico scribere, Anno Domini trecentesimo vigesimo quinto, imperij Constantini decimo sexto, Helena Constantini mater diuinis monita visionibus beatissimum crucis signum in quo mūdi salus pependit, apud Hierosolymam reperit. addunt, Verum quam facile haec à posterioribus inseri potuerunt? Quod cauillum in veritatem mutatum sic in nos retorquemus: Verū quam longe facilius fuit ea quae scripta erant relinquere? addere nāque labor est: non addere, nullus. Immo nullo pacto facile fuit posterioribus, sed velut factū impossibile, hæc ōnibus Eusebij exēplarib' addere partim quod sparsa essent per totum mundum: partim quod Eusebius eius meminisset libro 3. de vita Constantini in illa Imperatoris epistola ad Macharium, in qua Deo tribuit inuentionem indicij sanctissimae seruatoris passio-

1. centu. 4. c. 13. pag. 1438

nis

ais, quod Magdeburgenses nefario silentio prætereunt: sicut & testimonium Cyrilli. Ambrosij vero testimonium negant esse Ambrosij. Postquam enim citauerunt historiam inuentionis crucis ex oratione funebri de obitu Theodosij, adijciunt, Verum Erasmus iudicat hęc scripta non esse Ambrosij. merito igitur de fide laborat historia. Et quidē Erasmus scripsit in epistola ad pium Lectorem præfixa tertio tomo operum Ambrosij se exhibiturū orationes, epistolas, & conciones ad populum breues, quas non dubitaret esse supposititias. quod postremum verbum solum refert ad conciones: vt manifestū est ex eis quæ sequuntur ad finē vsque epistolæ. Sed Magdeburgenses traditi in reprobum sensum id ad epistolas quoque & orationes trahunt, quod Erasmus non modo non dixit, sed ne somniauit quidē, vt quas ex stylo & alijs constaret esse Ambrosij. Et vt Lector perspicias quanta sit horum hominum leuitas, ijdem in vita Ambrosij tribuunt ei orationem de Theodosio ex iudicio Erasmi. Quoniā vero quatuor historiographi quos post Ambrosium citauimus scripserant titulum fuisse auulsum, nec proinde crucem ex eo potuisse dignosci inter tres cruces (putā, certo) sed excitatione mulieris à mortuis crucem Christi cognitam fuisse: calumniantur eos id improbe ex cerebris suis confinxisse nec animaduertunt Paulinum idē tradere atque hos scriptores, sicut & Chrysostomum multos libros habuisse qui postea interciderunt. Quod autem 2 Chemnitius obijcit Gelasium distinctione 15. vocare scripta de inuentione crucis nouellas reuelationes quæ legendæ sint cum iudicio, iuxta Pauli sententiam Omnia proba te, quod bonum est, tenete, ad apocrypha quædam de cruce scripta absque nominibus authorum pertinet: eiusmodi enim sunt apocrypha: nō ad eorū quos memorauimus scripta. *2 in tractatu de imaginibus pag. 122*

61 Cruce vero inuenta integra examina fidelium ad eam peregrinata sunt, vt manifestum est ex ipso Eusebio in libris de demonstratione Euangelica, & ex vita Mariæ Ægyptiacæ, & apud Leontium in vita Simeonis cognomento Sali, & apud Sophroniū c. 47. in Cosma Abbo. & c. 48. in peregrinatione Cosmianæ vxoris Germani Patritij & c. 49 in peregrinatione ducis Palæstinæ & c. 50. in peregrinatione Thallęi & Gregorij abbatis & c. 105. Christophori. Item ex Paulino. Neque opus est vt plures citemus. quando quidem etiam 1 Magdeburgenses scribunt instituta anniuersa solennitate eo confluxisse ex omnibus terrae partibus Christianos. *1. centu 4 c. 6. pag. 438.*

62. Nec mirum Nam quum iam inde ab antiquissimis temporibus multa Dei erga Iudaeos beneficentiae monumenta seruata sint post vsum etiam in sancto sanctorum, & illic religiose à populo Dei culta fuerint: Crux

omnia hæc sancta monumenta sanctitate longe superauit. Etenim quia Christus istic se in sacrificium Deo Patri obtulit pro redemptione mundi, sequitur Crucem fuisse altare tanti támque pretiosi sacrificij 2. Christus 1 affixit & deleuit in ea chirographum damnationis nostræ. 3 Vicit 2 in ea hostes generis humani: 4 exaltat 3 is in ea traxit ad se omnia 5. ea pretioso eius sanguine aspersa fuit. 6 Neque possumus cogitare 4 & prædicare Iesum Christum crucifixum, nisi Crucis cogitatio nobis occurrat. 7. nō possumus 5 gloriari in cruce Domini nostri Iesu Christi, nisi seriò & cū magna veneratione de ea cogitemus quando gloriari in cruce Domini est gloriari in morte quam pertulit in ligno crucis. 8. Latent 6 in eius forma insignia mysteria quæ 7 Patres hic illic exponunt 9. Facta sunt à Deo plurima miracula per eam, & nominatim duo illa quæ memorauimus, quibus is crucem esse venerandam nobis velut prædicauit.

1. Coloss. 2. 2. eodem c. 3 Ioan 12. 4. 1. Cor. 2. 5. Gal. 6. 6. Ephes 6. 7. Ireneus lib 5. Gregorius Nyssenus, *oratione 1. de resurrectione. August. epist 119. & 120 Hieronymus & Theophylactus in c. 3. Ephes. ad verba vt possitis comprehendere, & alii.*

63. Porro quæ causæ peregrinationum sunt ad crucem, eædem etiam sunt in suo gradu in cæteris passionis eius instrumentis quæ memorauimus, sicut & multæ quoque sunt in sepulchro. Nam fuit locus 1 quietis Christi. 2 Esaias de eo ait, Et erit requies eius: honor quod videlicet locus sepulturæ Domini esset ab omnibus honorandus. 3. Deus in eo multa miracula operatus est. Si nobis, inquit Hieronymus in epistola ad Marcellā sub nomine Paulæ & Eustochij scripta, non credimus: credamus saltem diabolo & angelis eius, qui quotiescunque ante illud de obsessis corporib⁹ expelluntur, quasi in conspectu tribunalis Christi stantes contremiscunt & se dolent crucifixisse quem metuant. Ad inueniendum etiam hoc sepulchrum Helena quoque peregrinata est probante suam profectionem filio Constantino qui id magnifico templo exornauit: & deinde alij infiniti ad nostrum vsque sæculum.

1. psal. 15. 2 Esai. 11.

64. Postremo, fideles passim peregrinātur ad reliquias & memorias Sāctorum, vt quę sāctæ quoq; sint in suo gradu: & ex quib⁹ fideles reportēt magnas vtilitates. Neque vero hæ quoque peregrinationes nunc primum cœperunt fieri: sed olim & inde à principio factæ sunt à fidelibus. Sic enim de peregrinatione ad monumentum Ezechielis scribit Epiphanius: Etenim in terra Spyriorum vir pius ille sepultus iacet: multique ad monumētum eius confluunt ad precationem & obsequium. Sane quando tanta eò frequentia conueniunt, formidant Chaldæi ac metuunt ne illum auferāt quapropter inde egredientem comitantur & deducunt.

Quin-

Quinetiam audiuimus alia occasione ex eodem Epiphanio & Dorotheo martyre peregrinationes ad sepulchrum Ieremiæ.

Morem autem fuisse Christianis etiã durantibus persecutionibus, vt Romam peregrinarentur ad sepulchra Apostolorum Petri & Pauli, historiæ cõplurium martyrum declarant. Nam Maria, Martha, & Audifax venerunt ex Persia temporibus Claudij Iunioris vt eorum acta demonstrant. Idemque etiam Maurus martyr fecisse Inuenitur. Reddita vero ecclesiæ pace Christiani Imperatores eadem inuiserant & demisse venerati sunt. vt manifestum est ex verbis Augustini quæ alia occasione citauimus ex sermone de sancto Paulo, & ex epistola 42. Et cum Imperatoribus præsides & milites ac reliqui Christiani. vt antea quoque apparuit ex verbis Chrysostomi in homilia 66. ad populum Antiochenum, & homilia 26. in posteriorem epistolam ad Corinthios, & in demonstratione quod Christus sit Deus Atque adeo ipsæ Imperatrices vt manifestum est ex literis Gallæ Placidiæ Augustæ ad Pulcheriam Augustam, quæ extant in præabulis consilij Chalcedonensis: Vt Romam, inquit, frequentibus concursionibus adaeque desideremus inspicere, causa est nobis amplectendae religionis, vt terminis sanctorum nostram exhiberemus praesentiam, quos certum est pro sua virtute in cœlestibus constitutos neque inferiora despicere, Nos itaque sacrilegum esse credimus, si solennium ordinem denegemus. Quinetiam Paulinus episcopus Nolanus & 3 Apollinaris Sidonius ad ea peregrinatus est, & alij 4 sanctissimi viri, quorum non est numerus. Quãto porro desiderio desiderauerit Chrysostomus hanc peregrinationẽ testantur haec eius verba in homilia 35. in epistolam ad Romanos: Quis mihi nunc dabit circũfundi corpori Pauli, affigi sepulchro, videre puluerem corporis illius quae adhuc in Christo deerant implentis, stigmata illius gestantis, praedicationem euangelij vbique seminantes? puluerem, inquam, oris illius per quod Christus locutus est? Paulo post: Vellem videre sepulchrum quo recondita sunt arma iustitiae, & arma lucis, membra nunc viuentia: tunc autem quum in hac vita essent mortua. Et quod ampliusest, idẽ Author sic scribit homilia 8. epistolã ad Ephesios Quod si liberum fuisset per curas ecclesiasticas, & corpus habuissẽ validum, nihil vtique causatus fuissem quominus tanta suscepta peregrinatione, catenas dumtaxat illas, & carcerem vbi ligatus fuit, vidissem. Repetitque ideẽ sub finem homil 4e 5 in Iob. Nec mirum quando is ita scribit de peregrinatione ad longe minorem rem homilia 5. ad populum Antiochenum: Itaque nunc multi longum & transmarinam peregrinationem à terrae finibus in

3 epistola 5. libri, in qua etiam dicit se sibi recuperasse sanita.

4. nominatĩ Philoromus presbyter teste Palladio in fine vitæ ipsius & alij: ut apud Sophronium c. 151 prati spiritualis. & Rex Angliæ Ceduualla apud Bedã libro 5. histor. c. 7. & multa millia hominũ, quorũ Nicolaus I. meminit in epistola ad Michaelem,

in Arabiam abeunt, vt fimum illum (puta in quo Iob sedit) cernant, & cõspicati terram deosculentur, quæ illius victoris certamina, & cruoré omni auro pretiosiorem suscepit. Et ad omnes sanctorum reliquias adeundas exhortatus est fideles in fine vitæ Iuuentini & Maximi martyrum.

Teclæ vero protomartyris & primogenitæ Pauli tumulum, qui erat Seleuciæ, multis miraculis illustratum, totius Orientis celebri populorum concursu solitum fuisse visitari, tum probata ipsius Acta, tum etiam sanctorum Patrum testimonia declarant. Gregorius Nazianzenus illuc peregrinatus diutius mansit. Et extant alijs complura exempla apud Theodoretum in Marana & Cyra, Euagrium lib. 3. c. 8. Nicephorum lib. 16. c 8. Procopium de ædificijs Iustiniani, Sophronium c. 180. prati spiritualis in peregrinatione Ioannis Anachoretae, quem narrat etiam peregrinatum fuisse Ephesum ad Ioannem Euangelistam, in Saraphas ad sanctum Sergium, & Euchaitam ad sanctum Theodorum: & septimam Synodum actione ʃ

Frequentes quoque sub Valente conuentus fieri solitos Edessam ad martyrium sancti Thomæ manifestum est ex Socrate libro c. 18,

Et antea significauimus ex Gregorio Nysseno celeberrimas & frequentissimas peregrinationes ad sanctum Theodorum, quas probauerit.

Sed & Basilius eius frater memorat concursum ad reliquias Iulittae Mamantis, quadraginta martyrum. & Gordij: Christianos vero cõcurrisse ad sepulchrum Agnetis etiam sub Persecutoribus, videre licet apud Ambrosium sermone 90. Peregrinationes autem Sebasten versus ad Mausolea Ioannis Baptistae, Elizaei & Abdiæ narrant Ruffinus libro 2. eccl. histor. c 25. & Heronymus Epitaphio Paulæ.

Prudentius vero memorat cõplures peregrinationes fieri solitas ad Hemeterij & Cheledonij, Laurẽtij. Eualiae, Hippolyti, Cassiani, et Petriac Pau
4. cen. 4. c. 8. tri reliquias vt videre est in eorũ hymnis passionibus. Et etiã ipsi 4 Magdeburgenses notãt in vita ipsius eum indicare se Rmam profectũ esse ad venerationem martyrum.

Concursum autem fidelium ad reliquias Fælicis. plurimis exponit Paulinus natali 3. 4 6. & 9. Faelicis qui idem author scribit quoque de peregrinationibus ad loca sanctorum in epi stola ad Marcarium. At operaepretiũ est audire quae Augustinus narrat de ijsquos misit ex Africa peregrinaturos Nolam ad sanctum Fælicem, licet sint prolixa: Elege, inquit, aliquid medium vt certo placito se ambo constringerent ad locum sanctũ se peregrinaturos, vbi terribiliora opera Dei non sanam cuiusque conscientiam multo facilius aperirent, & ad confessionem vel pœna, vel timo-

re,

re, compellerent. Vbique quidem Deus est, & nullo continetur vel includitur loco. qui condidit omnia: vt eum à veris adoratoribus in spiritu & veritate oportet adorari, & in occulto exaudiens, in occulto etiam iustificet & coronet, Veruntamen ad ista, quæ hominibus visibiliter nota sunt, quis potest eius consilium perscrutari, quare in alijs locis hæc miracula fiant in alijs non fiant? Multis enim notissima est sanctitas loci, vbi beati Felicis Nolensis corpus conditum est, quo volui vt pergerent. quia inde nobis facilius fideliusque scribi potest quidquid in eorum aliquo fuerit propalatum. Nam & nos nouimus Mediolani apud memoriam sanctorum, vbi mirabiliter & terribiliter dæmones confitentur, furem quendam quia ad eum locum venerat vt falsum iurando deciperet, compulsũ fuisse confiteri furtum, & quod abstulerat reddere. nunquid non & Africa sanctorum martyrum corporibus plena est? Et tamen nusquam hic scimus talia fieri. Sicut enim quod Apostolus dicit, Non omnes sancti habẽt dona curationum, nec omnes habent dijudicationem spirituum: ita nec in omnibus memorijs Sanctorum ista fieri voluit ille qui diuidit propria vnicuique prout vult.

Idem Author describit etiam peregrinationes & concursum populi ad reliquias sancti Stephani libro 22. de ciuitate Dei c. 8. quod ipsum Euodius quoque fusius facit in libris de miraculis huius beati protomartyris.

Peregrinationes quæ vulgo fiebant ad Babylam & ad alios martyres significat Chrysostomus in oratione contra Gentiles quod Christus sit Deus, in verbis, Tum quæ quotidiana à martyribus miracula, magna affatim hominum ad illa confluente multitudine: & rursus in fine declarat peregrinationes solere institui ad Babylam,

65. Quod autem ad sequentium sæculorum testimonia pertinet, necesse non habemus ea proferre: tum quia qui his testibus non credit, nullis credet: tum quia certum est quo magis descenderimus eos eo plura testimonia inuẽturos Primus enim qui has ad sanctorum reliquias & memorias peregrinationes ex pressis verbis reprehendit, propterea quod diceret eas esse inutiles, fuit Claudius Taurinensis, cui Ionas Aurelianensis respondit libro tertio de cultu imaginum. Hunc secuti sunt Petrobrussiani, quod testatur Author vitæ Bernardi libro 3 c. 5. Et hos rursus Vviclefistæ qui idolatriæ damnauerunt eos qui sancta loca peregrinabãtur: teste Thoma Vvaldensi libro 3. c. 15.

66. Adijcimus pro coronide eas qui sacras peregrinationes propterea aspernantur quod Deus sit vbique: aeque ridiculè facere, ac si (ex-

debetur honos, cum ipsi repræsentemus. Dauid 12 ait Deum gloria & ho- 9.Leuit.19.
nore coronasse hominem. Paulus 13 tribuit omni operanti bonum, hono- 10.Rom.1?
rem ac pacem. Et Petrus, vobis ergo ait, honor credentibus. Atque in tan- 11.Rom.13.
tum bene conuenit honori hominum cum honore Dei, vt is instar calca- 12 psal.8.
ris sit ad Deum honorandum. Filius, inquit 15 Dominus apud Malachiam, 13.Rom.1.
honorat Patrem, & seruus Dominum suum. Si ergo pater ego sum, vbi est 14.1.Petr.1.
honor meus? & si Dominus ego sum. vbi est timor meus? 15.Malac.1.

4. Immo Scripturæ passim tribuunt etiam hominibus magnum ho norem, quem vocant adorationem. Plus est enim adorare quam honora- re. Honorat namque omnes, 1 inquit Augustinus, qui adorat: non autem adorat omnis qui honorat: nam & Fratres secundum 2 Apostolum se in- uicem honore præueniunt, non tamen adorant. Abraham autem 3 adora uit populum terræ, filios videlicet Heth. Isaac 4 precatus est vt populi ser- uirent Iacob, & vt tribus eum adorarent. Iacob 5 rediens ex Mesopotamia adorauit septies pronus in terram fratrem suum Esau, & 6 sic benedixit Iudæ Adorabunt te filij patris tui. Moyses 7 egressus in occursum Iethro adorauit & osculatus est eum. 8 Dauid cadens pronus in terram adorauit tribus vicibus Ionatham. Quinetiam extat locus vbi 9 adoratio Deo & homini simul tribuitur: & benedixit omnis ecclesia Domino Deo Patrum suorum, & inclinauerunt se, & adorauerunt Deum, & deinde Regem Ad dorare enim vulgari scripturarum vsu tantum significat exhibere magnã aliquam venerationem. qualis est ea quæ fit corpore in terram prostrato, vt vidimus in Dauide: vel saltem incuruato, quod iam iam audiuimus in ecclesia. Ita vt incuruare se honoris causa sit adorare, vt videre licet claris- sime ex 10 his scripturæ verbis: Et appropinquantes ancillæ & filij earum incuruati sunt. accessit quoque Lia cum pueris, & cumque similiter adoras- sent, extremi Ioseph & Rachel adorauerunt.

1. Augustinus in lib. cõtra sermonẽ Arianorum c.13.
2. Rom 12.
3. Genes. 23.
4 Genes. 27.
5 Genes. 33.
6. Genes. 49
7. Exod. 18.
8.1.Reg.20.
9. libro 1. Paral c.29.
10. Genes. 33

5. Quinetiã licet colere 1 frequẽtissime dicatur in Scripturis de Deo tamẽ dicitur etiã de hominibus Multi, 2 inquit Salomon colunt personã potentis. Colere nãque nihil aliud est quã affectu alicui inhærere, siue ali- quẽ venerari. Et ad hũc modũ etiã profani Scriptores eo vsi sunt. Sicut e- nim Virgilius (exempli causa) inuocauit Apollinem his verbis, Summe Deûm sancti custos Soractis Apollo: Ita etiam dixit, Solam nam perfidus ille: Te colere. Et Plautus, Ego te semper vt parentem colui. Colimus eti- am parcs amore & officio: minores humilitate & beneficijs.

1.1.Par.29. Esai.19. Daniel.3.
2. Prouer.19.

6. Quod autẽ pertinet ad vocabulũ religionis, id nõ solũ dicitur in Scrip turis de directo in Deũ cultu: sed de ijs quoq; sacramẽtis quæ ad eius cultũ pertinent dicunt enim religionẽ Phase, & religionẽ victimæ. ad quem mo

1. Exod. 12.
2. Num. 19

dum & nos dicere possumus religionem baptismi & aliorum sacramen-
3.Leuit.7. torum. Præterea, quæ dabantur sacerdotibus 3 dicebantur oblati religio-
ne perpetua ex quo apparet religionem etiam dici in bonis operibus erga
sacerdotes. Postremo. Iacobus Apostolus docet religionem puram & im-
maculatam apud Deum esse, & consequenter recte dici, in quibusuis bo-
nis operibus erga proximos, & in fuga huius sæculi, dum per synecdochē
4 ait: Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hæc est visita-
4.Iacob.1. re pupillos & viduas in afflictione eorum, & immaculatū se custodire ab
hoc sæculo. In summa, in quibuscumque irreligiositas est in contemptu,
religio est in eorum obseruatione.

7. Et quidem Sanctos qui cœlum incolunt esse honorandos constat
ex Scripturis his argumentis. 1. Dauid enim apertissimis verbis generali-
ter ait iuxta Septuaginta Interpretum & Hieronymi, ac Chaldaicam, ver-
1. siones: Mihi 1 autem nimis honorificati sunt amici tui Deus. Vbi autē tan-
1.psal.138. tus propheta nullam distinctionem facit inter amicos & amicos: multo-
minus æquum est nos distinguere, sed necesse habemus omnes Dei ami-
2. cos eius exemplo valde honorare. 2. Ipse Deus honorat Sanctos iuxta 2
2.Ioan 12 verbum Domini, Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater me-
3.Luc.12. us qui in cœlis est. Et Christus quoque, ad 3 instar eius Domini qui præ-
cingit se, & facit discumbere seruos vigilantes, & transiens ministrat eis.
Quis autem eos non valde honoret, quos Deus, & Christus, honorant?
4.Matth.5. nunquid nobis pręceptum non est vt simus imitatores 4 Dei & 5 Christi?
5.Ephes.5. 3. Sancti sunt 6 filij Dei, hæredes Dei, cohæredes Christi, 7 principes po-
3. pulorum, 8 rectores gentium, Iudices 9 mundi & angelorum. Vel sola au-
6.Rom.8. tem consideratio tantæ eorum dignitatis abunde docet ipsos esse hono-
7.psal.44.et 46. randos. Quod argumentum est 10 Ambrosij exhortantis populum ad ho-
8.Apocal.1. norandum martyres. 4. Non est mirum quod videamus sanctos valde ho-
9.1.Cor.6.et aliis locis. norari à Fidelibus, quando Dauid olim istud prædixit, quū 11 cicinit: Prin-
cipes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: quoniam dij for-
10.sermo.6. tes terræ vehementer eleuati (id est, honorati & glorificati) sunt: & Do-
4 minus olim sine distinctione loci & temporis 12 pronuntiauerit. Qui ho-
11.psal.46. norificauerit me, glorificabo eum & semen 13 hominū honorabitur quod
12.1.Reg.2. 13.Eccles.10. timet Dominum. sicut e-contra prædixit, Qui 14 autem contemnunt me
14.1.Reg.2. erunt ignobiles: semen 15 hoc exhonorabitur quod præterit mandata Do
15.Eccles.10. mini: & sine 16 honore erunt nouissima impiorum: 17 eruntque deciden-
16.Sap.3. tes sine honore.

17.Sapien.4. 8 Neque vero difficile est intelligere quomodo tantum absit vt ho-
nos

nos sanctis delatus iniuria Deum afficiat, vt is in Deum redundet. Sicut enim qui 1 recipit Apostolos, Christum recipit, & qui Christum recipit, recipit eum qui misit ipsum: & qui 2 Apostolos audit, ipsum Christum audit: & qui spernit Apostolos Christum & Deum spernit: Ita qui Apostolos & reliquos sanctos honorat. Christum & Deum honorat, a quo 3 omne datum optimum proficiscitur. Quod Patres bene intellexerunt. Honor, inquit 4 Basilius, quem bonis conseruis exhibemus, beneuolentiæ erga communem Dominum significationem habet. Et Hieronymus, Honoramus, 5 inquit seruos; vt honor seruorum redundet ad Dominum, qui ait, qui vos suscipit, suscipit me. Eisque 6 cōsen ut Augustinus dū ait: In Petro quis honoratur, nisi ille defunctus pro nobis? sumus enim Christiani, nō Petriani. Et 7 Leontius: Qui enim, inquit, honorem exhibet martyri, vtique honorat Deum, cui testimonium reddidit martyr. qui Apostolū Christi colit, eū colit à quo missus est. qui venerabūdus procidit matri Christi, perspicuum est quia & id honoris offert eius filio.

9. Immo facile est intelligere eos qui Sanctos honorant in nomine sanctorum, accepturos mercedem Sanctorum. nimirum eadem plane ratione qua qui 1 recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit Iustum in nomine Iusti Mercedem Iusti accipiet.

10. Et vero ne Nouatores quidem huius sæculi negauerunt Sanctos corpore exutos esse honorandos Vsqueadeo hęc clara sunt. Immo iam inde ab initio professi sunt se probare certos eorum honores: quos 1 Confessio Augustana quinque memorat. Eius vero 2 Apologia in tres cōtrahit & 3. Chemnitius quoque, tametsi hic neque cum Apologia consentiat in enumeratione & ordine: neque hæc cum ipsa Confessione Aspernati sūt autem reliquos quos fideles Sanctis exhibent honores. Dicemus autem quanta poterimus breuitate ex Scripturis primum de istis honoribus de quibus inter omnes conuenit, quoniam' vtile est vt fideles quoque eos cognoscant. Postea vero alios qui huc pertinent tractabimus.

11. Inprimis Scripturæ docent Deum esse laudandum propter Sanctos & dona eis collata. quæ vt varia sunt: ita ex eis exurgūt multiplicia laudum Dei argumenta Proferemus aliquot testimonia ex veteri & nouo testamento 1. Laudate Dominum in sanctis eius. sic luceat 2 lux vestra corā hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est. Et in me 3 glorificabant Deum Facile autem omnes intelligimus non parūm facere ad honorem sanctorum quod ex Scripturis iudicemus

1. *Matth. 10. & Ioan 13.*
2. *Luc. 10.*
3. *Iacob. 1.*
4. *Basilius in oratione in 40. martyres*
5. *Hieronym' in epistola ad Riparium contra Vigilantium.*
6. *Augustin' in commentariis in psa 44*
7. *Leontius in lib. aduersus Iudaeos de adorāda Christi cruce cuius fragmentū Ioānes Damas citat lib 1 de Imaginibus.*

1. *Matth. 10.*

1. *c. 21.*
2. *c. de Inuocatione Sanctorum.*
3. *in examine decreti concilii Tridentini de veneratione Sanctorū pagina 621.*

1. *psal. 149.*
2. *Matth 5.*
3. *Gal. 1.*

Christum sed etiam Sanctos imitandos, ne causaremur imitationem Dei & Christi esse nobis impossibilem, sed spem conciperemus nos ea praestare posse quae eâdem qua nos infirmitate circundati praestitissent. Pertinetque etiam illud manifeste ad non exiguum eorum honorem. Scripturae quae id docent sunt plurimae. Contenti autem hic erimus iis ex Paulo: Qui 3 sectantur vestigia Abrahae. 4 Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Imitatores 5 mei estote fratres. Vt non segnes 6 efficiamini, verum imitatores eorum qui fide & patientia haereditabunt promissiones. Ideoque 7 & nos tantam habentes impositam nubem testium.

3. Rom. 4.
4. 1. Cor. 4. & 11.
5. Phil. 3.
6 Hebr. 6.
7 Hebr. 12.

15. Fueruntque isti Sanctorum honores, & quae ex eis profluunt vtilitates, maxima ex parte causa cur habita sit iam inde ab ecclesiae initio maxima cura, vt fideliter describerentur vitae res gestae, & exitus Sanctorum. Quod testatur, liber Pontificalis sub nomine Damasi, 1 Smyrnensis epistola de Martyribus passis sub Marco Aurelio & Lucio Vero Imperatoribus, Literae 2 Viennensis & Lugdunensis Ecclesiarum, Dionysij 3 Alexandrini aliquot epistolae, & 4 Pontius Cypriani Diaconus. Quemadmodum enim ex igne naturaliter (vt 5 Basilius inquit) emicat splendor, ex vnguento quoque praestanti diffunditur odor: sic è sanctorum commemoratione gestorum ad omnes prouenit vtilitas. Sed dęmonis & maleuolorū hominum operâ multa eiusmodi scripta deprauata fuerunt, vt 6 Arnobius scripsit, plurima vero etiā incorrupta scripta persecutione Diocletiani interierunt, vt qui sacros Christianorum 7 libros iussecit exuri. Euaserūt tamen hos furores non pauca vetera monumenta, quorum multa ad manus Veterum qui statim à persecutionibus vixerunt. Quibus deinde paria doctissimi & sāctissimi quiq; praestiterunt. Quae Aloysius Lippomanus & Surius maxima diligētia collegerūt: Caesar vero Baronius eas acte examinauit.

1. apud Eusebium eccl. hist. lib 4. c. 14.
2. apud Eusebium lib. 5. c. 1. & 3.
3. apud eundem lib. 6 c. 33. & 34. et lib. 7. c 10.
4 in vita Cypriani
5 in oratione in Gordium martyrem.
6 libro cōtra Gentil. 5.
7. test. b' Eusebio lib. 8. c. 2. & 3 Optati Augustino & aliis.

16. Verum quia Chemnitius nō ignorabat plurima ij cōtineri quae ipsi⁹ & aliorū Nouatorū studijs essent aduersa, calūniatur 1 impudētissime Lippomanum & Surium sub Veterum nominibus nouas cōfarcinasse Legēdos, vt videamur nō destitui vel primitiuae eccl. testimonijs & alio loco vocat fabulas. Oportebat autem eum probare quae his impingit crimina.

1 in examine decreti concilij Tridētini de sanctorū inuocatione pagina 881.

17. Huic similis atque maior calumnia quam 1 sic effert, De Pontificia vero ecclesia cōquerimur quod illos sanctorum honores de quibus scriptura loquitur (putâ, quod iam-iam tractauimus) nec seruant, nec vrāt, nec requirunt: sed eos obscurāt, peruertunt, & tollunt. Cuius priorem partem accipit ab 1 Apologia Confessionis Augustanae quae magna impudentia ait: Hos vero honores non requirunt Aduersarij: tantum de Inuocatione rixantur, Antididagma namque Coloniense clarissime refutat hoc men-

1 in exami. decreti de venerat. Sanct pag 63
1 in eod. tractat pag. 610
1 in t. de Inuocatione de functo. 'bmo.

dacium, vt quod apertissime meminit laudum Dei & Sanctorum, & alij plurimi qui imitationẽ tractauerunt. Ac vt nullá quibus disputatio fuerat Cum eis mentionem istorum fecissent, mirum id non esse, quando nullus ea in dubium reuocaret.

18. Tertia vero calumnia est qua ait Pontificios velle consequens esse, si Sancti sint venerandi, esse inuocandos. quasi ex eo quod Scriptura

1. in eodem tractatu pagina 618. tradidit genus (nimirum Sanctos esse honorandos) sequeretur ista species, quum nullus talẽ cõsequentiã statuat. Catholici enim docent ex Scripturis & traditione sanctos nobis prodesse suis meritis, eos orare & multa impetrare pro nobis, eos regere nos, eos recte & fructuose à nobis inuocari, & alia his cõsentanea. ac tũ aiũt hæc quoque ad magnos Sanctorũ honores pertinere. Dẽ quibus quia sufficienter diximus, & Nouatores hęc negantes atque in primis hunc Chemnitium, reiecimus causa non est quamobrem ea hic repetamus. Tantum dicemus de honore quem primo audito hoc nomine concipimus, & populus vulgo intelligit: ac de adoratione & cultu Sanctorum, quæ illi quoque improbe negant.

1 centu. 4. c. 4. pag 140. 2. Rom 1. 19. Magdeburgenses enim 1 expresse scribunt omnes mortuorum adorationes vt idololatriam damnari. Vis scire Lector quibus scripturis? Coluerunt 2 ea quę condita sunt super eũ qui cõdidit: &, vt nõ adorent dæmonia, & simulachra, aurea, argentea, ærea, & lapidea, & lignea. Quis non tremat ad eiusmodi probationes? Æra mouent Corybantes, fugite pueri. Ac vt serio loquamur, Quis non defleat mundum ita esse traditum in reprobum sensum vt eiusmodi nænijs impulsus respuat licitam Sanctorum adorationem quos isti improbe mortuorum appellatione denotant? Ne-

3. Apocal. 9. 4 pag. 340. que tamen his contenti sunt: Sed 4 antea quoque notant Scripturas inter peccata contra secundum præceptum decalogi numerare adorationem hominum & angelorum: Illius enim extare exemplum Actorum 10. vbi Cornelius procidens ad pedes Petri adorabat eum. Petrus vero, erexit eum dicens surge, & ego ipse homo sum. Huius vero, vbi Apocal. 19. & 22. Ioannes prohibetur adorare angelum. Ex quibus & ex c. 14. Actorum Magdeburgenses superiori loco sic argumentantur. Sancti quũ hic viuerent indignissime tulerunt eiusmodi venerationes, vt iam iam apparuit in Petro Act. 10. & etiam manifestum est Act. 14 vbi Paulus & Barnabas turbam Lystrensem sibi sacrificare instituentem, scissis vestibus maximo cum dolore abigunt, & interdicunt. Et cum Angeli adorari nolint Apocal 16 & 22. multo minus Sancti mortui ęquo animo adorationem ferent. Nam Apocalypsis 16 cum Ioannes cadit ad pedes angeli adorans

ris eum, inquit ille: Vide ne feceris conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorũ habentiũ testimoniũ Iesu: Deũ adora. Eadem Apocal. 12. repetũtur.

20. Vtunturque eisdem Scripturis [1] Caluinus, [2] Chemnitius, & cæteri Nouatores aduersus omnem angelorum & Sanctorum corpore exutorum adorationem, quam nullam penitus ferunt: sicut nec vllum cultum.

21. Et quidem si Magdeburgenses numerassent inter peccata contra secundum præceptum quandam adorationem hominum & angelorum, non aberrassent à veritate. Fuerunt enim quidam homines vsqueadeo superbi, vt se & Deos haberi, & pro dijs coli voluerint nominatim [1] Alexander Magnus, [2] Caius Caligula, & alij. Quibusdam autem ab alijs delati sunt diuini honores: ipsis, vel eos non recusantibus, quo in numero fuit [3] Rex Agrippa, & Aman, vt [4] colligere licet ex verbis Mardochæi: vel eos aperte improbantibus, quod piissime fecerunt [5] Paulus & Barnabas apud Lystrenses: qui visa curatione claudi dicebant: Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos, & vocabant Barnabam Iouem, Paulum vero Mercurium: quorumque sacerdos Iouis tauros & coronas ante ianuas afferẽs, ipsis volebat sacrificare ex quibus certissime constat Lystrenses voluisse colere eos pro dijs vt [6] Augustinus quoque notauit. quod proinde facit aduersus licitos sanctorum honores. Fuere etiam qui Angelos impie colerent iuxta doctrinam Platonicorum, Magorum, & hæreticorum, quod tractauimus titulo 11. Sed dum generaliter loquuntur, insigniter errant.

22. Sed vnus ex scripturis sectione 4. complura piorum exempla qui alios adorauerunt. Damus autem hic adhuc plura. Patriarchæ adorant Ioseph. [2] Dauid adorat regem Saul pronus in terram, Abraham tres illos viros quos ignorabat esse angelos adorauit in terram. Et Loth [4] iustus duos angelos quos iudicabat esse viros [5] adorauit pronus in terram. Ruth [6] cadens in faciem adorat Boos. [7] Abigail procidit coram Dauid super faciẽ suã, & adorauit super terrã, & cecidit ad pedes eius. Bersabee [8] inclinat se, & adorat Regem. [9] Iudith prosternit se super terram, & adorat Holofernem. Miphiboseth corruit in faciem suam, & [10] adorat Dauid, & [11] Ornan quoque, ac [12] Nathan.

23. Caluinus proinde cautius sibi locutus visus est. Fatetur enim multos adoratos fuisse, sed ciuili honore: non vero religioso. sic [1] enim scribit: Legimus quidem sæpe, adoratos fuisse homines: sed ille fuit ciuilis honor vt ita dicam. Religio autem aliam habet rationem, quæ simul atque coniuncta est cum cultu, diuini honoris profanationem secum trahit. sed necessarium erat ei qui hanc distinctionem proderet, vná quoque clare ex-

1 lib. 1. Inst. c. 12. sect. 3.
2. in examine decreti cõcilij Tridentini de veneratione Sanctorũ pag. 619. & 620.
1. vide Curtium, Iustinum & alios
2 vide Philonem in libro de legatione ad Caium.
3. Act 12.
4 Ester. 13.
5. Act. 14
6 in commẽtarijs in psal 90.
1 Genes. 42.
2 1. Reg. 18.
3. Genes. 18.
4. 2 Pet. 2.
5. Genes. 19.
6. Ruth. 2.
7. 1 Reg. 25.
8 3. Reg. 1.
9. Iudith 11.
10. 2 Reg 9
11. 1. Par. 21.
12. 3. Reg. 1.
1. lib. 1. Inst. c. 12. sect. 3.

ponere

ponere quem diceret honorem religiosum: maluit autem more hæreticis familiari qui sua quantum possunt celant, id subticere, ne forte suam nouam distinctionem tueri non posset. Examinabimus tamen eam, & futilem ac falsam esse declarabimus.

24 Ostendi nos sectione 6 ex 1 Moyse & 2 Iacobo Apostolo Scrip-
1. Leuit 7. turas religionem etiam tribuere bonis operibus erga sacerdotes, & alios
2. Iacob. 1. proximos nostros. Deus autem præcipit quos hic vocat ciuiles honores, vt manifestum est ex sectione tertia. Igitur recte veniunt appellatione religiosorum honorum, & sunt fidelibus religiosi honores. Nempe aliam filij huius sæculi, & aliam filij Dei honorum causam habent. Nam qui optimi inter illos habentur, præstant hoc officium, quod videant id rationi consentaneum esse, vt obseruatis quibusdam gradibus familiæ & Republicæ facilius conseruentur. Plerique vero qui sunt cæcitate hanc ciuilitatem sectantur vt audiant ciuiles, vt se insinuent in eorum quibus honoré exhibent beneuolentiam, vt eo gradum sibi parent ad opes, honores, potentiam, & alia eiusmodi. Fideles autem quandocunque & cuicunque honores deferunt, id propterea faciunt quod Deus eos præceperit, quodque in eis agnoscant certa Dei dona: eorumque scopus est honorare homines propter Dei dona, seu Deum in hominibus & donis suis. Exempli causa. Honoramus Diuites cum Ruth, quia scimus eos 4 esse constitutos à Deo
3. Ruth. 1. dispensatores bonorum suorum externorum honoramus senes iuxta 5
4. Leu. 11. et 16. consilium Mosis, quod hi plærunque præstent cæteris prudentia: insigni Dei dono. Honoramus 6 Parentes, quod Deus per eos largitus sit nobis
5. Leuit. 19. 6. Exod. 20. esse & viuere. Honoramus cũ 7 Ornam 8 Nathan propheta, & similibus
7. 1 Reg. 1. Reges, quia in eis agnoscimus 9 potestaté quæ à Deo est ad salute populorũ
8. 1. Para. 21 25. sed quum varia sint in hominibus Dei dona, nullum est omnium
9. Rom. 13. cõfessione, praestantius, & quod magnum honoré, qué scripturae vocant adorationem, magis mereatur, virtute, & praesertim pietate ac sanctitate, quod ne ipsum quidem Aristotelem latuit: vt qui tradiderit honorem esse praecipue virtutis praemium. Quanto minus illud latuit Abraham, Iob, & similes? quos si quis dixerit solum ciuiliter, non vero religiose adorauisse quos memorauimus, ne hic turpiter errauerit. Honos ergo qui alijs exhibetur à Fidelibus, siue causam impellentem spectes, id est, Dei praeceptũ, siue consideres id quod in eis dignum est honore & praesertim pietatem, est religiosus. Ita vt licet distinctio in honores ciuiles & religiosos locum aliquo pacto habere possit apud filios huius saeculi: tamen locum non habent apud fideles.

26. Quod ipsum veterũ quoque Sanctorum adorationes alijs prop-

ter pietaté & alia supernaturalia Dei dona exhibitæ manifeste declarant. Pietas enim 1 promissionem habet vitæ quæ nunc est, & futuræ, & qui ea præditi sût vasa 2 dicûtur quæ Deus creauit in honoré, 3 quibus dignus nō est mundus. Abdias timens dominum 4 cecidit in facié suá corá Elia, qui vtique minor isto erat iuxta sæculum sed Elias quia clauserat cœlû quęre batur ab eo vt cœlû aperiret. Filij 5 Prophetarû veniétes in occursû Elizæi adorauerût eû proni in terrā. et ratio redditur quod viderét super eû requi euisse spiritû Eliæ 6 Sunāmitis corruit ad pedes Elizæi, & adorauit sup terrā quod scriptura narrat accidisse, quā vidisset filiû suû suscitatû à mortuis. 1.1.Timo.4. 2.Rom.9.10 3.Hebr.11. 4.3.Reg.18 5.4.Reg.2. 6 4.Reg.4.

27. Immo inuenias aliquos, qui tametsi nō essent fideles, tamē perspectis ingétibus miraculis religiose adorauerint Sãctos nō aspernãtes has adorationes, Custos nāq; 1 carceris ciuitatis Thyatirenorû tremefactus terrae motu & alijs mirabilibus, procidit ad pedes Pauli & Silæ nō recusantium hanc adorationé. Et Nabuchodonosor, 2 tátus Rex adorauit Danielé vnû ex captiuis suis. & cõsequéter alio honore atque. ciuili putâ religioso, adorauit enim eû tanquā Deo plenû quod ostédunt haec eius verba, Vere deus vester Deus deorû est, & Dominus Regû, quoniā tu potuisti aperire hoc sacramentû. Nec quod paulo post dicitur obtulisse sacrificium Danieli, hûic cõtrariû est: quin potius ad augmétû honoris eius pertinet. Obtulit enim Danieli sacrificiû, id est, propter victimas vel alias res vt eas offerret Deo suo, de quo paulo āte dixerat, Vere Deus vester deus deorum est, & cet. 1.Act 16. 2 Daniel.2

28. Quid, quod 1 Esaias religiosa regû Christianorû officia, & pios, eosque insignes, erga Ecclesiā his verbis prophetauit? Et erunt Reges nutricij tui, & reginae nutrices tuae vultu in terrā demisso adorabunt te & pulueré pedû tuorum lingent? Quid quod Dominus Ecclesiae Philadelphiési haec pollicetur: Et faciā vt veniant (nimirum inimici tui) & adorent ante pedes tuos, quia ego dilexi te? Nota Lector hanc causam. 1.Esai. 49. 2.Apocal.3.

29. Itaque quod 1 Petrus Cornelium ad pedes suos procidenté & se adorantem eleuauit dicens, surge, & ego ipse homo sum, non est accusatio alicuius peccati ipsius (quod ne ipse 2 quidem Caluinus potuit explicare eo loco quo damnant eum peccati) & multo minus idolatriae (vt alij impudenter dicunt improbante 3 eos etiā ipso Caluino) sed est humilis recusatio delati honoris, & aequitati conditionis naturalis innixa, cuius consideratio semper fuit magnis viris occasio virtutis. Nunquid 4 inquiebat Iob, non in vtero fecit me qui & illum (seruum meum) operatus est? & formauit me in vulua vnus Ac multi etiam num sunt qui honores iuste sibi delatis, etiam à minimis, vel apertis verbis, vel in corde, referant in Deum verbis, honor sit Deo. 1.Act.10. 2 Instit.lib. 1 c sectione 5 3.eadem sect. 4.Iob.31

humiliter sentiens 1 scripsit se esse minimum Apostolorum, qui non esset dignus vocari Apostolus, non sequitur nos de eo sic sentire debere: Ita ex eo quod 2 Petrus sensit se hoc Cornelij honore indignum & eum humiliter recusauit, consequens non est eum ipsi impensum fuisse contra legem Dei, ac male eos agere qui sāctos homines propter pietatē adorāt, hoc est valde honorant. Quin potius tali recusatione magis ac magis inflammari debemus ad eos deinisse honorandos: vt qui sciamus nullos magis 3 honore dignos esse, quam eos qui honores fugiunt. ideoque merito idem his accidere, quod Iesu Christo Domino suo: cuius miracula 4 beneficijs ab eo affecti tanto magis prædicabant quanto magis præcipiebat ne ea euulgarent.

1. 1. Cor. 15. *2. Act. 10.* *3. Luc. 14.* *4. Marc. 7.*

32. Porro qua humilitate Petrus adorationem Cornelij recusauit, eadem Angelus Apocalypsis 19. & 22. non tulit post Christi incarnationem adorationem Ioannis & Apostoli, & dedicati Euangelistæ, & iam conscij mysteriorum admirandorum. Sicut enim Petrus pro causa suæ recusationis allegat, & ego ipse homo sum: ita hic, conseruus tuus sum, & fratrum tuorum: & sicut ille adorātī dicit, Surge: ita hic adoraturo ait, vide ne feceris, & eum à se ad Deum, cui ab omnibus honor & gloria debetur, adorādum ablega eo (exempli causa) modo quo si tribunus honoranti se Centurioni humiliter dicat, ne me honores, qui sum tuus cōmilito, sed honora Regem: quod non fuerit sibi honorem tanquam illicitum prohibentis, sed cum humilitate recusantis. Neque vero si hęc adoratio impia fuisset, Ioānes vsqueadeo male memor fuisset prioris angeli prohibitionis, vt iterum ad eundem, vt aiunt, lapidem paulo post turpiter offenderet. Quare quod ante admonitus paulo post non cessat à voluntate adorandi angelū, nobis documēto est, non solū sanctos angelos rectè à nobis adorari, id est, valde honorari. verum etiam nos non debere cessare ab hoc officio præstando, etiam si sciremus eos id humiliter recusaturos.

33. Neque tamen sum nescius Augustinum his locis adorationem 1 sumere pro adoratione quæ in Deum quadrat. sed is nihilominus longe abest vt accuset cum istis hæreticis tantum Apostolum criminis profanationis honoris Dei, vel quod pessimum est, idololatriæ: quibus sceleribus nihil pudet Nouatores tantum Apostolum, martyrem, & tum grandæuum, conspurcare. Vindicat enim eum ab his criminibus hac excusatione quod talis appareret ei angelus. vt posset existimari esse Deus. Prior 2 namque angelus apparebat cum potestate magna, ita vt 3 terra illuminaretur à gloria eius. Et alter 4 vsurpabat verba, Ecce venio velociter, quod proprie

1. August in libro quæstionum super Genesim c. 61. & in cōmentariis in psal. 96. *2. Apocal. 19* *3. Apocal. 18* *4. Apoca. 22*

lexissent Azariam esse Raphaelem angelum, trementes ceciderunt in faciem suam super terram. 7 Iob. 12.

35. Qualis autem fuit de adoratione Angelorum Scripturarum doctrina, talis etiam fuit ecclesiæ sententia. Proferemus aliquot huius rei testimonia.

Origenes lib. 8. contra Celsum folio 140. Quod si in vero hic (puta, Celsus) nosset veros Dei cultores & seruos, post vnigenitum Iesum, & Gabrielem & angelos cæteros & archangelos nil ignoraret, vel his quidem seruiendũ iam fateretur. Eusebius Cæsariensis libro 7. de præparatione Euangelica c. 5. Hæc Hebræorũ dogmata merito erroribus gentium spretis complectimur, virtutes cœlorum vt Dei ministros honorantes, & Pantaleon Diaconus ait Michaelem esse valde honorandum in oratione de eo apud Simeonem Metaphrasten.

Non vtimur autem testimonio Iustini ex 2. apologia iuxta versionem Sigismundi Gelenii, eoquod nisi forte inciderit in aliud exẽplar græcum, non recte vertit Iustinum pendentibus dictionibus angelorum exercitum, non à verbis colimus & adoramus, sed à διδάξαντα, id est qui docuit nos, & angelorum exercitum, vt etiam colligere licet ex eadẽ apologia infra centum fere versibus.

Quod autem quidam Patres scribunt angelos non esse adorandos, sentiunt de adoratione per antonomasiam de qua paulo post dicemus.

36. Porro quod Sanctis quoque corpore exutis debeatur honos religiosus & adoratio religiosa, certũ est his argumẽtis, Supra sectione 26 ostẽdimus varijs Scripturarum exemplis sanctos in hoc sæculo honoratos fuisse hoc cultus genere. Quæcũque vero causa sũt cur sanctos sic honoremus cumulatiora & durabiliora in ipsis sunt in cœlo, vbi nullũ periculũ est casus siue peccati, propter quod scriptũ est Ante mortẽ ne laudes hominẽ quẽquam. Verbi gratia Abdias ob sanctitatem & potestatem Eliae honorauit eum casu super faciem suam. Qui autem cœlum incolunt sunt sanctissimi, & maximã habent potestatem, vt ostendimus titulo 14 filij Prophetarũ adorauerunt Elizaeum, quia videbant spiritum Eliae requieuisse super eum Videmus autem oculis fidei cœlicolas esse plenos Spiritu sancto. His addimus quod Esaias prophetauit de ecclesia huius saeculi futurum vt Reges & Reginae vultu in terram demisso eam adoraiẽt, & puluerem pedum eius lingerent, vt diximus sectione 28. Apparet autem ex descriptione ecclesiae triumphantis in Apocalypsi hanc isti quae in terris est longe praestare. Igitur Sancti qui in cœlo sunt & sigillatim, & multo magis omnes

simul recte à fidelibus religiose honorantur & adorantur. Scripturæ namque varijs locis vtuntur hoc argumenti genere, à minori ad maius, nominatim Iob 25. 1 Reg. 13. Eccles. 1. & Heb. 12. Proinde merito conuertimus

1. vide supra sectionem 19

argumentũ Nouatorũ, & in alijs Magdeburgensium in hanc formã: sancti quum hic viuerent non indigne tulerunt hos honores sibi exhiberi, & multo minus damnauerunt eo idololatriæ, tametsi acciderit vt Petrus vbi expediebat eos humiliter consideratione æqualitatis naturæ recusauerit. Ergo multo minus nũc indigne ferre possunt eos sibi post hãc vitã deferri.

37. Iam iam apparuit sanctos angelos recte à nobis honorari religiose. Sancti vero corpore exuti sunt socij angelorum & ἰσάγγελοι. Ergo merito quoque religiose honorantur à nobis. & optimo iure conuertimus argumentum 1 Nouatorum in capita eorum, hoc modo. Cum sancti angeli ferant se hic religiose adorari à fidelibus, dubium esse non potest quin nostra similis adoratio sanctis quoque corpore exutis grata fuerit & sit.

1. vide supra sectionem 19

38. Intelleximus sectionibus 11 & 14. Nouatores agnoscere in Sanctis hos honores, quod deus iure propter eos laudetur & clarificetur, quod ipsi met quoque Sancti merito laudentur, quod nobis sint propositi secũdum Deum & Christum ad imitandum. qui non ciuiles, sed religiose: non paruri, sed magni sunt honores. Iniquum autem est vt eis negent minores honores, qui tribuant maiores. His addimus, eos prodesse nobis suis meritis, eos orare pro nobis & multa impetrare. eos recte & fructuose à nobis inuocari vt orent pro nobis, atque adeo vt nos etiam operibus adiuuent. Hæc autem plurimum augent cumulum honorum ipsorum. Honos vero externus sequitur hos (vt ita dicam) honores facti velut vmbra corpus & cuius generis sunt hi honores, id est religiosi, talis etiam est iste.

39. Neque tamen Nouatores concessione trium illorum honorum satisfaciunt scripturis quas citauimus sectione septima pro Sanctorũ honoribus: sed tenentur eis adhuc irretiti ad suam salutem, siquidem intelligere velint: in minus, perditionem. Quum 1 Dauid ait sibi nimis honorificatos esse amicos Dei, non excludit ab honoribus externam veneratioñe amicis Dei debitam in hoc sæculo: ergo non priuat eã Sanctos corpore exutos. loquitur enim de honoribus & Sanctis indefinite. neque æquum est vt sancti corpore exuti deterioris sint conditionis quàm quum hic viuerent. Christus apud 2 Lucam ea similitudine vtitur in honoribus Sanctorum, quæ manifeste pertinet ad honores externos, dum meminit Domini qui præcingit se, & facit seruos suos discumbere, & transiens ministrat eis. Præterea, quis non videat, nisi qui claudet oculos, externum quoque honorem deberi 3 filijs Dei, & hæredibus, ac cohæredibus Christi, 4 principibus

1. psal. 138.
2 Luc. 12.
3 Rom. 8.
4 psal 44.

cipibus

cipibus populorũ, 5 rectoribus gentiũ, iudicibus 6 mundi & angelorũ? ne-
q; istorũ honorẽ posse esse ciuilẽ: sed religiosum? Et sicut 7 exhonoratio, *5 Apocal. 1.*
vt ita dicã, & 8 ignobilitas quas deus minatur cõtẽptorib⁹ sui, pertinẽt etiã *6 1. Cor. 6. & alijs locis*
ad ignominias externas: ita & nobilitas. 10 honor quos promittit se honorifi- *7. sapien. 3.*
cãtib⁹ & obseruãtib⁹ mãdata sua debet et quoq; cõplecti honores externos. *& 4.*

40. Postremo, Saul quatumuis impius, adorauit animã Samuelis sibi ap *8. 2 Reg. 2.*
parentẽ. Et intellexit Saul, inquit Scriptura, quod Samuel esset, & inclina *9. 1. Reg. 2.*
uit se super faciẽ in terra, & adorauit. Manifestum est autẽ, vt non semel *10. Eccle o*
diximus, ciuilẽ honorem non quadrare in defunctos. Neque dici potest
Saul in hoc facto errauisse quando neque Samuel, neque Scriptura eum
tura eũ propter hoc factũ reprehẽdit. Igitur Saul reprobo hac in parte pe
iores sunt, qui sanctis defunctis negãt adorationẽ externã eãque religiosã.

41. Loquuntur tamẽ Scripturæ nonnunquam de adoratione perin-
de ac si adoratio in solum Deum quadraret. vt quũ aiunt, vt 1 adoraret in
Silo, vt 2 adorarent in die festo, neque in 3 monte hoc neque Ierosolymis *1. 1 Reg 1.*
adorabunt. Sed vtuntur adoratione in hac significatione tropo exoches *2. Ioan 12.*
quo etiam non infrequenter vtuntur in 4 religione & 5 cultu. Est enim *3 Ioan. 4.*
hic tropus familiaris Scripturis. *4. Exod. 19. & Act. 26.*

42. Et quoniam expediebat hæc vocabula cum rebus, proprijs nomi *5. Rom. 1.*
nibus inter se distingui, neque vlla occurrebant hebræa vocabula, quæ tã-
tum in honorem solius Dei quadrarent, ne illud quidẽ quo scriptura vti-
tur Deuter 6. & Exodi 20. cum ait, nõ adorabis ea, vt videre licet Genes.
17. 18. & 23 neque vero etiam Latina: Vt suo loco 1 apparuit de honore, a-
doratione, cultu, & religione: animaduersum fuit à Veteribus, græcis & la *1. sectionibus*
tini, λατρείαν semper dici ab authoribus sanctarum scripturarum de Dei *3. 4. 5. 6.*
adoratione & cultu. Etsi enim profani Scriptores græci, & nominatim Xe
nophon in tertio Cyripædiæ vtantur etiam in creaturis verbo, latreuo
pro seruio: ac, quod amplius est, septuaginta Interpretes vocauerint Leui.
23. opus seruile, latreuton, & vbi præceptum est, non dabis de semine tuo
seruire principi, transtulerint, latreuein, ac in Iob mendicã dixerint latrin,
tamen diuini authores, quales non sunt 70 Interpretes, licet eorum mag-
na sit authoritas, latrian soli Deo tribuerunt. nominatim Lucas c. 2. latreu
ousa quod interpres vertit, seruiens, Et Paulus Philip. 3. latreuontes qui
seruimus, & Heb. 9. εἰς τὸ λατρεύειν θεῷ ζῶντι id est, ad seruiendum Deo
viuenti. Idemque c. 1 epistolæ ad Romanos reprehendit eos qui elatreusã,
hoc est, qui seruierunt creaturae potius quã creatori Sed & diuinus Mat-
thaei Interpres ac Lucas, quod scriptum est Deuteronomij 6 Et illi soli

seruies, dixerunt, λατρεύσεις. Deniq; tũ Paulus, tum alij sui ordinis, deduxerunt ab illa huius vocis significatione, Idololatriã. Itaque velint nolint, hæretici Dei adoratio siue adoratio per antonomasiã, recte appellatur λάτρεια secundum consuetudinem, inquam, qua locuti sunt qui diuina eloquia cõdiderunt. quos vtique fideles oportet præ alijs sequi.

43. Maior autem prima facie difficultas se offert in inueniendo nomine apto ad distinguendum ab adoratione Dei adorationem & cultũ creaturarum. δουλεία enim, qua veteres eam designarunt, non solum creaturis, quod vbique obuiũ est, sed etiã Deo tribuitur, à diuinis Scriptoribus iuxta atque ab alijs, vt (exempli causa) à Luca Act. 20. δουλεύων τῷ κυρίῳ & à Paulo Gal. 4. δουλεύων τῷ κυρίῳ. Ac sacræ scripturæ non solũ reprehendũt eos qui latriam exhibuerunt creaturis, verum etiam eos qui duliam falsis
1. Gal. 4. dijs tribuerunt. Apostolus enim vitio 1 dat Galatis quod duliam exhibuissent his qui natura non essent dij, edukusete. Et 2 Christus cultum quem
2. Matth. 4 & Luc. 4. satanas solum verbo προσκυνεῖν exigebat, repellit seuere, postremo, quũ seruire maius quiddam esse videatur quã colere, quod latreuein significat eo quod ei seruire durum esset sæpenumero, quem colere non recusaremus, iniqua videtur prima facie distributio qua Sanctis assignetur quod maius est, Deo vero relinquatur quod minus est.

1. Instit. lib. 2. hoc autem casu tit. quibus modis testamenta infirmentur. 44. Sed hæc diligenter examinanti facile est perrumpere istas difficultates, & peruidere honorem & adorationem, qui tribuuntur creaturis recte fuisse à Veteribus appellatam duliam ad distinctionem latriæ. non quidem ea ratione quasi scripturæ duliam solis creaturis tribuant: ostendimus enim hoc esse falsum: sed vulgari & recepto etiam à Philosophis more, quo : licet speciei sæpius adaptamus nomẽ generis. Vel pueri enim
2. Instit. lib. 1. tit. de adoptionibus. in scholis sciunt, licet animal commune sit homini & bruto, & de vtroque vt genus prædicetur: tamen si animal simpliciter dicatur vulgo non hominẽ, sed brutum intelligi, Idemq; etiã obseruatur in Iure, vt (verbi gratia) vi
3. Luc. 20. Eccles. 23. Ierem. 23. & Matth. 25. dere 1 licet in rupto & irrito testamẽto arrogatione & adoptione 2 Et, quod amplius est, idem etiam obseruatur à sacris scripturis sepissime vt (exempli causa) in 3 adulterio & fornicatione in 4 gentibus, in 5 nationibus in 6
Matt. 15. 4. Genes. 35. & Ioã. 7 ac Rom. 3. fide & opere & in alijs plurimis. Quod vero reprehenduntur qui duliam falsis dijs tribuebant & quod allegatur Christum noluisse προσκυνεῖν diabolo: quod mirum? quando falsis dijs & diabolo non solum non debetur
5 Genes. 17. & Deut. 25 Iod. & Act. 10 6. Ioã. 6. & Iacob. 2. cultus latriæ, sed ne alius quidem vel minimus honos. tametsi & hoc verum sit satanam petijsse προσκυνεῖν in signum latriæ. Neque vero δουλεία hoc respectu sanctis & alijs creaturis accommodata est quasi seruire sit minus

quam

quã colere. sed isto quod tribuatur à seruis Dei cõseruis quodque seruitium dicatur nõ solaũ de perfecta siue omnimod seruitute, sed etiã de seruitute liberorum: ad quã Scripturæ nos adhortatur, cũ iubet. Gal. 5. vt inuicem seruiam' in charitate Itaq; fideles optimo Iure distictione latrię & duliae: vt reclamãt Valla, Erasmus, & haereticeculi, ac in his praecipue Caluinus.

45. Verumenimuero quia parum est tenere haec nomina nisi remipsam cognitam habeamus: exponendum est, & quidem exacte te quid vtraque hac adoratione contineatur, sic fiet vt omnes plene intelligant Fideles nihil sanctis tribuere quum eos religiose honorant, quod non in eos iure quadret absque Dei iniuria.

46. Principio obseruandum est in quouis honore tres actiones inesse vnam intellectus quã apprehendimus excellẽtiam alicuius alteram voluntatis actionem, qua intra nos illi inclinamur, siue humiliamus nos, & volumus aliquid externe facere quo agnitionem excellentiæ declaremus & nostram præ illo paruitatem: tertiam, actum ipsum externum cuiusmodi (exempli causa est) capitis apertio. & genu flexio. Inter quas actiones illæ internæ sunt præcipuæ. Sicut enim 1 de corde exeunt aliæ omnes bonæ & malæ actiones ita & honores. & quomodo qui aliquid 2 boni vel mali animo & voluntate agit, hoc ipso bene vel male agit. vt Dominus de adulterio ait, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo: ita iudicandum etiam est de honore, vt qui si à bono 3 fonte prodeat sit actio iustitiæ qua reddimus honorem, cui honorem sin à malo iniustitiæ. 1. Matth. 15 2 Matth. 5. 3. Rom. 13

47. Et quidam prima illa actio, tametsi necessaria sit ad honorem tamẽ non est sufficiens. possumus enim cognitam habere alicuius excellentiam & nihilominus eum non honorare. Altera vero honorem perficit & format. & consequenter excellit inter tres has actiones. nam tertia potest esse etiam cum irrisione, istę internae absint omnes enim vel nullo docente intelligimus honorem qui ab his fontibus non proficiscatur, non tam honorem quam irrisionem esse. eumque illusionis nomine etiam 1 Scriptura manifeste appellat. 1. Matth. 27

48. Atque hic varius quoque est pro varietate regionum, manente immobili vna honoris interna ratione. Verbi gratia. Palestinis mos fuit honorare alium inclinatione corporis, quem ritum etiamnum monachi & sanctimoniales apud nos obseruant: vel prostratione vt apparuit in exẽplis quae de adoratione citauimus nobis autem familiare est aperire caput, & genu flectere. Immo inuenias exempla in quibus vnus idemque cultus externus maxime differentia significar- nam (exempli causa)

causa) osculari manum suam, fuit antiquitus quibusdam infidelibus 1 cultus vsitatus in adoratione Solis & Lunæ. Hispanis vero honorificæ salutationis signum est. Proinde honor externus æsti mari debet ab interno.

49. Tres autem, quod ad præsens institutum pertinet veniunt in cōsiderationem species excellentiæ Prima diuina & infinita: cui respondet ea adorationis species excellentiæ. Prima diuina & infinita: cui respondet ea adorationem latriæ. Altera vero excellentia est naturalis & humana, quæ sita est humanis virtutibus, dignitatibus, gradibus, & similibus. Ex qua profluit honor qui humanus & non male ciuilis quoque dici potest si fiat solū naturali ratione. Diuiditúrque in multas species, vt Aristoteles docet. nam alius honor internus debetur patri, alius principi, alius præceptori, alius docti & sápienti. Tertia vero excellentia media est inter hanc naturalem & diuinam cuiusmodi est gratia & gloria Sanctorū quæ dona sunt supernaturalia & excellentissima: ex qua procedit honor quē diximus recte vocari duliam In quo excellentiæ genere principem locū tenet humanitas Christi, si in se consideretur, Deinde beata virgo Maria. Quæ causa fuerunt cur doctores Scholastici duliam diuiderent in Hyperduliam, quam his ascriberent ad designandam earum præ cęteris creaturis excellentiam: & in duliam, communem videlicet alijs sanctis.

50. Et quidē facilima est distinctio inter has honoris & adorationis species, quātū attinet ad internas animi actiones. Nā in honore & adoratione latriæ est extrema voluntatis inclinatio & prostratio cū appræhēsione Dei, vt summi boni, fontis omnium bonorum, & vltimi finis. Alter vero honor decernitur à voluntate propter humanam aliquam excellentiā. Tertius vero, velut inter hos medius, proficiscitur ex apprehēsione excellētiæ plusquā humanæ, sed tamē infinitis partibus minoris quā sit diuina.

51. Cæterum si spectemus externos honorū actus, non est facilis inter eos distinctio. Omnes enim honores externi qui habentur Deo, exhibentur etiam hominibus, & bonis angelis, ac sanctis corpore exutis, excepto sacrificio, & ijs quæ proprie sacrificij causa fiunt. Aperimus enim (exempli causa) sanctis caput perinde atque Deo, flectimus genu & nonnunquam genua, iungimus manus, inclinamus corpus, prosternimus nos, coram parentibus, principibus, Regibus, Præceptoribus, Prophetis & alijs sanctis, approbante hos honores Scriptura, non ignara similes etiam Deo deferri. Et quæ maxima fuit honoris species qua 1 Moyses locū præ-
1. Exod. 5. sentiæ Dei discalceatione honorauit, eam 2 Iosue loco præsentiæ ange-
2. Iosue. 5. li, principis exercitus Dei, exhibuit.

52. Pro

52. Proinde necesse est vt iusti æstimatores diuersitatis inter honores Dei & Sanctorum adijciant animum potius ad considerationem existimationis diuersissimę quam de Deo & sanctis eius fideles habent, quã ad intuitum & visionem honorum externorum. turpissime enim errauerit qui iudicauerit eos exhibere sanctis defunctis Dei cultum, ex eo quod eos videat ipsis iungere manus. & flectere genu, ac genua, perinde atque Deo. & quod amplius est ipsos etiam orare, quum fontes horum honorũ sint diuersissimi, & infinite inter se distantes. Sentiunt enim Deum esse essentiam æternam sanctos autem tam angelos quam alios habuisse principium. Hunc Creatorem: istos eius esse creaturas, quantumuis excellentes. Hunc esse conseruatoré omniũ: istos ne ad momentũ quidẽ absque eius conseruatione subsistere posse: Hunc cœlũ & terrã eo implere: istos eo impleri. Hunc esse fonté omnium bonorum: istos ei accepta referre quæcunque habent. hunc esse omnipotenté: istos ea tãtum posse quæ is dederit ipsos posse præstare hũc esse Dominũ: istos vero fideles eius seruos. Hũc solũ ex se õmiũ õnia corda exactè ac præsété, & necessario nouisse. Istos reuelatione ipsius scire quædã eorũ quæ fiunt vt iustitiã, casũ, & penitentiam nostrã, preces & huius generis alia. Hunc, qua est bonitate, dignare quidẽ vti Sanctorum administratione, sed nihilo minus posse facere, atque adeo quoties absque eo. Hunc esse beatitudinem ipsam & finẽ appetitionis nostræ: istos hoc fonte & fine esse beatos. Et quis omnes differentias inter Deum & Sanctos eius enumeret? Quantum autem hæc inter se differunt tantum interest inter adorationem latriæ & dulię: hoc est, infinite vt mirum non sit, si aliquantulis ijdem cultibus externis non confundantur.

53. Ac mihi etiam atque etiam cogitanti de hoc iniquo Nouatorum studio subit animum non parua admiratio, qui fiat vt non pudeat Valero hoc futile argumentum. quandoquidem fatentur sanctos defunctos recte honori laudibus & imitatione: ex quibus simile vanum argumentum in eos retorqueri posset Docetis sanctos recte laudari, & eos proponitis hominibus tanquam exemplaria quæ imitentur, Deus autem est laudandus & imitandus: Igitur quum ista traditis de Sanctis, rei estis idololatriæ, aut minimum profanatis debitam Deo adorationem, idque tanto magis quanto honores isti laudis & imitationis praestant honoribus externis apertionis capitis, flexionis genuum, & alijs eiusdem generis.

54. Iam vero si honores isti externi non efficiunt vt cultus Sanctorum sit cultus Dei: multo minus id praestet quod Fideles quandoque Deum

Restat vt eos tractemus ex historia ecclesiastica. Imprimis autem certissimo constat ex ea, Fideles iam inde ab initio detulisse honores religiosos Sanctis, & præsertim martyribus. Primum, quia inimici religionis Christianæ inde colligebant quidam quidem periculum esse vt Christo derelicto martyres colere inciperemus, vt alia occasione audiuimus ex epistola ecclesiæ Smyrnensis de Polycarpo: alij vero aperte prædicarent, & nonnunquam exprobrarent, Christianos exhibere diuinũ honorem martyribus. Quibus tamen calumnijs Fideles ne tantillum quidem de officij sui sententia dimoti sunt. quippe qui probe sciebant istos Sanctorum honores nihil officere Dei & Christi honoribus. 1. sectione 20. titulo 24.

59. Eusebius enim narrat libro octauo ecclesiasticæ historiæ c. 6. pueros Imperatorum cum post mortem telluri essent competenti sepultura mandati, denuo effossos, & in mare proiectos esse, ne quisquam eos, si in monumentis relinquerentur, adoraret, ac Deos esse, sicut de nobis opinabatur, putaret. Cui simile est quod Theodoretus libro 8. de curatione græcanicarum affectionum scribit: Vos autem græci homines ne hęc quidem (beneficia ex reliquijs percepta) adducunt, vt Deum Regem martyrum laudetis: sed cũ derisu dãnatis eum qui à cunctis late mortalibus eis (nimirum martyribus) honor defertur, abominandum scelus vos admittere putantes, si ad eorum busta propius accedatis. Et infra: Quid igitur viri græci, qui defunctos tot numero homines appellatis Deos, aduersus nos indignationem concipitis cum nullos quidem nostrorum hominum referamus in Deos: quãquam debitos honores martyribus persoluamus, vt Dei testibus seruisque amantissimis? Cur & eum inquinari pollique censetis, qui ad loculos defunctorum accedat? esse hoc extremæ ignorantiæ dixerim, maximęque amentiæ. Et iterum: Atqui nos, Græci homines, nec hostias Martyribus, nec libamina vlla deferimus: sed vt sanctos homines, deique amicissimos honoramus.

Huc etiam pertinet quod à Iuliano Imperatore apostata Christianis obiectum est: quódque Cyrillus Alexandrinus ei respondit libro 8. Si illorũ quidem (Hebraeorum) sermones attendissetis, inquiebat ille, non omnibus modis tam infeliciter ageretis. Sed peius nunc habetis, quam si adhuc nobiscum essetis. Leuia enim quasi essent haec & tolerabilia. Vnum enim pro multis dijs coluissetis: non hominem. Immo non multos homines miseros, vsos lege quadam dura & aspera, agrestemque barbariem spirante. Et alio loco. Sed hoc quidem malum (Iesum videlicet esse Deum) accepit à Ioanne principium. Quæ autem vos deinde adinuenistis addẽ

tes ad illum antiquum mortuum multos recens mortuos,quis pro dignitate abominaretur? omnia monumenta implestis: quanquam vobis nūquā dictum sit aduolui sepulchris & ea amplecti debere. In hanc autem venistis malitiam, vt super hac re neque verba Iesu Nazareni audienda esse putetis: Væ vobis Scribę & Pharisæi quia similes estis sepulchris dealbatis, & caetera. Si igitur immunditia Iesus esse dicit plena sepulchra,quomodo vos apud illa inuocatis Deū? Cui Cyrillus respondet nos, Christū colere, nō quia homo tātū sed quia etiā Deus est. At sanctos, inquit, Martyres neq; Deos esse dicimus, neq; adorare cōsueuimus. Laudamus autē eos potius sūmis honoribus, quod pro veritate strenue certarunt, & fidei synceritatem seruarunt, ita vt & suam animam contempserint, & caetera. Proinde non est indignum, immo necessarium est, eos qui tam claris operibus gloriosi sunt, perpetuis honorari laudibus, & caetera Nos autem non Deos factos esse diximu sanctos martyres: sed omni honore dignari consueuimus quodammodo reponentes memoriam illis immarcessibilem pro honoribus & remuneratione fortitudinis tam conspicuae Et libro 10. Itaque diuina scriptura nobis vnum potissimum & vere Deum praedicauit: alium autē praeter illum omnino neminem adorare consueuimus Quibus consentanea quoque sunt quae Vigilantius haereticus Christianis exprobrauit quaeque Hieronymus ei respondit his verbis in epistola ad Riparium: Ais Vigilantium os fœtidum rursus aperire, & putorem spurcissimum contra Sanctorum martyrum proferre reliquias & nos qui eas suspicimus appellare Cinerarios & Idololatras qui mortuorum hominū ossa veneremur. O infaelicem hominem & omni lachrymarum fonte plangendum qui haec dicens non se intelligat esse Samaritanum & Iudaeum, & caetera. Nos autem, non dico martyrum reliquias: sed ne Solem quidem & Lunā, non Angelos non Archangelos, non Cherubim, & Seraphim, & omne nomen quod nominatur & in praesenti saeculo & in futuro, colimus & adoramus, ne seruiamus, potius creaturae quam Creatori, qui est benedictus in saecula. Honoramus autem reliquias martyrum, vt honor seruorum redundet ad Dominum, qui ait, qui vos suscipit, me suscipit.

Postremo optime quadrant in hunc locum, quae Maximus Maudarensis Philosophus Ethnicus, epistola 43 inter epistolas Augustini, & Faustus Manichaeus Fidelibus obiecerunt & quae Augustinus ipsis respondit, illi quidem epistola 44. hunc vero libro 20 contra Faustum c. 21 Sed quia pleraque verba antea retulimus alia occasione, remittimus Lectorem ad sectionem 91. tituli 24.

60. Habe-

60. Habemus patres nostrorum Nouatorum, Iudæos videlicet, Ethnicos, & inter istos, Iulianũ Apostatam, Vigilantium hæreticum, & Faustum Manichæum qui perinde atque isti calumniabantur fideles adorare plures Deos, & suis sceleribus zelum gloriæ Dei obtendebant Quod malitiæ velamen non solum Smyrnensis ecclesia, sed Eusebius quoque, Theodoretus Cyrillus, Hieronymus, & Augustinus retexerunt Eusebius enim 1 id vocat opinionem & sermonem Ethnicorum ignorantium Christianos alium quam Deum adorare non posse: & 2 ait esse calumniam trahentẽ imprudẽtes in sacrilega conuitia, cuius primi authores fuerint, Iudæi in hypocrisi loquentes mendacium, vt 3 crudelissimo ignis supplicio etiam in mortuum sancti Polycarpi corpus sæuirent. Audimus ex 4 Augustino Christianos vnum Deum colere, cultu videlicet latriæ: sanctos autem honorare & colere eo cultu dilectionis & honoris quo etiam in hac vita coluntur sancti Dei homines. Neque enim eos isto honore afficere, vt 5, Theodoretus inquit, tanquã Deos, sed tanquã discipulos & imitatores Domini sui vt 6, smyrnensis epistola continet, qui, vt Cyrillus 7 ait, strenue certauerint pro pietate. Quibus 8 Augustinus addit, populum Christianum memorias martyrum religiosa solennitate concelebrare, & ad excitandã imitationem, & vt meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur. Eos autem qui Fideles propter honores sanctis ab eccl sia delatos appellabant Idololatras, esse infelices, vt 9 Hieronymus scribit, homines & omni la hrymarum fonte plangendos, versarique in extrema ignorantia & maxima amentia, quod 10 Theodoreti est.

1. lib. 9. ecclesi. hist. c. 6.
2. lib. 4. c. 15
3. In eodẽ c. 15
4. epist. 44. & 4. lib. 20 contra Faustum c. 21.
5. libro 8. de curatione græca affectionum
6. apud Eusebium lib. 4. c. 15.
7. lib. 6 contra Iulianũ.
8. libro 20. contra Faustum c. 21.
9. in epistola ad Ripariũ aduersus Vigilantium.
10. lib. 8. de curation. græcanicarum affectionum

61. Itaque si forte incidamus in aliquem qui hac Iudaica, Ethnica, & haeretica, opinione laborans, eandem Idololatriae calumniam nobis intendet, & aduersus Sãctorum honores citet, Non habebis Deos alienos, & seruierunt creaturae potius quam creatori, & alia huius generis: habemus quo vno verbo eum absoluamus: nimirum semel atque iterum, & sæpius iam olim preiudicatum esse de hac calumnia proinde ipsi quaerendos esse alios quibus imponat tamẽtsi vetustissimi Iudaei non omnes in hoc errore fuerũt. Iosephus enim posteaquam narrauit Eleazarum, matrem & septem fratres Machabaeos sepulchrali honore decoratos fuisse, addit, Magnus ab his omnibus cultus exhibetur.

1. sub. finem libri de Machabæis.

62. Nam quod plerique istorum scriptorum ecclesiasticorum negãt adorationem & cultum tribui Sanctis a Fidelibus, nullius momenti est obiectio. Diximus scripturas duobus modis accipere adorationem & cultum vno proprie, quo significet magnum honorem, & hanc significatio-

nem qua Irare etiam in Sanctos:altero per exochen pro Dei cultu Proinde mirum non est si Patres quandoque etiam hoc sensu his vocabulis vtantur,præsertim cum eis res est cum Iudæis,Ethnicis,& Hæreticis,qui hæc vocabula hoc sensu accipiebant in suis calumnijs. Ostendimus illud titulo 24 in multis Patribus.nominatim in verbis ecclesiæ Smyrnensis,Epiphanij,Athanasij,& alijs. Sed quia illic non meminimus verborum Hieronymi quæ paulo ante citauimus,addimus Hieronymum propriè,non tropicè acceptam ad orationem tribuere Sanctis in epistola sub nomine Paulæ & Eustochij scripta ad Marcellam vt commigret Bethlehē. Samariam inquit.pergere,& Ioannis Baptistę,Helizæi quoque,& Abdiæ pariter cineres adorare. Ac tametsi Augustinus cultum,religionē & adorationem,quandoque soli Deo tribuat eodem tropo: vt cum ait in libro de vera religione c.55. Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum :quia si pie vixerunt,non sic habentur vt tales quærant honores:sed illum à nobis coli volunt,quo illuminante laetantur meriti sui nos esse consortes. Honorandi sunt ergo propter imitationem,non adorandi propter religionem,& religionem appellatam dicat quod vni Deo religet animam nostram tamen alijs locis quibus proprie loquitur,agnoscit & tradit adorationem religionem,cultum,in sanctis,atque adeo in hominibus hic viuentibus habere locum. vt infra apparebit sectione 65.quomodo praeter eos quos antea citauimus,Gregorius quoque Nyssenus in oratione in Theodorum martyrem, Chrysostomus in Iuuentinum & Maximum martyres,Leontius in libro aduersus Iudaeos de adoranda Christi cruce,& Ambrosius sermone 3.de natali Nazarij & Celsi,cultum erga sanctos profitentur Et ipse Cicero aliam religionis etymologiam reddit,quae communis est creaturis ait enim eam dictam à relegendo. *1.libro.2.de natura deorū*

63. Alterum argumentum quo constat ex historia,fideles olim detulisse Sanctis defunctis honores religiosos,sumimus ex eo quod Patres.Ethnicos qui non recipiebant diuina testimonia,praepārauerint ad fidem venerationis Sanctorum,ex scriptis & factis Gentilium , honorantium eos qui cum virtute vixissent & praesertim aliquid fortiter gessissent.religiose,inquam,quando cultus ciuilis in eis manifeste non habebat locum:quorum multi etiam eo vsque progressi essent vt eos pro dijs colerent ; quod tamen non facerent Christiani hoc autem argumentum tractant Eusebius in libris de praeparatione euangelica,nominatim lib. 13. c. 7. Cyrillus Alexandrinus libro 6.contra Iulianum & Theodoretus in prologo librorum de curatione graecanicarum affectionum,& libro 8.eiusdem operis.

64.Ter-

64. Tertium vero argumentum colligimus ex Veteribus Patribus, qui hic illic profitentur honorem religiosum deberi Sanctis corpore exutis: eumque olim ipsis delatum fuisse à Fidelibus. Nam quod verbis generalibus docuerint eos esse honorandos, ne hæretici quidem negent quod putent se posse elabi per honores laudis & imitationis. Referemus ergo aliquot testimonia religiosi honoris.

Athanasius in libro de virginitate tradit adorationem religiosam deberi hominibus in hoc sæculo: & consequenter multo magis defunctis. Si homo iustus, inquit, ædes tuas intrauerit, cum timore & tremore occurrens illi, adorabis humi ad pedes illius. non enim eum (nimirum tanquam per se dignum) sed Deum adorabis qui illum mittit. Dominus enim ait, qui recipit iustum, me recipit.

Gregorius Nazianzenus in principio orationis in Machabæos conqueritur non omnes vbique colere Machabæos, sicut martyrium eorum meretur. & oratione 1. in Iulianum, haud procul ab initio, loquens de quodam honore martyribus tributo à Iuliano quos isti admirabili signo recusauerint. O insignem, inquit, martyrum inter se charitatem. Honorem illius qui multos martyres contemptui habiturus erat, recusarunt.

Epiphanius quo loco hæresis 79. refellit Collyridianos, adijcit non semel Sit in honore Maria, Dominus adoretur. ne quis forte putaret se sentire nō deberi Mariæ externum honorē religiosum. de tali enim ipsi sermo est, Hieronymus narrat Paulā nobilissimā matronā, quum inuiseret sanctos Eremitas (viles vtique homines secundum sæculū) ad eorum pedes accidisse, ac eos ita veneratam esse, ac si Christum in eis adorasset. Et antea citauimus ex epistola ad Ripariū de honore reliquiarū honoramus seruos, vt honos seruorū redūdet ad dominū, qui ait, qui vos suscipit me suscipit.

Prudentius in Hymno Hippolyti: Hic corruptelis animiq; & corporis æger Oraui quoties stratus opem merui. Nota Lector, stratus.

Paulinus natali 6. Fælicis memorat honorem quem Nola ei deferebat cōcurrendo ad eius sepulchrum.

Chrysostomus in homilia de Sanctis Iuuentino & Maximo, Non aliter putes, aliter recentiores colitis Sanctos: sed eadem alacritate omnes. Et infra Et martyres quos hodie colimus adorant. Et rursus: idcirco sæpe eos inuisamus, tumulos adornemus, & cætera.

Cyrillus Alexandrinus libro 6. in Iulianum: Nos non Deos factos factos esse diximus sanctos martyres sed omni honore dignari censemus.

Finis nullus esset, si ōnes citaremus. Neque vero hoc vllo modo necessa-

rium

riũ est. Cõstat enim ex doctrina Patrũ de precibus eorũ pro nobis, & nostris inuocationibus, de miraculis. & peregrinationibus, abunde de hoc dogmate, & id paulo post clarissime elucescet in cultu Reliquiarum.
Solum adijciemus quædam Bernardi verba honoris ipsius causa, ex sermone in illud Apocalypsis, Signum magnum, & cætera. Amplectamur Mariæ vestigia, & deuotissima supplicatione illius pedibus prouoluamur. Et ex sermone sequenti de aquæ ductu, ista: Totis medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam veneremur, quia sic est voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam.

65. Porro his quæ notauimus ex Scripturis de latria & dulia, consentanea quoque sunt quæ Patres de eis scribunt, Græci iuxta ac Latini.
Patres enim septimæ Synodi tradunt latriam in solam naturam diuinam quadrare, nominatim actione septima in definitione & in epistola ad Imperatorem Constantinum: qui & numero & linguæ græcæ, quæ eis propria erat, scientia longe praestabant argutulis nostri sęculi calumniatoribus.
Ac licet tanti & tam multi essent, tamen qua erant humilitate, vsi sunt testimonijs Basilij, Anastasij episcopi Theopoleos, & Germani Constãtinopolitani episcopi.
Basilius enim in libro ad Amphilochium c 18. Cultus ille latriæ, inquit, in spiritu & veritate beatæ Trinitati tribuitur ab Orthodoxis: sanctis autem imaginibus, non latria omnino: sed adoratio, exosculatio, & honor. Nam tametsi honor imaginis ad prototypum & primigenium transijt: tamen Latria solius est beatæ Trinitatis: non etiam venerandarum imaginum: ne creaturarum cultores & materiarum esse videamur.
Anastasius in epistola quam citant actione 4. ait nos non exhibere latriã, nisi soli Deo.
Germanus in literis ad Thomam episcopum Claudiopoleos actione eadẽ. Vbique, inquit, cum verbum hoc λατρεύειν diuina scriptura ponit, tantummodo dictis (nimirum Patri, & Filio, & spiritui Sancto) adsignat, quo à nobis alienũ, nõ & cõmunẽ indicet honorẽ. apud nos vnus Deus adorandus vna & in eum fides, vnum salutare baptisma, sic quoque vna quæ ei debetur latria.
His accedit Ioãnes Damascenus libro 1 de Imaginibus. Omniũ prima, inquit, Et iterũ: Vt ne venerationẽ latriæ est adoratio, quã soli Deo suapte natura adorãdo exhibem⁹ p latriã exhiberẽt creaturæ vlli, præterquã creatori. nec vlli, nisi Opifici, rerũ omniũ latriã offerrant, Et libro tertio, Nullo vn-

vnquam tempore latriam exhibebis, preterquam Creatori.

Quod ad latinos attinet null' Augustino plura scripsit de latria. ideq; quod amplius est meminit duliæ. Citabimus aliquot eius loca. Quod & antiquis Patribus, inquit in libro contra sermonem Arianorum c. 29 Dei lege præceptum est, nec vllo modo aliter fieri potest, vt soli Domino Deo nostro ea quæ Deo debetur seruitute seruiamus. Ipsa est est enim quæ græce appellatur λατρεία quod verbum ibi positum est, quum diceretur Illi soli seruies alioquin istam seruitutem quæ latria dicitur, quam non debent serui eis quos secundum carnem Dominos habent, sed omnes homines soli Domino Deo suo, & cætera Et in epistola 66. ad Maximum. Vt eos quod didicisti docere nō differas, vnū scilicet Deum esse solum cui seruitus illa debetur quæ latria græco vocabulo nuncupatur. Ipsum enim verbum est in lege vbi scriptū est Dominū Deū tuū adorabis, & illi soli seruies. Et libro 1. de Trinitate c. 6. Maxime vero illo loco satis claret quod spiritus Sanctus nō sit creatura, vbi iubemur seruire nō creaturæ, sed Creatori. non eo modo quo iubemur per charitatem seruire inuicem, quod est græce δουλεύειν. sed eo modo quo tātum Deo seruitur, quod est græce λατρεύειν Vnde Idololatræ dicuntur, qui simulachris eam seruitutem exhibent quæ debetur Deo. Secundum enim hanc seruitutem dictum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies nam & hoc distinctius in græca scriptura inuenitur, λατρεύσεις enim habet, libro 10 de ciuitate Dei c. 1. Hic est enim diuinitati, vel si expressius dicendum est, deitati debitus cultus, propter quem vno verbo significandum, quoniam satis idoneum non occurrit latinum græco vbi necesse est insinuo quid velim dicere, Latriā quippe nostri, vbicunque scripturarum sanctarum positum est, interpretati sūt seruitutem. Sed ea seruitus quæ debetur hominibus, secundum quam præcipit Apostolus seruos dominis suis subditos esse debere, alio nomine græce nuncupari solet. Latria vero secundum consuetudinem qua locuti sunt qui diuina eloquia condiderunt, aut semper, aut pœne semper, ea dicitur seruitus quæ pertinet ad colendum Deum Porro si tantummodo cultus ipse dicatur, non soli Deo videtur Dicimur enim etiam colere homines, quos honorifica, vel recordatione, vel praesentia, frequentamus, nec solū ea quibus nos religiosa humilitate subijcimus, sed quædā etiā quae subiecta sunt nobis, nā ex hoc verbo agricolae, & coloni & incolae, vocātur. & ipsos Deos non ob aliud appellant caelicolas, nisi quod cœlum colunt inhabitando, & caetera Ac per hoc cultum quidē non deberi nisi Deo, propria quadam notione verbi huius verissimum est, Sed quia & aliarum rerum

rum dicitur cultus, ideo latine vno verbo ſignificari cultus Deo debitus non poteſt. Nam & ipſa religio, quamuis diſtinctius non quemlibet, ſed Dei cultum ſignificare videatur: tamen quia Latina loquendi conſuetudine, non ſolum imperitorum, verum etiam doctiſſimorum, & cognationibus humanis atque affinitatibus & quibuſque neceſſitudinibus dicitur exhibenda, non eo vocabulo vitatur ambiguum quum de cultu Deitatis vertitur quæſtio vt fidenter dicere valeamus religionem non eſſe niſi Dei cultum, quoniam videtur hoc verbum à ſignificanda obſeruantia propinquitatis humanæ inſolenter auferri. Pietas quoque proprie Dei cultus intelligi ſolet, quam græci εὐσέβειαν vocant. Hæc tamen & erga parentes officioſe haberi dicitur. More autem vulgi hoc nomen in operibus miſericordiæ frequentatur. Hæc Auguſtinus iſtis locis. In libro v[illegible]ro quæſtionum ſuper Geneſim c, 61. agnoſcit adorationem etiam in homines quadrare.

Addimus Auguſtino Bedam in c 4. Lucę. Quærit forte aliquis quomodo conueniat quod præcipitur Domino ſoli ſeruiendum, Apoſtoli verbo qui dicit, Sed per charitatem ſeruite inuicem. Sed huic facile linguæ græcæ, ex qua ſcriptura tranſlata eſt, origo ſatis facit: in qua ſeruitus duobus modis ac diuerſa ſignificatione ſolet appellari. Dicitur enim λατρεία, dicitur & δουλεία. Sed dulia intelligitur ſeruitus communis, hoc eſt, ſiue Deo, ſiue cuilibet rerum natura exhibita. A qua etiã ſeruus, id eſt, δοῦλος, græce nomen accepit. Latria autem vocatur ſeruitus illa quæ ſoli diuinitatis cultui debita, neque vlli participãda eſt creaturæ. Vnde & Idololatræ nuncupãtur hi, qui vota, preces, ſacrificia, quæ vni Deo debuerant, idolis impendũt. Iubemur ergo per charitatem ſeruire inuicem, quod eſt græce δουλεύειν. Iubemur vni Deo ſeruire, quod eſt græce λατρεύειν. Vnde dicitur: Et illi ſoli ſeruies, quod eſt græce λατρεύσεις & iterum: Nos enim ſumus circunciſio, ſpiritui Dei ſeruientes, quod eſt in græco λατρεύοντες

Neque tamen exiſtimandum non eſſe plures qui hanc diſtinctionem tradant: tradunt enim alij plurimi: ſed hos tanquam notiſſimos citauimus.

1. in examine decreti concilij Tridẽtini de inuocatione ſanctorũ in reſpõſione ad 18. argumentũ pagi. 8,4.& 855.

Ac vide Lector quam potens ſit veritas Chemnitius licet inſignis hæreticus, probat hanc diſtinctionem his verbis Auguſtinus videns ſcripturam docere vt Deum diligamus, timeamus, honoremus, colamus, & ipſi ſeruiamus, & eandem etiam præcipere, vt parentes honoremus, illis ſeruiamus amicos colamus, proximos diligamus, regem timeamus. Vt igitur honorem & cultum qui ſoli Deo debetur, diſtingueret ab honore qui creaturis etiam recte impendi poteſt, bono & recto conſilio hanc diſtinctionẽ


tradidit,

tradidit, alterum vocans λατρ'ίαν alterum, δουλείαν. Et paulo post. Scio Vallam disputare λατρεύειν tribui etiam hominibus, vt in Sophocle, & in græca versione Leuit. 22. 23. Numer 28. & 29. opus seruile vocatur. λατρ ντόν & δουλεύειν tribui etiam Deo Act. 20. Rom. 7. 1. Thessal. 1. Quod quidem etiam Augustinus non ignorauit Inquit enim, Scriptura aut semper, aut tam frequenter vt pœne semper seruitutem quæ pertinet ad colendum Deum, appellat latriam. Sed non incommoda est hæc Augustini distinctio.

66. Postremo quod diximus sacrificium soli Deo deberi, ait etiam Augustinus, nominatim libro 8. de ciuitate Dei c. vltimo, verbis, quæ 1 alias citauimus, atque etiam Ecclesia, quæ eos qui beatæ Mariæ afferebant Collyridem, retulit in catalogum hæreticorum. 1 titulo 19. sect. 33. et 24 sect. 90.

De reliquiis Sanct rum, & eorum honoribus, ac in his conseruatione, & translatione.

Titulus 30.



SEquitur nunc vt dicamus de reliquijs. Reliquiæ autē vulgo dicuntur res quæ ex maiori vel meliori parte relictæ sunt: siue quidquid restat aut reliquum est de maiori, vel meliori idque apud profanos & diuinos Scriptores. Legimus enim apud Ciceronem reliquias cibi, & cœnæ: apud 2 Liuium exercitus, apud 3 Vergilium, Danaûm, apud 4 Celsum, febrium Et in libro 5 Numerorum reliquias ciuitatis: in libro 6 Ruth reliquias cibi, & in tertio 7 libro Regum, reliquias effœminatorum: apud 8 Ieremiam, reliquias populi, apud Matthæum 9, reliquias fragmentorum: & apud 10. Esaiam, & 11 Paulum, reliquias Iacob & Israel,

1. lib. 2 de natura Deorum 2. decade 3. lib. AEneidos. 4. lib. 1, c. 4. 5 Numer. 24 6. Ruth. 2. 7. 3. Reg. 22. 8. Ierem. 39. & 41. 9 Matth. 14 10. Esai. 10. 11 Rom 9.

2. Verum sicut homo caeteris rebus antecellit: ita reliquiae praecipue dicuntur, vt 1 Ambrosius ait, de corpore mortui, de eius exuuijs. Qui etiam addit: Ideo reliquiae, quia post mortem hominis videntur superesse supersunt enim quae seruantur ad resurrectionē: Siue reliquias dicere solemus, vt 2 Origenes inquit, quum spiritus separatur à corpore, velut maiore parte hominum in spiritu deputata, quae superest pars corporis reliquiae nominantur. In qua significatione reliquiarum vocabulo etiam 3

1. in commentariis in psal. 36 2 homilia 5. in psal. 36.

Modestinus Iurisconsultus vsus est, quum ait, Quidam in suo testamento
1 L. quidam D de condit. Instit. haeredem scripserat tali conditione, si reliquias eius in mare proijciat. Im
mo reliquiae dicuntur quaecumque supersunt de corpore Suetonius. in
4.c.3. 4 Caio de Germanico, Caesorum clade Variana veteres ac dispersas reliquias vno tumulo humaturus, colligere sua manu & comportare aggressus est, Et in 5 Domitiano, Ossaque, & reliquias quae inerant, mari mersit.
5 c.8. Et ipsi etiam Imperatores in Codice Theodosiano.

3. Itaque recte loquimur, quum Sanctorum defunctorum corpora, ossa, cineres, vestes, & huius generis alia, vocamus reliquias. atque hac in re Veteres quoque Patres ecclesiasticos sequimur. nominatim Origenem vt iam iam audiemus, Ambrosium epistola 85 & sermone 91. Hieronymum in epistola ad Riparium, & in libro aduersus Vigilantium, Augustinum epistola 103 ad Quintianum & libro 22. de ciuitate Dei c. 8. Prudentiū in passione Hippolyti, & Synodum Constantinopolitanam in libello synodico apud Theodoretum lib. 5. eccles. historiae c. 9.

4. Et quidem plurimi gentiles cum dignitatem corporum, & eorum resurrectionem, cognitam non haberent, ignorauerunt debitos Sanctorū corporibus honores. Multi vero ea propter fœtorem & immunditiam etiam tanquam abominabilia habuerunt. Quidam autem eò quoque vesaniae progressi sunt, vt ea canibus & auibus deuoranda proijcerent. Fideles vero non eodem, sed plane contrario modo sentiunt de corporibus Sanctorum. Nam licet Scriptura nobis proponat quam secundum naturam miseri simus in nostris corporibus vt miseriae nostrae contemplatione nos ad humilitatem impellat tamen nobis etiam considerandum exhibet qualia ea facta sint per gratiam, & qualia per resurrectionem futura sint Christus enim sicut non animam tantum, sed etiam corpus huma-
1. Gal. 4. num assumpsit: ita non solum animas, sed etiam corpora, id est, totum 1
2. Matth. 18 hominem suo sanguine redemit. spiritus Sanctus abluit 2 & renovat to-
& Ioan. 3. tum hominem per sacramentum baptismi, & non animae modo, 3 sed
3. Matth. 26 corpora quoque percipiunt Eucharistiam. Paulus dicit ea esse 4 domici-
4 1. Cor. 6. lia & templa Dei, 5 membra Christi, arma 6 iustitiae Deo. ea portant 7 hic
5. Ephes 5. et 1. Cor. 6. stigmata crucis & passionis Christi. Per ea Deus 8 opera gloriosa & mira-
6. Rom. 6. bilia operatur perinde atque per 9 manus Apostolorum. Glorificamus
7. Gal. 6. & 10 portamus Deum etiam in corpore nostro Ea filius Dei 11 suscitabit
8. 4. Reg. 13. 9. Act 5. in nouissimo die ad vitam æternam, 12 gloriosa, 13 incorruptibilia 14 splen
10. 1. Cor 6. dida sicut sol, & in summa conformia corpori 15 glorioso Iesu Christi.

11 1. Cor. 15. 1. Thessal. 4. & aliis locis, 12. Philip. 3. 13. 1. Cor. 15. 14. Matth. 13 15 Philip. 3.

5. Et

5. Et quomodo Scriptura nobis haec gloriosa cōsideranda proponit de viuis sanctorū corporibus ita magnifice quēq; tradit de eis mortuis, tamen non taceat qualia sint secundum naturam cum suis sepulchris, nominatim Matth. 23. Ioan. 10. & 11 & alijs locis. Etenim vocat sanctos propter haec corpora 1 mortuos Dei, & 2 populum Dei, 3 dicit mortem sanctōrum esse preciosam in conspectu Domini: & quae diximus de resurrectione, ea proprie pertinent ad corpora Cumque tactus mortui 4 contaminaret in veteri Testamento tangentem Christus hanc ceremonialem legē sustulit, & tangendo 5 loculum viduae & manuum filiae 6 archisynagogi, sanctorum suorum loculos & sepulchra sanctificauit. 1. Esai, 26. 2. eodem loco 3 psal 11. 4 Nume. 15. 5. Luc. 7. 6. Luc. 8.

6. Ex his autem apparet externum honorem debitum esse Sanctorum corporibus. Quod quia haeretici vident se nullo colore negare posse concedunt istud, sed qua arte 7 diximus eos restringere Sanctorum honores ad laudes Dei propter ipsos, ad eorum laudes, ad honorem imitationis eadē arctāt honorē sāctorū corporū limitibus honoris sepulturae, & qui dē honorificae, de qua inter omnes conuenit. Constat enim clarissime ea honorifice sepelienda esse. Nullum autem erga ea honorē alium externū agnoscunt. Si quis enim (exempli causa) coram eis caput aperiat, vel genu flectat, is confestim audit ab eis idololatra 7. tit. 28. sect. 10 & seq. & nominatim Chemnitius in examine decreti concilij Tridētini de Reliquijs pag. 9. 10 et 11

7. Sed quantopere errent in inficiatione istorum honorum, manifestum est sequentibus argumentis. Ostendimus 1 titulo superiore multis argumentis sanctos esse honorandos externo cultu religioso, etiam viuētes. Corpora vero & reliquiae Sāctorum sunt omnium confessione, pars substantiae hominum. Igitur sicut animas eorum hoc honoris genere recte prosequimur quia sunt pars eorum: ita & corpora ac reliquias eorum. 1 sect 7. 22. & sequētib. 1. Deuter. 3. 2. Act 8. 3. Genes 25.

8. Idque eo certius quod sicut 1 Scriptura vocat Abraham, Isaac & Iacob eorum animas. Ita vocat (exempli causa) lapidatum corpus 2 Stephani, Stephanum: ossa & cineres 3 Abraham, 4 Sarae, 5 Isaac, Abraham, Saram, Isaac, & corpus mortuum 6 Iacob, 7 Rachelis, 8 Liae, 9 Aaronis 10 Iosue, 11 Eleazar; Iacob, Rachelem, Liam, Aaronem, Iosue, Eleazar. Quis autem Stephanum, Abraham, & istos alios, ac his similes non honoret vt diximus? 4. Genes. 23. 5. Genes 35. 6. Genes 49. & 50. 7 Genes 35. 8. Genes 49 9 Nume. 20 10 Iosue 24. 11 Iosue 24.

9. Audiuimus 1 ex Dauide mortem Sanctorum esse 2 preciosam in conspectu Domini. Mors ergo non aufert corporibus dignitatem quam habebant, & eis debitum honorem externum: ne non preciosa, sed vilis & damnosa sit sanctis, si haec auferat. idque in conspectu Dei, vt cuius volūtate ista contingerent. 1 sup secti. 5. 2. psal. 115.

1 supra secti one 4. 10. Indicauimus 1 etiã per manus 2 Apostolorũ (proprie dictas, inquã & per potestatem eorum) signa & prodigia magna facta fuisse in populo
2. Act. 5. Immo certissimo constat per vmbram quoque Petri, & per sudaria & semicinctia Pauli facta esse magna signa, Ita vt, 3 inquit Lucas, in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt veniente Petro saltẽ vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. Et 4 postea: Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli. ita vt etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria & semicinctia: & recedebant ab eis languores. & spiritus nequam egrediebantur. Facta autem sunt & etiam nunc fiunt per reliquias Sanctorum plurima miracula: & in ipsis met reliquijs, & in alijs. Et illi quidem quum confugiebant ad Apostolos ad percipiendum beneficia miraculis eorum, nullum sciebant ac ne habebant quidem, scripturæ testimonium quod eos huc impelleret: sed sola nitebantur experientia: sicut & illi 5 qui ad probaticam piscinam deferebantur ex quo apparet soli experientiæ credendum esse de veris miraculis, vbi ea non expectantur nisi à Deo per ministerium sanctarum suarum creaturarũ. Fideles vero vltra experientiã habent h... & alias librorũ Regũ in Elizæo, Lucæ & aliorũ eiusdẽ ordinis Scripturas, quæ ipsis ad similia prælucent. Nec est qui nesciat Deũ nũc æque esse potentẽ, atque tunc. Et quomodo illa miracula fiebant ad confirmationẽ fidei quã Apostoli prædicabãt, eaque nihilominus erãt ipsis etiã honori externo ita & hæc fiũt ad confirmationẽ fidei & veræ pietatis in qua Sãcti vixerunt. eaque nihilominus cedunt ipsis in honorẽ etiã externũ. quis enim ea nõ valde honoret hoc quoq; cultu, quae Deus tot & tãtis miraculis cohonestat? Atque hoc argumẽto vtũtur Veteres, nominatĩ Gregorius Nazianzenus in oratione 1. contra Iulianum], & Hieronymus in libro aduersus Vigilantium.

3 Act. 5.

4. Act. 19.

5. Ioan. 5.

6 4. Reg. 13. & vide sectio. 6. cita. 15

11. Dauid quum 1 ait amicos Dei sibi valde honorificatos esse, nulla
1. psal. 138. distinctione vtitur. Neque enim dicit eos esse sibi honorabiles tantum secundum animam Ergo neque nos distinguere debemus: sed corpus in suo gradu, aeque ac animam, honorare.

1 vide supra sectionem 6. 12. Nouatores 1 fatentur reliquias Sanctorũ esse honorandas honore sepulturae. Quaerimus autẽ ab eis nũ fieri possit, vt quis mandãs sepulturae (verbi gratia) corpus martyris, si serio secũ recogitet (vt quidẽ recogitare debet) hoc esse membrum Christi, hoc portare stigmata Christi, hoc resuscitatũ iri gloriosũ, & similia: nũ, inquã, fieri possit, vt id contrectet absque reuerentia, & velut tremore, ac honore externo? Igitur eo ipso quo fatẽtur corpora Sãctorũ esse honore sepulturę honorãda. vna etiã necesse

habēt fateri, ea cultu religioso honorāda esse, vel in ipso sepulturae officio.

13. Scriptura 1 tradit Ioannē Baptistā non à quibusuis sepultū fuisse, sed à discipulis suis. Cur autē Deus istud procurauit? poterat enim etiam per alios ei prouidere de sepultura: Sed non tractauissent corpus eius ea veneratione, quā ipsius dignitas postulabat. Eadē quū loquitur de sepultura Stephani ait viros timoratos, siue religiosos curauisse Stephanū. Eiusmodi autem nisi religiosè & cū magna veneratione ac velut tremore potuerūt cōtrectare hoc corpus quod propter Dominum vsqueadeo acerba morte fuerat trucidatū. Quod autē sic interne venerādū est, potest & etiā debet externe honorari, vt (verbi gratia) capitis apertione genuūflexione, osculo amoris signo, vt apparuit in Ioseph, qui 2 ruit in faciem defuncti Patris, iactu florū, orariorū & similium quę eadē experiētia docuit recipi vtilia. 1. Matth. 14 2. Genes. 50.

14. De cereorū vero & lāpadum accensionis honore, etiā sole lucēte, sic habendū est ex Scripturis. Ostēdimus 1 ex eis bonū & sanctū opus esse laudare Sanctos. idque etiā 2 Nouatores profiteri. Porro certū quoque est ex eis istos de quibus loquimur, factos his fuisse 3 in partē sortis Sanctorū in lumine, eos lumen 4 mundi fuisse, eos 5 præsentes esse Patri 6 luminum eos 7 videre lucē, quæ 8 illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū. Proinde hæc quoque possunt & debent inter laudes eorū referri quū sint præcipua. Sed laus quæ fit verbis cito pertrāsit, & lōge citius quam hi meriti sint, quāque fideles optauerint. Igitur merito faciēdū sibi putauerunt, vt hoc permanēte laudis opere significarēt eos hic illuminatos à Deo fuisse lucē mundi, eos nūc videre lucē hominibus inaccessibilē, futurūque esse vt corpora eorum clarissima sint atque adeo lucentia 9 instar solis. Nec obstat quod Ethnici 10 solebāt dijs suis etiā accēdere cādelas cereas. quia (vt 11 Hieronymus rectè ait) illud fiebat idolis, & idcirco detestandū erat: hoc autē fit martyribus, & idcirco recipiendū est. Illorum significatio falsa erat Fidelium autem vera, quibus quia licet ista ore attribuere, multo magis licet eadem opere coram omnibus profiteri: quandò apud Deum pluris semper fuerunt opera quam verba. Et notissimū est 12 illud Pauli: de cætero fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque iusta, quæcūque sancta, quæcunque amabilia, quæcūque bonæ famæ, hæc cogitate

1. titulo 28. sectione 12. 2 sectione .6. eiusdem tit. 3. Col. 1 4 Matth. 5. 5 2. Cor. 5. 6. Iacob. 1. 7. 1 Cor. 13. 8. Ioan. 1. 9 Matth 13. 10 vt videre est apud Eusebium lib. 4. de vita Cōstantini. 11 in lib. aduersus Vigilantium. 12. Phil. 4.

15. Sed audiamus Ambrosium pleraque eorum quæ attulimus argumenta pulchre & breuiter velut in fasciculum colligentem: deinde Chrysostomū quoque idem facientem. Quod si dicas mihi, inquit ille sermone 91. Quid honoras in carne iam resoluta & consumpta, de qua nulla Deo cura est? Et vbi est illud charissimi quod ipsa veritas loquitur per Prophetam, Pretiosa inquit, in cōspectu Domini mors Sāctorum eius. Et iterum:

Mihi autem valde honorificandi sunt amici tui Deus. Honorare debemus seruos Dei, quanto magis amicos Dei? de quibus alio loco dicitur: Dominus custodit omnia ossa eorum, & vnum ex his non conteretur. Honoro ergo in carne martyris exceptas pro Christi nomine cicatrices. Honoro viuentis memoriam perennitate virtutis. Honoro per confessionem Domini sanctos cineres. Honoro in cineribus semina æternitatis. Honoro corpus, quod mihi Dominum meum ostendit diligere: quod me propter Dominum mortem docuit non timere. Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reuerentur & dæmones? quod & afflixerunt in supplicio, sed glorificant in sepulchro. Honoro itaque corpus quod Christus honorauit in gladio quod cum Christo regnabit in cœlo. Et Chrysostomus in homilia de natiuitate septem martyrũ Machabæorum posteaquã dixit dæmones vbi coronatorum martyrum corpora viderint, illico à conspectu illorum pauidos fugere & absilire, addit: Non enim ad naturam eorum intendunt, sed in arcanam dignitatem & gloriam Christi, qui in agone induta corpora sanctorum suorum, sicut arma portauit. huiusmodi enim armis non angelus, non archangelus, nec vlla alia creaturæ virtus induta est sed ipse Dominus virtutum & angelorum, sicut Paulus clamat, dicens. Si experimentum quæritis præliantis in me Christi? Pretiosa enim sunt corpora martyrum, quoniam plagas pro Domino susceperunt, & quia stigmata propter Christum membris suis impressa ferunt. Et sicut corona regalis vndique decorata fulgores varios emittit: ita & sanctorum martyrum corpora, sicut pretiosis lapidibus, acceptis pro Christo vulneribus distincta, omni Regum diademate pretiosiora & spectabiliora redduntur.

16. Neque refert quod oculis externis sæpius nihil aliud videamus, quam carnem mortuam & elanguidam, ac cinerem eius, & ossa temporibus consumpta: eaque nonnunquam similia cineribus & ossibus impiorũ hominum: Sed apertis 1 fidei oculis intueri debemus (vt 1 Chrysostomus quoque admonuit) arcanam quam habent dignitatem iuxta scripturarum doctrinam.

1. *in homilia de septẽ Machabæis*

17. Et sicut suo 1 loco ostendimus ex Scripturis eos qui Sanctos honorant, tantum abesse vt iniuria Deum & Christum afficiant, vt hoc ipso Deum & Christum honorent: Ita qui Sanctorum reliquiis, quæ pars Sanctorum sunt, & Sancti dicuntur: honorem habent tantum absunt vt in Deum & Christum sint iniurii, vt hoc ipso Deum & Christum honore afficiant, eoquod Deus & Christus causa sint honoris eorum. quam si tollas, nihil erit cur eas præ alijs honoremus.

1. *titulo 18. sectione 8.*

18. Ex

18 Ex quo etiam clariſſime apparet honores quos Fideles reliquijs habent, non poſſe ea pericula & fanatica errata ipſis creare, quæ Iudæos, Ethnicos, & veteres quoſdam hæreticos eis impudenter affinxiſſe [1] diximus ex epiſtola Smyrnenſis eccleſiæ, Euſebio, Theodoreto, Cyrillo, Alexandrino, Hieronymo, & Auguſtino: quæque hæretici [2] huius ſæculi paſſim rurſus obijciunt eccleſiæ. Et ſi quis forte vſqueadeo deſipiat vt in eiuſmodi erroris abyſſum incidat, id non doctrinæ Dei, quæ ipſi offendiculum non poſuerit: ſed horribili cæcitati, ſed inexcuſabili errori, ſed deploratæ hominis malitiæ aſcribendum eſſe, qui in planiſſimo offenderit, & ſemetipſum ſua ſponte præcipitem dederit. Quod tanti eſſe non debet, vt Eccleſia deſerat officium ſuum erga ſanctos. Sicut enim Christus à bonis operibus & ſacræ doctrinæ prædicatione [3] non ceſſauit propter offendicula Pharisæorum: Ita Eccleſia negligere non debet honores Sanctorum propter craſſa & inexcuſabilia (ſi tamen accidant) priuatorum, neſcio quorū, hominum peccata, quae inſtitutione, admonitione, & excommunicatione corrigenda ſunt, & multo minus propter calumnias Nouatorum.

1. *titulo 18. ſectione 59.* 2 *nominatim Caluinus in admonitione & cætera & Chemnitius in examine decreti conci. Tridentini de reliquiis.* 3. *Matth. 15. & aliis locis*

19. Nam quod [1] Caluinus ſic argumentatur: Omnes ſine controuerſia fatentur Dominum ideo corpus Moſis è conſpectu hominum abſtuliſſe ne populus Iudaicus eo adorando abuteretur: Quod in vno factum eſt, ad omnes extendi oportet, cum in ijs eadem valeat ratio: multis vitijs ſcatet. Neque enim verum eſt omnes ſine controuerſia hanc cauſam reddere, Neque vero ſcriptura vllam cauſam reddidit vltimo capite Deuteronomij. tantum hic ſcriptum eſt: & ſepeliuit eum (Dominus) in valle terrae Moab contra Phegor: & non cognouit homo ſepulchrum eius vſque in praeſentem diem. Ac tametſi Iudas Apoſtolus ſcripſerit Michaelem archangelum altercatum fuiſſe cum diabolo de Moſis corpore: tamen nō reddidit hanc cauſam: ac ne vllam quidem aliam Quis autem [2] certo nouit conſilium Domini? Quae ergo adfertur à quibuſdam idololatriae vitandae cauſa, coniectura eſt humana, ex qua, vt incerta, nihil certi inferri poteſt, idque eo minus, quod ea, ſicut indicauimus, non ſit omnium communis. Sunt enim qui ad ſingularem Moſis honorem referant, quod Dominus eum ſepeliuerit Sicut enim ad Aaronis honorem pertinuit, quod nullus eum de populo ſepeliuit: ſed Moyſes: ita Dominus Moſi maximum honorem detulit, quod nullus hominum, ſed ipſe met eum ſepeliuerit. quam cauſam Paulinus reddit natali quarto Felicis. Poſſet & vt Moſen ſecreto operire ſepulchro Sed ſoli hoc dederat Deus vni munus amico Arcana tellure tegi: quia iure decebat Tantus honos illud corpus quod comminus

1. *in admonitione qua oſtēditur, & cætera, ſectio. 3.* 2. *Rom. 11.*

minus ore Fulserat,& sermone Dei,vt mortalia functus Iura Deo, tanti frueretur iure sepulchri. Domini vero sepelientis opus sequitur ignoratio sepulchri. Quis enim sustinuisset videre Dominum sepelientem? tametsi etiam sint qui istud quoque referant ad honorem Mosis, cuius sepulchrũ nullus dignus habitus sit qui videret: vt Philo tradit in fine librorum vitę Mosis. Potestque occultationis etiam hæc causa reddi: longe illa prima probabilior, ne Moabitæ, in quorum regione mortuus & sepultus fuit, ignominia aliqua reliquias eius afficerent. Transibat enim populus Israel de hoc loco ad terram promissionis, proinde nullum ei à cognitione huius sepulchri periculum idololatrię imminebat; præsertim cum per legẽ reliquiæ quodam modo in tantum immundæ haberẽtur, vt eas tangẽtes contaminarentur. Moabitæ autem vt erant,& esse perseuerarunt hostes populi Dei: ita non potuerunt non valde odisse Mosen, eius ducem. Iam vero quod Caluinus infert, id quod in vno Mose factum est, ad omnes extendi oportere, cum in eis eadem valeat ratio: quã falsum est? Dominus enim sicut nullum alium præter Mosen sepeliuit: ita nullius præterquam huius sepulchrum abscondit. Sicut enim omnes alij, quantumuis sancti, ab hominibus sepulti fuerunt: ita eorum sepulchra ab hominibus cognita fuerunt, vt (verbi gratia) Abraham, Isaac, Iacob, Aaronis, Iosue,& Prophetarum sepulchra. Cum nullo enim istorum Dominus ore ad os locutus fuerat, sicut cum Moyse, vt ipsemet testatur Numer. 12. nec vllus talia signa fecerat, vel etiam facturus erat: sicut scriptum est in fine Deuteronomij: Et non surrexit vltra Propheta in Israel, sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem, in omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum vt faceret in terra Ægypti, Pharaoni & omnibus seruis eius, vniuersæque terrae illius,& cunctam manum robustam, magnaque mirabilia quae fecit Moyses coram vniuerso Israel. Igitur etiamsi daremus verum esse quod falso Caluinus assumpsit, quod in Moyse his de causis singulare fuisset, nõ deberet trahi ad omnes alios quando casus singularis non facit regulam. Sed e-contra sic esset argumentandum: Dominus solius Mosis corpus voluit ignotum esse Iudaeis, ne videlicet eo abuterentur ad id idolatriam. Ergo hoc-ipso quo non abscondit aliorum etiam sanctissimorum corpora, sed eorum voluit ipsis esse cognita sepulchra, nullum eis etiam propensissimis ad idololatriam, impendebat periculum abusus sanctorum reliquiarũ ad hoc facinus: quando exceptio confirmat regulam: & multo minus impendet Christianis: quorum temporibus Zacharias prophetauit fore vt Deus disperderet nomina idolorum de terra. Proin non abscondendæ, sed mani-

manifestandae sunt sanctorum reliquiae vbi iaceant vt imitemur Scripturam. Cui consentaneum etiam est quod non legamus, cuiuspiam quãtumuis sancti vel quasi loco idoli habita fuisse à Iudaeis.

20. Aeque vana sunt quae is praeterea obijcit, Paulũ dicere de Christo se post resurrectionem amplius ipsum non agnoscere secundum carnẽ 1. sectione 1. eiusdem admonitionis
quibus verbis admonuerit quidquid in Christo carnale fuit, obliuioni tradendum & missum faciendum, vt in eo secundum spiritum quaerendo & 2. 2. Cor 5.
possidendo omnem operam studiumque locemus. Eundemque 3 Apostolum tradere quemuis 4 cultum Dei, ingenijs hominum excogitatum, qualemcunque sapientiae speciem prae se ferat, vanitatem & stultitiam merã 3 sectione 2. eiusdem admonitionis.
esse. Paulus enim priore loco accipit nosse Christum secundum carnem, 4. Coloss 2.
pro nosse Christum passibilem & mortalem. vt qui post resurrectionem sit immortalis. quo sensu dictum est ab eodem Apostolo, qui in diebus 5. Hebr. 5.
carnis suae preces supplicationesque obtulit. Eademque sententia locum hunc interpretati sunt Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius Author commentariorũm sub nomine Ambrosij in epistolas Pauli, Leo sermone 1. de resurrectione, & Synodus septima actione sexta, quae etiam citat Chrysostomum & Cyrillum. Quem vero sensum Caluinus adfert, quasi omnis memoria humanitatis Christi obliuioni tradenda & missa facienda sit, is aduersa fronte pugnat cum manifestissima plurimarum scripturarum doctrina: Paulus enim tradit 6 sacramentum Eucharistiae institutum in memoriam mortis Christi. iubet nos 7 imitari humilitatẽ eius, prouocat nos ad patientiam eius exemplo recogitare 8 cũ in 6. 1. Cor. 11. 7. Phil. 2. 8. Hebr. 2.
quit qui talem aduersus semet ipsum sustinuit contradictionem: neque quidquam est quod scripturae magis studeant imprimere animis nostris, atque eius incarnationem, passionem, mortem, & mortem crucis. Vestis autem (verbi gratia) crux, claui, & similia, ista nobis efficaciter in memoriã reducunt. 9 Matthaeus Christo tanquam homini memorat datam esse omnem potestatem in cœlo & in terra. & 10 Ioannes pronuntiat eum 9. Matth. 28 10. 1. Ioan 2.
esse aduocatum nostrum eisque similia alia sexcenta occurrunt in scriptura. Et Paulus scilicet voluerit nos obliuisci hoc peruersissimo Caluini sensu Christum secundum carnem? Iam quod ad alterum locum attinet, vt omittamus exactam & plane aliam eius interpretationem, & donemus Caluino Paulum damnare omnem cultum voluntarium, siue, vt ait ingenijs hominum excogitatum, nihil is facit contra reliquiarum cultum
Ostendimus 11 enim varijs argumentis ex Scripturis deprõptis, reliquias 11. sectioni 7 8 9 10 11
sanctorum esse in suo gradu honorandas veneratione interna, & ijs qui 12. 13. 14.

ei reſpondent externis honoribus, vt apertione capitis genuum flexione & alijs, ex quibus & illud notabis Lector, quod vulgo Nouatores iactitāt & praecipue hic haereticus, de reliquijs nihil haberi in ſcripturis & prae ſertim de earum honoribus, falſiſſimum eſſe.

21. Sed pergamus ad alios honores. Moris enim eſt eccleſiae Dei reliquias Sanctorum non ſolum honorifice ſepelire, & ijs quos memorauimus modis honorare: ſed etiam quantum fieri poteſt conſeruare, idque in dignis ipſis loculis, & ſeparatim ab aliorum arcis, etiam fidelium. Eaque omnia etiam ſumpta ſunt ex Scripturis.

22. Imprimis ſatis conſtat populum Dei iam inde ab antiquiſſimis temporibus vſum fuiſſe in ſepultura fidelium ritibus, quibus ſignificat ſe
1. Act. 9. credere eos quos ſepeliebat reſurrecturos. Lauabant enim qui eos cura-
2. Ioan. 12. bant corpora, inuoluebant 2 nitidis linteaminibus, & condebant ea, ſi facultates ſuppetebant, in pulchris monumentis. Quae Prudentius egregie exponit in hymno de exequijs. Quomodo enim ſolemus mundare meliores veſtes quibus vſi ſumus, & mundatas reponere in arca in diem ſolennitatis: eo quod mutare veſtes in ſolennijs moris ſemper fuerit fide-
3. Geneſ. 35. libus, etiam 3 multis ſaeculis ante Legem: Ita lauamus corpora defunctorum iuxta morem iam inde à principio Eccleſiae obſeruatum, & ea linteis albis inuoluimus, quem ritum Iudaei obſeruarunt ab antiquo & poſt eos Chriſtiani: Deinde recondimus ea in ſepulchris velut dormientia, ſeruanda in illum diem ſolennem quo excitabuntur, animabus pellem, 4 car-
4. Iob 10. nem, & oſſa, quae ad tempus exuerant id eſt corpora, rurſum induturis 5 alba & nitida. Obſeruatumque etiam fuit ab antiquiſsimis temporibus ad
5. Apocal. 3 pleniorem huius fidei ſignificationem, vt loculi & ſepulchra inſtar arcae fierent, atque adeo nomen arcae mutuarentur. Poſtremo his addita ſunt à 6 diuitibus aromata, & ſepulchra diu durantia, vt (verbi gratia) 7 exciſa
6. Geneſ. 50. & Ioan 19. in petra. Facile enim omnes intelligebant, ſi vel ſigna tantum conſeruatio-
7 Matth. 27 nis corporum ad profeſsionem fidei reſurrectionis vitae. Deo placebant: longe magis ritus qui facerent ad veram & aliquo tempore, vel etiam diu duraturam corporum conſeruationem, non poſſe non eſſe ipſi valde acceptos.

23. Sed quum hi ritus fuerint omnium fidelium communes, quatenus quidem potuerunt: tamen accuratius obſeruati ſunt in ſepultura Sanctorum. Abraham 1 prouidit Sarae & ſibi magna ſolicitudine & non vna ſup-
1. Geneſ. 23. plicatione de ſpelunca duplici, quod oſtendit eam fuiſſe valde accommodatam ad inſigne ſepulchrum vxoris & ſui, ſicut & hoc quoque, quod ad eam

eam elati fuerunt 2 Isaac & Rebecca, Lia & Iacob conditus aromatibus
ex Ægypto. Ioseph voluit sepeliri 3 in parte agri quem Iacob emerat cen- 2. Genes. 49.
tum agnis: & non vno saeculo ante asseruatus fuit in firmissimo loculo, 3. Genes. 50.
quam illic sepeliretur. Eodemque modo etiam duodecim 4 Patriarchæ 4. Act. 7.
asseruati sunt donec transferentur Sichem Iacob dilectam suam Rachel
ita sepeliuit vt monumentum eius extaret etiam Moysis ætate, sic 5 enim 5. Genes. 35.
ait: Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quæ ducit Ephratam, hoc
est, Bethlehem, erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius. Hic est ti-
tulus monumenti Rachel vsque in præsentem diem, atque 6 adeo etiam 6. 1. Reg. 10.
temporibus Samuelis Inuenies, inquit hic, duos viros iuxta sepulchrum
Rachel. immo 7 & tempore Hieronymi, quod idem 8 ait etiam de sepul 7. in epita-
chris Caleb, Iosue, Eleazari filij Aaron, Elizæi & Abdiæ Dauidis autem phio Paulæ
sepulchrum vsqueadeo firmiter ædificatum fuit vt viginti octo generatio 8. in eodem
nibus, & pluribus, durauerit: Petrus namque 9 author est id adhuc suo tē- epitaphio.
pore extitisse, & vt colligere licet ex eius verbis, cum eius reliquijs. Ne- 9. Act 2.
que dubium est quin aliorum quoque Prophetarum sepulchra talia fue-
rint, vel eorum reliquiæ diu asseruarentur Ossa enim (exempli causa) vi-
ri Dei, cuius mentio fit 10 sub Ieroboam, adhuc erant in suo sepulchro 11
sub Iosia: inter quos minimum vndecim Reges imperauerāt Iudæ. tamet- 10. 3. Reg. 13
si ab extraneis & non à suis necessarijs & solū velut tumultuarie sepultus 11. 4. Reg. 23
fuisset. Iesus Christus Dominus 12 noster vnctus fuit à Iosepho ab Arima 12. Matt. 27
thia & Nicodemo mixturæ myrrhę & aloes quasi libris centum, & sepul
tus in monumēto exciso in petra. Ac perīde ac si istud nō sufficisset, Maria
Magdalene 13 & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes 13. Marc 16
vngerent eum Et memorabile est quod is vnctionem pretiosi vnguenti
quo Maria Magdelena præuenerat eum vngere in sepulturam, 14 vocet 14 Matt. 26
ἔργον καλὸν id est, opus pulchrum & egregiū: quodque id compenset sem
piterna omnium gentium de eo memoria. Ioannem quoque Baptistam
durabili sepulchro tumulatum fuisse ex eo manifestum est, quod id 15 15. vt videre
Hieronymi & aliorum temporibus extabat Sebaste. Neque dubium esse licet Epita-
potest quin sepultura quoque Stephani eiusmodi fuerit: vt quę non nisi phio Paulæ.
multorum virorum religiosorum opera gesta sit sicut constat ex verbo
græco 16. Lucæ, συνεκόμισαν id est, simul curauerunt. Igitur Fideles egregi 16. Act. 8.
um & bonum opus faciunt, quum reliquias Sanctorum ad significandam
resurrectionem vitæ qua suscitandi sunt, quamdiu possunt conseruant.

14. Eique operi accedit etiam illa ratio, quod quum euectis in cœlum
Sanctorum animis, reliquiae eorum, singulae eo quod Deo placuit tem-

pore, factae fuissent velut fontes salutares plurimorum & maximorum bonorum: quod experientia multorum saeculorum docuerit, quae iuxta doctrinam scripturae sufficit in hac re vt 1 antea diximus: Fideles causam
1 supra sectione 10. ampliorem habuerint eas quam diutissime possent conseruandi.

25. Iam vero si quis reputet corpora Sanctorum esse casta & imma-
1. 1. Cor. 6. culata animarum instrumenta, esse 1 membra Christi, & habitacula Spi-
2. 1. Cor. 15. ritus sancti, quorum mors dignitatem non abstulerit: esse grana quae 2 se-
3. Apocal 21 minantur in incorruptionē ęternam esse insignes thesauros, esse 3 lapides pretiosos quibus Ierusalē cœlestis aedificabitur; facile perspiciet ea merito quoque conseruari debere in loculis & monumentis pretiosis. Vel ipsa enim natura docet res pretiosas recte in vasis pretiosis asseruari.

1. 2. Par 32. 26. Ezechias legitur 1 libro 2 Paralipomenon sortitus sepulchrum super sepulchra filiorum Dauid Cur? nisi propter insignem pietatem, si
2. in quaestionibus Hebraicis in libros Paralip ue vt 2 Hieronymus loquitur, meriti praerogatiua Et ex Iosepho apparet Salomonem sepeliuisse patrem cum maximis diuitijs. Refert enim Hircanum 3 Pontificem post annos mille trecentos ex aperta monumenti
3. libro 7. antiq. Iudaic. c. 12. cella protulisse tria talentorum millia: ac rursum post multos annos elapsos Herodem regem alia cella aperta magnam pecuniam sustulisse. Et tamen isto tempore sanctae animae nondum peruenerant ad cœleste habitaculum, nondum regebant gentes & nationes, nondum nactae erant
4. vide supr. titulum 14. imperium in daemones. Posteaquam vero 4 haec adeptae sunt, quis dubitet nos maiorem habere causam cur eas conditorijs pretiosis condamus, praesertim in maximis ecclesiae diuitijs.

27. Nam quod Vvitclef obijciebat Dominum vae 1 dixisse Pharisaeis
1. Matth. 23. quod aedificarent monumenta Prophetarum quos 1 Patres eorum occi-
2. Luc. 11. derant, & affirmasse 2 eos testificari hac aedificatione quod consentirent operibus eorum recte intellectum nullo pacto contrarium est ijs que diximus. Non enim reprehendit in eis aedificationem monumentorū ad honorem Prophetarum, quem non vere quaerebant, sed tantum se quaerere simulabant & iactabāt: verum quod ea aedificarent vt memoriam virium & potentiae maiorum suorum transmitterent ad posteros qui potuissēt occidere Prophetas Eos enim timuisse ne si vetustate sepulchra intercciderent, tanti facinoris, & tam magnae audaciae memoria periret. Re vera ergo consentire cum eis in Prophetarum mortē, quando praesertim se Dominū Prophetarum, & suos Apostolos desiderarent interficere.

28. Quod vero etiam veteris testamenti Sancti non fuerint temere sepulti cum quibusuis: sed separata ab alijs monumenta habuerint, appa-

tte

ret ex sequentibus argumentis. Filij 1 Heth offerebant Abrahamo vt sepe- 1. Genes. 23.
liret Saram vxorem suam, vbicunque vellet, in electis sepulchris su-
is. Sed Abraham maluit ei & sibi purum & peculiarem sepulturæ locum
emere, quam hac facultate gratis frui. Scriptū est in libro altero 2 Para- 2. 2. Para. 21
lipomenon Regem Ioram sepultum fuisse in ciuitate Dauid, sed non in
sepulchro regum, quod nimirum fuisset valde impius. Et in libro, 3 quar- 3. 4. Reg. 21.
to Regū de Manasse & Amone impijssimis, quòd sepulti fuerint in horto
suo. In Ieremia vero 4 notatum est ad ignominiā Regis Ioacim quod e- 4. Ierem. 26
ducti ex Ægypto, & à se interfecti Vriæ Prophetæ cadauer proiecerit in
sepulchris vulgi ignobilis. & iusto Dei iudicio factum est 5 vt solus ex om
nibus Regibus Iuda sepultura asini sepeliretur, id est, insepultus abij- 5. Ierem. 22.
ceretur.

29. Hinc prodijt cum post sepulturam cum alijs communem manifestum fit aliquos esse sanctos, vel consideratur esse qui non habeant satis dignos loculos: vt leuentur reliquiæ eorum, & condantur in loculis & locis ipsis dignis vt (verbi gratia) sub altaribus: propterea quod animæ martyrum 1 visæ sint Ioanni sub altari: & nō animæ solū, sed reliquiæ quo- 1. Apocal. 6.
que earum redemptæ fini sacrificio crucis Christi altari significatæ. vt quandoque cum suis capsis in altari collocentur ad significandum quod animę earum sint 2 cum Christo: vt eleuentur in altum in signum quod 2. Phil. 1.
3 earum animæ vehementer eleuatæ sint quodque earum reliquiæ ius 3 psalmo, 46
habeant in ista suo tempore possidenda. Denique vt quandoque etiam rursus in pretiosis monumentis condantur, tametsi vel ipsi loculi & solæ arcae sint per se quaedam sepulchra.

30. Sed dicamus etiam de honorifica conseruatione reliquiarum mi- 1. Deute. 10. & Heb. 9.
noris pretij, quam sint reliquiae & exuuiae sancti hominis: ne quidpiam
omittamus. Apud Iudaeos expresso Dei mandato asseruabantur tabulae 2. Exod. 16.
1 testamenti, 2 manna in vrna aurea, virga 3 Aaron, & 4 laminae argenteae 3. Num. 17.
& absque Dei praecepto, 5 virga Mosis, cornu 6 olei sancti, quod de taber- 4. Nume. 16
naculo sumebatur ad vnguendum reges, liber legis 7 regni quem Samuel 5. Exod. 4. 7. 14. 17.
reposuit coram Domino, & 8 serpens aeneus temporibus Mosis, Iosue & 6. 1. Reg. 1. et
aliorum sub quibus Israel seruiuit: Domino licet postea propter genera- psal. 88.
lem eius abusum merito confractus sit ab Ezechia. Elizęus asseruauit pal- 7. 1. Reg. 10.
lium Eliae, quo diuisit aquas Iordanis, quandoquidem 9 constat eum istud 8. Nume. 21.
bis fecisse. Naaman 10 Syrus consentiente Elizaeo onus duorum burdo- & 4. Reg. 18
num terrae sanctae seruauit, abstulit enim eam vt super eam sacrificaret 9. 4. Reg. 2.
Deo 10. 4. Reg. 5

Deo Israel. Omitto autem gladium Galiath 11 seruatum fuisse in sacratio
11.1.Reg.21. post Ephot: quia magis anathematis, quam reliquiarum rationem habuit: tametsi nobis significet argumento à minori ad maius quid soleret fieri de sacris reliquijs. In nouo autem testamento apertissime 12 proditum est
12.Act.19. 12 à corpore Pauli delata esse sudaria & semicinctia super infirmos & recessisse ab eis morbos, & spiritus malos egressos fuisse. Quæ autem deferebantur ad infirmos, conseruari oportebat, saltem tantisper dum ad eos delata fuissent. Et quia scriptum est indefinite, super infirmos, consequēs est ea longo tempore, & magna cura conseruata fuisse, vt quę omnium quoslibet morbos & qualuis infirmitates sanabant, in tantum vt dæmones ex obsessis corporibus egrederentur. Quamuis alioqui ipsa etiam ratio dictet, hæc efficacia omnium infirmitatum remedia, in speciē quidem vilia, sed omni pretioso vnguento, atque etiam balsamo longe digniora, diu & diligenter fuisse conseruata.

31. Vltimo honoramus reliquias sanctorum defunctorum translatione. Vidimus enim eam profluere ex eo quod accidat vt deprehendantur
1 supra sectione 29. non esse conditæ dignis ipsis conditorijs. Sed quia sunt etiam aliæ translationis earum causæ, dicendum est plene de translatione.

32. Scriptura ergo vtitur frequentissime translationis vocabulo, & translatio apud eam est plurimarum earumque inter se valde differentium
1. Genes.5. & Hebr. 11. um rerum. Meminit enim translationis personæ, vt Henoch, qui 1 translatus est, ante translationem testimoniū habuit quod placuerit Deo & translationis manuum, vt Iacob quas 2 Ioseph conatus fuit transferre de ca-
2.Genes.48. pite Ephraim super Manassen: translationis 3 terminorum, 4 regni, 5 pec-
3.Deuter 19 & 27. cati, 6 Israelis, 7 Iudæ & 8 habitatorum Ierusalem, 9 vasorum templi, &
4.3. Reg. 3. multarum aliarum rerum. quia vocabulum est quadrans in omnia quę
5.2.Reg 12. & 24 auferuntur præsertim de loco ad locum. Proinde mirum non est quod dicamus translationem corporum, ossium & aliarum similium reliquiarum:
6.4. Reg.15. & 17. neque vero etiam nouum: quando Plinius scripsit epistolam Troiano Im-
8.4.Reg.16 peratori de transferendis reliquijs.
9.2. Par,36. 33. Quanquam ne huius quidem testimonio indigeamus. Nam Lu-
10.Iob 5.& 14 psal 79. & Marc,11 cas diu ante Plinium vsus est vocabulo trāslationis in reliquijs defunctorum, etiam Sanctorum in bonam partem accepta. Et descendit, 1 inquit,
1.Act 7. Iacob in Ægyptum, & defunctus est ipse, & Patres nostri. & translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro quod emit Abraham pretio argenti à filijs Sichem. Nam alioqui est etiam translatio reliquiarum quæ in malam partem accipitur. vt Ierem.8. eijcient ossa eorum de sepulchris, & Baruch.

ruch. 2 transferentur ossa patrum nostrorum de loco suo & proijcientur. Eiusque 1 extat insigne exemplú in Iosia 4. Reg. 23.

34. Res vero minimum tam antiqua est, quam hic audimus. Ioseph. enim adiurauit fratres suos vt asportarent ossa sua secum ad terram promissionis, & hoc præceptum Moyses 2 exequi cœpit auferens ea secum, Iosue 3 vero compleuit. Neque per Lucam dubitare possumus quin idem præstiterint de Patriarchis, tametsi liber Legis non meminerit huius historiæ. Iosiam 4 quoque mortuum portauerunt serui eius de Mageddo, & pertulerunt in Ierusalem, & sepelierunt in sepulchro suo. Et Simon 5 misit & accepit ossa Ionathæ fratris sui, & sepeliuit ea in Modin ciuitate patris sui.

1. Genes. 50. 2. Exod. 13. 3. Iosue 24. 4. 4 Reg. 23 5. 1. Mach. 13

35. Quod autem attinet ad alias reliquias, 1 certum est tabulas testamenti Aaron, & præceptam à Deo mannæ mensuram translatas fuisse cũ arca, & laminas argenteas cum altari plurimis annis. quin etiam 2 audiuimus delata fuisse à corpore Pauli sudaria & semicinctia super infirmos vt sanarentur.

1. ex Exodo, Numer. & Deuter. 2. sectione 30 ex Act c. 19.

36. Et quidem neque Ioseph, neque Patriarchæ, vllum habuerunt Dei præceptum quo ipsis iniunxerat vt mandarent posteris suis asseruationem & translationem reliquiarum suarum ad terram Chanaam. Sed quia Deus eam dederat Abraham, Isaac, & Iacob, patribus eorum, & promiserat fore vt eorum posteri post multos annos eam possiderent, asseruationes & translationes istæ fuerunt Deo acceptæ propterea quod 1 essent opera fidei, quibus protestabantur se certo credere huic Dei promissioni, & animabant posteros suos ad eam desiderandam & suo tempore inuadendam, Neque vero etiam reges Iuda vllum mandatum Dei habuerunt de sepeliendis suis corporibus in Ierusalem: Et tamen nullus est qui hoc eorum desiderium improbet, eo quod esset tecta quædam protestatio spei quam conceperant de possidẽdà suo tempore cœlesti Ierusalem. Sic quod Simon 2 transtulit ossa Ionathę fratris sui in Modin ciuitaté patris sui, eaque maluit hic quam alio loco esse, latens fuit professio fiduciæ quam hic habuisset & ipse quoque haberet de aliquando possidenda cœlesti ciuitate Dei patris qui in cœlis est. Et nos omnes qui desideramus magis in patria & sepulchro maiorum nostrorum requiescere, quam alibi, naturali hoc desiderio denotamus nos appetere patriam cœlestem perinde ac necessarij nostri eam desiderarunt, & cupere cum eis istic requiescere. Quæ quia Chemnitius nõ vidit, nec animaduertit hæc desideria nobis à Deo naturæ authore indita vt tanto ardentius appeteremus patriam cœlestem

1. Hebr. 11. 2. 1. Mac. 13

&

& maiorum nostrorum quietis locum quanto ista illis praestant: male 3 existimauit causam natum & aliarum similium quae in biblijs extant translationum, vt 4 Berzellai, vt Ionathae 5 cum Saule & alijs fuisse mere politicam.

3. in examine decreti concilii Tridentini de reliquiis pagina 19.
4. 2. Reg. 19
5. 1. Reg. 31.
1. vide supra tit. 7. & 17.

37. Ad hunc modum examinatae conseruationes & translationes reliquiarum Sanctorum Christianis vsitatae, licet non sint praeceptae à Deo: placent tamen ipsi, quia sunt opera fidei qua credunt 1 sanctos possidere regnum coelorum, & ingenti apud ipsum gratia pollere, ac nos regere eosque resurrecturos ad gloriam: quia sunt opera charitatis, quibus exhortantur alios ad Deo bene & accurate seruiendum instar eorum quorum reliquijs tanti honores deferuntur. Nam (vt Chrysostomus 2 recte animaduertit) sanctorum capsae & sepulchra post sermonis facultatem proximum locum obtinent ad animas hominum in ipsos sanctos intuentium ad virtutum earundem aemulationem excitandas. Vnde recte ducimus argumentum ab asseruatione & translatione reliquiarum sanctarum quarum meminit Scriptura ad asseruationem & translationem reliquiarum quibus Christiani vtuntur.

2. in lib. contra Gentiles

38. His adijcimus quod nobis poene exciderat, miraculi 1 suscitati mortui ad contactum ossium Elizaei non aliam certiorem causam reddi posse atque gloriam Sanctorum, & praecipue Dei, qui 2 potuerit Elizaeû per Eliam donare duplici spiritu istius. Haec autem causa communis est omnibus miraculis Sanctorum, & praesertim reliquiarum. Pertinet enim ad ingentem Dei gloriam quod haec per sanctos suos possit praestare, & velit 3 abundantem hunc honorem exhibere inhonestis eorum secundum externam speciem quodque his testimonium perhibet sibi non perire quod moritur, & nobis colligendum reliquit in quanto honore habeat animas sanctorum defunctorum ex eo quod exanimes eorum reliquiae tanto affectu hic coronantur.

1. 4. Reg. 13.
2. 4. Reg. 2.
3. vide Augustinum sermone 9. inter sermones à Parisiensibus missos Frobenio.

39. Quam vero causam 1 Chemnitius adfert velut ex scriptura, videlicet hoc miraculum factum esse, vt Israelitas commone faceret prophetiae Elizaei ne timerent incursiones hostiles, si modo Deo adhaererent ea non extat in scriptura. vt quae nullam plane causam huius miraculi reddidit Prophetauit quidem Elizaeus c. 3. libri 4. Regum contra Moabitas: sed haec prophetia statim impleta fuit vt videre est eodem capite. Quae vero extat c. 13. de percussione Syriae, ea nihil pertinuit ad terram Moabitarû, & multo minus ad incursiones latrunculorum Moabitarum. Neque Syracides exposuit qua ratione mortuum Elizaei corpus 2 dixerit prophe

1. in examine decreti concil. Tridentini de reliquiis. pagina.
2. Ecclesi. 48.

phetasse. Sed demus tamen Chemnitio hanc quoque quam adfert istius miraculi fuisse causam non effugit vim argumenti:tum quia primaria illi ratio semper vigentium quia Deus confirmat miraculis reliquiarum, spē quam habemus,quod is sit impleturus in sanctis suis quæ adhuc restant implenda.nominatim plenam 3 victoriam mortis & dæmonum. 3 1.Cor 15. capitul 109. a supra sectione ,..

40. Memorauimus 1 breuiter scripturam meminisse abiectionis,siue proiectionis,& translationis reliquiarum qua valde improbi iuste puniti fuerint.Ergo iusta est conseruatio & translatio ad honorem pertinens reliqui iruin insigniter piorum fidelium. 2. Asseruatio tabularum testamenti,virga Aaron,& certæ mensuræ mannæ Deo placuit,quod Israelitæ his redirent in memoriam potentiæ & bonitatis Dei erga patres suos quæ ipsis esset instar stimuli ad Deum timen um & redamandum Proinde placet quoque Deo conseruatio & translatio reliquiarum:vt quæ reducat nobis in memoriam insignia Dei beneficia in sanctos quum hic viuerent.quę nos valde incitat ad timorem Dei & amorem. 3. Translatio sudariorum & semicinctiorum Pauli merito fiebat propter vtilitā ē: Igitur & translatio ossium & cinerum sanctorum iure etiam fit,vt quæ experientia docuerit esse perinde atque ista,v tilia.

41. Nihil autem hic dicimus de honore Iuramenti quod fit tactis Sanctorum reliquijs.quia 1 docuimus antea ex scriptura Iuramentum recte fieri etiam per Sanctos,nec est qui possit ignorare reliquias pertinere ad sanctos.& sanctiores esse auro in templo oblato,per quod recte iuramentum fiebat,modo obseruarentur circunstantiæ ad legitimum iuramē tum necessariae. 1.sectione 56 titulo 28.

42. Et multo minus scribimus contra plurima mend cia Nouatorū quibus nos calumniantur;quoniam apertissime falsa sunt. quale (verbi gratia)est istud 1 Chemnitij:docent ad sacramenti Eucharistiae sanctitatem non parum conferre,si in altari reliquiae Sanctorum inclusae habeantur:item qualia sunt ista 2 Caluini:Quod qui se Christianum nominat eo vsque progressus,vt non minore idololatria, quam vlli olim Ethnici insanierit.prostrauit enim se ipsum inquit,ac genu flexit coram reliquijs tanquam coram Deo Et iterum,vt execrabili sacrilegio res omni sensu carentes a 'orarent loco Dei Et rursus:Nec solum 3 sanctos Christi loco adorant sed etiam eorum ossa,vestes,calceos,& simulachra. 1.Matth.23 2 in examine decreti 6 cilii Tridentini de reliquijs pagina 4. 2 in admonitione de reliquijs.

43. Sed nullo modo prætererire debemus, mirum non esse si nostra à Iudaicis aliqua in parte differant.quandoquidem diuersi sunt situs & status illorum & nostri,Exempli causa.Iudæi legem habebant qua immū di 1. in libro de necessitate reformanda ecclesia.

di fiebant qui tangebant mortuum: proinde neque transtulerunt ossa Elizaei, tametsi illud ingens miraculum contigisset ad eorum contactum: neque huius & aliorum sanctorum reliquias osculati sunt. Haec vero constitutio abolita fuit per euangelium. Sancti defuncti non viderunt Deum, lucem veram, ante redemptionem generis humani. proin non sunt incensi cerei ante sepulchra eorum. non poterant enim vere, sicut nos, protestari ipsos videre Deum facie ad faciem. In summa, sicut lux veritatis illorũ temporum non est conferenda cum nostra: ita mirum nõ est habere nos quosdam honores sanctis quos illi non habuerint.

44. Immo peccarent, sicut & haeretici hac quoque in re peccant, si qui exigerent sibi ostendi omnia quae in pace ecclesiae facta sint, patrata quoque fuisse temporibus persecutionum, vt (verbi gratia) in Stephano & Iacobo fratre Ioannis. quãdo manifeste alia erat ratio illorũ temporũ quibus Christiani pro magno bono habebant si possent Sanctos honorifice sepelire. alia est tranquillorum & opulentorum temporum.

45. Porro ex eo quod reliquiae Sanctorum recte conseruantur, trãsferuntur, & alijs modis honorantur: facile omnes vident longe iustius reliquias Domini nostri Iesu Christi conseruari, transferri, & alijs modis honorari: quando Christus tanto istis praestat, quanto creator creaturae, & Dominus seruo: de quibus quia diximus titulo 27. sectione 57. & sequẽtibus vsque ad sectionem 64 necesse non habemus ea hic repetere. Tantum hic addimus quaedam de cruce, quorum illic non meminimus. Deus ipse crucem multis modis honorauit: primum figuris. vt (exempli causa) 1 ligno proiecto à Moyse in aquas amaras, & 2 virga Mosis quae silicem discidit. Deinde quia 3 dignatus est de ipsa loqui per Prophetas: ad haec quia 4 vocauit eam per filiũ suum Iesum Christum signũ Filij hominis: postremo quia per eum 5 praedixit futurum vt appareat in cœlo in aduentu ipsius ad iudicandum viuos & mortuos. Quanto ergo iustius homines eã honorent? salomon de ligno arcae loquens, & more afflatorum spiritu sancto de cruce prophetans: Benedictum, 6 inquit, lignum per quod fit iustitia. Sicut enim tempore Noe per arcam ligneam fuit vitae conseruatio: ita & mundus per crucem saluatus est. Quod autem benedictum est, idem honore quoque dignum est. Hinc Chrysostomus ait 7 solomonem his verbis docuisse colendam adorandamque esse Christi crucẽ. Hinc 8

1. Exod. 15. et vide Chrysostomum in homilia de adoratione pretiosa crucis. 2. Exod. 17. & vide Cyrillum Ierosolymitanum catech. 13. 3 nominatim Ieremiam c. 11. & vide Tertullianum in libro aduersus Iudaeos, & in libris 3. & 4 aduersus Marcionem. 4 Matth. 24. 5. eodem capite & vide Chrysostomum homilia 77. in Matthaeum, Augustinum sermone 130. de tẽpore, & Cyrillum Ierosolymitanum catech 13. 6. Sapient 14. 7. Chrysostomus in homil. de adoratione pretiosae crucis. 8. Athanasius in Synopsi diuinae scripturae.

Athanasius scripsit doceri in libro Sapientiæ, quod per lignũ salus sit credentibus. Hinc Ambrosius tradidit hanc scripturam ostendere in misericordia redemptionis generis humani interuenisse iustitiam, tametsi alioqui etiam recte sequatur, si lignum arcę sit benedictum, quia per id facta est iustitia, vt tanto magis lignum crucis sit benedictum, quãto in hoc quã in illo maior iustitia interuenit.

9 Ambrosius sermone 8. in psal. 118.

46. Restat vt post demonstrationem Scripturarum, dicamus de historia ecclesiastica: quam Nouatores perinde conspurcarunt & corruperunt atque alias historias de quibus hactenus diximus Nam 1 Henricus Bullingerus ait solum Hieronymũ quædam de ossium virtutibus & reliquiarũ veneratione confidentius, & ii dicere phas est impudentius effutiuisse. 2, Magdeburgenses vero secum maxime pugnant Etenim scribunt in præfatione in sextam centuriam cœpisse hoc sæculo etiam defunctas creaturas atque exanguia & semicorrosa ossa coli: quibus mendacissime addunt inuocari, & in honore diuino haberi. Quintæ autem centuriæ capite septimo pagina 744 Nouum est inquiunt, quod episcopi cœperint hoc sæculo reliquias Sanctorum superstitiose tractare. Manifestissime vero inter se pugnant cultum reliquiarum cœpisse quinto sęculo, & eundem cœpisse sexto sæculo. Rursus ijdem cum his clarissime pugnant, quum initium huius cultus ascribunt quarto sæculo. tradunt enim centuriæ quartæ capite sexto pagina 456 in superioribus sæculis de translatione reliquiarum Sanctorum & veneratione earundem nihil apud probatos Authores reperiri At hoc sæculo eam rem tum ex nimia Sanctorum prædicatione, tum ex Zizanijs de Sanctorum intercessione, tum ex ethnica superstitione primum cœpisse & primum diaboli astu. Eisque fere consentit 3 Chemnitius in hoc saeculo, nisi quod addit quaedam particularia. non agnoscit enim 4 primis trecentis annis alium reliquiarum honorem, quam honorifice sepulturae. cui annexæ fuerint à Patribus non malo consilio panegyres. Sub Constantino vero 5 cœpisse translationes reliquiarum ex sepulchris obscurioribus ad monumenta celebriora, exemplo Antigoni, qui Demetrij patris sui cineres celeberrima pompa transtulerit. vt ex Plutarcho tradunt Volaterranus & Sabellicus circa 6 vero annum quadringentesimum reliquos cultus in Ecclesiam irrepsisse, atque huc omnem historiam vel contorquet vel conatur demonstrare irrepsisse in ecclesiam ex ritibus Gentilium.

1. Henricus Bullingerus libro 1. de origine erroris c. 14. folio 39

2. Magdeburgenses locis in textu citatis.

3. Chemnitius in examine decreti concilii Tridentini de reliquiis.

4. pagina 25

5 pagina. 31.

6. pagin. 45.

47. Et quidem certum est, etiam ex historia ecclesiastica, plurimos Prophetas, Apostolos, & discipulos Domini honorifice fuisse à Fidelibus

1 in Synopsi.
2 in libro de vitis Prophetarum.

sepultos, vt videre licet apud 1 Dorotheum martyrem in Esaia & Daniele, in Thoma & Iuda, in Timotheo & Tito & apud 2 Epiphanium etiam in alijs Prophetis. Faciuntque huius rei mentionem in alijs sanctis plurimi alij scriptores ecclesiastici. Quin etiam dictæ sūt eorū laudes publicè in natalitijs eorum diebus, quum id licuit per persecutiones. Sed hæc nō excusant eos ab hæresi iam olim damnata: nec satisfaciunt reliquæ historiæ ecclesiasticæ quæ manifeste ostendit honores reliquijs sanctorum habitos post sepulturam.

48. Fuerunt enim plurimi iam olim hæreseos condemnati, propterea quod Sanctos sepultos, id est reliquias Sanctorum conditas nollent honorare, alio, inquam, honore, atque laudis. Ac tametsi eorum fuerint valde differentes quas prætexebant causæ, & vt plurimum valde diuersæ ab ijs quas Nouatores huius sæculi proferunt: tamen hi cum illis omnibus, & illi omnes inter se & cum his, conueniunt in inficiatione honoris Sanctorum quem diximus. Nec quisquam satis admirari possit cæcitatē Chemnitij, qui existimet se & suos euasisse antiquissimam hæreseos condemnationem, propterea quod proferat, & nonnunquam magis proferre conetur quàm vere proferat, alias placiti veterum hæreticorum causas, atqui ipsi reddant quodque non animaduertat se & suos longe magis cū illis conuenire, atque vulpes Sampsonis ad exurendas segetes. Illæ enim solum caudis sibi mutuo colligatæ erant: hi vero ipso capite. Immo Iudaei & Samaritani notati sunt erroris iam inde ab initio Ecclesiae quod non probarent honores de quibus agimus. Neque enim negabant Sanctos honorifice sepeliendos vel eos esse laudandos: quando ipsis de his constabat ex Scripturis veteris testamenti. ac tametsi hanc causam praecipue vrgebant quod omnes reliquiae hominum essent immundæ, quam Nouatores huius sæculi non praetexunt, propterea quod non ignorent legem ceremonialem desijsse per Christum tamen quia hi cum ipsis conueniunt in capite, id est, inficiatione honoris eorum proculdubio in illis damnati fuerunt erroris.

1. Tertullianus in lib. de praescriptionibus aduersus haereticos, in Basilide.
2. Irenaeus libro 3. aduersus haereses c. 20.

49. Sed memoremus particulatī etiā haereticorū historiā quae huc pertinet. cōstabit enim ex ea de ecclesiae sentētia, qui fuerint Patres Nouatorū: & quoties in eis dānati sint. Igitur Basilides olim dānatus fuit ab ecclesia quod diceret martyria vana & inutilia esse cū alijs de causis, tū hac quoq; quod Christus nō esset vere mortē perpessus, sed simon. Spernebāt ipse & discipuli eius martyres Domini & vituperabāt eos qui propter Domini confessionem occidebantur. Ex quo porro consequens erat cum

non

non detulisse vllum honorem martyrum reliquijs:idque eo certius quod 3 resurrectionem corporum grauiter impugnabat negans salutem corporibus repromissam Quam eius consequentiam vt cognitam haberemus, & Tertullianus 4 ait eum quoque martyria negasse esse facienda: non vero solum dixit,martyria negasse esse patienda:eo quod martyrium nō tantum martyris confessionem & passionem,sed etiam peculiare eius sepulchrum significet.Et Irenæus eodem variæ significationis vocabulo vsus est dum 5 scripsit:Cum enim inquiretur sanguis eorum (martyrum) & gloriam consequentur,tunc à Christo confundantur omnes qui inhonorauerunt eorum martyrium. Apparet ex 6 Hieronymo Caianam hæresim varia venena diffudisse vt damnaret martyria pro Christo.contra quæ Tertullianus scripserit librum,cui titulum dedit 7 Scorpiacon. Authores vero huius hæresis fuerunt 8 Noui Nicolaitæ & ab his eadem transijt 9 ad Valentinianos.Atque ab hoc gradu progressa est ad contemptum honorum sepulchrorum martyrum quæ (vt Tertullianus vult) Esaias prædixerit in honore futura.Citat 10 enim 11 Esaiam his verbis: Vide quomodo perit iustus, & nemo excipit corde: & viri iusti auferuntur, & nemo animaduertit. à facie enim iniustitiæ perit iustus, & erit honor sepulturæ eius. Deinde addit: habes hic quoque & prædicationem, & remunerationem martyriorum. Et quidem dubium non est Caianos in hunc errorem iusto Dei iudicio incidisse propter immensas immunditias quibus Nicolaitæ semet-ipsos conspurcabant:& quia Caiani etiam negabant resurrectionem corporum. Sed tamen non propterea non fuerunt Nouatores in his,& Basilide condemnati quod eorum erroribus non acquiescant,ex quibus profluxit hæresis circa honores reliquiarum.nam hic error communis est Nouatoribus & illis infamibus & antiquissimis hæreticis,licet prætexāt alias causas vt merito vocentur portionarij Basilidis & Caianorum Synodus Gangrensis inter caetera Eustathij Sebastiae episcopi errata damnauit tria,dum voluit canone 20.esse anathema si quis inculpet,vtēs affectu superbo & execrās, collectas Martyrum,vel in eis factas liturgias & memorias eorum. Haec enim respondent verbis graecis de verbo ad verbum. Fideles ergo tunc non solum honorifice sepeliebant martyres & ad audiendas eorum laudes conueniebant:sed etiā colligebantur siue congregabantur ad offerenda sacrificia,& honoranda eorum monumenta, siue reliquias eorum in monumentis.quia positum est continens pro contento. Qui vero nunc ista negant,implicati tenentur hoc anathemate.Post hos surrexit Eunomius

3. teste Tertulliano in libro de praescriptionibus aduersus hæreticos in Basilide.
4 eodem loc.
5 libro 3 aduersus haeresis c.20.
6. Hieronym. in libro aduersus Vigilantium
7. hic etiam nunc extat.
8 teste Tertulliano in libro de praescriptionibus aduersus haereticos
9. vt colligere licet ex Tertulliano in Scorpiaco
10. in Scorp.
11. Esai c.57

mius, ille, inquã, Eunomius, insignis filij Dei & Dei blasphemator, ac Eunominiani eius sectatores, qui negauerunt reliquijs Sanctorũ eosdem honores, quos postea negauit Vigilantius. Sic namque in eum scribit 11 Hieronymus; O portentum in vltimas terras deportandum. Rides de reliquijs martyrum, & cum authore huius haereseos Eunomio, ecclesijs Christi calumniam struis: nec tali societate terreris, vt eadem contra nos loquaris, quae ille contra Ecclesiam loquitur? Omnes enim sectatores eius Basilicas Apostolorum & martyrum non ingrediuntur, vt scilicet mortuum adorent Eunomium, & caetera. Quoniam vero pudebat Chemnitium agnoscere scelestos istos homines pro patre Vigilantij, pij scilicet viri, 13 transformat quod Hieronymus ait de ingressu in basilicas in conuentus ecclesiasticos. scribit enim Eunomij sectatores noluisse se aggregare ecclesiasticis conuentibus, in quibus laudabantur martyres, qui Iesum Christũ credidissent esse Deum, ne viderentur ipso facto damnare magistrum suum. Potuit autem ingressus fieri in basilicas, quum non haberentur panegyres, & quidem longe frequẽtius quam quũm haberentur. Neque vero haec causa quam ex se comminiscitur, vllo modo probabilis est. Cui enim sani iudicij verisimile sit Eunominianos agnouisse martyres qui praeceptorem suum praecesserant, occubuisse in alia atque ipsi profiterentur fide? ac non potius fuisse eiusdem cum ipsis sententiae? Et vt quis in tantum desipiat vt hoc sibi de istis persuadeat, certe nunquam ita delirabit, nisi sit emotae mentis, vt existimet eos credidisse magristrum suum alia docuisse, atque Apostoli tradidisent. idque proculdubio causa fuit cur Chemnitius in hoc vano commento subticuerit nomen Apostolorum, quos Hieronymus memorat cum martyribus Oportebat autem eum quoque non solum de Eunominianis causam reddere cur nõ ingrederentur basilicas Apostolorum & martyrum sed etiam, & quidem praecipue cur ipse Eunomius noluisset haberi reliquijs sepultis honores. Sed nullam huius placiti ipsius causam reddidit. Ac vt aliquam nescio quam commentus fuisset, magis Hieronymo tot saeculis maiore, & doctissimo, ac sanctissimo credendum esset, quam Chemnitio Is autem apertissime scribit Eunomium contra reliquias Sanctorum locutum, quae suo tempore loquebatur Vigilancius: quae qualia fuerint, 14 infra ostendemus. Aliquot saeculis post Vigilantium Leo Isaurus, & eius filius Constantius Copronymus Imperatores Iconoclastae, & alias impijssimi, vt suo 15 loco apparebit, reliquias Sanctorum & ipsi deleuerunt, & vbique deleri iusserunt: testibus Constantino episcopo 16 in oratione de inuentione reliquiarum sanctae

11 *Hieronymus libro aduersus Vigilantium.*

13 *in examine de reliquiis pagina, 32.*

14. *sectione.*

15. *titulo 33.*

16 *apud Simeonem Metaphrasten.*

sanctæ Euphemiæ,& 17 Suidæ nulla etiam habita ratione decreti concilij Iconoclastarum,quo,18 anathema dixerant eis qui dicerent Sanctos animo & corpore non esse venerandos.Tempore vero Alexij Imperatoris Bogimili,vt diximus,dixerunt dæmones ad Sanctorum tumulos assidere,& portenta vt incautos fallerent.Ætate vero Lodouici pij Regis Galliæ,Claudius Taurinensis eadem hæresi infectus fuit.quem 9 Ionas Aurelianensis episcopus confutauit.Eandem quoque Vvicleff postea docuit,vt videre licet apud 20 Thomam Vvaldensem. Habes Lector Patres placiti Nouatorum huius sæculi de reliquijs,non solum temporibus Constantini,& postea:sed primis quoque sæculis, ex quorum historia constat de perpetua Ecclesiæ veneratione sanctarum reliquiarum:quodque Nouatores nostri sæculi semper fuerint in eis damnati.

17.in vita huius Constantini.
18.vide actionem septimã.septimæ synodi et verba quæ citauimus sectione 128.tit.24
19.lib. 1. de cultu Imaginum.
20 tomo. 3. titulo 14.

50. Sed confutemus pluribus argumentis Chemnitij & sociorum eius figmenta de temporibus exortæ reliquiarum venerationis. Ostendimus in titulo de Sanctorum honoribus & ante etiam ex epistola Smyrnensis ecclesiæ de Polycarpi martyrio,& ex Eusebio Cæsariensi,Iudæos & Ethnicos prædicasse periculum esse ne si martyribus sepultura contingeret,hi à Christianis colerentur Christo derelicto:vt si eos in monumẽtis relinquerent,ab ipsis adorarentur,loco videlicet Iouis,Iunonis,& aliorum:vt alij postea Ethnici & hæretici exposuerunt Idemque etiam manifestum est ex Prudentio,veterum historiarum doctissimo, dum introducit in hymno in honorem s Vincenti Datianum Iudæcem sic loquentẽ: Iam nũc & ossa extinxero,Ne sit sepulchrum funeris,Quod plebs gregalis excolat,Titulumque figat martyris.Nullo vero colore hęc obiecissent Fidelibus,nisi sciuissent eos reliquias Sanctorum minimum capitis apertione genuum flexione,osculo,& similibus honorare Quod confirmat eadem persuasio & exprobratio quarto & quinto sæculis perdurans,quibus ne ipsi quidem hęretici negare poßint hos honores reliquijs habitos Tota fraus Chemnitij,Magdeburgensium,& similium,qua nituntur aduersus ecclesiam,in eo sita est quod nolunt considerare Smyrnenses, Eusebium,& qui eos secuti sunt, Athanasium, Epiphanium, Hieronymum, Augustinum,Cyrillum Alexandrinum,& alios accipere cultum & adorationem per antonomasiam pro cultu soli Deo debito,quum negãt fideles colere & adorare sanctos.de quibus quia fuse antea diximus,nihil hic repetemus.Cui cordi erit iterum ista cognoscere,relegat tituli 24.sectionẽ 26.cum quatuor sequentibus,& sectiones 43.72 & 91,Item tituli 28.sectiones 21.58.59.62,& alias.

51.Rur-

51. Rursus, Veteres & præsertim Eusebius, praparaiunt Ethnicos ad honores sanctos exhibendos honoribus quos ex sententia Platonis exhibebant eis qui cum virtute vixerant & fortiter aliquid gesserant, etiam accedēdo, & accidēdo ad monumenta eorū vt ostendimus ex libris Eusebij de præparatione euangelica, scriptis, ante concilium Nicenum. Igitur Fideles ante Constantinum, & multo magis ante annum quadringentesimum honorabant similibus honoribus reliquias Sanctorum & animas eorum, hoc excepto quod non credebant eas esse Deos. Qua de re diximus tituli 24. sectione 24. & sequentibus vsque ad sectionem 38 & tituli 28. sectione 63. & nihilominus hic iterum addimus eundem Eusebium qui posteaquam retulit lib. 7. c. 18. eccl. histor asseruatas fuisse imagines Petri & Pauli & c. 19. sedem Iacobi Apostoli addit: Sicut circa sanctos viros pietatis gratia, cum Veteres, tum & præsentes, competentem honorem seruarunt, & hodie quoque seruant.

52. Immo tanta fuit primorum illorum temporum reliquiarum veneratione vt vulnera martyrum oscularentur, vt sanguinem exciperent linteamine & purpura, vt sanguinem lamberent, & alia eiusmodi honoris signa præstarent. Sic enim scribit Prudentius in hymno in honorem sancti Vincentij: Ille vngularum duplices Sulcos pererrat osculis. hic pur purantem corporis Gaudet cruorem lambere Plerique vestem lineam stillante tingūt sanguine, Tutamē vt sacrū suis domi reseruēt posteris. Et in 1 martyrio Hadriani, Natalia excipit stillantem à corporibus martyrū sanguinem, atque eo suum corpus linit. Et aliæ mulieres religiosæ & honesto loco natæ etiam sequuntur martyrum sanguinem in lineamenta & purpuram suscipientes, & aliquę sanguinem in suo sinu abscondunt. ipsas quoque carnificum vestes quæ sanctorum martyrum sanguine infusæ erant, clarissimae fœminae multo auro & gemmis, pretiosisque ornamentis redimunt. Non potuit autem tanta veneratio esse sub Maximino, nisi à prioribus temporibus fluxisset.

1 apud Surium in mense Septemb.

53. Constantinus vero haud obscure significat loca in quibus martyres essent sepulti fuisse hac sepultura honorabilia: Quin, 1 inquit, & ipsa loca quae martyrum sunt corporibus honorata, & monumenta gloriosi secessus existunt. Et alio 2 loco scribit Eusebius eum sanctorum martyrum monumenta non cessasse honorare. Vnde factum est vt ab eius tempore reliquias fuisse in magna veneratione tum sui, tum etiam miraculorum causa, clarissimum esset idque etiam hac de causa quod pace Ecclesiae data licuit vbicunque publice profiteri quod fides docebat. Citaui-

1. teste Eusebio libro 1. de vita Constantini.
2 sub principium libri 3.

mus

mus titulo 25. plurimos authores pro miraculis Sanctorum. & in his valde multos qui narrent & probent miracula reliquiarum & venerationem ipsis habitam post sepulturam nominatim Hilarium, Dorotheum martyrem Cyrillum Ierosolymitanũ, Basilium, Gregorium Naziãzenum, Gregorium Nyssenum, Ambrosium, Prudentium, Ruffinum, Curysostomum, Augustinum, Theodoretum, Sozomenum, Procopium, Sophronium, Euagrium & alios vt videre est sectione 24. & sequentibus vsque ad sectionem 36 Proin hic contenti erimus aliquot alijs testimonijs, & clarissima Hieronymi de Vigilantio victoria.

1. teste Eusebio libro 2 de vita Constantini
2 sub principium libri 3

Gennadius in principio catalogi illustrium virorum narrat Constantinum Imperatorem iussisse sepeliri Iacobum Nisibenum intra Nisibin ad custodiam ciuitatis contra Persas. & deinde addit, id secundũ fidem eius euenisse.

Meminimus Authoris libri quæstionum ad orthodoxos sub nomine Iustini, sed breuissime Audienda vero hic sunt eius verba, quanta sunt. Is igitur sic scribit in responsione ad quæstionem 28. Corporum cadauera & eorum sepulchra abhorrentur propter fœtorem quem exhalant, non propter mortem? Si enim tantum propter mortem abhorrerentur, non liceret mortuorũ corporũ animaliũ partibus vti ad vsum viuẽtiũ, vt corijs, & cornibus & pilis, & bile, & adipibus, & carnibus: quæ quin mortua sint nulla ratione negari potest. Quod si mortua sunt, & tamen propter vtilitatẽ quæ inde percipitur, nõ abhorrentur absurdissimũ est ea pura existimari propter vtilitatẽ quã afferũt: sãctorũ vero martyrũ corpora & sepulchra à Gẽtibus abhorreri, cũ ea tueãtur homines ab insidijs dæmonũ, morbosq; curẽt arte medica incurabiles.

Ephrem in fine encomij sanctorum martyrum, Summoque gaudio, inquit, certaminis vestri reliquias circunstant, benedici cupientes, ac secum referre sancta animæ corporisque remedia.

Eusebius Emisenus, seu quisquis ille vetus Author est, in homilia de sancta Blandina. Vbi sunt qui dicũt venerationem sacris martyrum non esse deferendam corporibus? Ecce cruentæ feritatis immanitas, quæ religionis non recipit sensum, defert venerationis obsequium, & quæ discretionem rationis ignara non recipit, ad malorum tamen damnationem, quid honoris sanctis debeatur agnoscit

Prudentius in hymno sancti Laurentij. Ipsa & senatus lumina Quondam Luperci & Flamines, Apostolorum & martyrum exosculantur limina Et iterum: O terque quaterque & septies Beatus vrbis incola, Qui te ac tuorum cominus sedem celebrat Ossium, Cui propter aduolui licet, Qui fletibus spargit locum, Qui pectus in terram premit, Qui vota fundit murmure. Et

in hymno in laudem 18. martyrum Cæsaraugustanorum habet hanc apostrophen: Sterne te totam generosa sanctis Ciuitas mecum tumulis. Et in Hymno in honorem sancti Vincentij sub finem, Per quem trementes poste ri exosculantur lectulum. Et in principio passionis Cassiani martyris, Stratus humi tumulo aduoluebar, quem sacer ornat martyr dicato Cassianus corpore. Et in passione Petri & Pauli, duas fidei summo Patre conferente dotes, Vrbi colendas quas dedit togatæ.

Paulinus natali sexto Fælicis: Facta igitur rata iusta pium texere sepulchro Funus, at in sanctis diuinitus insita membris Gratia, non potuit cum carne morique tegique Ilico, sed positis ex ossibus ecce micat lux, Quæ medicis opibus meriti dare signa potentis Hactenus ex illo non vnquam tempore parcit. Et toto quo mũdus erit fulgebit in æuo Lux eadem sancti cineris per sæcula custos. Martyris hæc functi vitã probat, & bona Christi Ad tumulũ Fælicis agens diffundit in omnes. Et postea: Viuere qui pręstans etiam post corporis æuum Praesidet ipse suis sacer ossibus, ossaque sancti Corporis in tumulo non obsita puluere mortis, Arcano æternae sed praedita semine vitae, Viuificum spirant animae victricis odorem: Quo medicina potens datur exorantibus ægris. Quanta resurgentis virtus & gloria cinget, Coniectare licet, cum gratia tanta sepultos Ambiat: & quanto rediuiua decore micabunt Corpora, in obscuris cum sit lux tanta fauillis? Quid nobis minimis horum praestare coronae Sufficient, quorum & cineres dant commoda viuis? Et natali nono: Neque tantum qua iacet ora Totum corpus, ibi positorum gratia viuit: Sed quocunque pij est pars corporis, & manus extat, Contestante Deo meriti documenta beati. Magna & in exiguo sanctorum puluere virtus clamat Apostolici vim corporis indice verbo. Et de veneratione natali tertio: Cernere tunc passim est sacra purgata medela Pectora liminibus sterni iam mente refectos.

Citauimus tituli 24. lectione 63. verba Ruffini ex capite 33. libri 2. ecclesiasticae historiæ, ex quibus constat quanta veneratione Theodosius Imperator coluerit reliquias martyrum & Apostolorum, & inter alia etiam ista: Ante martyrum & Apostolorum thecas iacebat cilicio prostratus.

Gaudentius Brixiensis Episcopus in tractatu habito die dedicationis Basilicae concilij Sanctorum: Diuinis muneribus & cœlestibus beneficijs condignas referre gratias, pusillitas nostra non praeualet fratres charissimi. Nam vt venerandas Sanctorum reliquias haberemus, Deus noster tribuit. & cætera. Et postea de reliquijs 40. Martyrũ: Quibus ab auũculo suo sacerdote & Cõfessore Basilio, olim traditae fuerunt horum martyrum venerandae reliquiae,

quiæ, quas desiderio nostro incunctáter, ac fideliter tradiderunt, idoneos venerationes tanti nos esse muneris approbantes, & cætera. Et rursus Portionē reliquiarum sumpsimus, & nihil nos minus possidere confidimus, dum totos quadraginta in suis fauillis honorantes amplectimur, sicut illa in Euangelio fidelis mulier quæ per fimbriam Christi seruata est. Oram tenuit vestimenti, & virtutem diuinitatis exegit: attactu fimbriæ medelam credēti fides traxit, & salutem quam præsumpserat acquisiuit & reliqua.

Memorauimus in titulo de miraculis Sanctorum varios Augustini locos in quibus reliquiarum miracula agnoscit. In epistola vero 10. ad Quintianum de veneratione earum sic scribit: Portant sane reliquias beatissimi & gloriosissimi martyris Stephani, quas non ignorat sanctitas vestra, sicut & nos fecimus, quam conuenienter honorare debeatis. Et libro 8. de ciuitate Dei c. 27. Honoramus sane, inquit, memorias eorum tanquam sanctorum hominum Dei, qui vsque ad mortem suorum corporum pro veritate certarunt, vt innotesceret vera religio, falsis religionibus fictisque conuictis. Quod autē scribit capite 34 libri de moribus ecclesiæ Catholicæ, Noui multos esse sepulchrorum adoratores reprehendit quosdam qui vt ipse ait, professionis suæ vim nescientes sanctos in suis sepulchris tanquam Deos adorabant, illic sacrificia ipsis offerendo, teste Gaudētio Brixiensi tractatu quarto in Exodum. Sicut eodem loco eos quoque reprehendit qui luxuriosissime super mortuos bibebant, & epulas cadaueribus exhibentes super sepultos se ipsos sepeliant, & voracitates ebrietatesque suas religioni deputent. Sed idem eodem loco addit: Nunc vos illud admoneo vt aliquando ecclesiæ Catholicæ maledicere desinatis, vituperando mores hominum, quos & ipsa condēnat, & quos quotidie tanquam malos filios corrigere studet. Eoque eius diligentia progressa est, vt quod non factum est à 1 Christianis melioribus, fiebat autem à quibusdam imperitioribus in nonnullis locis, quum in plerisque terrarum nulla esset talis consuetudo, vt epulas suas ad sepulchra martyrum afferrent, eo solum fine, vt sanctificari eas cuperent per merita martyrum in nomine Dei martyrum & deinde auferrent, eisque vescerentur: è medio sustulerit, & aboleuerit, vitādi periculi superstitionis & voracitatis, ac ebrietatis causa.

1. teste Augustino l. libr. 8 de ciuitate Dei c. 27.

Theodoretus libro 8 de curatione græcanicarum affectionum, Ac animæ quidem triumphatorum martyrum in cœlesti nunc patria vitam agunt Angelorum choris intersitæ: Eorum vero corpora, non singula quidem singulis monumentis conduntur: sed ciuitates, oppida, paganique conuentus, hæc inter se sortito partiti sunt, laborantibusque animis & ægrotis corporibus salutaria

lutaria ea confiteri nō cessant. Eisque deinde adiungit anathemata quæ suspē di solerent testantia curationes acceptas. In religiosa vero historia in fine vitæ Palladij loquens de Abraame admirabili, Quam clara autē fuerit eius vita, testantur, inquit, quę post mortem eius fiunt miracula. Ex eius sepulchro in hodiernum vsque diem scaturiunt omnis generis curationes. huius autem locupletes sunt testes, qui eas abunde illinc per fidem hauriunt. Et in vita Zebinae. In eius sepulchro maximam aedem aedificarunt. Iis enim qui cum fide accedunt, variam & multiplicem effundit curationem.

Simeon Metaphrastes insignis fuit in veneratione reliquiarum; & testimonia plurima dedit consuetudinis fidelium tum praecedentium saeculorum tum sui saeculi. cuius exemplum videre est in descriptione martyrij hoc ac.

Addimus his Hieronymum qui duobus scriptis confutauit Vigilantium morem fideliūm reprehendentem in veneratione reliquiarum: priore, epistola ad Riparium; posteriore, opere ad eundem & Desiderium. Quoniam autem Magdeburgenses non puduit scribere Hieronymum à Vigilantio victum fuisse: & plane contrarium probauimus in precibus in cognitione precum nostrarum, in inuocatione Sanctorū, & in miraculis eorum quas quaestiones is interseruerat occasione reliquiarum, nullo pacto possumus praetermittere demonstrationem diuicti ab Hieronymo Vigilantij in hac quoque primaria quaestione. Quae factu facilima est. Nam Vigilantius nihil attulisse deprehenditur, quod ad hunc locum attinet. nisi calumnias, conuitia & quae manifesto falsa erant. Vocabat[1] enim fideles qui eas suspicerent cinerarios & idololatras: quomodo postea Leo[2] Isaurus, ossilatras: & nunc passim haeretici Idololatras ita vt[3] Chemnitius non erubuerit scribere cultum reliquiarum à Gentium idololatria, nec genere, nec specie, nec numero differre. Huic vero calumniae idololatriae ita respondet Hieronymus, vt neget nos adorare reliquias & quidquam aliud praeter Deum, nimirum eo sēsu quo is hanc vocem accipiebat, hoc est, adoratione per excellentiam siue adoratione latriae. ex hac enim compositum est conuicium idololatrarum & Hieronymus manifeste addit, ne seruiamus creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in saecula & rursus in opere aduersus eum, Quis hominē putauit Deum? Eamque significationen etiam Erasmus notauit in scholijs. Fatetur autem fideles honorare reliquias & seruos Dei, vt honor seruorum redundet ad Dominum, qui ait, Qui vos suscipit me suscipit. Vigilantius iudicabat reliquias esse immundas: Hieronymus vero propter istud ait eum esse Iudaeum & Samaritanum, vt qui in eodem errore essent: & postea hunc errorem reuincit scriptura, Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius,

1 vt videre est in epistola ad Riparium.

2 teste Constātino episcopo in opere quod saepius citauimus.

3 pagina 51. de reliquiis.

eius,& deinde exemplis corporis Iacob delati in Hebron,& reliquiarum Ioseph & Patriarcharum translatarum Petri & Pauli, Mosis,& sepulturæ Stephani cum magno planctu.ac præterea factorum Constantini & Archadij Imperatorum,& honorum ab episcopis & omnibus fidelibus reliquijs quæ iussu eorum transferebantur exhibitorum. Item sacrificijs Pontificis Romani super tumulos Petri & Pauli,& ingressu omnium episcoporum in basilicas martyrum. Vigilantius,quia veris argumentis destituebatur,quærebat cũ conuicio quod memorauimus. Quid necesse est tanto honore, non solũ honorare,sed etiã adorare illud nescio quid quod in modico vasculo trãsferendo colis? Et Rursum, Quid puluerẽ linteamine circundatũ,adorando osculatis? Hieronymus autem adfert pro ratione vtilitatem omnibus notã per miracula,& hanc quæstionem istis quæstionibus opponit: Sed responde quomodo in vilissimo puluere & fauilla nescio qua tanta sit signorum virtutumque præsentia? Sentio, sentio, infælicissime mortalium quid doleas, quid timeas. Spiritus est immundus qui hæc te cogit scribere. sæpe hoc vilissimo tortus est puluere,imo hodieque torquetur,& qui in te plagas dissimulat,in cæteris cõfitetur. Nisi forte in morem Gentilium impiorũque Porphyrij & Eunomij,has præstigias dæmonum esse confingas,& non vere clamare dæmones,sed sua simulare tormenta. Vigilantius his addebat: Propè ritum Gentilium videmus sub prætextu religionis introductum in ecclesijs: sole adhuc fulgente,moles cereorum accendi: & vbicumque puluisculum nescio quod in modico vasculo pretioso linteamine circundatum osculãtes adorant. Magnum honorem præbent huiusmodi homines beatissimis martyribus,quos putant de vilissimis cereolis illustrandos,quos agnus, qui est in medio throni cum omni fulgore maiestatis illustrat. His autem ita respondit Hieronymus,vt primum significaret in incensione cereorum non esse id idolatriam immo ne signum quidem idololatriæ,quum indignans ait in epistola,Ergo accensi ante tumulos cerei idololatriae insignia sunt? deinde scriberet quod sequitur in opere: Cereos autem non clara luce accendimus sicut frustra calumniaris sed vt noctis tenebras hoc solatio temperemus,& vigilemus ad lumen,ne caeci tecum dormiamus. Quod si aliqui propter imperitiam & simplicitatẽ saecularium hominum vel certe religiosarum fœminarum,de quibus vere possumus dicere, Confiteor, zelum Dei habent, sed non secundum scientiam,hoc pro honore martyrum faciunt,quid inde perdis? Causabantur quondam & Apostoli quod periret vnguentum,sed Domini voce correpti sunt. Neque enim Christus indigebat vnguento, nec martyres lumine cereorum. Et tamen illa mulier in honorem Christi hoc fecit

deuo

deuotioque mentis eius recipitur. Tertio adijcit ista: Et quicunque accendunt cereos, secundum fidem suam habeat mercedem, dicente Apostolo; vnusquisque in suo sensu abundat. Quarto, complet responsionem suam his verbis: Idololatras appellas huiusmodi homines? Non diffiteor omnes nos qui in Christo credimus de idololatriæ errore venisse. non enim nascimur sed renascimur Christiani. Et quia quondam colebamus idola, nunc Deum colere non debemus, ne similiter eum videamur cum idolis honore venerari? Illud fiebat idolis, & idcirco detestandum est: hoc fit martyribus, & idcirco recipiendum est. Nam & absque martyrum reliquijs per totas Orientis Ecclesias, quando legendum est Euangelium, accenduntur luminaria iam sole rutilante, non vtique ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum & cætera, vt sub typo luminis corporalis illa lux ostēdatur de qua in psalterio legemus, Lucerna pedibus verbum tuum Domine, & lumen semitis meis. Hæc Hieronymus. In quibus hæc præcipue notanda sunt. Accensionem cereorum quæ fit martyribus non esse idololatriam, ac ne insigne quidem idololatriæ. Nos, hoc est ecclesias (de ijs enim Vigilantius aperte locutus erat) non accendere cereos clara luce sicut Vigilantius calumniabatur id est, ad illustrandos martyres. Dixerat enim Vigilantius, Magnum honorē præbent huiusmodi homines beatissimis martyribus quos putant de vilissimis cereolis illustrandos, & cętera & accensionis cereorum nocte iustam causam reddit, ecclesiae & omnibus fidelibus probatam. Quod si quidam, & præsertim religiosae fœminae, accendant cereos clara die puta, vt illustrent martyres (respicit enim ad obiectionem Vigilantij) fatetur de illis dicendū, zelum quidem Dei habere, sed non secundum scientiam: Et tamen ne conquerendum quidem quod inutiliter pereat hic sumptus, aut affirmandum quod eorum deuotio non recipiatur. Dein attexit sententiam generalem cęreorum clara luce accensionem eo fine quo oportet comprobantem: Et quicumque accendunt cereos (nimirum eo quem ex scripturis indicauimus fine aut alio aliquo bono) secundum fidem suam recepturos mercedem: in quam rem citat Apostolum tum adfert similem accensionem luminarium per vniuersas Orientis ecclesias similibus quas memorat causis. Cui addi potest quod is sub finem epitaphij Paulae refert, pontifices lampades cereosque praetulisse quum efferretur Ad extremum adijcit vanissimum esse argumentum quo concluditur aliquid esse detestandum quod fit à fidelibus ea ratione quod gentiles idem fecerint suis idolis: sed considerandum esse cui & qua de causa fiat; & ex his colligendum malum vel bonum opus. Nam si hoc Vigilantij argumentum, valeat nobis prohibitum fore Deum colere, eo

quod

quod gentiles Deos suos coluerint. idque (quod Hieronymus omittit propterea quod esset manifestissimum) multis eisdem gestibus, vt capitis apertione, genuum flexione, & similibus: Igitur accensionem cereorum quę fit ab Ethnicis esse detestandam, propterea quod fiat idolis: eandem autem esse recipiendā, quod fiat martyribus Quæ omnia si Erasmus & Chemnitius diligenter considerassent, ille quidem non scripsisset in suis scholijs Hieronymum videri in hac esse opinione vt putet esse superstitiosum accendere cereos in honorem sanctorum luci, nec accendendos, nisi in solatuum noctis: hic vero Hieronymum non damnasset, quod cereorum accensionem quæ fiebat martyribus defendisset. 4.pagina 50

Nam quod Hieronymi ętate vsus cereorum ad honorem martyrum fuerit fidelibus communis, manifestum est ex natali 3. Fælicis verbis quibus describit cultum exhibitum Fælici. Aurea, inquit, nunc niueis ornantur limina velis, Clara coronantur densis altaria lychnis, Limina ceratis adolentur odora papyris. Nocte, dieque, micant. sic nox splendorque diei Fulget. & ipsa dies cœlesti illustris honore Plus micat innumeris lucem geminata lucernis. Nō potuit autem hic mos esse quarto sæculo ecclesijs Orientis Galliarum & Italiæ vsqueadeo celebris, nisi ab antiquioribus sæculis profluxisset.

Obseruatum autem fuisse etiam sequentibus sæculis, manifestum est ex eo quod Theodoretus ita scribit de translatione reliquiarum Ioannis Chrysostomi Constantinopolim libro quinto c.35. eccle histor. Postea & reliquias ipsas doctoris in regiam vrbem transtulerunt. Tum rursus fidelis populus in nauigijs pro terra vsus pelago, fauces Bosphori iuxta Propontidem lampadibus contexit. Item ex eo quod Gregorius libro 3 Dialogorum c. 24 meminit lampadis quæ ardebat etiam noctu dormientibus omnibus in templo S. Petri.

Et gentiles quidem accēderūt cereos in cœmeterijs suis, quoniam credebāt animas adesse suis corporibus & indigere lumine: Sed quia hic mos multis erroribus erat implicatus nominatim istis: neque soli in cœmeterijs Christianorum iacuerūt sancti, quādò cœmeterium locus esset requietionis corporū omnium fidelium, malorūm æque ac bonorum, merito prohibitum fuit in concilio Elibertino canone 34. ne cerei de die in cœmeterijs accenderentur. non enim spiritus sanctorum inquietandos esse quibus verbis significat tropice hoc eis non placere. Neque istud vllo pacto aduersatur accensioni cereorum quæ fit sanctis cœlicolis. vt 5 Chemnitius nugatur neque Ecclesia cereorum accensionem ab hoc ethnicorum more sumpsit. 5.pagina 45

Postremo, quia Vigilantius ridebat eos qui sanctos oraturi conueniebāt ad

reli-

reliquias eorum, Hieronymus ei opponit Eunomium, illum, inquam, Eunomium confessione omnium impijssimum, esse authorem huius risus, atque adeo totius suæ hæresis: Eunomianos vero socios ipsius, vt qui nolint ingredi basilicas Apostoloru n & martyrum. Ostendisse vero talem Magistrū talesque socios, est errorem confutasse. Cui ad extremum adijcit hoc Vigilantij placitum eo tendere ne perpetrentur martyria, contra quam antiquissimam hæresim Tertullianus scripserit Scorpiacon. Eant nunc Magdeburgéses, & iactent Hieronymum victum fuisse à Vigilantio. Res ipsa contrariū clamat in omnibus. Eat Chemnitius, & citet quantum volet hæc verba 6 Authoris libri de dogmatibus ecclesiasticis sub nomine Augusti ni ex capite 73. quasi solum faciant pro honorifica sanctorum sepultura & conuentu ad panegyricas de ipsis orationes: & nihil contra se & suos: Sanctorum corpora & præcipue beatorum martyrum reliquias, tanquam Christi membra syncerissime honoranda, & Basilicas eorum nominibus appellatas, velut loca sancta cultui diuino mācipata, affectu pijssimo, & deuotione fidelissima adeundas credimus. Si quis contra hanc sententiam venerit, non Christianus, sed Eunomianus & Vigilantianus creditur. Quo sæpius enim hæc citauerit, eo sæpius apparebit eum esse non Christianum, sed Eunomianum & & Vigilantianum. quando iam plene constitit quę & qualia fuerint eorum placita, quæ iste contra Ecclesiam tuetur.

6. pagina 30 & 31.

Constat ex multis Scriptoribus tanti factas esse reliquias Sanctorum, vt populi inter se certarent pro iis. Nam Seuerus Sulpitius in epistola ad Bassulam socrum suam de transitu Martini refert huius generis contentionem inter Pictauos & Turonenses de corpore b. Martini. Et Theodoretus in historia religiosa sub finem vitæ Maronis, Acre autem bellum, inquit, inter vicinos exortum est de corpore. Ex finitimis autem quidam vicus populo frequentissimus cum toto simul coacto populo aduenisset, alios quidem fudit ac fugauit: maxime autem expetendum illum rapuit thesaurum: & maxima æde extructa, ea quæ ex ea percipitur vtilitate fruuntur in hodiernū diem. Eisque similia tradunt alij Scriptores. Et quod maius est Theodoretus narrat in fine vitæ Theodosij magnam litem & decertationem fuisse de eius cub li, cum id omnes auferre contenderent, & ex eo benedictionem percipere. idque etiam in alijs contigit.

Et quoniam incidimus in huius generis reliquias, Si quis præbebat alicui fideli puluerem qui in ipsa loculi Theodori martyris inhærebat, pro ingenti munere accipiebat, teste Gregorio Nysseno in oratione in Theodorū martyrem. Theodosius Iunior pro gloria ducebat vestiri sago quodam Episcopi

Chibro-

Chibronensis. Amictus Iacobi adhuc viuentis fuit Theodoreto quouis clau stro adamantino validior. Antonius tunicam Pauli eremitæ sibi vendica uit, quam in sportarum modum de palmæ folijs ipse sibi cōtexuerat, diebusque solennibus paschæ & pentecostes semper ea vestitus est. Et si Dominus dedisset optionem Hieronymo, magis elegisset tunicam Pauli cum eius meritis, quam regum purpuram cum pœnis suis. Athanasius qui meloten ipsi legatam ab Antonio meruerat accipere, Antonium in Antonij munere amplectabatur, & tanquam magna hæreditate ditatus lætanter per vestimē tum recordabatur imaginem sanctitatis.

Præterea, Deus ipse & martyres, sæpius reuelarūt reliquias. placet ergo Deo cultus earum. Exempli causa, Ambrosio reuelata fuerunt diuinitus corpora Geruasij & Prothasij, sicut scribit epistola 85. ad Sororem: & Augustinus libr. 9. Confess. c. 7. & alicubi Gaudentius. Lucianus scribit vniuersæ ecclesiæ sibi reuelatas fuisse reliquias Stephani diuinitus. Sozomen⁹ libro 5. c. 8. refert cui dā religiosæ fœminae reuelatū & ostēsum quænā essent ossa martyrū Nesta bi, & Eusebij quæ Gazenses miscuerant cum ossibus camelorum & asinorū. Idem refert ossa Abacuch & Michex cuidam episcopo reuelata fuisse, lib. 7. c. vltimo. Item 40 martyrum reliquias Pulcheriç, & Zachariæ Calemero, teste eodem Sozomeno lib. 9. c. vltimo.

Denique probauimus ex Scripturis verum & licitum esse iuramentum per Sanctos ex quo sequitur posse iuramentum concipi tactis eorum reliquijs, vt quidem fideles aliquando iurant. neque Chemnitius hoc iuramentum, quod omnium confessione manifeste pertinet ad non vulgarem Sanctorū honorem, audet negare non esse antiquum: sed obijcit Cyrillum scribere libro 10 contra Iulianum Ethnicorum superstitioné fuisse Μὰ per eos qui in Marathone & Salamine, in Artemesio, in Plateis cæsi sunt. Μὰ per illos qui in vulgaribus sepulchris siti sunt, & ex his recte infert moré iurandi per Sāctos irrepsisse ab in Ethnicis ecclesiā. Mirā auté homo impudés audet tétare metamorphosim, vt quod Cyrillus indicat nō esse sumptū à Gétilibus tamet si Gétiles simile aliquid fecerint, iste sétiat ab eis sumptū Cyrilli authoritate: & quod hic profert vt ostédat Iulianum iniuste reprehendere Christianorū reuerentiam & honorem erga Christi martyres, iste ex eo recte inferat hos iniuste honorare martyres. Sic enim scribit inter caetera quibus defendit Sanctorum memoriam iuste obseruari. Vnde dicunt Athenis, maxime eloquentibus & facundis, anniuersarios agones Instit utos, qui pro Græcis periclitati, obstantes Barbarorum insolentiae, numero minores fuere bellatorum innumerabili turba: & quum vincere non possent, pro victoria contē-

derunt, ne minus vtiliter morerentur memorias & encomia apud illos asse cuti Et ita etiam iurabant quidam dicebant enim, Μὰ per progenitores qui in Marathone occubuerunt: Μὰ per eos qui Salamine naufragati sunt: Μὰ per eos qui in Plateis cęsi sunt: Μὰ per multos alios qui in vulgaribus sepulchris siti sunt. Igitur quando & facundissimis Atheniensibus, quum essent idololatræ, honore & dignitate prosequi eos qui gloriosam mortem non fugerant, & ad ipsorum loculos ire visum est rectum: nam apud illos sermones bonorum operum fiebant: quare Iulianus contra Christianorum iustitiam non recte clamauit, quod magni faciunt reuerentiam & honorem erga sãctos Martyres, qui omnes effuso sanguine, & præsenti vita pro eo quod in fide situm commutata, melius habent, & cætera.

Μὰ hic est iurãdi aduerbiũ, nõ particula negans.

Viderunt quoque Magdeburgenses quid Deo responsuri sint, quod ausi fuerint centuriæ quintæ capite 15. pagina 1506. scribere Ethnicos melius sensisse de reliquijs, vt qui eas contempserint, quam superstiti si Christiani sentiebant, Theodoreto authore libro 8. de Martyribus. quando Theodoretus nusquam illud dixit: sed plane contrarium tradidit etiam hoc libro.

54 Sed tempus est vt dicamus ex historia de conseruatione sanctorũ reliquiarum Qua in re non est quod magnopere laboremus, quando satis cõstat Petri & Pauli, atque aliorum reliquias, in hanc vsque diem conseruatas esse, & Deum ad hunc honorem factis suis mirabilibus velut nos prouocasse, tum conseruando diu eorum corpora, & nonnunquam splendore ornando, vt videre licet apud Gregorium presbyterum Caesarieæ Cappadociae in oratione de sãctis 38. Patribus Nicenae Synodi, de Leontij corpore, & alijs apud Chrysostomum in Iuuenteno & Maximo, apud Hieronymum in vita Hilarionis, apud Augustinum libro 9. confess. c. 7 de corporibus Geruasij & Prothasij, apud Seuerum Sulpitium in epistola ad Bassulam de b. Martini corpore, & apud alios de alijs: tum impartiendo eis odores suauissimos & ex eorum loculis nonnunquam producendo liquores fragrantissimos & efficacissimos contra morbos incurabiles. vt apud Euagrium lib. 2 eccles. hist. c. 3. & Paulum Diaconũ libro 12 rerum Romanarum de loculo Euphemiae apud Procopium de aedificijs Iustiniani ex arca quatuor martyrum, apud Lucianum in epistola de inuentione Stephani protomartyris, & apud Metaphrasten in Nicolao & Demetrio martyribus.

55. Conseruatas vero reliquias fuisse in locis ipsis dignis, manifestum est ex antiquissimis historijs. Christiani enim licet premerentur grauissima persecutione, tamen collegerunt ossa crassiora Ignatij, & ea honorifice ac reuerenter composita deposuerunt in insigni loco extra vrbem donec trãsferrentur

rentur. ecclesia Smyrnensis ita scribit de ossibus Polycarpi: Ossa eius lapidis pretiosis auroque puriora ex cineribus selecta, eo loco deposuimus, qui illis erat decorus consentaneusque. Inter alios autem locos eiusmodi iudicatus fuit locus sub altari. Solebat enim altare reliquijs imponi cessante persecutione, vel ea statim deponebantur sub altari; vel prope altare: vel in alijs honorabilibus locis: idque in loculis & vrnis pretiosis, vt constat ex sequentibus testimonijs. Neque enim libertas fidelium ad vnam sub altari depositionem arctabatur vt non posset alia quoque sancta denotare diuersa depositione. Hieronymus in libro contra Vigilantium: Male facit ergo Romanus Pōtifex, qui super mortuorum hominum Petri & Pauli secundum nos ossa veneranda, secundum te vilem puluisculum, offert Domino sacrificia, & tumulos eorum Christi arbitratur altaria?

Ambrosius epistola 85. Hunc ergo locum (puta, sub altari) prædestinaueram mihi Dignum enim vt ibi requiescat sacerdos vbi offerre consueuit. Sed cedo locum martyribus, & cætera.

Prudentius in fine hymni de S. Eulalia, ossibus altar & impositum, & in hymno in honorem S. Vincentij sub finem: Sed mox subactis hostibus, Iam pace Iustis reddita, Altar quietem debitam Præstat beatis ossibus. Subiecta nā sacrario, Imamque ad aram cōdita, Cœlestis auram muneris Perfusa subter hauriunt. Et in passione Hippolyti: Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis Propter vbi apposita est ara dicata Deo. Illa sacramenti donatrix mensa, eademque Custos fida sui martyris apposita seruat ad æterni spem iudicis cssa sepulchro, pascit item sanctis Tibricolas dapibus.

Samuelis reliquiæ depositæ & asseruatæ fuerunt in vrna aurea.

Euphemiæ martyris reliquiæ asseruabantur in oblonga vrna argentea.

Reliquiæ 40. martyrum inuentæ fuerunt à Pulcheria in duabus argenteis pyxidibus.

Et de Hippolyti exuuijs ita canit Prudentius: Ipsa illas animæ exuuias quæ continet intus Ædicula argento fulgurat ex solido.

56. Quinetiam constat varia passionis Domini nostri Iesu Christi instrumenta conseruata fuisse Nam Gregorius Turonēsis libro de gloria martyrum c. 7. & Beda de locis Sanctorum c. 10 scribunt Spineam coronam Iesu, columnam ad quam alligatus est cum virgis cæderetur, arundinem atque spongiam qua fuit aceto potatus, magna diligentia fuisse asseruata. Idemque Gregorius author est eiusdem libri capite 8. tunicam etiam illam incōsutilē à militibus sorte datam à Christianis redemptam & conseruatam fuisse. Beda vero capite 5. de locis sanctis tradit ipsum sudarium quo caput Domini inuolutum est in sepulchro, diuina virtute seruatum ab incendio, translatum esse

ad posteros. Et Christiana traditio, ac libellus manu scriptus qui Romæ extat in bibliotheca Vaticana testantur conseruationem sudarij quod à Berenice, quæ etiam Veronica dicta est faciei Domini sudore & sanguine aspersæ admotum, eiusdem Dominici vultus effigiem in se retinuit. eiusque etiam Methodius antiquus Chronographus meminit apud Marianum Scotum in Chronicis anno Domini 39. Denique sindon illa in qua Christus vnguentis delibutus inuolutus fuit, quæque eius in sepulchro iacentis imaginē retulit, etiamnū cum summa veneratione asseruatur à Taurinensibus. Nam de cruce & clauis asseruatis necesse non est vt aliquid dicamus quando istud omnibus notissimum est.

57. Nec mirū, fuere enim asseruatæ longe minoris pretij reliquiæ vt ostendimus ex scripturis, & hic ostēdimus ex historia ecclesiastica. Eusebius enim Cæsariēsis narrat libro 7. c. 19. sedē Iacobi Apostoli primi Ierosolymæ episcopi ad suum vsque tēpus seruatā fratres, qui istic successione ordinata subsecuti sunt, omnibus manifeste monstrasse. Cathenas Petri & Pauli Romæ asseruatas fuisse, & ex eis multa miracula in populo demonstrata fuisse, ac in magno honore habitas certissimū est ita vt Chrysostomus desiderauerit eas videre maxima peregrinatione suscepta, nisi imbecillitas corporis & ecclesiasticae occupationes istū impediuissent, vt apparuit ex homilia ipsius octaua in epistolam ad Ephesios. Neque Antonius, Athanasius & Theodosius vti potuissent vestimentis sibi relictis, nisi eas asseruasent. Ac Romae etiamnum visitur vnus ex lapidibus quibus Stephanus fuit lapidatus.

58. Quae quum Chemnitius non ignoraret, hac rima conatus est elabi. Desideramus naturaliter conspicere reliquias magnorum virorum, eoque naturali desiderio affectus Augustus Imperator id quod Alexādriā ingressus primū cōcupiuit videre fuit corpus Alexādri magni: quod & floribus totū cōspersit, & coronae prosecutus est honore. Ad hūc naturalē affectum qui ne in Gētilibus quidē perijt: Chēnitius refert quod Chrysostomus ait, Quis mihi nūc dabit circūfūdi corpori pauli, affigi sepulchro! & caet quodque hom. 8. in epistolam ad Ephesios scribit; Vellē nunc esse in illis locis vbi ista dicuntur esse vincula. Sed is tametsi vtroque loco plura verba referat quæ plenum Chrysostomi desiderium exponunt, tamen vel non animaduertit, vel potius vidisse se dissimulauit, naturale hoc desiderium fuisse informatum pietate, qua Ethnici caruerint. Adijcit enim priore loco, vidēre puluerem corporis eius stigmata Christi gestantis, puluerē, inquam oris illius per quod Christus locutus est vellem videre sepulchrum, quo recondita sunt arma illa iustitiæ, arma lucis, membra nunc viuentia, tunc vero cum in hac vita essent

In pagina 19. de reliquiis.

essent, emortua, quæ mundo fuerunt crucifixa, membra Christi, quæ Christum induerant, quæ templum spiritus Sancti, sanctaque fuerunt ædificatio quæ ligata erant spiritu, confixa timore Dei, habentia stigmata Christi: & cætera. Posteriori vero adijcit, vellem videre cathenas illas quas verent ur & horrent dæmones, venerantur vero Angeli Diximus Antonium tunicā Pauli Eremitæ ex palmæ folijs contextam tanti fecisse, vt non nisi solennibus Paschæ & Pentecostes diebus ea vestiretur. Sed Chemnitius verba solennibus, Paschæ & Pentecostes diebus, omittit, vt eo minus affectus religiosus sētiatur. Sic quod Theodosius Iunior pro gloria duxit amiciri sago episcopi Chibronensis, refert ad honorem ciuilem, nec, vt cæcus est, videt pertinere ad honorem religiosum. Quo etiam spectauit conseruatio throni Iacobi Apostoli, aliter quidem sentiente Chēnitio, sed Eusebio qui hanc asseruationem prodidit, nobiscum sentiente, cum paulo post addit verba, pietatis causa.

59. Peruenimus ad historiam ecclesiasticam translationis reliquiarum A qua Chēnitius corruptelas, vt ait, ecclesiæ in reliquijs orditur, eáque cū omnibus reliquiarū ritibus, exceptis honorifica sepultura & panegyribus, cōtēdit ab Ethnicis profectā. quasi scilicet quidquid faciūt Christiani quod Ethnici fecerint, id statim sit dānandum, & iā iā non audiuerimus ex Cyrillo Alexādrino Athenienses etiā habuisse orationes panegyricas apud sepulchra eorū qui fortiter occubuerant: aut quasi confestim damnandum sit, quidquid per se non malum à Gentilibus factum est. Et quia Chemnitius hoc argumento tum hic, tum, alias, sæpius vtitur, vanitas eius plenius aperienda est.

60. Vera Dei religio per totum mundum ante sparsa fuit à posteris Adam & Noe, quam homines ea deserta delaberentur ad vitiosos cultus & idololatriam. Ac ne ea quidem sic in plerisque penitus interijt, vt non superessent quædam ipsius velut vestigia. Exempli causa. Didicerant à Maioribus suis Deum esse colendum, præsertim sacrificijs, & cum ijs apertione capitis, genuum flexione manuum coniunctione, & similibus. Hinc profectum est quod Deos suos coluerint, & præcipue sacrificijs, & vna etiam his gestibus. Quæ si quis contendat in ecclesiam Dei irrepsisse ex Gentilium moribus, an non manifeste delirauerit? Et vt propius ad rem praesentem accedamus, maximus ille vir nomine Arba, à quo ciuitas Hebron prius dicta fuit Chariath Arbe, vel Cariath Arba, habuit insigne sepulchrum, in quo diu asseruatae fuerunt eius reliquiae, vt videre est in fine capitis 14. Iosue Quid ī num propterea honorifica sepultura, & studium conseruationis sanctarum reliquiarum à gentilibus in ecclesiam irrepsit? Atqui ne Chemnitius quidem ista quoque ausus fuit oppugnare. Et satis constat si consideretur firmitas structurae

tuæ sepulchrorum Dauidis & multorum aliorum, nullum exemplum facile à nobis dari posse quod fuerit cum ædificatione Patrum comparandum.

61. Deinde obseruandum est Diabolum, quo falsas religiones commẽdabiliores redderet, imitatum esse in plurimis veram Dei religionem. ita vt Tertullianus merito scripserit in libro de præscriptionibus aduersus hæreticos, Si Numæ Pompilij superstitiones reuoluamus, si sacerdotalia officia & priuilegia si sacrificalia ministeria, & instrumenta, & vasa ipsorum sacrificiorũ, ac poculorũ, ac votorũ curiositates cõsideremus, manifeste patebit Diabolũ morositatem illam Iudaicæ Legis imitatum. Immo certum est eum res quoque sacramentorum Christi imitatum fuisse tinxit enim & ipse quosdam, promisit expiationem delictorum de lauacro, signauit in frontibus milites suos, vsus est vino & pane, & multa his similia, vt verũ Dei simia, in sua sacra inuexit. Igitur Chemnitius non recte infert varios cultus reliquiarum quibus fideles vtuntur esse damnandos, quod ijs gẽtiles vsi sint: vel Christianos sumpsisse eos ab ipsis qui eis vsi fuerint. Oportebat enim eum vna proferre Authores qui tradidissent Christianos hos vel illos ritus sumpsisse ab his vel vel istis Ethnicis: Sed hac in re insigniter mutus est.

62. Ac vt istud ostendamus in materia quam tractamus, Is profert ex Plutarcho exemplum magnificæ translationis reliquiarum Demetrij, quam Antiochus eius filius fecerit. Refert Thesei trãslationem post quadringẽtos annos ex Scyro insula Athenas, & quod insigni pompa exceptus fuerit ab Atheniensibus. Quin etiam meminit corporis Alexandri Magni delati à Ptolomæo Alexandriam. Et ab his ait Constantinum magnum sumpsisse occasionem transferendi reliquias ex sepulchris obscurioribus monumenta celebriora, eumque fuisse primum authorem translationum in ecclesia: Verum qui hoc traderet, protulit neminem. Ac certum est deductionem reliquiarũ Iacob, & translationes Ioseph & Patriarcharum esse his omnibus longe antiquiores.

63. Miraremur autem Chemnitium non meminisse translationis reliquiarum Hieremiæ prophetae Alexandriam, celebratae ab ipso Alexandro Magno, nisi animaduertissemus & hanc quoque translationem non seruiisse scopo Chemnitij. vult enim Constantinum solum hac occasione transtulisse quasdam Sanctorum reliquias vt ex sepulchris obscurioribus inferrentur in monumenta celebriora: non vero causa percipiendi ex eis beneficia. Dorotheus autem martyr, qui huius translationis meminit, eam factam ab Alexandro significat vt Alexandrini seruarentur ab aspidibus & crocodilis sicut Ægyptij in loco Taphnes seruati sunt. neque Alexandrum fa sum fuisse sua

expecta-

expectati one: sed hoc insuper consecutum vt genus quoddam serpentum quos Argelaos vocabant profligatum fuisse. Sic enim scribit in Synopsi in Ieremia: Nos vero ex posteris Antigoni & Ptolomai viris iam grandaeuis audiuimus quod Alexander Rex Macedonum cum ad eum Prophetæ locum venisset, mysteriaque illius cognouisset, reliquias illius Alexandriam transtulerit, & cum gloria circumquaque ornatas collocarit, atque id genus aspidū ab ea terra & ipso quoque flumine similiter prohibitum sit, & serpentes hoc pacto reiecti, quos Argelaos vocant: ita vt Chemnitius etiam num cęcior sit Alexandro Magno.

64. Qui ne hoc quidem animaduertit ex tribus exemplis translationū ethnicarum quæ profert duo docere translationes factas percipiendi beneficij causa. Debuit ergo dixisse Constantinum reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei transtulisse Constantinopolim non solum vt eis daret celebriora monumenta: sed vt per eos hæc vrbs tuta esset & pace frueretur. Constat enim ex plutarcho Atheniensibus hac spe reliquias Thesei transtulisse ad se, & religiosa veneratione seruasse & coluisse, vt Theseus esset munimentum & præsidium vrbis: & Ptolomæum authore Æliano de varia historia c. 12. caeteros principes praeuenisse in ablatione corporis Alexandri quod sibi persuasisset regnum suum nactum hoc corpus faelicitate abundans, & ab hosti- li vastatione liberum fore iuxta Aristandri vaticinium. Sed nolebat scilicet vir religiosus Constantinum tantum Imperatorem & tantopere laudatum, illa opinione conspurcare, parū interim solicitus num ea caeteris Imperatoribus & alijs Regibus, Principibus, & viris maxime religiosis ascriberetur.

65. Immo is haec exempla protulit vt damnaret reliquas omnes translationes, tanquam ab his desumptas. vt quae factae sint pro tuitione & felicitate locorum ad ad quos transferebantur. Verum si inspiciamus integras Plutarchi & Æliani narrationes confestim deprachendemus falsū esse quod ait. Ille enim narrat 1 quod Athenienses in Marathone pugnantes dicantur vidisse spectrum Thesei in armis pro Atheniensibus pugnans & barbaros inuadens. postea Apollinem per oraculum monuisse Athenienses vt ossa Thesei inquirentes Athenis deponerent, religiosa veneratione seruarent, atque ipsum tanquam Heroa, hoc est, tanquam munimentum & praesidium vrbis sacrificijs & inuocationibus colerent. Quis autem Christianus vnquam æquauit spectrum Thesei cum apparitione Sancti? quis oraculum Apollinis contulit cum diuina reuelatione? Quis Fidelis sacrificijs & incantationibus coluit Sanctos? ac non potius ista omnia narrationis Plutarchi damnauit? Ælianus vero memorat cum Alexandri corpus per triginta dies inhumatum

1. in Theseo

cũ Paulus deducebatur à Fidelibus vna etiã corpus eius deducebatur. Immo conſtat expreſſe ex capite 50. Geneſis de honorifica deductione reliquiarum Iacob: & aperte ſcriptum eſt Filios Iſrael deduxiſſe arcam cum magna veneratione, in qua erant reliquiæ mannæ Honorifici vero occurſus facti Sanctis mentionem habemus in multis ſcripturæ locis, nominatim Geneſ. 18.3. Reg. 2. Act. 28. Et quibus locis probauimus deo placere ritus quibus fit proteſtatio fidei reſurrectionis, eis quoque certum reliquias recte & pie conſpergi floribus & ornari coronis. Reflorebit enim, ſicut 1 ſcriptura quandoque loquitur, caro Sanctorum: hi 2 apparent in cœlo coronati: neque dubium eſt 3 quin caro eorum ſit ſuo tempore coronanda. Quibus ſimilem probationem cæterorum rituum antea attulimus.

1. pſal. 27. 2. Apocal. 4 & 15. 3. 2. Timo. 4

69. Sed neque verum eſt, Conſtantinum primum fuiſſe qui reliquias ſanctorum tranſtulerit. Gregorius enim 1 ſcribit eo tempore quo Petrus & Paulus paſſi ſunt, veniſſe ex Oriente Fideles qui eorum corpora, ſicut ciuium ſuorum, repeterent. quæ ducta vſque ad ſecundum vrbis miliarium in loco qui dicitur Catatumbas, collocata ſint ex quo cum omnis eorum multitudo ea leuare vellet, ita eos vim tonitrui atque fulguris nimio metu terruiſſe atque diſperſiſſe, vt talia denuo nullatenus attentare præſumerent. Tũnc autem Romanos exeuntes eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerint, leuauiſſe, & in locis quibus ſunt condita, poſuiſſe. Ignatij oſſa craſſiora principio honorifice & reuerenter extra vrbem Romanam in inſigni loco depoſita, deportata fuerunt Antiochiam, patriam & ſedem ſuam, teſte Simeone Metaphraſte. Vnde & Hieronymus author 2 eſt in eius vita reliquias corporis ipſius iacuiſse extra portam Daphniticam. Quinetiam apparet ex Prudentio reliquias s. Vincentij tumultuarie in littore ad quod appulerant ſepultas, tranſlatas fuiſse hac perſecutione ceſſante. Ita enim ſcribit in fine paſſionis ipſius vt audiuimus. Sed mox ſubactis hoſtibus, Iam pace Iuſtis reddita, Alter quietem debitam præſtat beatis oſſibus, & cetera. Eademque militauit ratio in ſanctis reliquijs non ſatis honorifice per perſecutiones ſepultis. Gregorius enim magnus Armenus iuſſit fieri thecas Ripſimę & Gaianæ reliquiis ex eaſque loco vbi iacebant cum lampadibus & cereis accenſis tranſtulit in templum à ſe ædificatum, teſte 3 Metaphraſte.

1. epiſtola 30 libr. 3. 2. in catalogo virorũ illuſtrium. 3. 30. de Septembris.

70. Illud verum eſt pace abſoluta per Conſtantinum Eccleſijs data crebriores & ſolenniores cœpiſse fieri Sanctorum tranſlationes illuſtriora exempla, & ab his reliqua diſcemus, vt eo clarius appareat in quanto errore Nouatores verſentur.

Sub Conſtantino reuelata fuerunt corpora Abdon & Sennes paſsorum ſub

...cio,& translata sunt sub eodem. vt videre licet in gestis S. Laurentij manu scriptis apud Surium in mense Augusto. Sub Licinio, qui eo 'em quo Constantinus vixit tempore duæ celebratæ fuerunt Seueriani martyr s translatio nes occurrentibus omnibus Christianis sacris reliquijs, teste Simeone Metaphraste apud Surium in mense Nouembri. Ipse met Imperator Constantinus, si Hieronymo credimus in libro aduersus Vigilantium, transtulit Constantinopolim sanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei, apud quas dæmones rugiebant. Sin sequamur Dorotheum martyrem in Synopsi in Luca, & Theodorũ Lectorem in libro 1. Collectaneorum, Constantius Imperator Constantini filius.

Gallus Cæsar transtulit Daphnen reliquias Babylæ martyris, velut præsens remedium contra voluptati addictos in loco delicijs omnibus & iucunditatibus affluente, vt videre licet in oratione quod Christus sit Deus. qui hoc eius factum magnopere laudat, & inter cętera ait Deum animam eius ad id impulisse, & dicit hoc consilium fuisse sapientissimum.

Neque Iulian⁹ postea tametsi esset Apostata, & has reliquias pessime odisset, ausus fuit eas maletractare, quod Babylam timeret. Sed quũ Pythius Apollo ab eo consultus in hoc loco de euentu expeditionis in Persas, respondisset se à vicinis mortuis impediri ne daret responsum, martyre os eius obturante, iussit venire Christianos, & auferre sepulchrum martyris. Igitur vniuersa ecclesia conueniens matres & viri, virgines iuuenesque immensa exultatione succincti, traxerunt longo agmine arcam martyris, psallentes summis clamoribus, & cum exultatione dicentes, Confundantur omnes qui adorãt sculptilia, & qui confidunt in simulachris suis ita vt cœlum clamoribus resultaret, & istud audirent profani principis aures, teste Ruffino libro 1. ecclesi. histor. c 35 & Socrate libro 4 c. 18. & Theodoreto libro 3 c. 10. & Sozomeno libro 5 c. 19. & praecipue Chrysostomo in oratione quod Christus sit Deus.

Magdeburgenses i vero aiunt diabolum hanc translationẽ excogitasse, vt paulatim superstitionem de mortuorum reliquijs earũque virtute instillaret incautis hominum mentibus. Nam cum à Deo in... munt, prohiberetur fascinare homines, is astute per mẽdacium & fallaciam eam vim sanctis mortuis affinxit, vt superstitionẽ reliquiarum confirmaret. & posteaquam scripserunt aliquanta his similia addunt, Theodoretus lib 3. c. 11. Sozomenus libro 5. c. 19 20. & 21, Sed facile est haec malitiosa & fraudulenta commenta refellere. Nam Theodoretus & Sozomenus nullo pacto meminerunt huius diabolicae fraudis & eorum quae ei addunt, ac ne vllus quidem alius aliquis Scriptor: sed plane contrarium tradunt, martyrem videlicet illuc translatum à Gallo

i cent. 4. c. 13 pag. 1446.

à Gallo obturasse os dæmoni. Et ne ipsi quidem Iuliano aut Libanio hoc cōmentum venit in mentem. Chrysostomus vero addit, cum Iulianus posset capsam martyris in mare demergere, exurere vel in vastam solitudinem deferre ipsum translationem prætulisse, quod magnam cladem sibi à martyrum Deo formidaret. Neque enim dæmon trāslationem speciatim petierat, vt fingunt Magdeburgenses, dum de suo addunt in responsione dæmonis, Reliquijs eius translatis se velle prædicere futura promittebat: tantum enim responderat se a vicinis mortuis impediri ne diceret responsum. Præterea Diabolo non potuit non esse luctuosissimus ingens ille cantus: Confundantur qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis. neque quidquam est idololatriæ magis contrarium: quomodo ergo hanc translationem consuluisset idololatriæ inducendæ causa? Ad hæc, ista translatio non fuit prima, ne in Babyla quidem. Diximus enim Gallum Cæsarem sub Constantio transtulisse in hunc locum Babylam vnde Iulianus Imperio post Constantium potitus eū efferri iussit. Postremo satis superque notum est in ecclesia dæmones reliquias & earum translationes, vt crucem suam timere.

Sub Iouiniano translatæ sunt reliquiæ Iacobi Nisibeni ex ciuitate Nisibi vbi eum Constantinus Magnus iusserat sepeliri ad munimentum vrbis. tametsi enim Iulianus sub Persicam expeditionem, inuidens gloriæ eius iusserat eum exportari, teste Gennadio: tamen Nisibenses solum istud perfecerunt cum per pacta quæ Iouinianus cum Persis inierat, dedenda esset ciuitas, vt Theodoretus testatur, qui hanc translationem his verbis describit in religiosa historia in fine vitæ Iacobi. Cum autem præterijsset aliquātum temporis & hoc oppidum ab eo qui tunc imperabat, regno Persarum esset traditum, exierūt quidem omnes qui in eo habitabant. Sui autem defensoris ac principis corpus ferebant ægre quidem ferentes & dolentes quod transmigrarent; canentes autem celebrantesque virtutem fortissimi victoris.

Ambrosius sub Valentiniano Maiore, vt quidem apparet, transtulit Bononiam reliquias Vitalis & Agricolae. meminit enim huius translationis in exhortatione ad virgines.

Ipse Valens frater Valentiniani licet esset insignis Arianus, melior tamen hac in re haereticis huius saeculi, iussit aduehi ex Palæstina Constantinopolim caput Ioannis Baptistae, tametsi diuinitus factum sit vt sub ipso non potuerit, nisi vsque ad vicum Cosilai vt ostendimus in miraculis.

Datum autem est Theodosio Magno in eius locum suffecto à Valentiniano, quod esset pius, vt id vsque ad se transferre posset vt videre est apud Sozomenum libro 7 c. 21. Sub quo etiam translatæ sunt Peram reliquiæ Terentij

& Aphricani martyrum, teste Theodoro Lectore sub finem libri 2 Collecta neorum. Sozomenus autem etiam auctor est libro 7. c. 10 hunc Imperatorē, posteaquam cognouisset quæ Paulo olim Constantinopolitano episcopo cō tigerant, transtulisse corpus eius in Ecclesiam quam Macedonius persecutor eius ædificauerat, maximum & clarissimum templum. Idemque præterea ad dit: Circa id autem temporis etiam Meletij reliquiæ Antiochiam sunt trans- latæ, & iuxta thecam martyris Babylæ repositæ. Fertur autē quod secundum Imperatoris iussū per totā viā publicā intra muros in ipsas ciuitates more Ro mano assūptæ, & per vices ac psalmodias in singulis locis cū honore, donec Antiochiā deportarētur, exceptæ fuerint. Meminitque huius translationis e- tiam Socrates libro 5. c. 9.

Samuelis Prophetæ reliquiarū translationis iussu Arcadij Imperatoris me- minit Hieronymus his verbis in libro contra Vigilantium: Sacrilegus dicen dus est & nunc Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tem- pore de Iudæa transtulit in Thraciam? Omnes episcopi non solum sacrilegi sed & fatui iudicandi, qui rē vilissimā & cineres dissolutos in serico & vase aureo portauerunt? Stulti omniū ecclesiarū populi, qui occurrerunt sanctis reliquijs, & tanta lætitia, quasi præsentē viuentēque Prophetam cernerent, susceperunt, vt de Palæstina vsque Chalcedonem iungerentur populorū exa mina, & in Christi laudem vna voce resonarent? Orosius quoque circa hu- ius Imperatoris tempora primus Occidenti intulit reliquias beati Stephani.

Imperante Occidēti Valētiniano Iuniore Ambrosius diuinitus reuelatas inuenit reliquias martyrum Geruasij & Protasij & eas transtulit in nouam Basilicam, qua de re sæpius diximus.

Sub imperio Theodosij Iunioris Arcadij filij, depositæ fuerunt reliquiæ sanc ti Stephani Laurētij, & Agnetis in martyrio s. Laurētij, teste Theodoro Lec tore sub finē libri 2. Collectaneorū vbi etiā meminit translationis Samuelis sub Arcadio. Et iussu eiusdē Theodosij translatæ sunt reliquiæ Chrysostomi Constātinopolim vt etiā Theodoretus narrat libro 5. eccles. hist. c. 36. & So- crates libro 7. c. 45. & 46. Quinetiam Eudoxia eius vxor Hierosolymam pro fecta voti persoluendi causa retulit reliquias s. Stephani, teste Adone, & du- as cathenas quibus Petrus vinctus fuerat, teste Sigeberto.

Leo epistola 37. ad Pulcheriā Augustam sororem Theodosij Iunioris scribit omnē Romanā ecclesiā vniuersis fidei eius operibus congratulari, & inter alia quod reliquias sanctæ memoriæ Flauiani, innocentis & catholici sacer- dotis, ad ecclesiā cui bene præfuerat fecisset cū honore reuocari. Eadēque trā- stulit reliquias 40. martyrū, ei à Thyrso martyre & ipsis reuelatas, insigni pō-

pa

pā, cui Sozomenus dicit se interfuisse libro 9 eccles. histo. c. 2. Et circa hoc quoque tempus translatæ fuerunt reliquiæ Cyri & Ioannis martyrum à Cyrillo in Manuthe ad expurgandum locum à dæmonum habitatione. vt videre est apud Authorem vitæ ipsorum in Surio sub finem mensis Ianuarij.
Sub Martiani imperio allatæ sunt Syrmio reliquiæ sanctæ Anastasiæ, & in martyrio ipsius depositæ, teste Theodoro Lectore sub finem libri 2 Collectaneorū. Theodoretus vero de translatione reliquiarū Abrahames sic scribit sub finem vitae ipsius in religiosa historia: Posteaquam enim obijt, & hoc resciuit Imperator, voluit quidem eum deponere in aliqua aede sacra. Cum autem intellexisset pium esse & honestum vt gregibus redderetur corpus pastoris ipse quidem & id deduxit praecedens, & reginarū chorus consequens, ōnisque & magistratus, & qui ab illis regebatur populus, militesque & priuati. Tanto studio eum accepit ciuitas Antiochi, & quæ eam sunt secutæ, donec peruenit ad magnum illum fluuium. Ad ripam autem Euphratis concurrebant quidē ciues & concurrebant etiam hospites, concurrebant etiā rustici Quinetiā finitimi festinabant frui benedictione. Lectum autem multi sequebantur Lictores, & cæt. Cum tot laudibus & lamentationibus sanctum illud & sacrū corpus mādauere sepulchro. Sed & is in eadē historia, in vita Iacobi adhuc viuēris meminit reliquiarū sancti Ioannis Baptistæ & Ioseph allatarū Cyrū ex Palæstina: quas Iacobus affirmauerit sibi reuelatū veras esse reliquias eorū & desiderauerit eas osculari Et in vita Zebinae indicat eā sub tecto suo habuisse quosdā Persas martyres. quos proinde oportuit illuc fuisse trāslatos.
Quum Leo sceptra moderaretur sacerrimum Simeonis corpus translatū est Antiochiam, teste Euagrio libro 1. c. 13.
Calandriō episcopus Antiochenus impetratas à Leone Imperatore reliquias Eustathij, à Philippis Macedoniae vbi ille mortuus fuerat, Antiochiam detulit. quas maximo cum honore Antiocheni exceperunt. Tota siquidem ciuitas & omnis aetas, ad decem & octo miliaria vrbem in occursum illarum egressa est, teste Theodoro Lectore libro 2 Collectaneorum in principio.
Sub Iustiniano translatae sunt Antiochiam reliquiae Thomae monachi, vt Euagrius narrat. Procopius autē multas alias Sanctorū translationes sub eodē Imperatore memorat, nominatim Andreae, Lucae & Timothei lib. primo de aedeficijs Iustiniani.
Neque obscurū est exempla similiū translationū extitisse etiā apud sequentes Imperatores, & deinde sub Regibus Italiae, Galliae, Hispaniae. vt videre licet apud ōnes Scriptores quae cōmemorare nimis longū & nō necessariū est
Idque eo minus quod conciliū Constātinopolitanū congregatū āno sequēti post primū, reliquiarū sanctarū translationē probauit in synodica epistola

quae extat apud Theodoretum libro 5.c.9. Aliquorum, inquit, in exilio mortuorum relatae sunt reliquiae.

Factum que idem est etiam de reliquijs sanctorum minoris momenti: vt videre licet apud Scriptores ecclesiasticos: nominatim de veste beatae Mariae Cōstantinopolim delata apud Nicephorum libro 5 c 25 quem nullo alio argumento i Magdeburgenses confutant, nisi quod nolint ei fidem habere. Et quid ni id factum esset? quando etiam ipsae sanctorum vestes sunt daemonibus formidabiles: vt Chrysostomus ait in oratione quod Christus sit Deus. pluris enim est vestis quam semicinctia & sudaria, quorum contactu daemones constat eiectos fuisse.

71. Iam quia bonum & sanctum est transferre reliquias sanctorum dubium esse non potest quin bonum quoque & sanctum sit transferre reliquias Christi, & praecipue sanctam crucem. Cuius translatio cum clauis coepta ab Helena, per omnes terrarum partes celebrata est non sentiente cruce diminutionem: vt Paulinus scribit epistola 11 ad Seuerum; in qua etiam narrat se dono accepisse partem particulae dominicae crucis à benedicta Melania. Lignum crucis, inquit Cyrillus Ierosolymitanus catechesi 10. testatur ad hodiernam diem apud nos apparens, & apud eos qui secundum fidem ex illo capientes, hinc vniuersum orbem fere iam repleuerunt. Omnes enim Fideles iam inde ab antiquissimis temporibus & quidam quidem eam gessere in annulis, vt sancta Macrina soror Gregorij Nysseni, ipso teste in eius vita, alij vero in collo. de quo sic scribit Chrysostomus in demonstratione quod Christus sit Deus: Ipsum ergo hoc lignum in quo positum sanctum corpus Domini quare nam habere totus orbis ita contendit, vt qui paruum quiddā ex illo habent, hoc auro includant, tam viri quam mulieres, & ceruicibus suis aptent, hinc valde honestati & magnifici, muniti & protecti, licet condemnationis fuerit lignum? & caetera, quibus hinc probat Gentilibus Christum esse Deum. vsque adeo diuersa olim fuerunt iudicia Sanctorum episcoporum ac omnium fidelium à iudicijs haereticorum nostri saeculi.

72. Immo constat terram sanctam & praesertim quae Domini adiacebat sepulchro, exportatam fuisse, & in veneratione habitam, Deumque per eam nonnunquam operatum fuisse miracula. quorum exemplum extat apud Augustinum libro 22. de ciuitate Dei c. 8. Et Romae etiam num complures extant aeneae columnę concauae plenae terra sancta. Neque vlla causa est cur hoc miremur, quando olim 4 Elizęus propheta probauit desiderium
4. Regum 5. Naaman Syri cupientis transferre in Syriam onus duorum burdonum terrae sanctae.

73. Et

73. Et quidē irrepserunt aliquādo falsæ reliquiæ: sed non tā multæ atque hæretici clamant, & inter eos 1 Caluinus. Narrant enim multas fabulas. Deinde credunt quibusuis rumusculis popelli, non examinatis instrumentis authenticis. Ad hæc non animaduertunt eadem quæ antea beneficia tribui in multis locis post reliquiarum translationem. vt (exempli causa) translatis Alexandriam Ieremiæ reliquijs, in priore earum loco. Tum non esse incredibile multa pepla linteamina & his similia tactu verarum reliquiarum fuisse sanctificata & imbibisse eandem miraculorum gratiam: immo non deesse qui hæc tradant, nominatim Gregorium Magnum epistola 30. libri 3. Præterea, non considerant minimas reliquiarum particulas saepius sortiri nomen totius. his addimus quod non notant saepius fieri miracula sola sanctorum appellatione vbi nullae sunt reliquiae quod olim notauit Gregorius Nazianzenus in carminibus vnde fama nata sit huius vel illius sancti reliquias istic esse, Denique proditum est memoriae de cruce, eam diminutionem ablationē passam non esse. quod & in alijs accidere potuit. Cur enim hoc magis incredibile sit: quā ñ multiplicatio panum per Elizaeum & Christum? 1 *In admonitione de reliquijs.*

74. Neque vero quum irrepserunt falsae reliquiae, vt quidem irrepserant tempore Martini, teste Seuero Sulpitio, id ecclesiae culpa accidit, vt quae huic abusui non semel occurrit suis decretis: nominatim c. 14. concilij Carthaginensis quinti, & 51. concilij Maguntini, & 62. concilij Lateranēsis, cuius sententia refertur cap. Cum ex eo, de reliquijs & sanctorum veneratione; cui similis est Lex, decernimus C. de. Episcopis & Clericis. hominū culpa haec accidunt qui priuata authoritate reliquias & ipsi colunt, & alijs colendas obtrudunt. Cui vitio etiam priuati obuiam iuerunt. Exempli causa Mos erat Ægyptijs nobilium & praecipue beatorum martyrum corpora linteamine inuoluere, & inuoluta domi super lectos asseruare, non terra, non loculis condere. Eum morem, qui a vitio non carebat, eo quod æquarentur nobiles martyribus, & fieri posset vt vel alij in locum martyrum substituerentur, vel falsi martyres pro veris colerentur: beatus Antonius & verbis saepius, & exēplo suo dānauit teste Athanasio in fine vitae ipsius. quippe qui procurauerit, vt à duobus sibi fidelibus monachis terrae ita mandaretur, vt nullus locum tumuli sui nouisset Fecit enim quod solemus, quum ramum aliquem curuum vltra modum in alteram partem flectimus, vt rectum efficiamus.

75. Praeterea, si adsit diligentia pastoribus, deprehendunt inique obtrusas reliquias. Martinus enim (exempli causa) deprehendit reliquias cuiusdā qui colebatur pro martyre, fuisse reliquias Latronis.

76. Postre

76. Postremo, falsum est, quod hæretici iactant, committi idololatriam in veneratione falsarum reliquiarum; quando ne scelus quidem admittatur hoc casu à plebe. peccatum namque debet esse voluntarium. vt videre est in Iuda Patriarcha, qui non admisit incestum concumbendo cum Thamar, quã ignorabat esse nurum suam, putabat autem esse meretricem sed tantum simplicem fornicationem. Et quomodo non peccasset qui Iacobum fratrem domini & Domino similem, pro Christo ignoratione honorasset: ita non peccant qui falsas reliquias publice propositas, ignorantia pro veris habent.

77. Nam quod attinet ad illos monachos hypocritas, quos Augustinus reprehendit in libro De opere Monachorũ c.28, qui mẽbra martyrũ, si tamẽ martyrũ, venditabant: Ecclesia eos non magis probabat, quã Augustinus: & abusum existimat si quis turpis quæstus causa nundinationem similem exerceat diligenterque prouidendum iudicat ne circumforanei reliquiarum prædicatores temere admittantur,

78. Quoniam autem Fidelium interest vt plenissime cognoscant pastorum & doctorum ecclesiae sententiam de reliquijs & quantum ea differat ab haereticorũ placitis: adijcimus, vt hunc tractatum compleamus, elogia eorum quae sancti nobis reliquerunt. quorum catalogum dedi describendum piae memoriae Domino Iacobo Pamelio, postea Audomarensi episcopo designato, quum religionis & bellorum causa profugissemus Betuniam: an vero eum inseruerit suo Tertulliano, nescio.

Reliquiarum elogia.

79. Igitur Patres appellant reliquias Sanctorum 1 sanctas, 2 sacras, 3 nobiles, 4 pretiosas, 5 sacrosanctas, 6 sacratissimas, beatas 7 reliquias quibus fideles illustrantur, 8 reliquias hostiae immaculatae, reliquias quae sunt 9 honorandae, 10 venerandae, & adorande, suscipiendae 11 & amplectendae cum omni bonore, 12 expetendae, honore 13 prosequendae, veluti Athletarum & Certatorum pro Christo, 14 syncerissime honorandae ac si Christi membra: quas 15 qui ornant, qui tuentur, qui venerantur, ciues, fratres, & propinqui Sanctorum sunt, 16 quas Deus qua est in humanum genus benignitate, nobis reliquit idoneum ad virtutem capessendam stimulum.

1. nominatim Hieronymus in libro aduersus Vigilantium Lucianus presbyter in epistola ad vniuersam ecclesiam, & Ephrẽ in fine sermonis de laudibus sanctorũ martyrũ.
2. Ambrosius sermone 91.
3. Ambrosius epistola 83 ad Sororem.
4. Basilius in psalmum 115 & Euagrius lib. 1 eccles. historiae c.13.
5. Gregorius Nazianzenus in oratione in S. Cyprianum, Euagrius libro 2. c. 3.
6. Ambrosius epistola 85.
7. Gaudentius in tractatu habito die dedicationis Basilicae concilij Sanctorum.
8. Ruffinus eccles. histor. lib. 2 c. 28.
9. Hieronymus in libro aduersus Vigilantium.
10. Gaudentius in tractatu paulo ante citato Ruffinus libr. 2. eccles. histor c. 28 concilium Antiochenum apud Euagrium libro 1. eccl. histo. c. 13. & synodus 7 actione 4.
11 Basilius Ancyra episcopus actione 1. synodi 7.

lum. Sunt auxilia 17 quibus defendimur, ſunt 18 ſacra pignora, ſunt valde 19 magnus theſaurus. his 20 vrbium populi muniuntur. Sunt fontes 21 ſalutares, quos Saluator noſter Ieſus Chriſtus nobis reliquit, multis modis beneficia in debiles fundentes ſiue multimodis 22 beneficijs ſcaturientes. apud eas dæmones mugiunt 23 & rugiunt 24 eas omnes ſummo 25 cum gaudio circumſtant. benedici cupientes, ac ſecum referre ſancta animæ corporiſque remedia: eas omnes 26 gaudent extrema lineæ contingere, & qui contigerit, ſaluus erit. Super eas 27 iactantur flores, 28 multa oratoria, multa indumenta, vt tactu ipſo medicabicilia repoſcantur, in tantum 29 vt etiam mortuos excitent: eas 30 attingere eiuſmodi cenſetur donum, vt ſupremo voto nihil magis optari poſſit. Conſidera Lector quantum hęc diſtent à Lutheri verbis in ſermone de cruce, quibus ait Reliquias eſſe fidelium ſeductiones, quæ altiſſime ſub terram abſcondendæ ſint.

80 Sed deueniamus ad elogia corporis. Quod videmus corpus 1 nulla ratione eſt cum alijs comparandum. eſt namque 2 ſacrum, ſacroſanctum, 4 ſacerrimum, 5 venerabile, & 6 venerandū, quod 7 ſanctificat locum, ſiue 8 loco ſanctitatē tribuit, 9 ſanctificat autem & eos qui in ipſum locū conueniunt Eſt corpus 10 honorandum, propterea quod nobis 11 Dominum noſtrum oſtendit diligere, quod nos propter dominum mortem docuit non timere: & quia eſt 12 templum Chriſti: & quod vt ſcimus eſſe 13 honorandum, & non animā ſolam, vtque crederemus quod etiam in

R r cor-

12. *Theodoretus ſub finē vitæ Maronis in religioſa hiſtor.*
1.. *Theodoſius Ameri epiſcopus actione · Synodi 7.*
14 *Author libri de eccleſiaſti. 11 dogmatibus apud Auguſtinum c 73.*
15. *Gregorius Nyſſenus in oratione in Theodorū martyrē.*
16 *Chryſoſtomus in oratione contra Gentiles.*
17. *Ambroſius epiſtola 85.*
18. *Auguſtinus libro 22 de ciuitate Dei c. 8.*
19 *Ruffinus eccleſ hiſtor lib 2. c 28.*
20. *Gregorius Nyſſenus in oratione in Theodorū martyrē*
21 *Theodorus Patriarcha Hieroſolymitanus actione 5. Synodi 7.*
22 *Damaſcenus libro 4 de fide orthodoxa.*
23. *Hilarius in libro aduerſus Conſtantium.*
24 *Hieronymus aduerſus Vigilantium.*
25 *Ephrē in fine ſermonis de laudibus ſanctorū martyrū.*
26. *Ambroſius epiſtola 85*
27 *Auguſtinus libro 22. de ciuitate Dei c. 8.*
28. *Ambroſius epiſtola 85.*
29 *Auguſtinus libro 22. de ciuitate dei c. 8.*
30. *Gregrorius Nyſſenus in oratione in Theodorum martyrem*

Corporis elogia.

1. *Gregorius Nyſſenus in oratione in Theodorum martyrem.*
2. *Paulinus natali 6 Felicis.*
3 *ciuitas Antiochena apud Euagrium eccl. hiſtor. lib. 1. c. 13. & ipſe Euagrius libro 2. c. 3.*
4. *Euagrius libro 1 c. 13.*
5. *Baſilius in concione in Iulittam martyrem.*
6 *Paulinus natali 8. Felicis.*
7. *Baſilius in concione in Iulittam martyrem.*
8 *Auguſtinus epiſtola 137.*
9. *Ambroſius ſermone 93.*
10 *Chryſoſtomus homilia 32 in epiſtolam ad Romanos.*
11. *Ambroſius ſermone 93.*
12. *Paulinus epiſtola 12. ad Seuerum.*
13. *Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi. 18.*

darum cupidi, tamen ita agnitis regis insignibus deterrentur vt fugiant, neque cominus accedere, vel attingere audeant: Ita & dæmones, qui vere latronum & principes & magistri sunt, vbi coronatorum martyrum corpora viderint posita, longe illico à conspectu eorum pauidi fugiũt. non enim ad naturam eorum intendunt, sed in arcanam dignitatem & gloriam Christi, qui in agone certantium induta corpora martyrum suorum sicut arma portauit.

Ossium elogia.

81. Et sicut Ethnici inuidia stimulati etiam ossa Sanctorum igne & alia quauis ratione perdere summo studio conati sunt, id quod Dacianus his verbis [1] apud Prudentium significat, Iam nũc & ossa extinxero, & cæt. Ita fideles ea ex [2] igne rapere semper cupiuerunt, atque adeo etiam cum vitæ discrimine, quum data est opportunitas, eripuerũt: vt quædam ossa [3] Ioannis Baptistæ, vt ossa Fructuosi & Augurij, de quibus Prudentius [4] sic scribit: Tum de corporibus sacris fauillę, & perfusa mero leguntur ossa, Quæ raptim sibi quisque vindicabat. Fratrum tantus amor domum referre sanctorum cinerum dicata dona. Aut gestare sinu fidele pignus. Nec mirum. Sunt [5] enim pia, sunt [6] beata, sunt [7] sacra, sunt [8] pretiosa, & pretiosis gemmis cariora, atque omni auro probabiliora. Sunt [10] veneranda quippe quæ sunt ossa [11] in tumulo non obsita puluere mortis, Arcano æternæ sed prędita semine vitæ, quæ qui [12] contingit, quandam sanctificationis societatem assumit ex gratia corporibus insidente: etenim [13] viuificum spirant animæ victricis odorem, Quo medicina potens datur ex orantibus ægris. Sunt [14] ossa diuina virtute & gratia spiritus Sancti amicta, & diuini luminis claritate radiantia. Martyrum [15] enim ossa (vt [16] inquit magnus cui ab immortalitate nomen est) morbos fugant, infirmis medicantur, cæcis visum impertiunt, lepras emundant, tentationes & mærores soluunt, atque id per Christũ qui in ipsis habitat: eaque habent multo [17] maiorem potestatem Imperatoria potestate, Dęmones enim sistunt & torquent, & vinctos ab illis soluunt saeuissimis vinculis.

1. in passione Vincentii.
2. teste ecclesia Smyrnensi apud Eusebium eccle. histo. lib. 4 c. 15.
3. Ruffinus libro 2. ecclesi. histor. c. 28.
4. passione Fructuosi Augurii, & Eulogii.
5. Paulinus natali 3. Felicis.
6. Prudentius in passione S. Vincentii.
7. Idem in hymno Fructuosi & Paulin. natali 6. Felicis
8. Chrysostomus in homilia de 7 Machabaeis.
9. ecclesia Smyrnensis apud Eusebium libr. 4. c. 15.
10. Hieronymus in libro cõtra Vigilantium.
11. Paulinus natali 6. Felicis
12. Basilius in psal. 115.
13. Paulinus natali 6. Felicis
14. Chrysostomus in homilia de septem Machabaeis.
15. Theodorus Patriarcha Hierosolymitanus actione 3. septima Synodi.
16 Athanasius.
17. Chrysostomus ho. 66. ad populũ Antiochenũ et ho. 26 in posteriorẽ epist. ad Corin.

Cinerum elogia.

83. Sed etsi reliquis omnibus cõsumptis persecutione, vel tempore, soli cineres supersint, non debemus ad [1] naturam eorum intẽdentes eos contemnere: sed apertis fidei oculis eorum dignitatem & gratiam admirari & venerari. sunt enim [2] sacri,

1. Chrysostomus in homilia de natiuitate 7. Machabaeorũ
2. Prudentius in hymno Eulalia.

bant gemmæ diadematis, vbi fulgebant beneficia piscatoris. Nec hoc tantum Romæ fieri visum fuit sed etiam Constantinopoli. 14. Theodosius enim (exempli causa) circumibat cum Sacerdotibus & populo omnia orationum loca, & ante martyrum ac Apostolorum thecas iacebat cilicio prostratus, auxilia que sibi fida Sanctorum intercessione poscebat. Ad 15 eas mos fuit fidelibus accedere, apud eas vota facere, & beatas Sanctorum animas honorare, omnes 16 ad eas concurrebant, & 17 pastores ac doctores ad id faciendum eos exhortabantur. huius generis sepulchrum nihil aliud est 18 quā locus dignus tenendis ossibus visus Deo, & beati publicus hospes corporis, proin mirū non est quod sit 19 sacrum, 20 odoriferum, semper mundo venerandum.

13. *Chrysostomus homilia 66. ad populum Antiochenum.*
14. *Ruffinus libro 2. eccles. histor. c. 33.*

15 *Eusebius libro 13 de preparatione euange.*
16 *testibus Prudentio in passione Hippolyti, & in passione Petri & Pauli. Paulino natali. 3. Felicis, Augustino c. 8. libri 22. de ciuitate dei & aliis.*
17. *nominatim Chrysostomus homilia in Iuuentinum & Maximum martyres, &*
18. *Prudēti⁹ in hymno Hemeterii & Chelidonii.*
19. *Paulinus natali 6. Felicis*
20 *Idem natali 3.*
21. *Idem natali. 6.*

De templis & festis diebus Sanctorum.

Titulus 31.



LOcus in quem Christiani conueniunt ad conciones, preces, sacrificium, & sacramenta, varijs nominibus appellatur. Vocatur enim à 1 Scriptura & Scriptoribus 2 ecclesiasticis, atque adeo etiam ab ipsis 3 Imperatoribus Romanis, Ecclesia: tropo videlicet metonymiæ, quo continens contenti appellationem sortitur. id quod 4 Augustinus quoque non vno loco notauit Eodemque tropo Iurisconsulti vocant Ius locum in quo ius dicitur. Appellatur etiam templum, idque æque à 5 Veteribus atque à Neotericis secutis Interpretes veteris testamenti qui hebraicum vocabulum & græcas Septuaginta Interpretum voces 'ιερὸν & ναος transtulerunt per templum. Téplum autem vocatur quod in eo cœlestia intueamur

1 1. *Cor. 1.*
2. *nominatim ab Eusebio Cesariensi lib. 1 de vita Cōstantini Cyrillo Ierosol. catech. 14 Synodo Laodicēsi ca 28. Hieronymo in c. 60 Esaia, Ruffino lib. 2. eccles. histor. c. 15. Augustino lib. 9. Confessionum c. 9. & epistola 187. Chrysostomo homilia 18. & 29. in Acta. & homilia 15 & 28 ad populum Antiochenum. Cyrillo Alexandrinō in c. 2. Aggai, Socrate lib. 6 eccles histor. c. 8. Sozomeno lib. 9 c 10. Germano Constantinopolitano in lib. de ecclesiastica histor. & aliis.*
3 *in Codice Iustiniani in quo extant tit. de sacrosanctis Ecclesiis & de his qui ad ecclesias confugiunt: & in his variae leges quae vtuntur hoc vocabulo in ista significatione. nominatim Leges, non plures, Non places, Ad Instructi*

mur. à tuēdo enim, quod est accurate inspicere, templum deductū est, & à templo contemplari. Quinetiam dicitur etiam 6 à bene multis basilica, id est, Regia. Βασιλεὺς enim graecis Regem significat. Et Basilica Ethnicis locus fuit in quem Reges conueniebant ad dicendum Ius populo. Vitruuio autem significauit etiam locum in quo publicae conciones negotiantium habebantur, praecipue hieme. Praeterea nominatur 7 domus Dei vel domini ad imitationem scripturae loquentis de veteri templo. Postremo Graeci 8 vocauerunt quoque κυριακὸν, id est, dominicum. à quo nomen flandricum Kercke profluxit. Nam quod ad caeteras appellationes attinet, eae aut non tam frequenter vsurpantur, vt (verbi gratia) Oratoria: aut per periphrasim enunciantur. cuiusmodi sunt, sacrae ędes, domus oratoriae, & ecclesiasticae domus, & similes.

...mes. de sacrosanctis ecclesiis.
4 epistola 57. & quaestione 57. libri quaestionum super Leuiticum.
5. nominati à Saluiano libro 3 de Iudicio Dei Ambrosio lib. 1. officiorum c. 21. & Lactantio lib. 2. c. 2.
6. vt à Chrysostomo homilia 28. ad populum Antiochenum, Augustino epist. 157. & Synodo Laodicensi c. 28. 7 vt psal 121. & alias frequenter.
8 nominatim Clemens libro 2. constitutionum apostolicarum c. 58. Ruffinus libro .. ecclesiast. historiae, & concilium Gangrense.

2. Nostri vero instituti non est hic plene dicere de templis: sicut nec de festis diebus. Horum enim exacta discusio pertinet ad orationis & ecclesiasticae potestatis tractatus. Solum hic dicendum est de eis quatenus pertinēt ad sanctos. Ea autem, quod ad templa & ecclesias attinet, in duobus consistūt: vno quod ea recte aedificentur ad honorem Sanctorum. altero, quod ea recte appellentur Sanctorum nominibus.

1. 3. Etsi enim nullum sit templū quod nō aedificetur Deo & omnia tēpla siue ōnes ecclesiae & basilicae, atque adeo sacella omnia, ipsi soli aedificentur sacrificij causa: eoquod sacrificium soli Deo sit debitum: tamen cum isto nō pugnat, sed optime conuenit quod haec aedificentur Deo speciatim ad honorem huius vel illius Sancti. vt videlicet in eis offeratur sacrificium Deo per Christum, seu ipse Christus in sacrificium, pro donis tum in omnes sanctos, tum specialiter in hunc vel illum collatis & pro impetratione beneficiorum in gra-

2. tiam & per preces eorum.

4. Ipsi met haeretici 1 confitentur cum Catholicis Deum recte laudari orationibus & concionibus propter Sanctos, immo ipsos quoque Sanctos recte laudari: atque haec pertinere ad non vulgares eorum honores: Proinde, velint nolint, fateri coguntur templum recte Deo fieri vt in eo isti sanctorum honores celebrentur, quando oporteat populum aliquo conuenire ad orationes & conciones his de rebus audiendas: neque istarum causa iustius vsquam congregari possit quam in templo Deo dicato, ad cuius 2 honorē sanctorum

3. quoque honos pertinet.

5. Adhaec 1 ostendimus preces quibus fideles Sanctos solicitant, plurimū facere

1. vide supra sectiones 10, 11. & 12. tituli 28.

2. vide sect. 8. & 9. eiusdem titulo,

1. multis tit.

facere ad impetrandum quod cupimus, à Deo per Christum: vel etiam ad impetrandum dona ab ipsis, tanquam à Dei ministris, seu à Deo per ipsos, tanquam eius ministros. Porro preces eiusmodi non solum recte funduntur à particularibus hominibus, sed etiam ab vniuerso populo. Igitur templa recte fiunt Deo propter hos quoque Sanctorum honores.

6. Postremo tabernaculum, & templum Ierosolymitanum, non tantum ædificata fuerunt vt Deus in eis coleretur: verum etiam vt in eis reliquiæ asseruarentur honorifice, & eis honos haberetur, vt (exempli causa) mannæ reliquiæ in arca, & hæc cum istis reliquijs in tabernaculo & templo, atque adeo in sacratissima eorum parte. Itaque neque nouum neque profanum, sed vetus & sanctum est quod fideles templa Deo extruant & consecrent, vt ipsum in eis colant, & simul honorent venerandas reliquias. Immo tanto magis istud sanctum est in Sanctorum reliquijs, quãto eorum corpora, & aliæ corporum reliquiæ præstant mannæ reliquijs.

7. Quod autem attinet ad denominationem templorum à Sanctis, animaduertendum est templum Ierosolymitanum non Dei modo, sed hominis quoque appellationem habuisse dictum namque fuit templum Salomonis, vt videre est ex porticu, eius parte, Ioan. 10. & Actorum 5. Proinde nihil impedit quo minus templa Dei donominentur etiam à sanctis, siquidem adsit ratio. Iam-iam vero ostendimus templa Christianorum recte ædificari & consecrari Deo, ad honorem sanctorum. Idque profitetur Episcopus, quum ea consecrat. Illius causa recte vocamus Dei templa, huius, istorum vel illorum sanctorum. Immo ne in his quidem penitus abest ratio illa qua templum vetus dictum fuit templum Salomonis. Sicut enim hæc appellatio ab eo profecta fuit quod Salomon id ædificauerat ita multa templa possunt dici Sanctorũ, quod ea ædificauerint, id est quod occasio fuerint cur ædificata sint.

8. Scio esse qui inter templum & alia sacrarum aedium nomina sic distinguant, quod templum proprie soli Deo sit debitum: Ecclesiae vero, basilicae, memoriae, aliae similes voces etiam sanctis proprie conueniant. populum nãque etiam vere conuocari ad ecclesias propter Sanctos, qui vere in suo gradu sint reges & Domini: quaeque proprie sint eorũ memoriae: & consequenter eas his nominibus proprie appellari: non item templa. Sed, quod bona eorũ venia dictum sit, templum, si spectemus etymologiam, æque proprie quadrat in sacras sanctorũ ædes, atque haec vocabula intuemur nãque in eo, id est, accurate inspicimus, sanctos. & eorũ dona ac benefacta. Nec graeci dubitãt passim dicere νηὸν, id est, templum, aedificari huic vel illi martyri, nominatim Basilius in psalmum 114. Gregorius Nyssenus in oratione in Theodorũ martyrem

tyrem, Chrysostomus homilia 28 ad populum Antiochenum & alij. Sin rẽ ipsam consideremus, quæcunque diximus ædificantur & consecrantur Deo, Regi sæculorum immortali & inuisibili, ac Domino Dominorum, ad honorẽ Sanctorum, & ad conseruandam memoriam beneficiorum quæ Deus in ipsos contulit per & propter Christum. quæ sint primariæ harum appellationum rationes.

9. Si quid autem sit quod istorum differentiam aliquo modo possit adiuuare, hoc est, quod quum Ethnici phana dijs suis dicata ad offerendum sacrificia vocauissent templa, & ijdem ad Deum conuersi inuenissent Interpretẽ testamẽti veteris vsum fuisse eodem nomine ad significandã sacram Dei ædẽ in qua sacrificia ipsi soli offerebantur: hi & ab his alij, videantur templum vulgo accepisse pro loco dedicato Deo ad sacrificium, & consequenter templa vulgo non fuisse proprie dicta Sanctorum, perinde atque alia vocabula. Eamque vulgi significationem Augustinus secutus est libro 1 contra Maximinum & in libro contra sermonem Arianorum vbi significat erectionem templi esse cultum latriæ soli Deo debitum: & libro octauo de ciuitate Dei c. vltimo, vbi templa coniungit cum altari & sacrificio, dicens hæc tria soli Deo conuenire: memorias autem Sanctis. Et vt-vt sit de propria vocabulorum significatione, conuenit inter omnes de re.

10. Habet autem denominatio templorum & ecclesiarum, siue basilicarum, à Sanctis, etiam hanc vtilitatem, ac velut necessitatem, quod in locis in quibus multa sunt templa, ea Sanctorum apellationibus optime discernamus Quo factum est vt Caluinistæ quum Antuerpiam occupauissent, retinuerint antiquas templorum appellationes.

11. Porro vsque adeo antiquus est hic appellationum à Sanctis vsus, vt licet Christiani longissimo tempore non potuerint nisi cum magno periculo, vel præsenti, vel futuro, in vnum locum conuenire: tamen martyria & sacræ eorum ædes quæ principio in locis subterraneis erant, & cryptæ appellabantur, deinde magnæ quoque ecclesiæ, vocatæ sint nominibus Sanctorum: vt videre est apud Prudentium in passionibus Casiani & Hippolyti. & in hymno in decem & octo martyres Cæsaraugustanos. Eaque species appellationis durauit etiam tempore Constantini Magni, Is enim aedificauit Constantinopoli templum Apostolorum, teste Eusebio libro quarto de vita Constantini, & prope Constantinopolim Michaelion de quo antea locuti sumus. Et Athanasius meminit in epistola ad solitariam vitam agentes templi sancti Quirini Cyrillus vero manifestat catechesi fuisse 16 suo tempore Hierosolymis ecclesiam Apostolorum in loco vbi spiritus sanctus super Apostolos descenderat.

rat. Recitauimus autem etiam historiam Cæsarum Galli & Iuliani ædificantium maximam ædem Mamæ martyri. Ac certissimum est cęteros quoque Patres probasse hanc appellationem: nominatim Ambrosium epistola 5 libri 1. ad Fælicem episcopum Comensem: Gaudentium in tractatu de dedicatione basilicæ concilij Sanctorum: Hieronymum in libro contra Vigilantium; Augustinum in libro de cura pro mortuis gerenda c. 1 & libro 1. de ciuitate Dei c 1. & libro 20 contra Faustum Manichæum c. 21 Theodoretum libro octauo de curatione graecanicarum affectionum: Conciliũ Gangrense in praefatione, & canone 20. dãnante Eustathiũ contẽptorẽ basilicarũ martyrũ: cōciliũ Carthaginẽse 5. c vltimo & Carthaginense 5. c 14. & alios plurimos. vbique enim occurrit haec denominatio.

12. Neque vero difficile esset historiam texere sacrarum ædium Sãctis ędificatarum ab Imperatoribus & Regibus Christianis, exordio sumto a Constantino ad nostra vsque tempora, si necessarium esset. Sufficiet hic scire solum Iustinianum Imperatorem partim nouiter ędificasse, partim labefactata renouasse Constãtinopoli & in eius suburbio tria templa beatae Mariae virgini: vnum matri eius Annae, Zoae martyri, Michaeli Archangelo minimum duo, Petro & Paulo vnum, Sergio & Baccho martyribus, omnibus Apostolis, Acacio martyri, Platoni martyri, Mocio martyri, Thyrso martyri, sancto Theodoro, Teclae & Theodotae sacella: Itẽ templa sancto Agathonico, sancto Laurentio, sanctis Prisco & Nicolao, Sanctis Cosmae & Damiano, Anthymo martyri, Irenae martyri. Ioanni Baptistae, Pantolemoni martyri, Triphoni martyri, Menae & Mineo martyribus, & sanctae Ias, vt videre licet apud Procopium libro primo de aedificijs Iustiniani. Extra vrbẽ vero Constantinopolim & eius suburbia in varijs prouincijs aedificauit vndecim templa beatae Mariae virgini: Antiochiae vnum Michaeli Archangelo, duo Bartholomaeo in vrbe Daras, Sergio duo templa Georgio vnum, Ioanni Theologo Ephesi vnum in tole miade vnum, Damasci Leontio vnum, Cosmae & Damiano vnum, & Carthagine Prim e vnum, vt videre licet libris 2. 3 5 & 6. Procopij de ædificiis Iustiniani. In quo opere illud etiã narratur Deũ varijs miraculis hãc Sanctos Iustiniani pietatẽ comprobasse: nominatim in ædificatione templi beatæ Mariæ virginis, Apostolorũ, Cosmæ ac Damiani, & Irenes martyris Magdeburgenses nec vllam quidẽ mentionẽ huius libri ausi fuerũt facere.

13. Solum cauillantur, constare non fuisse ædificata sumptuose templa in sanctorum memoriam ante Constantini tempora hunc autem accusãt, quod fuerit profusus & plus satis sumptuosus in ędificijs templorum, a quo eum dehortari debuissent episcopi. sed innuunt, immodicam in ornatu templorum superfluos profusionem tunc laudabant. Iustin a- num

1. cent 1 lib. 1 c 10. pag na 5 1. 2 cent 4. c 1 pag 760 cent 4. c 6 pag 156

5 centu 6. c. 6. pag. 326. num vero 5 nugantur ædificijs templorum veram doctrinam de Deo inuocando obscurasse. Quasi scilicet licuerit Christianis sub persecutoribus ædificare templa sumptuosa, vel pauperies eorum talibus templis ædificandis suffecerit: aut horum Imperatorum pietas in his operibus manifestata, & omnium veterum suffragijs comprobata, atque adeo miraculis confirmata, debuerit ab his vltimorum temporum calumniatoribus criminari ribus.

1 centu. 6. c. 1, pag. 600. 667. 668. 676. 2 in exhortatione ad virgines. 3 libri 9. capite primo. 4 libro 4 de gestis Longobardorum c. 22.

14. Et de Imperatoribus quidem sic loquuntur. In Romanos vero Pontifices liberius debacchantur. Inurunt enim notam 1 Antichristi Hormisdæ, Ioanni 1 Fælici 4. Pelagio 2. & alijs, quod Sanctis templa struxerint & donarijs amplificauerint. Quæris lector quo argumento? nullo penitus, nisi authoritate, quam ingenti & omnibus aduersa superbia sibi arrogant. Constat enim etiam mulieres olim eadem de causa laudatas fuisse à Scriptoribus ecclesiasticis, vt viduam Iulianam apud 2 Ambrosium, vt Pulcheriam Imperatricem virginem apud 3 Sozomenū, vt apud Paulum 4 Diaconum Theodelindam vxorem Antharij Regis Longobardorum, laudatissimam apud 5 omnes historicos reginam, licet ea quoque audiat 6 à Magdeburgensibus pro consueta eorum pietate, stolida.

5. nominatim apud Paulum Diaconum lib. 4. c. 6 & 8. Gregorium Magnum lib 7. epist. 42. & lib. 42. & lib. 11. epistola 7. Platinam in vita Gregorij Abbatem Vspergensem in Chronic. & Auentinum in annalibus Boiorum. 6 centur 6. c. 6 pagina 321.

15. Diximus de templis Sanctorum. Dicendum nunc est de festis eorum diebus quos ad non vulgares ipsorum honores etiam pertinere, facilè omnes vident.

1 in serunda defesione ad versus Ioachimum VVestphalum.

16. Inter omnes autem qui in his errant præcipuum locum tenent Caluinus & Caluiniani. vt qui omnia Sanctorum festa aboleuerint, iuxta Magistri doctrinam, qua institutionem 1 feriarum & dierum festorum habet pro corruptelis. Quam eius effrænatam audaciam nullus mirabitur, qui sciuerit eum longe maiora scelera ad misisse. Iniecit enim principio ministerij sui consilium de mutatione diei Dominicæ in alium: nec ab eo recessit, nisi timore populi, & etiam num dat potestatem in Institutione sua ecclesijs eligendi aliam diem in locum dominicæ, si ita eis placeat. Neque sic tamen, inquit, septenarium numerum moror, vt eius seruituti ecclesiam astringam. Neque enim ecclesias damnauero quę alios conuentibus suis solennes dies habeant, modo à superstitione absint.

17. Immo constat Caluinianos ne Pascha quidem & Pentecosten ac Natiuitatem Domini seruare libenter, & magno desiderio eò ferri vt reiecto solo die dominico, quoniam nulla eius commutādi spes est, etiam domi-

ni dies festi oblata bona occasione abrogentur. vt manifestum est ex actis pseudosynodi Dordracenæ habitæ à ministris sectæ Caluinianæ harum inferiorum regionum anno 1578. titulo de Ceremonijs. Optandum quidem esset libertatem, inquiunt, sex dies operandi à Deo concessã sanctificato solo die dominico Ecclesiæ seruari: quia tamen aliquot præterea festi dies Magistratus authoritate obseruãtur: vtpote Natalis domini cum sequenti, præterea postridie Paschatis & Pentecostes, & in aliquibus locis Circũcisionis & Ascensionis: dabunt operam ministri, vt concionibus sacris, in quibus præcipue de natiuitate, resurrectione, & similibus articulis fidei, ecclesiam docebunt, vt inutile & perniciosum otium, in sanctum, & vtile exercitium conuertant. Idem præstabunt ministri ecclesiarum in ijs ciuitatibus vbi plures dies festi Magistratus authoritate seruabuntur. Cæteri, Natali die excepto cum Pascha & Pentecoste in Dominicũ incidant, quantum & quam commodissima ratione fieri poterit, aboleantur.

18. Lutherani vero seruant dies festos Apostolorum & martyrum. Et inter eos Ioachimus VVestphalus vehementer & acerbe reprehendit Caluinum, quod abrogauerit dies festos, tametsi inter istos alij plures, alij pauciores obseruent & plærique sustulerint eos quos habent pro recentioribus, nominatim beatæ Mariæ virginis. ac tota eorum de diebus festis domini Iesu Christi æque ac seruorum eius, doctrina plena sit erroribus.

19. Sed veniamus ad rem. Constat ex scripturis magnitudinem & accuratam beneficiorum Dei recordationem ac gratiarum actionem, & consentaneas his accuratas preces, fuisse iam inde ab initio mundi causam institutionis festorum dierum, vt manifeste apparet ex Sabbato in principio Genesis, & 2 decalago: ex festis 3 Paschæ, 4 Pentecostes, 5 Tabernaculorũ, sub lege: & ex 6 dominica die, natiuitate, Pascha & Pẽtecoste Christianorum. Atqui maxima fuerunt Dei in sanctos, & sanctorum erga genus humanum beneficia. Igitur æquum fuit eis institui dies festos in quibus Deus & Sancti in suo gradu accurate laudarentur à populo Christiano de donis & beneficijs per eos in ipsum collatis, & ad eos imitandos fideles excitarentur præsertim quum potestates ecclesiasticæ præstent potestatibus Mosaicis, quas certũ est instituisse dies festos temporibus 7 Iudith, 8 Ester, & 9 Machabæorum propter insignia beneficia.

1. Genes. 2. 2. Exod. 20. 3. Exod. 12. & Leuit. 23. 4. Leuit. 23. 5. Leuitic. eodem capite. 6. Apocal. 1. 7. Iudith. 16. 8. Esther. 9. 9. 2. Machab. vltimo.

20. Et haec ne ab ipsis quidem haereticis negari possunt. Sed his quoque accedunt aliae causae: videlicet vt his diebus Deus accurate inuocetur à populo Christiano per merita & preces eorum, ac praeterea etiam ipsi sancti in suo gradu, eorumque reliquiae ab eo digna veneratione honorentur.

persecutus fuisset, haberemus plurimas incorruptas vetustissimorũ martyrũ & aliorũ sanctorũ historias ad eorũ & praecipue Dei laudẽ celebrãdã

2 vt (exẽpli causa) presbyter ille Asianus de quo Tertullianus scribit in lib. de baptismo. 3 hac de re conqueruntur Prudentius in hymno Hemiterij & Chelidonij 4. feralis huius edicti meminit Eusebius lib. 8. c. 2. & 3. & Arnobius Optatus, Augustinus atque alij.

25. Euasere tamen has tẽpestates non paucae antiquissimae historiae quarũ bonã partem Eusebius Caesariensis in vnum opus collegerat, quod vocauit de Veteribus martyribus, quãuis & hoc statim velut suppressũ fuerit: fortassis quod admiscuisset quae facerent ad stabiliendã haeresim Arianã, qua certũ est 2 cũ ante conciliũ Nicenũ infectũ fuisse. Caeteri vero eiusdẽ cũ ipso & sequentis saeculi nõ paucas historias ad nos trãsmiserũt collectas ex actis & historiarũ velut fragmentis quibusdã quae ad eos peruenerant, non peruenerunt autẽ ad nos vsque. Reliquas porro sequentium martyrũ & aliorũ sanctorũ historias, insignes pietate viri, qui vel eorũ tẽporibus vel paulo post vixerũt monumẽtis, suis tradiderũt posteris. Quas omnes summa diligentia cõquisitas Aloysius Lippomanus & Surius ediderunt. vt antea diximus

machium, & 2 apologia aduersus Ruffinum, & in epistolis ad Ctesiphontem & Minerium

26. Sed prò dolor quomodo vetustissimi haeretici 1 Marcionitae Cataphrygae, qui & Montanistae sunt apellati. 2 Nouatiani, 3 Euphemitae, 4 Donatistae, Priscillianistae, & alij cum viderẽt Catholicam Dei ecclesiam innumeris sanctorum martyrum millibus nobilitatam eius gloriam aemulati, finxerunt martyres, habuerũt pseudomartyres, & falsa martyrologia scripserunt: Sic & haeretici huius saeculi, cuiusuis generis, iactant se de suis martyribus, & sua martyrologia ediderunt.

27. Habui martyrologium Anabaptistarum lingua teutonica editum in quo post beati Stephani exitus historiam subijciuntur diuersi saeculi Anabaptistae iuste à magistratibus puniti, ingenti vacuo inter beatum Stephanum, Anabaptistam scilicet & istos ridicule relicto.

28. Quod dedecus vt aliqua ex parte Caluinistae vitarẽt, retulerũt in suũ pseudomartyrologiũ post Iesũ Christum & Apostolos nõ paucos veteres martyres & in his quosdã Romanos põtifices, nominatim Sixtũ & Corneliũ quasi videlicet hi fuissent sectae eorũ: admiscuerunt etiã Hieronymũ Sauanerolã, plane alterius professionis hominẽ, VValdẽses. Ioannẽ hus, Hieronymũ de Praga, & alios, quos licet hæreticos certũ est plurimis articulis ab eis dissẽsisse. Quinetiã his addiderũt nõ paucos ob crimẽ læsæ maiestatis punitos, nominatiũ Ioannã Suffolcke, quod se reginã fecisset Praeterea nõ paucis affinxerũt literas ex carcerib' scriptas, quarũ lenociniũ manifestat fu-

1. huius operis meminit sæpius ipse Eusebius, & lectorẽ ad id remittit nominatum lib. 4 eccl. histor. c. 4 & lib. 5. c. 1 & 10. 2. teste Hieronymo epist. 65 ad Pammachium.

1. vide Apollinarem Hierapol. episcopum lib. 5. c. 19. 2. de his sæpe meminit Cyprianus. 3. hi ob multitudinem martyrum se vocabant martyrianos et vide de his Epiphaniũ haeresi 80. 4. de pseudomartyribus eorũ loquuntur sæpe Optatus et Augustinus, praesertim in Cresconium, et alibi.

fuisse ab aliis scriptas. Postremo non pauca falsa tradunt, quæ facile esset demonstrare nisi prolixitas obstaret. Ac tametsi hoc suum pseudomartyrologium non semel auxerint, nec sic tamen peruenire potuerunt ad numerum qui aliquo pacto conferri possit cum veris martyribus. Immo si res veritate æstimetur, ne cum his quidem qui apud Orientales & Occidétales Indos, & nominatim Canibales propter Christum interfecti sunt.

29. Habent autem & Lutherani varias & multiplices martyrum suorum historias: Et inter eos Magdeburgenses suæ partis faciunt omnes veteres martyres.

30. Quod vero pertinet ad imitationem martyrologij Catholici, vt id collectum fuit ad sacrificij oblationé pro martyribus, diebus ipsis sacris; ita nullam habuit simiam quæ id imitaretur, excepto Phoxo Anglo, qui licet esset Zuinglianus, edidit sua lingua monstrosum calendarium in quo Zuinglianis, Lutheranis quibusdam, & Anabaptistis, alijsque hæreticis, & multis in quos propter furtum & sacrilegium, propter damnatas artes, propter læsam denique maiestatem capitali supplicio animaduersum fuit, singulos dies attribuit, deletis ex eo sanctis fere omnibus, quos Ecclesia hactenus venerabunde coluit, quem Alanus Copus confutauit dialogo sexto.

31. Ac peropportune accidit vt his calamitosis temporibus Cæsar Baronius presbyter doctissimus & emunctæ naris, restitueret & augeret martyrologium Romanum, additis etiam eruditissimis annotationibus: ac laboribus immensis scriberet Annales æterna memoria dignos. Deus reddat ei mercedem in illa die.

32. Sed redeamus eo Vnde digressi sumus. Antiquissimos esse in Ecclesia dies festos martyrum certissimum est. extant enim hac de re clarissima testimonia non solum 1 quarti, 2 quinti, & sequentium sæculorum: sed etiam tertij. nominatim apud Origenem homilia tertia in diuersos, in qua meminit festi Innocentium, primitiarum martyrum instituti ab Apostolis: apud Tertullianum in libro de corona militis, vbi numerat inter antiquissimas traditiones annuas oblationes facere pro natalitijs. Et apud Cyprianū libri 3. epistola 6. dies, inquit, eorū quibus excedūt annotate, vt cō-

1 nominatim apud Basilium in orationibus in Gordium martyrem & de sancta Iulitta. & in Ascetis c. 40. vbi reprehendit quosdam qui negotiationes exercebant in martyrum festiuitatibus, id quod etiam Magdeburgenses citant & agnoscunt centur. 4. c. 6. pag. 461. apud Nyssenū in oratione in Theodorum martyrem: Nazianzenum in oratione 1. in Iulianum: Ambrosium sermonibus 6. 76. 77. & 78. Hieronymum in c. 4. ad Galatas & epistola 19 ad Eustochium: Prudentium & alios ac præcipue Eusebium libro 4 de vita Constantini. *2 teste Chrysostomo homilia 66 ad populum Antiochenum: Theodoreto lib. 3 eccles. histor. c. 33, & libro 8. de curatione græca. affect. Augustino in psal. 63. & 88. & Paulino natali 2, & 3. Falicis.*

memo-

memorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus. Et libri quarti epistola quinta: Sacrificia pro eis semper, vt meministis, offerimus, quoties martyrum passiones & dies anniuersaria commemoratione celebramus. Immo vsqueadeo manifestum eorum testimonium extat secundo apud Eusebium libro 4. ecclesiasticæ historiæ c. 15. in epistola ecclesiæ Smyrnensis ad parœcias Ponti, vt 3 Magdeburgenses & 3 Chem- *3 cent. 5. c. 5.*
nitius agnoscant eam scribere se dante Deo celebraturam natalem diem *titulo de fe-*
martyrij Polycarpi cum gaudio & exultatione. Et memorabile est quod *stis Christia-*
non loquitur de die natalitio tanquã de re noua, sed antiqua, & ipsis etiam *norum pagi-*
Ponti parœcijs nota: vt quam non interpretetur. *na 18.*

33. Porro ex eo quod Ecclesia iam inde ab initio habuit dies sacros *4 pagi. 916. de diebus fe-*
martyribus, recte sequitur, eam multo magis coluisse iam inde ab initio fe- *stis.*
stos dies Apostolorum. vt qui, præterquam quod fuerint principes martyrum, omnes doctores & pastores superauerint benefaciendo mundo & ecclesiæ. Atque hæc ipsa videre licet apud Clementem libro octauo Constitutionum Apostolicarum capite 39. in diebus Apostolorum vacent. magistri enim vestri fuerunt ad docendum de Christo, vobisque Spiritum Sanctum dederunt. In die Stephani protomartyris item vacent, & reliquis diebus sanctorũ martyrũ, qui Christũ vitæ suæ anteposuerũt.

34. Rursus quia beata virgo Maria, licet vt mulier nullo ministerio ecclesiastico functa fuerit, tamen & martyribus, & ipsis etiam Apostolis præstitit: dubium non est quin iam inde ab initio vnum, vel etiam plures dies festos habuerit. Proposita enim fuit cum alijs, tum ipsis etiam Apostolis in exemplar insignis martyris eius, inquã, generis martyrij, de quo Simeon 1 prophetauit, quum ei dixit, & tuam ipsius animã doloris gladius pertransibit, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Deinde labo- *1. Luc. 2.*
res ipsius circa Christi personam versati sunt, sine qua nulli fuissent Apostoli, & quæ infinito dignior fuit ecclesia quam Apostoli suis laboribus coluerunt. Postremo eadem proculdubio etiam ipsis familiari sermone multa de Christo reuelauit: nominatim de conceptione & natiuitate eius.

35. Antiquissimum enim esse Annuntiationis diem festum manifestũ est vel ex Gregorij Neocæsariensis homilia in hanc diem, quam Lindanus episcopus Ruremondanus è græca in latinam linguam transtulit, quã Romam profugisset. Cui & alij complures dies, alij alijs citius vel serius adiuncti fuerunt varijs occasionibus.

36. Magnopere enim errant Germani qui retentis solis antiquissimis festis, inter quos magno errore ne festum quidem Annuntiationis nume-

rant,

rant, reliquos non seruant: quasi videlicet Ecclesia authoritatem quam ab initio habuit, processu temporis amiserit, quum ne Synagoga quidem appetente suo velut occasu potestate sua spoliata fuerit. vt videre est in 1 festis a Machabæo & populo Iudæorum institutis. Eique errori manifeste etiam aduersatur vsus omnium ecclesiarum, celebrantium suis quibusque locis, festos dies martyrum post illos antiquissimos occisorum, & etiam notabilium Confessorum.

1. 1 Machab 4. et 2 c. 10. et vltimo.

37. Quomodo iidem quoque in eo non parum errant, quod quia vident esse Scriptores qui nonnullos festos dies beatæ Mariæ ascribant longe recentioribus atque fideles existimant, alios vero tradere Imperatores quosdam instituisse imprudenter existimant eos primum ab ipsis fuisse in ecclesiam inuectos. quum & illi sentiant de institutione confirmante antiquum morem, vt manifestum est ex Antiquioribus: & hi intelligendi sint legibus ciuilibus adiuuisse leges ecclesiasticas. Cuius exemplum manifeste extat in 1 Constantino Magno in obseruatione diei dominicæ quam nemo propterea dubitat fuisse iam inde à principio institutam

1. teste Eusebio lib. 4 de vita Constantini.

38. Et quod cauillantur Conceptionis festum niti falsa sententia, id eis pernegamus. ac vt daremus beatam virginem Mariam fuisse conceptam in originali peccato, quam sententiam Ecclesia non damnauit, causa fuisset cur etiam propter eiusmodi conceptionem, non vulgare in ecclesiam beneficium, hic dies festus institueretur.

39. Postremo quod obiiciunt multitudine dierum festorum nimis magnum onus populo impositum fuisse, refellitur à populo, in cuius gratiam quum ecclesia varijs in locis duos dies è Paschæ & Pentecostes sacris diebus abrogauisset, is eos sponte retinuit.

Quod Christi & Sanctorum imagines recte & vtiliter fiant à fidelibus, præsertim in templis, ex sacris scripturis, Titulus 32.



Eruenimus tandem gratia Dei ad tractatum imaginum. Eum vero Deus velut in duas partes diuisit. Nam 1 iussit facere & prohibuit facere imagines: Deinde 3 docuit honorare, & 4 vetuit honorare imagines. Quis autem è Deo melius aliquid partiatur? Quanto porro prius est, esse quam hono-

1 nominatim Exod. 25. 2 Exod. 20. 3. vide titulū sequentis sect. 4. Exod. 20.

honorari: tanto rectius tractatus facturæ imaginum præcedit cultum, vel non cultum earum. Igitur prius ostendemus sacras imagines Christi & Sanctorum recte & utiliter fieri, præsertim in templis. Sequenti vero titulo probabimus eas recte honorari: damnatis factura, & veneratione imaginum quam Scripturæ damnant.

2. Probemus breuissime prius dogma his argumentis. Deus iussit sacras imagines fieri in tabernaculo, & postea in templo Ierosolymitano, atque adeo in omnibus huius templi partibus. Deus autem nihil iussit fieri in his sanctis locis, nisi quod è re populi sui esset. Ergo Christiani recte & utiliter faciunt sacras imagines in Dei templis. 2. Deus præcepit facturam typicarum imaginum Christi & Sanctorum in tabernaculo, & in hoc templo. Igitur fideles sancte & utiliter faciunt in Dei templis expressas Christi & Sanctorum imagines. Quis enim Deo præstantior Magister? aut quem potius imitemur?

3. Sed hæc fusius exponenda sunt propter hæreticos, & quia magna extat in Scripturis diuersitas præceptorum de factura imaginum. Id vero facimus tribus velut clauibus. Quarum prima est cognoscere generales vocabulorum quibus Scripturæ vtuntur, differentias, cum exemplis earũ. Altera vero perspicere de quo vocabulorum genere ex suis quaeque locis loquantur. Vltima scite colligere hinc & inde ex Scripturis quae faciant ad solutionem octo quaestionum quae de factura imaginum mouentur.

4. Igitur Scripturae tria vocabulorum summa genera hic vsurpant. Etenim semper quaedam accipiunt in bonam partem: plurima vero semper in malam partem: multa autem modo in bonam, modo in malam partem pro ratione circunstantiarum. Cuiusmodi voces 1 Latini vocant communia, ancipitia, & media vocabula. 1. *vide Gellium lib. 12. c. 9.*

5. Primi generis exempla extant in 1 Cherub & 2 Cherubim. Scripturæ namque licet his 3 vocabulis saepissime vtatur, tamen ea semper accipit in bonam partem pro imaginibus Cherub & Cherubim, potestatuum cœlestium: eo 3 videlicet loquendi modo quo omnes fere imagines earum rerum quarum imagines sunt, appellari nominibus solent. 2. *Exod. 37. & Ezech. 4.* 1. *Exod. 25. & 27. alijs locis.*

3 Augustinus libro 2. quæstionum ad Simplicianum quæstione 3.

6. Alterius vero generis vocabula sunt multiplicia. Quaedam enim Hebraica occurrunt in Scripturis quibus Deus & fideles traducunt impias imagines. Alia vero honorifica, vt quae ab ipsis Gentilibus indita essent qui suos Deos magni aestimabant. Tertia quae retinebant appellationes rerum quae perperam in Deos referebantur. Nonnulla autem sunt grae-

ea quibus Septuaginta Interpretes & diuini noui testamenti Scriptores
vocauerunt impias imagines. Quaedam vero sunt latina, quibus veteris &
noui testamenti Interpretes vsi sunt in simili significatione.

1. Leuit. 19. 7. Primae speciei exempla sunt 1 Elilim, id est, vanitates. Cui simile
& 26. est quod 2 Habacuh ait ostensionem vanitatis. 3 Gillulim, id est, stercora. 4
2. Habac. 2. Etseb, id est tristitia & dolor: Cui consentit 5 tsir significans angustiam &
3. Leuit. 16. dolorem. 6 Tohou, hoc est desolatio: & non declinabitis post Hattohou.
Deut. 19. Ezech. 18 & Item apud 7 Ezechielem alia vox deducta à calore quo rapiuntur super-
29. stitiosi velut furiosi, & Deus accenditur ad Zelotypiam atque iram.

4. psal. 113. & Ierem. 22. *5. Esai. 45.* *6. 3 Reg 12.* *7. Ezech. 6.*

8 Alterius vero speciei vocabulorum quaedam sunt generalia: quae-
1. 4. Reg. 5. dam propria. Exemplum generalium est 1 Miplezeth deductum à timore
2. Baruch 6 & tremore, cuius rationem explicat Ieremias apud 2 Baruch, ostentantes
3. Num. 22. metum gentibus. Specialia vero sunt 3 Baal, id est, Dominus: 4 Beel phe-
& 1. Reg. 3. gor, siue vt nunc legunt, Baal-Peor, id est, Dominus apertus: 5 Baal Perit,
4. Num. 25. quasi Dominus qui foedus cum populo suo inierat, & cui populus foede-
5. Iudic. 8. et 19. re astrictus erat: 6 Chamos, siue Chemos. Quae omnia Moabitarum fue-
6. Num. 21. runt idola. Syriae vero idolum fuit 7 Remnon siue Rimnon, nomen ha-
1. Reg. 11. 4. Reg 13. & bens ab eiaculatione: Assyriorum 8 Nisroch, & (vt quidem videtur)
Ierem 48. 9 Thamus: Ammonitarum 10 Moloch & 11 Milchom, quasi Rex,
7. 3 Reg. 5. sub cuius regno & potestate homines viuant: Sidoniorum 12 Astarath, si-
8. Esai. 7. ue Astoreth, deductum à foetura ouium: Philistinorum 13 Dagon, appel-
9. Ezech. 8. latum à foecunditate piscium & frumenti. Babyloniorum vero idola fue-
10. 3 Reg 11. runt 14 Bel & 15 Neba à vaticinando nomen habens. Eorum vero Idolo-
11. 4 Reg. 23. 12. Iudic. 2. rum quos Rex Babylonis collocarat Samariae, nomina 16 fuerunt Suchot,
3. Reg. 11. & Benot, Nergel, Asima, Nebahaz, Tharthac, Adramelech, Anamelech: quas
4. Reg 23. Syriacas voces dicunt habere appellationem à gallis, gallinis, pullis, hir-
13. Iudic. 16. cis, asinis, equis, mulis, pauonibus, quod his praeessent. Chaldaeorum 17 ve-
& 1 Reg 5. ro idolum fuit Vr, quod ignem, seu focum ignis significat. Israelitae autem
14 Esai. 46 & Ierem 50. coluerunt in deserto iuxta 18 Stephanum interpretantem Sicuth Chion,
15. Ierem. 46 & Cochab 19. Amos per tabernacum & figuras Moloch, & sideris Rem-
16 4. Reg. 16 phae. Libenter enim sequi nur hunc protomartyrem, plenum spiritu Sanc-
17. Genes. 11. to; nō Caluinum immani audacia eū 20 accusantem, quod secutus sit grae-
18 Act. 7. cum Interpretem in versione Amos errantem. Esaias vero memorat 21
19 Amos. 5. Gad, quod ab excursoribus, grassatoribus & depopulatoribus nomen ha-
20 in commētarijs in c. 5. bet: & 22 libamen quod offerebatur Meni, nomen habenti à calculatio-

Amos ad verba, & sustulistis Sicuth regem vestrum. *21. Esai. 65.* *22. eodem capite.*

ne & diſtributione rerum.

9. Tertiæ vero ſpeciei exempla habemus apud eundem Prophetam talpas & veſpertiliones, figuras Solis cui Iudęi appingebant, cũrrum & equos, immo alebant ei equos: Lunæ & militiæ cœli, 2 apud Ieremiã: Reptilia & alia animalia depicta in pariete templi apud 3 Ezechielem vitulũm apud 4 Moſen: apud 5 Paulum in genere imagines corruptibilis hominis, & volucrum & quadrupedum, & ſerpentium. *1. Eſai. 2. 2. Ierem. 7. et 44. 3. Ezech. 8. 4. Exod. 32. 5. Rom. 1.*

10. Porro Idolum nomen eſt gręcum. εἶδος namque ſignificat formã à quo diminutiuum εἰδώλιον id eſt, formula nõ quod non extiterint mag na idola: fuerunt enim quæ Iam etiam vaſta, vt Serapidis: ſed quod hoc diminutiuo nomine appellata ſint per contemptum. Et etymologia quidem huius vocabuli eiuſmodi eſt. Significationem vero Paulus indicat, quum ait, 1 Idolum nihil eſt in mundo: & 2 rurſus, Quid ergo dico ne quod idolũ ſit aliquid? ſed quæ, & cætera Significat enim id vocari idolum, quod nihil repręſentat eorum quæ ſubſiſtunt, vel ſi ſubſiſtant ea non repræſentat qua ratione ſubſiſtunt per naturam, vel gratiam: ſed quod eſt fictum aliquid & ementitum, *1. 1. Cori. 8. 2. 1. Cor. 10*

11. Sed & latini frequenter vtuntur idolo, tanquam Romana ciuitate donato; & nihilominus Interpretes veteris & noui teſtamenti id reddunt etiam per ſimulachrum tametſi enim ſint qui ſimulachrum deducant à ſimilitudine, & accipiant etiam in bonam partem pro vera & non falſa imagine: tamen veriſimilius eſt dictum eſſe à ſimulo. neque enim dicimus ſimilachrum, ſed ſimulachrum: quod ſit ficta alicuius imago. Simulo namque & diſſimulo in hoc differunt, quod ſimulemus ea quę non ſunt: diſſimulemus autem ea non eſſe quæ ſunt. Vtunturque etiam hac ſimulachri ſignificatione in malam partem alij quoque Veteres eccleſiaſtici Scriptores: nominatim 1 Tertullianus, 2 Hieronymus, 3 & Auguſtinus. Si tamẽ aliquibus placeat eo vti quoque in bonam partem cum 4 Cicerone, 5 Lactãtio veteris teſtamenti Interprete in 6 vno loco & alijs, non repugnamus, dummodo illud teneant, quoties pro idolo ponitur, ſemper in malam partem accipi. *1 Tertullianus in libro aduerſus Iudæos. 2 Hieronymus in c. 7. Ozee.*

3. Auguſtinus in pſal. 135 4 Cicero alicubi dixit ſimulachrum Mithridatis. 5. Lactantius vocat hominem Dei ſimulachrum. 6. 1. Reg. 19.

12. Sunt enim & alia vocabula communia, ſiue ancipitia, & media, præſertim in Scripturis: vt Imago, ſimilitudo, pictura, cælatura, ſculptile, conflatile, figura, ſignum, & his ſynonyma græca & hebræa vocabula, & nominatim etiam Theraphim. vt infra 1 apparebit. *1 ſectione 30*

13. Quod autem Imago, quae hebraice dicitur tselem cum sex punctis, & graece εἰκὼν saepissime in malam partem accipiatur, notum est omnibus, & infra satis superque apparebit. Quod vero accipiatur etiam pro bona imagine, manifestum est ex multis argumentis. Scriptum est enim de li-
1. Matth. 22 & Marci 12 & Luc. 20. cita Caesaris imagine, 1 Cuius est imago haec, & cuius 2 habet imaginem? Et si resoluamus tropum quo scriptura vtitur quum loquitur de Cherubim Exod. 26 & 37 atque alijs locis, in proprium sermonem, dicemus iuxta sententiam scripturae, imagines Cherubim. Tertio Scriptura 3 expresse dicit
3 vide infra sectione 14. similitudinem Cherubim. Similitudo autem, & imago quod ad praesentem materiam attinet, idem significant: excepto quod similitudo paulo latius patet. Quarto Imago dicitur etiam de filio Dei. Cum enim duplex sit imago: altera corporea, de qua hic sermo est: altera spiritualis, Christus ex-
4. 2 Cor. 4. 5. Colos. 1. 6. Sap 7. presse dicitur ab Apostolo 4 imago Dei, & imago Dei inuisibilis, & à 6 Sapientia imago bonitatis Dei. Imago ergo vt est medium vocabulum, est rei verae vel fictae repraesentatio. Quod autem Patres distinguunt imaginem ab idolo: quod hoc sit vanum & confictum, Imago vero sit assimulatio rei quae subsistit: accipiunt imaginem pro specie, ea ratione qua vulgo solemus nominare generis vocabulo speciem quae proprio caret nomine. Eique acceptioni fauet etiam etymologia. Imago enim ab imitatione dic-
7. libro 9 de verborum significatione. ta est quasi imitago, 7 teste Sexto Pompeio.

14. Similitudinem quoque, quae hebraice modo temounah, modo tabnit dicitur, & graece ὁμοίωμα, communem esse bonae & malae similitudini certum est. Malae enim exempla extant Exod 20. & psal 106. bonae & sanctae Exod. 25. similitudinem tabernaculi, 1 Reg 28. similitudinem quadrigae Cherubim, 2 Paral. 4. similitudo boum. Admonuimus autem similitudinem latius patere imagine: vt videre est ad Rom. 1. quod quaedam sint similia alijs quorum non sunt imagines. ouum enim (verbi gratia) simile est ouo & arca arcae similis est: sed non imago.

15. Sic statua in malam partem accipitur Leuit. 26 & 3. Reg. 4. In bonam vero Genes 28. Dicta vero est à sto quod stet: quam fere originationem habet apud Hebraeos matsebah licet Interpres verterit titulum. Proprie autem statua differt ab imagine, quod statua, non modo superficiem sed solidum corpus atque perfectum reddit. Imago vero superficiem tantum refert eius rei cuius est imago. acciditque saepius vt nulla imago sit in statua.

16. Porro picturae in bonam partem acceptae meminit scriptura 3. Reg 6. & Ezechiel. 4. In malam partem Ezech. 8. Caelaturae bonae 3. Reg.

7. &

7. & 2. Paral. 3. & cælauit Cherubim. Malæ vero argumentum est quod cælo idem significet quod sculpo: à quo sculptile, quod non solum in bonam partem accipitur in vocabulo sculpturarum 3. Reg. 6. & Ezechiel. 49. & in verbo sculpsit 2 Paral. 3 sed etiam frequentissime in malã partem, vt Exod 20 & Deuter 27 Conflatilis autem res in bono ponitur 3. Regum 7. Ipsũ vero nomen in malam partem accipitur Iudic. 7 2. Paral. 33 & aliàs sæpius. Quod autem τύπος id est, figura, in bonam partem accipiatur, manifestũ est ex eo quod scriptura noui testamenti vocet omnes ceremonias Legis τύπους In malã vero partem accipitur Act. 7. Postremo signi boni fit mẽtio Numer. 21 Mali & impij Leuit. 19. 2. Paral 33. & Esai. 45.

17. Quæ omnia licet prima facie videantur esse leuia, tamen maximi sunt momenti tenent enim locum primi fundamenti cognitionis sensus Dei de imaginibus. Principio namque Lector hinc discit quæ aperte scripta sunt sub nominibus quæ sẽper in malã partẽ accipi diximus, nihil pertinere ad ea quæ Scriptura semper accipit in bonam partem: qualia esse diximus Cherubim, & similia. Deinde his admonetur ne statim atque audit prohiberi in scriptura facturam imaginum, similitudinũm, statuarũ, sculptilium, & similium communium vocabulorum, apud se statuat omnes imagines, similitudines, statuas, sculpturas esse prohibitas: sed etiam atque etiam considerandum esse iudicet de qualibus imaginibus, statuis, & his similibus Deus loquatur.

18. Quod vt recte exequatur, ei inprimis videndum est num his & alijs addita sint epitheta, & quæ ac qualia. Cognoscimus enim (exempli causa) arcam populi Israel aedificatam instar arcarum nostrarum, semper in bonam partem accipi, tum ex adiunctione vocabulorum testamenti &
testimonij tum ex alijs 1 magnificis appositis quibus Scriptura eam orna- *1. Nume 10.*
uit quae sequenti titulo memorabimus Scimus quoque ex epithetis addi- *& 14. Iosue*
ti, Cherubim, vt 2 gloriae, ea semper significare sanctas imagines. Sicut è *6*
contra cognoscimus saepius ex appositis Deum loqui de impijs imagini- *2. Hebr. 9.* *3. Esai. 44.*
bus quum eas damnat. Vocat enim imaginem (exempli causa), Deum, 4 *4. Esai 40.*
imaginem Dei, imagines 5 abominationum, Imaginem 6 falsam, vt vetus *5. Ezech. 7.*
Interpres reddidit, vel ostensionem vanitatis aut doctorem mendacij, vt *6 Habac 2.*
alij vertunt, & 7 imagines idolorum. Sed & idem deprehendimus ex eo *7. Amos. 5.*
quod scriptura saepius quam vocauit imaginem siue similitudinem, aut sculptile vel cõflatile, eam vel in eodem, vel in alio loco, vocet idolum &
Deum Exempli gratia. Quod 8 Deuteronomiũ appellat vitulum conflatilẽ *8. Deuter 9.*
& conflatile, 9 Exodus nominat Deos, & Stephanus idolũ. Quod liber Iu- *9 Exod 32.*
10. Actis 7.

 dicum

dicum 11 narrat matrem Michas iuſſiſſe fieri ſculptile & conflatile ex du-
11. Iudic. 17. centis argenteis, eodem capite appellat Deum, & 12 ſequenti vtitur tum
12. Iudic. 18. illis duobus, tum etiam tertio, id eſt idolo. Dominus apud Eſaiam 13 pro-
13. Eſai. 43. nuntiat ſe non daturum laudem ſuam ſculptilibus, ea vero 14 paulo poſt
14. c. 44. vocat Deos, & 15 poſtea idola. Quinetiam extant in ſcriptura plurima alia
15. c. 45. adiuncta, ex quibus manifeſtum fit Deũ loqui de impijs imaginibus: quo-
rum magna eſt varietas. Dabimus hic ſolum aliquot exẽpla: reliqua enim
poſtea maxima ex parte alia de cauſa proferentur. Scimus idolũ damnatũ
16. Eſai. 28. eſſe à Deo etiam ex eo quod ſcriptura id 16 deſignet mendacio. Deus quo
& Oſee. 7. 17 loco loquitur apud Ezechielem de imaginibus maſculinis, addit quibus
17. Ezech. 19 incendiſti thymiama, & immolaſti filios tuos & filias tuas ad deuorandũ.
18. Rom. 1. Paulus vbi in 18 epiſtola ad Romanos facit mentionẽ impiarũ ſimilitudi-
nũ & imaginum, ſic aperit quod de impijs loquatur: Et mutauerunt gloriã
incorruptibilis Dei in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & vo-
lucrum, & quadrupedum, & ſerpentium.

19. Poſtremo diligenti excuſſione omnium circunſtantiarũ locorũ
qui paulo obſcuriores ſunt, deuenimus in cognitionẽ qualitatis imaginũ,
ſtatuarũ, & ſculptilium eorũ. Declarabimus iſtud in præcepto Exod. 20.
1. Exod. 20. Nõ facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinẽ quæ eſt in cœlo deſu-
per, & quæ in terra deorſum, nec eorũ quæ ſunt in aquis ſub terra. Deus
paulo ante hæc verba pronuntiauerat ſe eſſe Dominũ Deũ Iſraelitarũ qui
eduxerat eos de terra Ægypti. Deinde addiderat quæ declarabant ſe ſolum
eſſe Deum ipſorum: neque ſecum vllum alium Deũ aliarũ gentium colen
dũ: non habebis Deos alienos coram me. Quatuor autẽ erant ſpecies deo-
2 Leuit. 17. rum alienorũ. Prima dæmonũ: qui etiam docuerant ſequentes ſpecies eiſ-
Deut. 32. 2. que præerant: quæ cauſa fuerũt cur 3 Dauid caneret, Quoniam omnes dij
Paral. 11. & gentium dæmonia. Altera ſpecies erat hominum qui vixerant: ſed qui
pſal. 105. perperam 4 relati erant in numerũ Deorum: vt Saturnus, Iuppiter, Neptu
3. pſal. 105. nus, Iuno, Mercurius, Ceres, Venus, & ſimiles. Tertia erat aliarum crea-
4. Sapien. 14 turarum. plurimi namque pro dijs habuerunt 5 vel terrã, vel aquam, vel aerẽ
& Act. 23. & ventum, vel ignem, vel Solem & Lunam, ac ſtellas, aut aues, quadrupe-
5 Sap. 13. des, ſerpentes, allia, cepe, & huius generis alia. Vltima ſpecies cõſtabat ima
Deut. 7. 4. ginibus, ſtatuis, ſculptilibus, cõflatilibus, & ſimilibus. Quoniã autem inter
Reg. 23. Rõ. omnes iſtas ſpecies Deorum alienorum nulla erat fœdior & deteſtabilior
3. 6. vide infra hac vltima, qua tamen omnes pene gentes dementati erant, præſertim in
ſectionem 21 habitatrices terræ Chanaam, ad quam Iſraelitæ contendebant: Deus me-
vſque ad ſec rito prohibet hæc ſculptilia & ſimilitudines iſtas fieri, quando facile erat
tionem 26.

non

non habere coram se hos Deos alienarum gentium, si non fierent. Rursus quia gentes habebant etiam imagines trium primarum specierum in honorem illorum Deorum: quamuis primę speciei rariores essent qua ratione dæmones habebantur, verum frequentissimæ vt alijs nominibus appellabantur, puta 7 Baal, Bel, & similibus: iis eisdem verbis prohibet has quoque imagines fieri. Neque vero solum ea quæ præcedunt, hos sensus postulant: verum etiam quæ sequuntur. Minæ enim quas post ista Dominus 8 intentat, manifeste communes sunt æque verbis. Non facies tibi sculptile, & cætera, atque, non habebis Deos alienos: & Deus 9 paulo post ait. Non facietis mecum Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis: quæ ostendunt priorem sensum non debere excludi. Posteriori vero est commune quod Deus velut hunc locum interpretans ait in 10 Deuteronomio: Vocē Dei audistis, & formam penitus non vidistis. & postea: non vidistis aliquā similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinē aut imaginem masculi vel fœminæ, similitudinem omniumq iumentorum quæ sunt super terram, vel auium sub cœlo volantium, atque reptilium quæ mouentur in terra, siue piscium qui sub terra mouentur in aquis. Itaque sensus verborū Domini, non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, hic est iuxta has circunstantias, tanquam Deum, vel tanquam Dei aut Deorum.

7. 2. Par. 23.
8. Exod. 20.
9. Exod. capite eodem.
10. Deut. 4.

20 Diximus tertiam clauem quæ nobis aperit sensum Dei de imaginibus esse recte hinc inde colligere ex Scripturis quæ faciant ad solutionē octo quęstionum quae de imaginum factura mouentur. Præscribimus autē & hic lectori: idque tanto libentius, quanto istud difficilius est.

21. Prima ergo quaestio est, num Israelitae & gentiles vere habuerint quædam idola pro dijs, 1 sicut diximus, an nō: Cui quaestioni causā dederunt Caluinus in 2 Institutione & alij quidā Nouatores Existimauerūt enim se reddituros Catholicos quam simillimos Idololatris apud plebeculam, si primariā exceptionē qua vtebātur aduersus ipsos, se nō reputare instar plurimorū Iudaeorū & Ethnicorū, pro dijs imagines, excluderent in ficiatione similitudinis: quod neq; Iudæi neque Ethnici tā stupidi fuissent vt non intelligerent Deum aliū fuisse atque corporeas imagines. Pro qua re Caluinus citat de Iudaeis locū Exod. 32. Isti sunt dij tui Israel qui eduxerunt te de terra Ægypti. Pro Ethnicis autē adfert, quod mutauerint in eisdē dijs simulachra, & quod multa vni Deo simulachra constituerint: ac Augustinum in commentarijs in psalmū 113. referre de Ethnicis vbi idud adfert excusationes eorum.

1. sectione 9.
2. Libro 1. c. 11. sectione 9.

22. Sed

22. Sed tametsi verum sit quosdam Israelitas & gentiles, alioqui in Dei cultu errantes non habuisse imagines pro dijs, sed pro deorum imaginibus. vt videre est expresse de simulachris Baal 2. Paral 24. tamen nihil clarius in Scripturis proditum est, atque, quod plurimi eorum multas imagines fecerint & habuerint pro dijs ita vt sola lectio absque vlla interpretatione istud doceat. Sapientia enim vbi memorauisset & damnauisset eorum errorem qui elementa vel Solem & Lunam pro dijs habuissent, cum hoc tamen moderamine vt non omnium maximum fuerit eorum peccatum: t addit, Infælices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est qui appellauerunt Deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionem, & similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ. Aut si quis artifex faber de sylua lignum rectum secuerit, & huius docte eradat omnem corticem, & arte sua vsus diligenter fabricet vas vtile in conuersationem vitæ, reliquijs autem eius operis ad præparationem escæ abutatur. Et reliquum horum quod ad nullos vsus facit lignũ curuum sculpat diligenter, & per scientiam suæ artis figuret illud, & assimilet illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus illud comparet perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius; & faciat ei dignam habitationem, & pariete ponens illud, & confirmans ferro, ne forte cadat prospiciens illi, sciens quoniam non potest adiuuare se, imago enim est, & opus habet auxilio. Et de substantia sua, & de filijs suis & de nuptijs votum faciens inquirit: siue, vt alij vertunt, pro possessionibus vero & nuptijs suis & filiorum orans: vel, vt Nannius vertit, postea super possessionibus, nuptijs, ac liberis adorans: Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est: & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutilem inuocat, & pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest: & de acquirendo & de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis. Iterum a alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante se fragilius lignum inuocat. Et 3 rursus: Quoniam omnia idola nationum deos æstimauerunt, quibus neque oculorum visus est ad videndũ, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractãdum, sed & pedes eorũ pigri ad ambulandũ. homo enim fecit illos, & qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similem homo poterit Deũ fingere. Cum enim sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior enim est ipse his quos colit, quia ipse quidem vixit cum esset mortalis, illi autem nunquam. Quibus similia Dauid

t Sapien. 13.
a Sapie. 14.
3 Sapien. 15.

uid 4 antea dixerat his verbis: Simulachra, siue Idola gentium, argentum & aurum opera manuum hominum. Os habent & non loquentur: oculos habent & non videbunt: Aures habent & non audient: nares habent & non odorabunt: manus habent & non palpabunt: pedes habent & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. Similes illius fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Accedũt his Esaias, Ieremias, Habacuch, & alij. Nam Esaias 5 sic inter alia scribit: Sumpsit ex eis (putâ lignis) & calefactus est, & succẽdit & coxit panes. de reliquo autem operatus est Deum & adorauit. fecit sculptile, & curuatus est ante illud. Medium eius combussit igni, & de medio eius carnes coxit & comedit. coxit pulmentum & saturatus est, & calefactus est, & dixit, Vah, calefactus sum, vidi focum. reliquum autem eius Deum fecit & sculptile sibi. curuatur ante illud, & adorat illud, & obsecrat, dicens: Libera me, quia Deus meus es tu. Nescierunt neque intellexerunt. obliti enim sunt ne videant oculi eorum & ne intelligant corde suo: non recogitant in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt vt dicãt, Medietaté eius cõbussi igni, & coxi super carbones eius panes: coxi carnes & comedi: & de reliquo eius idolum faciam ante truncum ligni procidam. Ieremias vero 6 sic ait: Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi & Reges eorum, principes, & sacerdotes, & prophetæ eorum, dicentes ligno, Pater meus es tu. & lapidi, tu me genuisti. Et 7 Habacuch. Quid prodest, inquit, sculptile, quia sculpsit illud fictor suus, conflatile & imaginem falsam? quia sperauit in figmento fictor eius vt faceret simulachra muta. Væ qui dicit ligno, Expergiscere: Surge, lapidi tacenti: nunquid ipse docere poterit? Ecce iste coopertus est auro & argento: & omnis spiritus non est visceribus eorum.

4. Psal. 113.
5. Esai 44.
6. Ierem. 2.
7. Habac. 2.

23. Citaremus plures Scripturas si necesse esset. & Caluinus earum euidentia compulsus non fassus esset decies quod agimus in commentarijs in hæc paucula quæ iam iam citauimus Habacuch verba, licet postea conetur redire ad vomitum proferemus aliquot eius verba Nam Propheta hic causam ostendit cur inutilis sit idolorum cultus: quia scilicet dij isti cõstant ex mortua materia. Deinde fictor quid potuit adferre deitatis? Et paulo post Qui fit enim vt passim truncus ligni vel lapis vocetur Deus? Si quis interrogasset sapientissimos illos qui putarũt gẽtes omnes esse Barbaras, vel Romæ, vel Athenis, vel in alijs vrbibus, quid est illud? Si quis vidisset Iouem argenteum, vel ligneum, vel lapideum, est Iuppiter, est Deus. vnde hoc? est tamen lapis, est frustum ligni, vel argenti: nihilominus De-

um esse asseruissent. Vnde ista dementia? nempe quia homines sunt fascinati vt videndo nihil videant, hoc est, spõte claudant oculos, & cæcutiant qua si data opera suis nolũt intelligere. Et rursus: Quid nõne sensu & ratione priuatos esse oportet qui fiduciam suam coniiciunt in res mortuas? Faber, quemadmodum dicit Esaias, accipiet sua instrumenta, formabit idolum, postea genu flectet & Deum suum vocabit. est tamen opus manuum tuarum: quid es ne tu ipse Deus? tu conscius tibi es tuæ fragilitatis. interea autem tu creas nouos Deos? hac ratione confirmat Propheta quod prius dixit, nimis desipere homines, immo hunc esse prodigiosum stuporem vbi tribuunt aliquam deitatem vel ligno, vel lapidi, vel metallo. Quare & sunt ipsorum figmenta, inquit.

24 Locus autem in quo conatur redire ad vomitum hic est: Iam vero vt propius vrgeat Idololatras Propheta, obiurgat eos, quod clamet ligno & lapidi, Expergiscere. Certum est quum genua flecterent Idololatræ coram suis figmentis, finxisse tamen cœlestes Deos, sed quum ad figuram ligneam, vel ad lapideã, inuocarét Deum, hoc perinde erat ac si salutem ex pectarent é ligno & lapide. neque enim hic quæritur quid idololatræ imaginati sint, sed res ipsa spectanda est quã libero ore hic Propheta damnat. Quoniam autem solebant preces suas conuertere superstitiosi ad lignum & lapidem, dicit fingere sibi Deos quibus sacrificent. Hæc ille. In quibus sentit extra scripturam omnes qui ligna & lapides adorabant finxisse sibi Deos cœlestes Deinde quod scriptura ait eos inuocasse lignum & sacrificasse lapidi, fuisse conuertere preces suas ad lignum & lapidem, id est, vt antea clarius dixit, ad figuram ligneam vel lapideam inuocare Deum, & ipsi sacrificare quod hoc perinde esset, ac si salutem expetijssent à ligno & lapide. Sed quis non videat has interpretationes longe alias esse à significationibus verborum scripturæ, & à rationibus quibus reuincit idololatras? Ait enim apertissime, quos verbis à nobis citatis damnat, fecisse votum lignis & lapidibus pro substantia, & filijs & nuptijs, eos orasse ipsa pro his rebus, deprecatos fuisse pro itinere, sanitate, vita: & pro alijs omnibus ipsa inuocasse: locutos esse cũ eis, ea obsecrasse dicendo, Libera me, quia Deus meus es tu: eos dixisse ligno, Pater meus es tu, & lapidi tu me genuisti: eos in figméto suo sperasse eis confidisse: eos dixisse ligno, expergiscere, & lapidi, surge. Deinde videmus clarissime rationes quibus scriptura à nobis citatæ idololatras reuincunt: dictas esse contra ligneos, lapideos aureos, & argenteos Deos: non spectare ad refutationẽ Deorũ cœlestium.

25 Argumenta vero quibus is in Institutione vtitur nullius sunt pretij. Nam interpretationem loci Exodi 32. de figura Deorum qui eduxis-

sent Israelitas de terra Ægypti, vel hoc solum refellit quod 1 Exodus ex- *1. Exod. 32.*
presse dicat eos obtulisse holocausta & hostias pacificas vitulo, vel vt Ste- *2. Act. 7.*
phanus quoque ait, Et obtulerunt hostiam (id est, hostias) simulachro. Nec obstat quod ait Iudæos non fuisse tam incogitantes, vt nescirent non vitulum, sed verum Deũ eduxisse ipsos de Ægypto. Non enim ratione vtebãtur qui Deos aureos vel argenteos, aut alterius materiæ sibi constituebant: eorumque, vt cæcorum, opera sibi non consentientia, sed sæpius confusa erant. Proinde facta Iudæorum non sunt æstimanda iuxta regulam rationis. Et multo minus rationi innitendum est de factis gentilium in hac materia, vt Caluinus perperam facit, cum ratione insaniens, sed attendendum est scripturis, quas Caluinus nullas citat vt doceat Ethnicos nullas habuisse imagines pro dijs, nos vero multas produximus quæ contrarium docerent. Postremo vt demus factum illud Exodi eo modo intelligendum quo vult, & plurimos ex gentilibus non habuisse imagines pro dijs: non sequitur omnia Iudæorum facta tot sæculis eadem norma æstimãda esse: neque fuisse vnquam aliquos Ethnicos qui tantopere desiperent: præsertim quum scriptura aliud testetur: & vtrosque etiam naturalibus rationibus ab his fœdissimis erroribus reuocare studeat. Ac tantum abest, vt Augustinus scripserit omnes Ethnicos, vulgares & doctos sciuisse simulachra *3 in concione*
nõ fuisse Deos, vt in eorũ prætextis excusationibus, quib⁹ Caluinus abutitur, sic loquatur, Ne quisquam dicat quum irrisa fuerint simulachra, Non *secunda in*
hoc visibile colo, sed numen quod illic inuisibiliter habitat: & non solum *partem secũdã psal. 113.*
alijs locis, sed eodem hoc loco declaret multos simulachra pro dijs habuisse. ac eos qui sciebant ea non esse Deos, forma & consuetudine vulgari abreptos ipsa coluisse pro dijs. Nam quod attinet ad reliquos scriptores ecclesiasticos, certum est eos quoque sensisse Ethnicos habuisse simulachra pro dijs, & inter hos 4 Lactantium, 5 Minutium Fœlicem & Arnobi- *4. Lactant. lib. 2 Institu-*
um non vno loco, sed præcipue libro 6. in quo inter cætera quærit, non *tion.*
amentia, Deum credere quem tute ipse formaris? supplicare tremebun- *5. Minut. Fel.*
dum fabricatæ à te rei? & cum scias tui esse operis, & digitorum artem, *in Octauio:*
primum in faciem ruere, opem rogare suppliciter? & cætera plurima his *6. Arnob. li-*
similia & clarissima quæ breuitatis causa prætermittimus. *bro 1. in ver-*
bis, venerabar (ô cæcitas) nuper simulachra & cætera & lib. 6 pagina 672. & 673.

26. Secunda vero quæstio est num factura omnium imaginum interdicta sit fidelibus? Sunt enim, sicut & olim fuerunt, qui acerrime contendant licitum non esse vllas prorsus imagines facere, etiamsi non fiant ijs erroribus quos indicauimus, & ne honorariæ quidem adorationis causa:

 quod

quod Deus (vt aiunt) eas simpliciter prohibuerit fieri in decalogo, vt qui duas legis de Imaginibus partes fecerit: quarum prior simpliciter prohibeat imagines facere: altera vetet eas adorare & colere.

1 pagina 98 tractatus de Imaginibus in examine conc. Tridentini. 27. Chemnitius qui horum nobiscum sententiam improbat, respondet, Leuitici capite 26. textum Legis ita poni vt ostendatur prohiberi ne ad adorandum siue ad cultum fiant aut ponantur imagines. Non facietis, inquit, vobis idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec lapidem insignitum ponetis, ad adorandum. Sed hæc solutio non satisfacit argumento. Deus enim re-vera duas legis decalogi de Imaginibus partes manifeste fecit. Et quum in omni verbo Dei ne vnus quidem 2 apex superfluus sit, (*2 Matth 5.*) multo minus aliquid frustra constitutum & dictum est à Deo in decalogo. Videmus etiam vt 3 Dauid eandem diuisionem obseruauerit in verbis, Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. (*3 psal 113.*) Ac manifeste aliud est dicere, Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, & cætera, & postea, Non adorabis ea, neque coles: aliud non facies ea vt adores. Nempe Deus tria præcepta negatiua (vt ita dicam) de imaginibus dedit. Primum 4 non facere imagines: etiam si, inquam, non cogitemus de ijs adorandis. Alterum, non facere vt adores. Et 6 tertium, eas non adorare & colere. (*4 Exod. 20. 5 Leuit 26. 6 Exod. 20.*)

28 Vera autem solutio est, legem decalogi non esse intelligendã de omnibus imaginibus, tametsi prima facie ita videatur: sed restringendam esse iuxta circũstantias & ipsius Dei interpretationẽ, ad imagines quae habeantur pro Deo vel dijs, vel pro Dei & Deorũ similitudinibus. vt 1 supra ostendimus. (*1 sectione 19 1.*) Eãque restrictionẽ multa quoque alia argumenta cõfirmant quibus constat licitũ esse facere quasdam imagines. 1. Apostolus in priore ad 2 Corinthios epistola significat argumentũ de ijs quæ agenda sunt recti sumi à Natura: non inquinata, inquã, sed pura. nec immerito. (*2 1 Cor. 11.*) quando Deus sit author naturæ qui 3 omnia bona fecit. (*3 Genes. 1.*) An ne natura quidẽ ipsa docet vos? & cætera. Imaginũ vero formatio vsqueadeo secundũ naturã est, vt nihil fere homo præter se ipsũm in hac vita intelligat, quod non prius ex imagine quapiã interna didicerit. Sed & omnis affectus ita à natura institutus est, vt non nisi apprehensione imaginũ habeatur. Porro cuius formatio intra nos secundũ naturã licita est, imo etiã necessaria: eius quoque exhibitio externa secundũ naturã vt sit consequitur licet nãqua opere externo facere, quod interno licet. Igitur qui docẽt õnes imagines externas illicitas & nefarias esse repugnant naturæ, cuius Deus author est. cõtra qui imagines rerum verarũ & non malarum faciunt, naturã ducem & magi-

strum

stram sequuntur. à qua etiam gentiles didicerunt multas imagines facere, quas Scriptura probauit. vt suis locis videbimus. 2. Si ea esset sententia 2.
verborum Domini quam isti traduut: artes pingendi, sculpendi, conflandi, essent simpliciter prohibitæ Nunc autem tantum abest vt hoc verum sit, vt sint dona Dei. Etenim is 4 dicitur impleuisse spiritu suo, intelligentia & scientia Beseleel ad cogitandum quidquid fabrefieri poterat ex auro, ar- 4. Exod. 31.
gento, & ære, marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum: dedisseque ei socium Ooliab: & in corde omnis eruditi posuisse sapientiam, vt facerent cuncta quæ præceperat Moysi, tabernaculum & arcam testimonij, & propitiatorium, & cætera. 3 Reges natura duce didicerunt sibi facere 3.
quasdam imagines: & consequenter multo iustius populus Regibus, principibus viris, & alijs bene meritis de Republica. tantumque abfuit Christus vt hoc eorum factum improbaret: vt apud 5 Matthæum 6 Marcum & 5. Matt. 22.
7 Lucam, ex imagine Cæsaris in moneta intulerit responsum captiosae 6 Marc 12.
quæstionis, Reddite ergo quae sunt Cæsaris Cæsari. 4. Videmus ex 7. Luc. 20.
4.
circunstantijs libri 8 primi Regum, Michol vxorem Dauidis, noctu sta- 8. 1. Reg 19.
tim inuenisse statuam quae virum ita referret vt ea in lectum eius collocata & pellibus tecta, imponeret legatis Saulis. Dauid autem, vt erat vir secundum cor Dei, nullo pacto tulisset in domo sua statuam prohibitam. Neque vero Saul commisisset quin traduxisset eum apud populum, siquidem statuam idololatricam apud se habuisset. Facta ergo erat & haec statua arte naturam imitante, eaque probabatur. 5. Deus iussit 9 Ezechie 5.
li vt describeret in latere ciuitatem Ierusalem cum omnibus quae fieri so- 9. Ezech. 4.
lebant in obsidionibus vrbium capiendarum: vt vallo, fossa, arietibus & similibus: & addidit, Signum est domui Israel. Deus autem non praecipit illicita, praesertim ad docendum populum suum, & ad prouocandum eũ pœnis denuntiatis ad pœnitentiam.

29. Et vt facta quoque ad religionem pertinentia memoremus, 6. 6.
Philistini, licet essent idololatrae, tamen 1 sciuerunt, & praecipue sacerdo- 1. 1. Reg 5.
tes eorum, quod natura docebat, recte & vtiliter imagines fieri ad laudem 2. 1. Reg. 6.
Dei. easque fecerunt atque ex hoc facto non vulgaria beneficia reportarunt, Leuitis quoque eas probantibus. 7. Iacob 3 in Genesi erexit la 7.
pidem in statuam religiosam vouit enim illic votum, & caetera. 8. Do 3. Genes. 28.
minus 4 iussit Iosue vt poneret & erigeret duodecim lapides in Iordane, 4. Iosue. 4.
vt essent in signum beneficii transitus per ipsum. 8, Idem princeps mo 8.
riturus 5 erexit lapidem praegrandem sub quercu, vt esset in testimoniũ 5. Iosue. 24.
fœderis icti cum Deo. 9. Duae tribus & dimidia 6 ædificauerunt trans 9.
Iordanem 9. Iosue 22

10. Iordanem similitudinem altaris Domini, vt testarentur hac altaris simili-
7. Reg. 7. tudine sibi ius esse sacrificandi in altari Domini. 10. Samuel 7 erexit la
11. pidem in memoriam auxilij diuini contra Philistinos, & nomen eius vo-
8 nominatim cauit, lapidem adiutorij. 11. Sancti angeli quoties se hominibus viden
Genes 18 & dos repræsentarunt ad sancta officia (repræsentarunt autem 8 se-ipsos ad
19 Matt 28 hunc finem, idque sæpissime in forma humana) toties fecerunt & gesse-
Marc 16 & runt sui imagines Vnde & Eliphas de apparitione angeli loquens in libro
Luc 24 atq; 9 Iob ait: Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum, imago coram ocu
alijs locis. lis meis. 12. Deus 10 expresse mandauit Moysi vt faceret serpentem
9. Iob 4. æneum, & erigeret illud in signum: quem quum percussi à serpentibus as-
12. pexissent, viuerent. Et additum est: Fecit ergo Moyses serpentem æneum,
10 Num. 21 & posuit eum pro signo: quem quum percussi aspicerent, sanabantur. Et 11
11 Ioan. 3. Christus quoque facturam huius serpentis probauit, dum id ad se retulit apud Ioannem his verbis: Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipsum non pe-
13. reat, sed habeat vitam æternam. 13. Ac memorabile est quod Ecclesia Iudaica hunc serpentem æneum in memoriam beneficij diuini conserua-
12. 4 Reg. 18 uit aliquot sæculis: 12 donec filij Israel Deum relinquentes quod datum fu
14. erat pro signo verterent in idolum. adoleuerunt enim ei incensum. 14. Postremo quæcunque argumenta adferentur pro factura imaginum oc-casione sequentis quęstionis, ea omnia huc quoque faciunt.

1 In principio 30. Quidam enim licet concedant imagines extra casus quos 1 indi-
quæstion 16 cauimus recte fieri in profanis, politicis, & priuatis locis, tamen nolunt e-
2 in confessi as recte fieri in téplis. In quorũ numero sunt 2 Zuinglius, 3 Bullingerus, &
one fidei ad 4 Caluinus. Verum hi nullum plane possunt obtendere Dei præceptum,
Carolũ Im- quod hanc distinctionem tradiderit. quando ne famosa quidem lex 5 illa
peratorem. decalogi, quam semper in ore habent, eius meminerit: sed absque hac di-
3. libro 1. de uersitate dixerit, Non facies tibi sculptile, & consequenter nusquam facies
origi error c. non magis, inquam, in priuatis quam publicis & sacris ædibus. idola nam
29. que etiam 6 quę in abscondito fiunt, sunt abominatio, teste Mose Et quod
4. libro 1. In Caluinus ait hanc causam fuisse cur Ioannes non tantum à simulachrorũ
stit. c. 1. sect. cultu, sed ab ipsis quoque simulachris cauere voluerit plane futile est. Io-
13. annes enim non meminit tépli, & eius admonitio æque locũ habet in ædi
5 Exod 20. bus priuatis atque in sacris. Ac græce est loco simulachrorũ τῶν εἰδώλων.
6. Deut. 27.

31. Imma hæc quoque sententia pugnat aduersa fronte cum apertis-
1 Exod. 25. simis scripturis. Duos quoque Cherubim aureos, inquit 1 Dominus in Ex odo, & productiles facies ex vtraque parte oraculi. Cherub vnus sit in la-

tere

tere vno, & alter in altero. vtrumque latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, respiciantque se mutuo versis vultibus in propitiatorium quo regenda est arca, in qua pones testimonium quod dabo tibi. Inde præcipiam & loquar ad te super propitiatorium ac de medio duorum Cherubim. En imagines duorũ Cherubinorum iussu ipsius-met Dei factas in sanctissimo tabernaculi loco ex vtraque parte propitiatorij & oraculi, è quarum medio Moysi Deus suam voluntaté patefaciebat. Et rursus quo 2 loco eiusdem libri legimus apud nostrum Interpretem præceptum de faciendis cortinis variatis opere plumario, ipse Caluinus & alij legunt, Cherubim quoque opere phrygionico facies Et 3 postea, loco verborum vulgaris lectionis, Facies & velum de Hyacintho & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere plumario & pulchra varietate contextum: ipsi vertunt, opere phrygionico illud facies cum figuris Cherubim. 2. Exod. 26. 3 eodem cap.

32. Nam quod Caluinus 1 videtur sentire Deum dedita opera velut occultauisse has imagines propter periculum idololatriæ, vt qui eas texerit triplici tegumento: vno ex pellibus caprarum, altero ex pellibus arietũ, & tertio ex asseribus: proinde qui hinc imagines in templis faciendi potestatem colligant, debere eas occultare triplici tegumento: mera cauillatio est. Nam semper verum istud manet, Deum iussisse fieri angelorũ imagines, easque etiam aureas in sanctissimo tabernaculi loco. Et pessime cõdemnant Deum imprudentiæ, vt qui præceperit imagines fieri, quas necesse statim habuerit tam operose occultare propter idololatriæ periculum Ac per se manifestum est hæc tria tegumenta non fuisse occultationis Cherubinorum causa facta: quum ne arbores quidem in deserto essẽt ex quarum cacumine populus in eos despicere potuisset: sed ad arcendas cœlestes iniurias: quas facile vnum tectum nostrum arcet, quod constet materia solidiore: quando templa nostra non sint huc-illuc instar tabernaculi deferenda. Velum auté illud quod oppansum erat non magis arcuit aspectum Cherubinorum, quam arcæ & propitiatorij, ac totius loci Sancti Sanctorum, quod Deus indignum iudicaret populum qui hæc spectaret propter sui præsentiam: & multo magis qui se Deo sisteret. Æque tamen sciunt ex lectione legis illic fuisse Cherubinos, atque arcam & propitiatorium. 1 in commentarijs in c. 26 Exod. ad verba, tabernaculum vero facies.

33. Quod autem Deus nullo pacto spectauerit ad periculum idololatriæ, constat clarissime ex alijs Scripturis, quae testantur & Sanctum Sanctorum templi Salomonis, & Sãctum, & atrium, vsque ad ostiola & portas, ornata

ornata fuisse Cherubinis, & plurimis alijs imaginibus, pictis, sculptis, & fusilibus: aureis, argenteis, æreis, ligneis, & obductis auro & argento. idque iussu Dei iuxta verbum 1 Dauidis ad Salomoné: omnia venerunt scripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. Quas scripturas, vt vt sint prolixæ, eo magis necessarium habemus citare quod Caluinus tametsi 2 duobus capitibus tractet hanc materiam in Institutione, nullius earum meminerit, & quidam, ac nominatim Viretus quum conatur respondere scripturę de Cherubinis arcæ, perinde se gerat, ac si Israelitæ solum duas has imagines habuissent: easque, (vt diximus ipsos præ se ferre) absconditas.

1. 1. Par. 28.

2. libro 1. Instit. c. 11. & 12.

34. Igitur pręter duos hos Cherubinos aureos adhærentes arcę, & velum Cherubinis intertextum, Salomon iussit fieri in Sancto Sanctorũ duos alios vastos Cherubinos tegentes istos paruulos cum arca & propitiatorio: idemque sculpsit in parietibus alios Cherubim & palmas & picturas varias prominentes quasi de pariete: atque adeo in ostiolis & postibus, ita vt nulla pars Sancti Sanctorum fuerit quæ non esset ornata imaginibus. Sic enim 1 scriptum est in libro tertio Regum. Et fecit in oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum decem cubitorum altitudinis. Quinque cubitorum ala cherub vna, & quinque cubitorum ala Cherub altera. id est, decem cubitos habentes, à summitate alæ vnius vsque ad alæ alterius summitatem. & cætera. Posuitque Cherubim in medio templi interioris Extẽdebant autem alas suas Cherubim. & tangebat ala vna parietem, & ala Cherub secundi tangebat parietem alterum alæ autem alteræ in media parte templi se inuicem contingebant. Texit quoque Cherubim auro: Et omnes parietes templi, siue vt alij vertunt, domus, aut domus istius, per circuitũ sculpsit varijs caelaturis & torno. & fecit in eis Cherubim, & palmas, & picturas varias quasi prominentes de pariete & egredientes. Sed & pauimentum domus texit auro intrinsecus & extrinsecus. Et in ingressu fecit de ostiola duo lignis oliuarum, postesque angulorum quinque. Et sculpsit in eis picturam Cherubim, & palmarum species, & anaglypha velut prominentia siue flores apertos velut prominentes. & texit ea auro. & operuit tam Cherubim quam palmas, & cætera, auro. Libro vero 2 secundo Paralipomenon vltra ea quae illic repetuntur additum est vastos illos Cherubinos stetisse erectis pedibus. Item, Salomonem fecisse quoque velum ex hyacintho, purpura, cocco, & bysso, & intexuisse ei Cherubim.

1. 3. Reg. 6.

2. 2. Para. 3.

35. Quin & illud quoque certum est Salomonem iussisse etiam sculpi in templi siue domus exterioris parietibus Cherubim, palmas & catenulas,

aulas, & in duobus ostijs abiegnis & eorum postibus similiter. Domum quoque interiorem, inquit liber secundus Paralipomenon, texit tabulis lig neis abiegnis, & laminas auri obryzi affixit per totum sculpsit in ea palmas & catenulas quasi semuicem complectentes. Et paulo post: Et cælauit Cherubim in parietibus. In libro vero 2 tertio Regum sic scriptum est. Fecitque in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos: & duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus. & vtrumque ostium duplex erat: & seinuicem tenens aperiebatur. Et sculpsit Cherubim & palmas & caelaturas valde eminentes operuitque omnia laminis aureis. 1.2.Para 3. 1.3.Reg 6.

36. Et, quod amplius est, clarissime constat atrium plenum fuisse imaginibus & similitudinibus. Nam in eo erant duae columnae æreae decem & octo cubitorum altitudinis, cum capitellis quasi opere lilij fabrefactis, & habentibus quadringenta malogranata In eo erat mare fusile quod stabat super duodecim boues: & bases decem æreæ, in quibus inerant leones boues, Cherubim item rotæ quatuor cum axibus: Item decem Lutheres habentes cælaturas suas & varias sculpturas, & in angulis Cherubim & leones & palmas, quasi in similitudinem hominis stantis, ita vt non caelata, sed apposita viderentur per circuitum. Quae omnia & alia plura describit prolixissime tertius liber Regum. Libro vero 2 priore Paralipomenon sic scriptum est. Ad fuscinulas quoque & phialas & thuribula ex auro purissimo, & leunculos aureos pro qualitate mensurae pondus distribuit (puta Dauid) in leunculum & leunculum: similiter & in leones argenteos diuersum argenti pondus separauit. 1.3.Reg. 7. 2.1.Par.s.28

37. Ac memorabile est quod Deus quū ostenderet Ezechieli restaurationem templi, voluerit id rursus cū imaginibus fieri, & plenius quædam expresserit quam antea scripto tradidisset. Et vsque ad domum interiorem 1 inquit, & forinsecus per omnem parietem intresecus & forinsecus ad mensuram. Et fabrefacta Cherubim & palmę Et palma inter Cherub & Cherub. Duasque facies habebat Cherub: faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex altera parte expressam per omnē domum in circuitu. de terra vsque ad superiora portæ Cherubim & palmæ cælatæ erant in pariete templi. Et paulo post. Et cælata erant in ipsis ostijs templi Cherubim & sculptura palmarum, sicut & in parietibus expressa erant Et iterum: Super quæ fenestræ obliquæ, & similitudo palmarum hinc atque inde in humerulis vestibuli: secundum latera domus, latitudinemque parietum Quin etiam constat ex capite 2 præcedenti fuisse in portis & fenestris cælaturas palmarum. 1.Ezech.41. 2 Ezech.40.

38. Ex his vero sic argumentamur. Deus in omnibus templi Iudaici
1. partibus, etiam in Sancto Sanctorum, iussit fieri varias imagines, similitudines & sculpturas, quæ conspicuæ erant partim pōtifici & sacerdotibus, partim omni populo. Igitur & nobis quoque licet facere in templis quasdam sculpturas, imagines, & similitudines. 2. Deus quum illas
2. imagines præcipiebat, sciuit Israelitas pronissimos fuisse ad idololatriam: & hoc non obstante iussit fieri tot & tales imagines quot &
1. nominatim Zachariæ 13 quales declarauimus. Idem autem 1 prædixit fore vt temporibus Christianorum perirent nomina idolorum de terra. Igitur tanto magis licet nobis habere imagines, quanto minus, aut potius nullum, nobis imminet periculum idololatriæ.
3. 3. Deus iussit fieri has imagines propterea procul-
2. Leuit 16. & aliis locis. dubio quod Israelitis expedit et templum eis ornatum habere erat 2 enim Deus eorum, Igitur & nobis etiam vtile est habere in templis imagines:
3. lib. 1. Inst. c. 11. sectio. 13 ac falsum & contra scripturam est quod 3 Caluinus scribit, simul atque in templis collocantur imagines, quasi signum idololatriæ erigi. 4. Deo
4. nullus melior Magister, & Deum imitari bonum & sanctum est. Is autem suo exemplo docuit quomodo templa sint ornanda, & quod imagines recte conueniant cum sanctitate templi. Igitur bonum & sanctum est vt hac quoque in parte eum sequamur: è contra falsum & scripturæ repugnans
4. eadem sectione. 13. est quod Caluinus hypocrita rursus scribit 4 sibi quum expendit in quem vsum destinata sint templa, nescio quomodo indignum videri eorum sanctitate, vt alias recipiant imagines, atque viuas illas & iconicas, baptismũ & cœnam Domini. Habebant enim Israelitæ etiam sua sacrificia & sacramenta. & Caluinistarum templa sunt domus profanæ, non sacræ. ac vsque adeo hic parum tribuit baptismo vt multos infantes baptizatos dicat dānari: ab Eucharistia vero & sacrificium & veritatem corporis & sanguinis Christi aufert.

39. Sed examinemus quoque aliam eius responsionē ad duos illos ar-
1. lib. 1. Inst. c. 11. sectio. 3. cæ Cherubinos. Ait enim hos Cherubim ad veterem legis pędagogiam
2. in commentariis in c. 26 Exodi pag. 351. in fine. pertinuisse 2 Præposteum autem esse rudimenta quae non nisi veteri populo Deus tradidit, ad templorum plenitudinem traherē posteaquam adoleuit ecclesia, & pueritiam egressa est. Sed nemo est qui nesciat fideles nō magis contendere de faciendis his Cherubinis in templis suis, atque de arca & propitiatorio. Verum ex eo quod Deus iusserit fieri imagines per totum templum, inferimus nos quoque recte imagines facere in templis nostris. Etsi enim ad paedagogiam pertinuit quod Iudaei tales imagines Cherubim & aliarum rerum habuerint, quales audiuimus: tamen habere Ima-

gines non pertinuit ad pędagogiam. Sicut namque ex eo quod Iudæi tale templum habuerint, quale Scriptura describit pertinens ad pædagogiam, quam postea Synagoga merito amisit, non sequitur templa nostra pertinere ad pædagogiam, & nos ea non debere habere: Ita ex eo quod illæ Iudæorum imagines pertinuerint ad pædagogiam, non sequitur imagines quibus in templis vtimur, pertinere ad pædagogiam, & nos eas in templis nō debere habere sunt enim aliae.

40. Imo plane contrariū ostendimus tribus argumentis. primo quod Iacob ostenderit erectionem statuarum, & consequenter imaginum, in loco dedicato domui Dei, non pertinere ad paedagogiam populi veteris: vt quae primum aliquot saeculis postea locum habuerint. Altero, quod tēpla nostra pertineant ad adolescentiam ecclesiae; & consequenter imagines eorum, vt quae velut pars aliqua ipsorum sint. Tertio, quia similitudines nostrae sunt imagines vmbrarum illarum Iudaicarum. quibus merito vtimur tantisper dum non peruenimus ad veritatem. Nempe status Iudaicus typus fuit nostri, quod Deus in eo declineauerit statū nostrum. vt Paulus docet 1. Cor. 10. & Heb. 10. Templum ergo siue domus orationis eorū 1 significauit domum, id est per synecdochen, nostras domos orationis: & cum illa domus vmbra nostrae, tum nostra domus imago illius 2 significarunt cœlum. sicut & 3 vetus quoque tabernaculum. Ex quibus constituitur gradus ad alias spirituales interpretationes. Arca in qua manna fuit, significauit futuram Christi carnem in qua plenitudo 4 diuinitatis inhabitaret corporaliter: propitiatorium vero Christum passiturum 5 crucifigendū mortuorum. quo spectauit 6 etiam ænei serpentis erectio. quae repræsentaremus imaginibus expressis Christi nati crucifixi & mortui. 7 Cherubim angelos, eorumque expressiores imagines. qui quoniam 8 erant in cœlo, recte collocabantur in tabernaculo, & templo. Quia vero Sancti corpore 9 exuti non fuerunt in cœlo ante Christi in cœlum ascensionem, palmae 10 caelatæ cum Cherubinis in Sancto Sanctorum & templo significabant 11 mansiones à Deo in cœlo decretas iis qui vicissent & perseuerassent vsque in finem. quibus cœlum lapsu angelorum bona ex parte exinanitum, replendum erat. Vnde & duodecim imagines boum, id est 12 Apostolorum sustinentium mare, erant extra templum in atrio: & leones & palmae. Nunc autem sancti his significati merito pinguntur à nobis in tēplo: quod sint in cœlo. Decet enim vt sicut templū est imago cœli, ita imagines Sanctorum qui sunt in cœlo fiant in templo. neque vero sacra signa vsquam melius collocari possunt, quam in sacris locis. Quod autem qui-

1 Esai. 56.
2. Apocal. 7. 15. & 21.
3. Heb. 8. & Apocal. 15.
4. Coloss. 2.
5. 1. Ioan. 2.
6 Ioan. 3.
7. Ezech. 10.
8. Matth. 18.
9. vide supra titulū sextū.
10. Apoca. 7
11. Ioan. 14.
12. 3 Gen. 9.

17. Genes. 28. dam Cherubim fuerint quoque in atrio, significauit 17 angelos nostri causa in hoc quoque mundo versari. Neque est quod Caluinus excipiat, hæc à nobis proficisci: habent enim hæc omnia, & alia plura quæ videre est apud eos qui de templo Salomonis scripserunt, suas delineationes ex Scripturis. Nostri enim instituti non est singula exponere. Sufficit quod Lector ex his percipiat veteres illas similitudines fuisse vmbras nostrarum imaginum.

41. Illud autem omittere non possumus quin admoneamus Lectorem vt consideret vafrum, inconstans, & in omnes partes versatile huius Nouatoris ingenium. Manifestum est Scripturam noui testamenti solum damnare idola, quæ & nos damnamus: Vbique enim vtitur vocabulo Idoli, quod Interpres vbique etiam vertit simulacrum à simulando. excepto loco Act. 17. vbi loco eius quod Interpres vertit simulacra est τὰ σεβάσματα ὑμῶν, id est culturas vestras. Quæ quum videret non facile impositura Catholicis faciendum sibi existimauit vt cum alijs Nouatoribus facturam sacrarum imaginum, præsertim in templis, oppugnaret præcipue scripturis veteris testamenti. Quum autem Catholici huius testamenti scripturis clarissime probarent, non omnes imagines damnari in veteri testamento: quin potius plurimas approbari, præsertim in templo atque adeo in omnibus eius partibus: deflectit à priore instituto, & eo se elabi posse existimat, si dicat eas Iudæis tanquam pueris licitas fuisse: Christianis non item. Sed qui simul consistat, amabo te Lector, vt imagines sacræ licitæ fuerint Iudæis etiam in templo, Scripturis veteris testamenti: & non sint licitae eiusdem testamenti scripturis, sed prohibitae Christianis in templis? quum praesertim hae scripturae datae sint praecipue Iudæis.

(Margin: s. nominatim 1. Cor 12. 1. Thess 1. Act. 7. & 9. 1 Ioã & Apoc. 9.)

42. Etsi autem ex his decisio quaestionis quartae, videlicet num imagines templi pertinuerint ad solum ornatum: an vero ad alias quoque maiores causas? haud obscure apparet: puta eas potissimum sanctis causis inseruijsse: tamen non inutile erit id firmius probare.

1. Hebr. 9. 1. Paulus vbi in 1 epistola ad Hebraeos meminisset Sancti Sanctorum habentis arcam continentem manna, tabulas testamenti & virgam Aaron & supra eam Cherubim, addit: de quibus non est dicendum modo per singula his autem haud obscure significat haec singula habuisse significationes, de quibus operaepretium fuisset dicere si locus id postulauisset. 2.

2. Iam quod hae significationes a pertinuerint ad res sanctas, manifestū est

tũ ex re-ipſa, tum ex interpretatione quam ſubijcit, ingreſſus Pontificis in
ſancto ſemel in anno cum ſanguine, qui rem omnium maximam deſigna-
uerit: videlicet ingreſſum Chriſti in cælum per proprium ſanguinem, vt
appareat vultui Dei pro nobis; Eadem arca narratur in 2 Apocalypſi ap- 2. *Apocal. 11.*
paruiſſe in cœlo Et apertum eſt, inquit Ioannes, templum Dei in cœlo, 3.
& viſa eſt arca teſtamenti eius in templo eius. In cœlo vero omnia ſunt
ſancta. 4. Cherubim erant velut partes arcæ & officio fungebantur, 4.
ſicut & illi duo vaſti, tegendi ſuis alis arcam & propitiatorium Igitur ſig-
nificabant etiam res valde ſanctas. 5. Iam-iam intelleximus indicatum 5.
fuiſſe totum templum ſignifi aſſe, integrum cœlum & partem templi 3 *Hebr. 9.*
ſanctiorem, locum ſanctiorem in cœlo Igitur templum ſignificabat res 4. *Apoca. 11.*
ſanctas. Porro imagines Cherubim, palmarum, & aliorum rerum pars e-
rant parietum templi & oſtiorum ac poſtium eorum. quæ in eis ſculptæ
eſſent. Proinde ſignificabant quoque res ſanctas. 6. Dauid hoc ipſo 6.
quod ait Salomoni omnia veniſſe 5 ad ſe ſcripta de manu Domini, haud 5. 1. *Para. 28*
obſcure ſignificauit quæ tam ſanctus pictor & ſculptor in tali loco pingi
& ſculpi voluerit, ad maiores quam ad ornatus cauſas ſpectauiſſe. 7.
Iacob 6 non erexit ſtatuam in loco, domo Dei, ornatus cauſa: ſed mani- 7. 6. *Geneſ. 28.*
feſte ſanctioris officij. huius vero erectione velut præluſit ad futurum
tabernaculum & templum. 8. Memorauimus ſectione 29 multas
ſtatuas erectas ab hominibus longe alio fine, atque ad ornatum, nimirum 8.
ſanctorum: quanto ergo magis quæ in templo erant ſtatuæ & Imagines
ad ſanctos fines ſpectauerint? 9. Legimus Salomonem ædificaſſe
thronum cum multis imaginibus 7 libro tertio Regum. Fecit etiam Rex 9.
Salomon, inquit, thronum de ebore grandem: & veſtiuit eum au- 7. 3. *Reg. 10.*
ro fuluo nimis. Qui habebat ſex gradus: & ſummitas throni rotun-
da erat in parte poſteriori: Et duæ manus hinc atque inde tenentes ſedi-
le: & duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas. Et duodecim leun-
culi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atque inde. Salomon autem tunc
adhuc adhærebat Deo: & vt erat ingenti ſapientia præditus, ſciebat 8 8 *Daniel. 10.*
regnis præeſſe ſanctas virtutes & poteſtates, quibus parerent alij infe- *11. & 12.*
riores angeli. Igitur & has imagines leonum & leunculorum non fecit
ad ornatum tantum: ſed potiſſimum ad ſignificationem harum rerum
ſanctarum Proin longe magis in eiuſmodi finem fecerit omnes templi
imagines. 10. Denique, quum 9 Philiſtini fecerunt ſex anos & ſex mu-
res & eos apud arcam repoſuerunt manifeſtum eſt ex Scriptura eos longe 10.
ad 9. 1. *Reg. 6.*

ad alium finem eumque sanctum spectauisse, atque ad nudum ornatum. Quanto ergo magis quas Deus spiritu suo Sancto docuit Dauidem & Salomonem, faciendas in templo imagines, eæ spectauerint ad altiores fines atque ad solum ornatum?

43. Quinto, quæritur num inter alias licitas imagines, Dei quoque imago recte fiat, nec ne? Et certum est 1 decalogo prohibitum esse eam facere. Is enim, vt diximus, 2 in eo vetat ne Deum vlla visibili specie repræsentare tentemus: ac formas omnes breuiter enumerat quibus iam olim cœperat eius veritatem in mendacium conuertere superstitio. Idem quoque colligere licet ex rationibus quas prohibitioni adiungit Deus: Apud Mosen, Locutusque est Dominus ad vos de medio ignis: vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis. Et paulo post, vbi dixit decẽ verba scripta fuisse in tabulis lapideis, addit: Custodite igitur solicite animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem in die in qua locutus est Dominus vobis in Horeb de medio ignis. Apud Prophetas, & præcipue Esaiam: Cui 4 ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? Et 5 rursus: Cui assimilastis me, & adæquastis, & comparastis me, & similes fecistis? Qui confertis aurũde sacculo, & argentũ statera penderatis, conducentes artificem vt faciat Deum. Apud Lucam in 6 Actis: Genus ergo quum simus Dei, non debemus existimare auro & argento, aut lapidi sculpturæ artis, & cogitationis diuinum esse simile. Quum autem Deũ hic dicimus, intelligimus non personam Patris: sed diuinitatem. nam hanc explicationem tradit Scriptura, Præcedit enim priora illa 7 Esaiæ verba declaratio maiestatis Dei, quæ non possit vlla imagine repræsentari. Et Paulus in Actis immensitatem eius ante refert, quam inferat quod retulimus. Itaque eiusmodi imago est idolum.

1. Exod 20. 2 supra sectione 19. 3. Deuter 4. 4 Esai. 40. 5. Esai. 46. 6. Act. 17. 7. Esai. 40. 8. Act. 17.

44. Tractauit hanc quæstionem etiam 1 Caluinus eamque sic decidit vt concludat licitum non esse Dei imaginem facere. Sed tamen multa admittit peccata in eius tractatu: a quibus Fidelis sibi cauere debet. Primum est hypocrisis & calumniæ, vt qui 2 perinde se gerat ac si Catholici negarent quod diximus: quum id ipsis sit certissimum. Alterum 3 est vanitatis: quod vbi probauit Dei imaginem non recte fieri, insultat eis perinde ac si hinc constaret nullas imagines, non Christi (qui vtique etiam homo fuit) non sanctorum eius, recte fieri. Tertium inscitiæ est. Errat enim in eo, 3 quod ex prohibitione imaginis Dei, id est, vt diximus scripturam 4 se exponere, diuinæ essentiae, velit non licere pingere imagines imaginũ quae metaphorice personas diuinas, & Trinitatem designant in Scriptura.

1. lib. 1. Inst. c. 11. sect. 1. 2. 3. & 4. 2. sectione 2. in fine & 3. sub finem. 3. sectione 3. 7. principio in sectio. [4] in fine.

45. Nempe

45. Nempe duplex notatur esse imago, quod quidem ad præsentem tractatum pertinet. vna naturalis: qua natura, vel substantia, siue essentia rei alicuius exprimitur: Altera qua persona & indiuiduum aliquod repræsentatur. Illius nullam homo arte sua facere potest imaginem. Solus Deus Pater genuit Deum filium, sui 1 imaginem: & Pater mortalis, natura, siue Deo naturæ authore, filium mortalem, aliqualem sui imaginē. 1.2. Cor 4. Colos 1. & Sapient 7. Alterius vero speciei quæ pertinet ad imagines artificiales, extant imagines personarum diuinarum siue Trinitatis, in Scripturis. vt (exempli causa) ea quæ 3 apparuit in visione noctis Danieli, filij hominis, & antiqui dierum. vt imago tanquam columbæ 4 in baptismo Christi qua spiritus Sanctus designatus est. vt imago agni, quo nomine Ioannes Baptista 5 Christū appellauit, & qua forma eum 6 Ioannes Euangelista vidit. vt imago Dei Patris, velut 7 hominis deambulantis in paradiso ad auram post meridiem à cuius facie Adam & Heua se absconderunt quum eius vocem audiuissent. Cur autem non liceat facere imaginem eius imaginis quam ipse Deus prior fecit, & faciendo hominibus velut præluxit? Quomodo sit prohibitum pingere historias Scripturæ? Qua ratione magis penicillus quam penna peccauerit? 2 Genes. 5. 3. Daniel. 7. 4. Matth. 3. 5. Matth. 1. 6 Apoca. 14 7. Genes. 3.

46. Nam quod 1 Caluinus respondet, sub forma quidem humana Deum interdum apparuisse, sed præludium fuisse futuræ in Christo reuelationis: nihil est: tum quia semper illud verum manet Deum apparuisse in imagine hominis: tum quia non solus filius apparuit in hac imagine, sed etiā Deus Pater. vt Genes. 3. & Daniel. 7. Eiusdemque ponderis, id est, nullius reputandum est quod ait speciem columbae subito euanuisse. semper namque verum est spiritum Sanctum hac imagine apparuisse; & quod ea significatum fuit, perpetuo verum est. Si autem etiam meminerimus Deum angelis inuisibilibus imagines iussisse fieri, & ipsos angelos, licet 2 spiritus, sibi-met eas fecisse, metaphoricas inquam, facile quoque contemnemus quod inuisibilitatem (vt ita dicam) toties inculcat. 1 in princip. sectionis 5. 4 2 Psal. 103. & Hebr. 1.

47. Sexta quaestio est, num non liceat facere aut conseruare idolum ad traducendum vanitatem idololatrarum? Eius autem solutio magna ex parte pendet ex recta interpretatione verborum 1 Exodi, Non facies tibi sculptile & similium. Diximus autem istud 2 intelligendum esse tanquam Deum, vel Dei imaginem. Qui vero eo quem memorauimus fine idolum fabricat, vel seruat id, non facit tanquam Deum, nec conseruat tanquam veram Dei aut Deorum imaginem: sed e contra. si quidem mens eius spectetur. vt quidem eius rationem haberi æquū est: traducere autem ido- 1. Exod 20. 2 Supra c. 13 & 15.

la

la, sãctum est. Perinde ergo istud habebitur ac si quis oleum ex scorpione faciat, quo à scorpionibus icti sanentur. Conseruationis autem istius exẽplum extat apud Socratem libro 5 eccles histor. c. 16 & diu antea apud Eusebium libro 3 de vita Constantini c. 54.

1 Chẽnitius in examine decreti concil. Tridentini de de imaginib. pagina 61.

48. Septimo quærimus, an verum sit quod Chemnitius & alij Lutherum secuti facturam imaginum Christi Sanctorum in templis, dummodo non fiant, vt semper aiunt, adorationis causa, numerandam esse inter adiaphora, siue indifferentia: hoc est, vt interpretantur, inter ea qua haberi possunt (vt quidem fatentur imagines etiam in templis haberi posse ornatus, historiae, & memoriae gratia) & tamen si non habeantur, religioni & pietati nihil decedat? Respondendum est, falsum esse quod aiunt, 1 siquidem quod impediat quo minus habeantur. Proficiscitur autem haec caecitas ex tribus erroneis fontibus. Primo, quod non satis considerant, quanti Deus facturam imaginum in templo fecerit. vt qui eas expresse & accurate in templo, atque adeo in Sancto Sanctorum, fieri voluerit, & Spiritu suo Beseel & alios impleuerit vt eas inter alia facerent iuxta exemplar à se demonstratum. Secundo ex eo quod non animaduertunt quantas vtilitates scriptura doceat redire à sacris imaginibus ad fideles. de quo 2 capite paulo post dicemus. Tertio ex eo quod videre nolunt Prophetam Oicee in magnae calamitatis loco numerasse quod filij Israel carituri essẽt imaginibus templi: Quia dies multos sedebunt, 3 inquit, Filij Israel sine Rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, sine, hebraice est ad verbum, sine statua, & sine Ephod & sine Teraphim. vbi manifeste videmus rege & principe statum sæcularem: sacrificio verò & templi imaginibus statum ecclesiasticum designari: & aliquam externi cultus Dei partem in his imaginibus constitui. quibus carere magna miseria sit.

2 infra sect. 52. vsq; ad finem huius titulo.

3 Osee 3.

49. Nam quod omnes Nouatores statuam, id est, statuas per synecdochen, referunt ad imagines impias: non couenit huic loco: sed interpretatio est plane contraria sententiae Prophetae, qui haec in pœnam impiorum Israelitarum profert. vt manifeste apparet ex ipso. in tantum, inquã, vt Caluinus scribat summam horum verborum esse Deum ablaturum õnem politicum ordinem: Deinde omnes sacros ritus & ceremonias à populo Israelitico, vt sedeant tanquã mulier vidua Nulla vero fuisset à Deo inflicta pœna carere idolis. Neque vero ratio patitur, vt inter bona (qualia sunt, habere Regem & Principem quae pertinent ad politicum ordinem: & sacrificium & Ephod, quae designant statum ecclesiasticum) numerentur idola.

50. Ita quidem est, statuam saepe in malam partem accipi: Sed saepipius etiam accipitur in bonam partem. 1 Ostendimus enim anceps siue medium esse vocabulum. Theraphim quoque certum est frequenter in malam partem sumi. Nam (exempli causa) quo loco legimus, Et furata 2 est Rachel idola patris sui, Hebraice est Theraphim: hoc est, si verbum verbo reddas, imagines. Interpretes enim sensum reddidit. Quod autem in bonam quoque partem accipiatur, ex loco Osee 3 certum est. Certe Aquila hic reddit Theraphim per μορφώματα, id est, imagines vel figuras. Septuaginta vero 4 vocauerunt δήλους, id est, manifestationes: eo quod imagines manifestant cuius religionis sint homines. Et consequenter anceps quoque siue medium est vocabulum in hac materia Nec obstat quod Hieronymus refert Theraphim ad rationale Pontificalis habitus: nam neque nos istud inficiamur, dummodo cum eodem Hieronymo agnoscamus id recte etiam hic referri ad figuras quæ in templo erant. quod hæretici quoque fatentur.

1 sectione 13.
2. Genes. 31.
3. vide supra sect. 48. & 49.
4. teste Hieronymo in commentarijs in c. 3. Osee, ad verba, qua dies multos sedebunt.

51. Igitur formamus hæc aduersus istos adiaphoristas argumenta.

1. Factura imaginum in loco sacro prodijt à Deo & à Spiritu Dei quod 1. autē eiusmodi est, piū & religiosum est. 2. Deus dignatus est docere 2. verbo suo fideles imaginū sacrarū multiplices & sanctas vtilitates. Igitur neque fideles, neque Dei discipuli sunt qui harū imaginū facturā præsertim in templis ad adiaphora referunt. quam impium sit eas non habere, si in templis habere possis. 3. Si plaga Dei, & magna miseria fuit iuxta Oseam carere typicis imaginibus templi: Ergo multo maior plaga & 3. miseria est priuari, & longe adhuc maior se ipsum priuare expressis imaginibus in templis, quū eis vti possis. 4. Si pars aliqua externi cultus 4. diuini sita fuit in Iudaicis statuis & imaginibus: ergo multo magis in Christianis. Etsi enim Deus ipsis non præceperit expressis verbis imagines facere: tamen illis typicis significauit quæ sua esset sententia de factura Christianarum imaginum illis adumbratarum. Et ab 1 Apostolo, siue Deo per Apostolum, nobis in genere præceptum est vt quæcunque sunt sancta & amabilia cogitemus: & consequenter faciamus.

1. Philip. 4.

52. Sed exponamus particulatim ex Scripturis vtilitates quę à bonis imaginibus profluunt ad fideles, quo falsitas opinionis istorum adiaphoristarum clarius appareat. tametsi res hæc per se meretur disquisitionem: & Caluini ac aliorum hęreticorum improbitas nos huc adigat. Is enim quum 1 distinxisset imagines in eas quę historias & res gestas continent: & in imagines quæ formas corporum sine vlla rerum gestarum notatio-

1 Libro 1. Instit. c. 11 sectione 12.

ne referunt: fatetur priores usum in docendo, vel admonendo aliquem habere: secundas quid praeter oblectationem afferre possint, se non videre ait. tum his addit, Et tamen constat tales fuisse omnes propemodum imagines quae hactenus in templis prostiterunt. Unde colligere licet, non iudicio aut delectu, sed stulta & considerata cupiditate illic fuisse excitatas. Solam ergo agnoscit, eamque levem, doctrinae utilitatem in illis prioribus in posterioribus nullam. Quod clarius significant quae paulo post sequuntur verba: Tantum dico etiamsi nihil vitij inesset, nihil tamen habere ad docendum momenti. Alias vero utilitates ne verbulo quidem attingit. Chemnitius autem addit a historiae uno vocabulo memoriam.

a pagina 61

53. Inprimis autem manifeste falsum est, quod ille ait, omnes propemodum imagines in templis excitatas fuisse sine ulla notatione rerum gestarum. Nam nullae aut rarissimae formae in templis exhibentur in quibus non sit aliquid quod significet historiam. Exempli causa, Christus pingitur vel sculpitur ut puer in sinu matris, vel in forma viri, ut alligatus columnae coronatus & virgis caesus, vel cruci affixus & mortuus, aut resurgens vel in coelum ascendens. Petrus cum clavibus, Paulus cum gladio, Laurentius cum craticula, & reliqui sancti cum insigni aliquo vel virtutis, vel passionis, vel potestatis, vel gloriae. Unde colligere licet non stulta & inconsiderata cupiditate, sed iudicio & delectu imagines in templis excitatas fuisse.

54. Deinde, deprehendimus ex Scripturis iudicium Dei plane aliud esse à iudicio Calvini. Is enim iussit imagines fieri doctrinae maximi momenti causa. Quid enim, verbi gratia, magis necessarium & utilius fuit passione Christi in cruce peccata nostra portantis? Hoc 1 vero prophetavit serpens ille aeneus factus & erectus Dei praecepto à Moyse ad sanationem laesorum à serpentibus. Quid cognitione divinitatis in Christo & eius propitiatione salutarius? Eam vero Deus insinuavit arca manna habente & propitiatorio in sanctissima templi parte. Ipsemet Calvinus in commentarijs in Exodum 2 refert haec ad mysticam doctrinam: & duobus Cherubinis alatis & sese mutuo intuentibus angelos interpretatur promptos ad Dei obsequium cuius conscij fiunt, & ad capessenda Dei iussa coniunctos. Alios vero 3 ubique sparsos, plurimos angelos Deo in coelo assistentes an autem haec levis sunt momenti? an quae ista Deo authore docebant, nullius erant ponderis? Quanto porro Christianorum imagines haec & alia similia Iudaicis longe clarius repraesentant: ut, verbi gratia, imago Christi in cruce pendentis, & angelorum in sola forma humana descendentium

1. Ioan. 3.

2 in c. 25. ad verba, facies duos Cherubim.

3 in c. 26. ad verba, tabernaculum vero facies.

&

& ascendentium, ac Dei tribunali in cœlo assistentium: tanto plenius instruunt homines. Et angelorum sic ut Cherubinorum formæ & aliorum sanctorum etiam sine historia constitutæ in templo, docent sanctos esse in cœlo cum Deo & Christo.

55. Igitur prima vtilitas imaginum rerum sacrarum in templis, est doctrina harum rerum non quod fideles non sint instituendi prædicatione verbi Dei: sed quod prædicationis auditũ non parũ cõfirmet eius inspectio. perfectius namque discitur quod per duos sensus accipitur quã quod per vnum solum hauritur. Et qui literas nesciunt, multa in imaginibus vident, quæ legere in codicibus non valent.

56. Altera vtilitas Christianarum imaginum in templis, & alibi, est quod prosint memoriæ, non quarumuis rerum, sed sacrarum, ne nobis excidant: sed vt eas quam frequentissime fieri potest, animo versemus. Nempe vtilissimũ nobis est in memoria habere, & animo, si fieri posset, semper versare beneficia Dei erga nos & sanctos, præsertim redẽptionis & sanctificationis. & rursus eorũ in nos. Eaque etiam de causa tot imagines rerum sanctarum Deus in templo fieri iusserat. Diabolus autem tollit 1 à cordibus nostris, quantum potest, hæc verba, ne eorũ meminerimus, aut saltem ne ea frequenter animo versemus. Porro proprium, immo essentiale est (vt ita dicam) imagini, exprimere id à quo deducitur, & cuius imago dicitur. Et consequenter imago si id quod repræsentat nobis, antea cognitũ fuerit, necessario efficit vt eius meminerimus, & vt id animo versemus, id que eo frequentius quo eam sæpius viderimus. Igitur possumus iniquos vtilitatis imaginum rerum sacrarum æstimatores eo modo alloqui quo Paulus 2 Corinthios conuenit: An ne natura quidem ipsa docet vos intuitum sacrarum imaginum efficere vt incurratis in memoriam immensorũ Dei beneficiorum erga vos & sanctos eius, ac rursus istorum in vos? vtque ea frequenter animo verseus? possumus eos redarguere exemplo Samuelis qui 3 lapidem erexit in memoriam auxilij diuini contra Philistinos, & nomen eius vocauit, lapidem adiutorij.

1 Matth. 13. & Marc. 4.

2. 1. Cor. 11.

3. 1. Reg. 7.

57. Audiuimus 1 Iosue nullo Dei præcepto commotum 2 erexisse lapidem grãdem sub quercu vt esset in testimonium fœderis icti cum Deo & duas tribus cum dimidia ædificasse trans Iordanem sua sponte similitudinem altaris domini, vt esset in testimonium eius facti Ioris quod liber Iosue refert capite 22. Igitur statuæ & similitudines non solum inseruiunt doctrinæ & memoriæ: sed sunt etiam testimonia sacrorum factorum.

1. Iosue 24. 2. Iosue. 22.

58. Sicut hoc ipso quo Dominus 1 ostendit in spiritu Ezechieli in pa- *1. Ezech. 8.*

riete similitudines animalium & reptilium, & vniuersorum Idolorum, declarauit ei filios Israel desciuisse à suo cultu in abominandam religionem, quod habere impias imagines esset profiteri Idololatricam religionem: Ita facere & habere bonas imagines, est, profiteri veram Dei religionem.
2. supra sect. 48. Ostendimus enim ex 3 Osee habere statuas & imagines rerum sacrarum
3. Osee 3. esse partem diuini cultus externi. Cuius audiuimus exemplum 4 in
4. 1. Reg. 7. Philistinis, licet, alioqui idololatris, facientibus quinque anos & quinque muros aureos, & eos deponentibus in capsella apud arcam profitebantur enim Deum Israel inflixisse sibi pœnas quas patiebantur. Vtilis autem est professio fidei, & hæc eo magis æstimanda, quod fieri potest omni tempore nocte & die: & in omni loco, vt domi, in vijs publicis, in foro & in ecclesijs.

59. Pertinebat autem proculdubio harum Philistinarum imaginum factura & quæ ei inerat fidei professio, ad Dei honorem: Et dabitis, inquie
1. 1. Reg. 7. bãt 1 eorum sacerdotes, Deo Israel gloriã Ac ne quis forte existimaret ipsos hac in re errauisse, cõclusio historiæ aliud ostendit. Scriptum namque illic est: hi sunt autem ani aurei quos reddiderunt Philistini pro delicto, & cætera. Et plagæ quoque cessatio eodem facit. Nempe natura, seu potius Deus naturæ author docuit honorare facturâ imaginum eos qui magnũ honorem merentur Nullus autem Deo melius de hominibus meritus est Sed quia is non potest imagine exprimi, fecerunt ad eius honorem imagines plagarum ipsius Secundum vero Deum Christus tanquam homo super omnes imagine dignus est: & secundum Christum Sancti eas merentur quorum bonos etiam beneuolentiæ erga Deum & Christum significationem habet. Igitur honoramus hac ratione Deum, Christum & sanctos, facturâ imaginum.

60. Desiderium & amor imaginum Christi & Sanctorum eius, nostrum in eos amorem probant. Quis enim eius quem odit, vel etiam susque deque habet, imaginem desiderat? & e contra quem natura non docuit optare imaginem amarj? Demonstrare vero opere nostram in Christum & Sanctos eius charitatem, bonum est opus. Et qui hæc inficiantur,
1. 1. Cor. 11. naturæ repugnant, à qua 1 Apostolus non erubuit sumere argumentum,
1. 1. Reg. 7. 61. Philistini 1 factura illarum, quas diximus imaginum, haud obscure etiam inuocauerunt Deum: nam exsoluerunt eas pro delicto. Proinde nisi Philistinis esse velimus cęciores, fateri cogimur, eos qui Christo & Sãctis imagines faciunt, eo ipso Christum & Sanctos, singulos in suo gradu animo inuocare. Neque prætèrea dubium est quin ex factæ & inspectae à

fidelibus

fidelibus, eos admoneant, vt ipsos inuocent. Inuocatio vero ipsorum nobis vtilis est, vt suo 2 loco probauimus. *2 titulo 22.*

62. Sacrae 1 Scripturę fideles exhortantur ad imitationem Christi, & Sanctorum eius. Porro intuitu imaginum ipsorum accendimur ad eorum *1.1. Cor. 4.* imitationem, idque saepius longe amplius, quam auditu: iuxta vulgare ver- *& 11 Ephe. 5 Phil. 3 & Hebr. 6.* bum, Segnius irritant animos demissa per aurem, quam quae sunt oculis subiecta fidelibus: & etiam iuxta scripturas. Cur enim (verbi gratia) Deus 2 iussisset Ezechieli describere in latere arctam vrbis Ierusalem obsidionē nisi huius imaginis demonstratio fuisset efficacior solo verbo? *2. Ezech, 8.*

63. Fieri non potuit quin erectio tam multarum imaginum, quā erāt in templo Ierosolymitano, ab imo vsque ad summum, praesertim auro & *1. supra sect.* argento tectarum, & non paucarum etiam aurearum, & argentearum, nō *34.35.36. &* frequenter abripuerit praesentes ad intuitum earum, & simul in admira- *37.* tionem rerum ijs significatarum: vt-vt plerique ignorarent quid speciatim significarent. Deus ergo imagines, in templo etiam absque notatione historiae hac quoque de causa erexit, vt populus officij tempore, etiam hac ratione à vanis cogitationibus auocaretur, & in sanctarum rerum ijs significatarum meditatione, minimum generaliter, non solum ex auditu, sed etiam ex ijs quae videbat, exerceretur. Haec autem Dei ratio locum quoque habet in templis Christianorum idque eo plenius & vtilius, quod populus plerumque scit quos, & quae imagines repraesentent.

64. Indicauimus 1 Scripturas significare templum Iudaicum vmbrā *1. supra secti-* fuisse, & templa Christianorum imagines esse coeli: statuas autem & ima- *one 40.* gines quae in eis sunt, esse imagines Christi, quem certum est sedere ad dexteram Patris, & sanctorum siue angelorum, siue aliorum, qui & ipsi Deo & Christo gloriosi assistunt; ad quod significandum quaedam imagines ornantur auro, & argento, & bene multae pretiosis vestibus, atque alijs signis huius gloriae. Haec vero qui cum animo suo reputant, necessario induunt animum religiosum ad sancta officia eo sanctius peragenda: vt qui & ingredientes templa, se velut in coelum quoddam terrestre ingredi cogitent: & illic consistentes admoneantur ex imaginum Christi & Sāctorum intuitu se ad eorum gloriam eniti debere.

65. Postremo scripturae docent fideles non cedere haereticis & re- *1.* bellibus, sed verbis, & facto quoque eis resistere. Igitur erectio imaginum rerum sacrarum praesertim in templis, si vnquam necessaria fuit, hoc maxime tempore necessaria est vt resistatur eis sicut 2 Paulus loquitur, *2. Galat. 2.* in faciem.

66. Ha-

66. Habemus ex Scripturis vndecim vtilitates imaginum Christi & Sanctorum: quas qui perspectas habuerit, facilime contemnet figmenta hæreticorum. qui perinde ac si liceret eis nouum aliquod Dei, verbum fingere, suas ratiunculas proferunt in medium haud aliter ac si oracula essent, quæ examinatæ deprehendantur esse verbo Dei contrariæ.

Quod Christi & Sanctorum imagines recte & vtiliter honorentur à Fidelibus, ex sacris scripturis.

Titulus. 33.



ABsoluimus priorem tractatus imaginum partem ex Scripturis. Sequitur vt ex eisdem dicamus de altera, iuxta partitionem quam Deus delineauit. In qua eo diligentius nobis versandum est, quod quum bene multi Nouatores approbent Christi & Sanctorũ historias pictas & sculptas, modo non fiant in templis, & nominatim Caluinus nonnullas etiam in templa admitti posse doceant, quo in numero est Chémitius: omnes præcise damnant earum adorationem & cultum.

2. Exacta vero doctrinæ adorationis imaginum scientia constat cognitione nouem sequentium capitum. 1. Quod præceptum Exodi prohibens adorationem & cultum sculptilium ac similitudinum, loquatur de adoratione similitudinum factarum pro Deo, vel pro Dei, aut Deorum similitudinibus: non de Christi Sanctorum imaginibus. 2. Quod nulla penitus extet scriptura quæ vetet imaginibus Christi & Sanctorum exhiberi adorationem, id est, magnum honorem. cuiusmodi proculdubio est religiosus honor. 3. Quod quædam insensibilia recte honorentur adoratione, id est, magno honore. 4. Quod natura doceat bonas imagines recte honorari: Et Ethnicos hanc secutos imagines quas præclaris viris erigebant, honorauisse ciuili honore. 5. Quod sanctarum rerum & praecipue Christi & Sanctorum imagines recte adorentur, id est, religiose honorentur. 6. Quo religioso cultus honore sint imagines istæ honorandae. 7. Quae ad fideles redeant vtilitates ex hac imaginum honoraria adoratione. 8. De origine Idololatriae. 9. De abolitione Idololatriae. & quàm impie Nouatores accusent Ecclesiam de idololatria: ac quae sint particulares differentiae inter idola & cultum eorum, &

inter Christi & Sanctorum imagines ac cultum earum.

3. Igitur vt de primo capite ante alia dicamus probauimus 1 plurimis argumentis 2 præceptũ Exodi, Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem eorũ quæ sunt in cœlo, & cætera, intelligendum esse pro Deo vel pro Dei aut Deorum similitudine. Eaque interpretatio vsqueadeo certa est ex circunstantijs, vt etiam Authores versionis Bibliorum Heidelbergensium id exposuerint in suis annotationibus his verbis, Siue ad me, siue ad falsos Deos repræsentandos: & Caluinus in catechismo respondendum doceat quæstioni, num Deus in totum prohibeat ne aliquæ pingãtur aut sculpantur imagines? Non sed vetari ne quas faciamus imagines Dei effingendi causa: ac eodem sensu id interpretetur in cõmentarijs in Exodum, & in Institutione 3 duobus locis nimirũ ne Deum aliqua visibili specie repræsentare tentemus. Atqui pars altera præcepti huius quæ sequitur, Non adorabis ea, neque coles, manifeste loquitur de imaginibus quæ ne fierent Deus priore parte praeceperat: vt ordo manifestat, & particula, Ea. Igitur præceptum tantum vetat adorationem & cultum imaginum factarum ad exhibendum aut repraesentandum Deum vel falsos Deos. Christi vero imagines non fiunt à Fidelibus vt sint Deus, vel ad repraesentandum eum tanquam Deum, sed quia fuit homo. Et multo minus Sanctorum imagines eriguntur vt sint nobis dij, vel tanquam similitudines eorum qui sint dij. Igitur adoratio & cultus earũ non sunt vetitae hoc praecepto.

4. Et quidem multa alia 1 praeter hoc Dei praecepta extant de non adorandis sculptilibus & similitudinibus: sed circunstantiae quoque manifestant ea omnia loqui de peruersis imaginibus quarum factura nobis interdictum est: non de imaginibus rerum sacrarum, quae nullo modo fiunt vt sint dij aut Dei vel Deorũ similitudines. Notissimum vero mandatũ illud 1 Dominum Deum adorabis & illi soli seruies, loquitur, vt multis 2 ostendimus, de adoratione per antonomasiam, siue de adoratione latriae: non de adoratione quae sanctis & eorum imaginibus conuenit. Reliqua autem quae veritatis inimici velut ex verbo Dei proferunt argumenta vt puerilia & plane ridicula sunt: ita non merentur vllam responsionem. Cuiusmodi sunt (exempli causa) apud 3 Magdeburgenses ista: Deus iussit homines diligere, & non imagines. Deus misit filium in mundum propter homines, & non propter imagines. Christus non dicit, quaecunque fecistis imaginibus, sed vni ex minimis. Item non ait, Qui imagines recipit, sed qui vos recipit. Si imaginum adoratio & cultus adeo est necessarius vt

cum

1 sect. 19 & 26 tituli praecedentis.
2 Exod. 20.
3 lib. 1. c. 11. sect. 1 & sequentibus. et lib. 2. c. 8. sectione 17.
1 Leuit 19 et 26. Num. 2 [?]. Deut. 4. 5. 7. 11. 13. Iosue 23. Iudic 10. 1. Reg. 7. 3. Reg 12. 4. Reg. 10. psal. 96. & 113. et alijs locis.
1 Deut. 6. et Matth. 3.
2 plurimis tituli 28. sectionibus & nominatim 41. 42 43. & 44.
3 cent. 8. 10. pag. 6

eum negligentes dammandi sint, soli diuites saluabuntur qui possunt alere artifices qui imagines faciant: pauperes vero peribunt omnes.

5. Igitur iure quaerimus à Nouatoribus, vnde sit eis potestas prohibẽdi adorationẽ imaginum Christi & Sanctorum? an è cœlo? sed Deus eã non tradidit. num è terra? verum 1 terrena sapientia damnatur ab eo, & merito de tanta eorum malitia expostulamus, quod quum facilimum sit peruidere earum solum imaginum adorationem esse prohibitam, quarũ factura nobis interdictum est, eamque solam adorationem, quae adoratio per antomasiam appellatur, non conuenire Sanctis: ipsi nihilominus obstinate saepius quoque de errore admoniti, persistant in sententia, & quas indicauimus Scripturas impie contorqueant in adorationem imaginum Christi & Sanctorum. An deliberarunt mori in peccatis suis?

1 nominatim Iacob 3.

6. Sed probemus etiam ex Scripturis, Deum non solum non prohibere: verum etiam docere adorationem Imaginum sacratum. Quod vt ordinate faciamus, principio oportet vt hic meminerimus eorum quae diximus ex Scripturis titulo 28. de Sanctorum corpore exutorum honoribus, & de differentia adorationum latriae & duliae. Tum illud considerãdum est, certum esse ex Scripturis quaedam insensibilia recte adorari, siue religiose honorari. quoniam id praeparat lectorem ad id quod agimus: & eo magis scitu necessarium est quod 1 Magdeburgenses sic argumentẽtur: Imagines sunt insensatae: Ergo non adorandae.

1. regula sexta ex decem cent. 8 c. 10. folio 656.

7. Terra insensibilius nihil est Deus tamen 1 vnam eius partem, & postea 2 princeps exercitus Dei alteram, praecipiunt honorari discalceatione, etiam à sanctissimis viris, Mose nimirum & Iosue: qui honos lõge maior est apertione capitis & genuum flexione. Nec quidquam obstat quod Caluinus argumẽtatur de praesentia Dei & principis angeli. quacũque enim tandem ex causa hae terrae partes veneratione dignae fuerint, semper verum illud manet, Mosen & Iosue indignos fuisse qui calceati eas tererent. ideóque ipsis praeceptum fuisse vt eas discalceatione honorarent.

1 Exod. 3. 2. Iosue. 5.

8. Paulus in 1 epistola ad Hebraeos scribit Iacobum fide adorauisse fastigium virgae Ioseph, siue vt graece de verbo ad verbum dictum est, ad fastigium. Ac tametsi vulgaris lectio 2 veteris testamenti habeat Israel adorauisse Dominum conuersum ad caput lectuli: tamen vocabulum Hebraeum absque punctis, post Hieronymi aetatem inuentis à Iudaeis, denotat etiam virgam. sicut enim mittah significat lectum: ita matteh eisdem literis constans denotat virgam. Eámque lectionem Septuaginta Interpretes secuti sũt, & Graeci ecclesiastici Scriptores, ac Paulus quoque. Que

1. c. 11. 2. Genes. 47 in fine.

Caluinus

Caluinus 3 agnoscit in commentarijs in hanc epistolam: sed nihilominus audet pronunciare non esse dubium quin Moses de lectuli capite locutus sit: idque nullo producto argumento: doctior scilicet discipulus tot & tantis Magistris, & præcipue Paulo. In commentarijs 4 vero in Genesim lōge grauius peccat. Vbi enim dixisset Septuaginta deceptos similitudine vocis, ait Apostolum sibi permisisse locum citare qualis tunc erat in communi vsu, ne rudes de nihilo offenderet: hoc est, vt apertius eum exponamus, Apostolum sponte voluisse errare in verbo Dei. Neque vero etiam periculum fuit ne fideles offenderentur si Paulus legisset mittah, quum hāc quoque lectionem Hebræa dictio pateretur si quidem fuisset huic loco germana. Et vt fuissent offensi, is procuidubio non tanti fecisset hoc scandalum Pharisaicum vt à veritate sibi aberrandum existimasset. his accedit quod nihil habendum sit in verbo Dei minutum. tantum abest vt aliquid dici debeat nihil, & præsertim hoc factum quod Apostolus adducit pro insigni fidei Iacob exemplo. Illud ergo apud omnes certum esse debet. Paulum electum spiritus Sancti organum probasse septuaginta Interpretum versionem. Cui Caluinus & cæteri Nouatores, etiam si essent innumerabiles, comparati, nihil sunt: adducti si vero, fugiendi sunt vt pestes & superbissima diaboli membra. Iam quocunque modo ista verba intelligas, sequitur Iacobum fide honorauisse virgam Ioseph. Siue enim accipias eo sensu qui primo legenti occurrit, vt sentias Iacobum adorauisse Dominum (quam particulam Hieronymus à se adiecit cum voce, conuersus) vel ipsum Iosephum: manifestum est Iacobum tantam huius virgæ habuisse rationem, vt dignam iudicauerit ad cuius fastigium siue summitatem Deū adoraret; qui non paruus fuit honos virgæ tanquam symbolo rei sacræ habitus. Sin vero more scripturæ peculiari quo ipsi sæpius idem est adorare ad aliquem quod adorare aliquem: vt exempli causa Genesis 23. adorauit Abraham ad populum terræ: is sensus apertus est quem Latinus interpres epistolæ ad Hebræos reddidit vt Iacob fide adorauerit fastigium siue summitatem virgæ Ioseph. Cui simile exemplum extat in Esther vt quę 5 osculata est summitatem virgæ Asuerli: hoc excepto quod Scriptura adorationem Iacob pro religioso honore expresse habet: fide, inquit Paulus, adorauit ad fastigium vel fastigium virgæ eius.

9. Arca Dei 6 composita erat ex lignis, auro coopertis, rebus manifeste insensibilibus: & nihilominus Iudæi eam religiose venerabantur: vt infra videbimus. Quin etiam 10 extabat apud eos lamina sanctæ venerationis. postremo 11 non pauci dies erant ipsis venerabiles.

3. vt videre est apud Marloratū in eccles. expos. noui testam ad hæc verba.
4. ad verba vltima capitis 47.
5. Esther. 4.
9. Exod. 5.
10. Exod. 39
11. Exod. 12. & Num. 9. 28 & 29. atque alijs locis.

10. Deueniamus nunc ad quartum caput. Ostendimus facturam imaginum esse secundum naturam: eaque doctrice Ethnicos sciuisse licere facere imagines rerum bonarum. Quod autem natura quoque siue naturale lumen doceat eas recte honorari, hinc manifestum est, quod quum nihil sciamus neque erga aliquid moueamur, nisi per imagines internas, quas nobis formamus: sicut natura imagines rerum rararum & incognitarum admiramur, pulchrarum amamus, turpium & fœdarum auersamur: ita natura quoque rerum bonarum imagines veneremur. Imagines vero externæ sunt velut filiæ imaginum internarum, vt quæ formentur iuxta exemplar istarum quæ sunt in artificis memoria. Igitur sunt quoque pro suo modulo participes honoris. Atque naturali hoc lumine illustrati Gentiles non solum viderunt imagines his iure faciendas quos insigni honore dignos iudicabant (qua de re extant illustrissima testimonia apud 2 profanos & 3 ecclesiasticos Scriptores atque adeo apud 4 Iustinianum Imperatorẽ) sed etiam, quod isti necessario annexum erat, eas honore ciuili dignas fuisse. Quis enim ita insaniat vt re honore in ligna tentet aliquem honorare? Hinc ortæ sunt constitutiones de statuendis & honorifice recipiendis imaginibus Imperatorum & similium. Hinc prodierunt pœnæ in eos constitutæ qui statuas & imagines sine iusta causa, vel deijcerent, vel delerent, vel alio quouis modo dehonestarent. Hinc fiebant decreta de euertendis statuis & delendis imaginibus eorum qui id flagitijs suis meruissent.

1. sect. 18 tituli præcedentis.
4.
2. nominatim apud Plinium natur. histor. lib. 35 c. 2.
3. vt apud Tertullianũ in apologetico, & Theodoretum lib. octauo de curatio. græc. affect.
4. lib. 1. Codicis tit. de statuis & imaginibus.

11. Ex his autem gradus struitur ad id quod in hoc titulo præcipuum est, religiosum honorem recte tribui imaginibus rerum sacrarum, & præsertim Christi & Sanctorum. Nam si huic naturali lumini accedat supernaturale quod doceat quãto honore Christus dignus sit, quid sit vera pietas, quanti sit apud Deum & fideles martyrium pro Christo, & similia: dubium esse non potest quin natura his de rebus religionis beneficio instructa confestim peruideat religiosum honorem deberi imaginibus rerum sacrarum & præsertim Christi & Sanctorum. idque eo facilius quod religiosæ virtutes longe præstent ciuilibus. Itaque naturæ & rectæ rationi contradicũt qui adorationem, id est, religiosum honorem negant deberi his imaginibus: & eadem verborum formula merentur reuinci erroris, qua Paulus 1 Corinthios conuenit, An ne natura quidem ipsa docet, vos rerum sacrarũ & præcipue Christi & Sãctorum imaginibus deberi adorationem? Atque hoc est primum ex quindecim argumentis quibus caput quintum probamus, inter quae nonnulla multiplicibus scripturis astruuntur.

5.
1.
1. Cor. 11. 2.

12. Accedimus ad secundum. Constat honorem religiosum deberi re-

bus

bus sanctis. Sic enim loquitur 1 Dominus Moysi: Ne appropinques huc, solue calceamentum de pedibus tuis. locus enim in quo stas, terra sancta est. Et 2 Iosue princeps angelus, solue calceamentum de pedibus tuis, inquit: locus enim in quo stas, sanctus est. Imagines vero sacrarum rerum merito dicuntur & sunt sanctę. non propter Pontificis consecrationem: qua ratione 3 Iustinianus res sacras definit esse quæ rite Deo per Pontificem cõsecrantur: sed propter alias causas quibus inducta Scriptura multa vocauit sancta. Exempli causa Paulus vocat scripturas 4 sanctas & sacras. neque dubium est quin propterea quod sint signa rerum sacrarum. Atqui multæ imagines significauerunt & etiam num significant res sacras: vt (verbi gratia) Christum natum & crucifixum. Igitur sunt sanctæ. Omitto quod quædam nationes imaginibus pro literis vsæ sint. 2. Iam-iam audiuimus duos locos dictos fuisse sanctos. Cur? nisi quia Dominus & angelus in eis apparuerunt? Christus autem Dominus noster & Sancti apparent quodam modo in suis imaginibus. Proinde & ipsæ & loci earum sunt sancti. Nec refert quod apparitio Domini in rubo longe mirabilior fuerit, quando hæc apparitio æque vera est, & illâ, quod notandum est, manifestior. Miraculum vero stuporem habere potest, honorem non item.

1 Exod. 3.
2. Iosue. 5.
3. libro 2. Inst. § res vero sacræ.
4 Rom. 1. et 1. Timoth. 3.

3. Legimus 5 quosdam dies dictos, fuisse sanctos, hac de causa proculdubio quod essét dedicati meditationi mysteriorum Dei. Imagines vero quibus Christiani vtuntur excitant eos ad considerandа Dei & Christi mysteria, ac fortia facta Sanctorum. idque longe est apertius quam dies. 4. Ac vt demus etiam exemplum quod pertinet ad rationem sanctitatis Iustiniani, Vestes 6 Aaron & vasa altaris dicebantur sancta, quod essent ministerio Dei consecrata per pontificem. Imagines vero sunt doctrina & voluntate Dei (qui vtique longe maior est Pontifice) dedicatæ ab ecclesia cultui Dei. 5. Constat enim vel 7 ex vno Osee statuas & imagines templi fuisse partem diuini cultus externi. Quis autem nescit quemcumque Dei cultum esse sanctum? Itaque quum hæc singula fuerint sancta, & consequenter veneratione digna, quanto iustius imagines rerum sacrarum & præcipue Christi & Sanctorum dicantur & sint sanctæ, & consequenter honorandæ? vt quæ tot & pluribus adhuc modis sint sanctæ, quos necesse non est hic referre.

5. Leuit. 23.
6. Exod. 29.
7. Osee. 3.

13. Narrauimus Iacob, cum vidisset in sommis scalam cui Deus innitebatur, & angelos descendentes & ascendentes, erexisse statuam, ratum tãtam visionem insigni aliquo monumento posterorum memoriae commẽdandam fuisse. Sed hic 1 notandum est eum religiosam hanc statuam tri-

1. Genes. 28

bus honorauisse. primum vnctione olei. quid autem aliud est lapidis huius vnctio, quàm eius adoratio? deinde appellatione domus Dei: tertiò voto dandarum ibi decimarum si redijsset incolumis ex Mesopotamia. Non quod tam stupidi simus vt putemus eum adorasse statuam, quatenus lapis erat, sed quatenus erat signum rei sacræ. Habemus ergo ex iure naturali & simplici, quod ante Mosaicam legem in vsu erat, non solum authoritatem ponêdarum imaginum rerum sacrarum: sed etiam eas religiose honorandarum.

4. 1. Nume. 21. 14. Huic succedit quartum argumentum. Deus 1 non solum præcepit Moysi vt faceret serpentem æneum: sed etiam vt poneret eum pro signo, addita promissione: Qui percussus aspexerit eum, viuet. quâ ipsum impleuisse Moyses testatur, quum adijcit: Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo. quem cum percussi aspicerent, sanabantur. Aspicere vero hanc imaginem, signum Christi crucifigendi, auxilij temporalis impetrandi causa, quod Deus à se supra naturæ vires conferebat, erat ei quatenus signo, honorem religiosum exhibere, siue eum adorare. Ipsemet ergo Deus docuit adorare imagines redemptionis nostræ.

1. Exod. 20. 5. 15. Deus honorauit 1 angelos imaginibus. Iussit enim fieri per Mosen duos illos Cherubinos, id est duas imagines Cherubinorum. Nullus autem re inhonora honorat aliquem; & consequenter multo minus Deus angelos. 2 Idé multis modis eas honorauit. præcepit enim eas fieri ex auro: voluit eas collocari ex vtraque parte oraculi: tegere suis alis propitiatorium: 2. psal. 79. significauit se daturum responsa de medio eorum. idem 2 non dedignatur & 1. Reg. 6. dici sedere super eas. postremo mâdauit vt collocarêtur cum arca & propitiatorio in Sancto Sanctorum: ad quod nemini, nisi Pontifici, idque semel tantum in anno, cum sanguine patebat accessus. Quibus religiosis honoribus nulli maiores dari possût imaginibus rerum sacrarum. 3. Ex 3. Hebr. 9. quo factum est vt 3 Paulus non dubitauerit eas vocare Cherubim gloriæ, id est, phrasi Hebræa, Cherubim gloriosos.

6. 1. 1. Reg. 5. et 6. 16. Sexto, Philistini 1 lumine naturali non solum viderunt imagines recte potuisse fieri ad honorê Dei Israel: sed etiâ eas ex auro ad hunc finê fabricatas deponi posse iuxta arcâ. qui vt insignis & religiosus honos fuit: ita earum istic conseruatione, longe aliter ac Dagô côtigerat, à Deo & deinde à Leuitis approbatus fuit. Quâ ergo excusationem prætêdent coram Deo Nouatores de condemnatione honorû religiosorû imaginibus Christi & Sanctorum delatorum? quum sint ipsis Philistinis insipientiores.

7. 17. Septimo, arca vocatur in Scripturis 1 Dominus, 2 virtus & decor

Dei, tametsi esset similitudo nostrarũ arcarũ. Quæ autẽ talibus nominibus pellantur à Deo, digna sunt honore religioso. Eadem dicitur in Scripturis scabellum pedum Dei, nominatim 1. Paral. 28 paraui domum vbi requiescat arca Domini, & scabellum pedum Dei nostri. Super arcam enim erat propitiatorium quasi sedes Dei. De scabello vero pedum Domini 3 scriptum est adorate ad scabellum pedum eius, quoniam sanctus est & sanctum est. quibus verbis re ostenditur etiam ipsum scabellum esse dignũ pro suo modulo adoratione: vel adorate scabellum pedum eius: quod expressis verbis significat arcam fuisse adorandam à Iudæis. Solet enim Scriptura fere 4 vbicunque habemus adorari aliquem, id construere cum lamed. 1. 1. Reg. 6. & 1. Par. 16 2. psal. 77. 3. psal. 98. 4. nominatim Gen. 23

18. Octauo, Quod Israelitæ maximi fecerint arcã, eãque magnopere venerati sint, videre licet ex verbis 1 vxoris Phinees morientis ex partu, quae neque suae mortis neque eorũ quæ ad suã consolatione ei dicebantur de nato filio, vllã rationẽ habuit sed ad mortẽ vsque repetitis verbis plãxit arcã Dei esse captã, & trãslatã esse gloriã domini de Israel quod capta esset arca Dei. Itẽ ex eo quod Dauid 2 eã & facto, & verbis honorauit. Facto, quũ accinctus Ephod lineo saltauit totis viribus ante Dominũ, id est, ante arcã Domini. Verbis autẽ, quan do Michol exprobrauit hanc saltationem respõdit. Viuit Dominus quia ludã ante Dominũ, qui elegit me potius quã patrẽ tuũ, & quã omnẽ domũ eius, & praecepit mihi vt essẽ dux super populũ Domini in Israel, & ludã & vilior fiã plusquã factus sum, & humilis ero in oculis meis. Saltare enim & ludere coram arca Domini, ita vt vilior fias sisque humilis in oculis tuis, nihil aliud est quam se ipsum arca Dei minorẽ & viliorẽ iudicare, & hanc tanquã sublimiorẽ religiose honorare. 8. 1. 1. Reg. 4. 2. 2. Reg. 6.

19. Nono, duo Cherubim aurei ita collocati erant, vt minimum basi arcae adhærerent: quandoquidẽ translata arca vna cũ ea transferebãtur: & tegebãt vtrũque latus propitiatorij: ita vt Deus diceretur etiã 1 super eos sedere: & consequenter participes erant pro suo gradu honoris exhibiti arcae & propitiatorio. Et qui reprachendunt honorantes imagines sacras similes sunt Michol superbae: reprachensi verò Dauidi humili. 9. 1. psal 79. et 2. Reg. 8.

20. Decimo, Scripturae sacrae vocauerunt imagines nominibus rerũ quas repraesentabant: vt (exẽpli causa) imagines 1 Cherubim, 2 serpentis, 3 boũ, leonũ, cherubim, serpentẽ, boues & leones. Eũque loquẽdi morẽ etiã Ethnici seruarunt, quod ipsi quoque animaduertissent prototypõ aliquo modo esse in imagine. Igitur sacrae imagines sicut nominis rerũ quas significant, ita debẽt pro rata esse etiã participes alicuius honoris Neque enim Deus ludit his appellationibus: sed cũ virtute mutat proprias significationes in improprias. 10. 1. Exod. 25. & aliis locis 2. Num. 21. 3. 3. Reg. 7.

11. 21. Templum vocatur non [1] paucis Scripturæ locis sanctum. Igitur
1.psal.5.64. erat dignũ religioso honore. in tantum inquam, vt pij Iudæi absentes De-
73.137. & um laudaturi & oraturi cõuerterent se versus templum, iuxta preces Salo-
aliis locis, monis.& nominatim [3] Daniel. Plurimæ vero imagines templi adhaere-
2.3.Reg.8. bant eius parietibus etiam eæ quæ extabant:& consequenter partes erant
3.Daniel.6. templi. Aliæ vero ipso templo concludebantur, Igitur vna cum eo religio-
se honorabãtur. Imo quia templum ædificatũ erat vt extaret locus honora
bilis in quo sacrificia fierent, & arca cum reliquijs & Cherubim seruarẽ
tur, ista eo magis veneranda erant quam templum, quod hoc propter ista
constructum & venerabile esset.

22. Duodecimo, Idolum vocatur ab [1] Ezechiele imago abominatio-
12. nis, id est, imago abominanda. Ergo e-contrario repraesentatio Christi &
1.Ezech.7. Sanctorum recte dicatur imago venerationis, siue imago veneranda.

23. Constat ex responso Christi apud tres [1] Euangelistas ad quaestio-
13. nem, num licitum esset ipsis dare tributum Caesari? naturam imaginis
1.Matth.22 talem esse vt eius sit cuius est imago. Proinde quum imagines Christi &
Marc.12.& Sanctorum sint ipsorum; consequens est res eas veneratione dignas esse.
Luc.20. 24. Lucas in [1] Actis refert ægrotos & obsessos à daemonibus positos
14. fuisse in lectulis & grabatis, vt veniente Petro saltem vmbra eius obum-
1.Act.5. braret quenquam illorum & liberarentur ab infirmitatibus suis: quod eti-
am euenerit. Atqui vmbra corporis est obscura eius imago. vnde & prima
pictorum delineatio dicitur adumbratio. Igitur imagines Petri & Sancto
rum, & multo magis Christi, dignae sunt insigni honore. Minimum enim
vmbra cuiusque Sancti in sua imagine est, Vmbra enim minor est quã ima
go. Scriptum est [2] enim, Vmbram lex habens futurorum bonorum, non ip
2.Hebr.10. sam imaginem rerum. quibus verbis Paulus significat legis Mosaicae statũ
similem fuisse vmbræ: statum vero ecclesiae Christi, ipsi rerum imagini,
quae sunt nudae & perspicuae in cœlo. Itaque tanto digniores sunt hono-
re Petri & Sanctorum imagines quam vmbrae eorum, quanto imago præ
stat vmbrae.

15. 25. Postremo, Vsi sumus [1] antea pro honore imaginum argumento
1.supra secti desumpto ex Paulo, vbi vocat imagines Cherubim, Cherubim gloriae.
one 15. Nunc vtimur argumento quod is nobis suggerit in sententia qua [2] ait Ia-
2.Hebr.11. cob fide adorauisse ad fastigium virgae Ioseph. De qua licet [3] multa dixeri-
3 supra sectio mus, committere tamen non possumus, quin ante omnia rursus admone-
ne 8. amus, diligenter notandam esse particulam Fide. Sunt enim qui occasione
sumpta ex eo quod verbum Hebraicum ab Interprete vulgo redditum per

adorare

adorare, significet incuruare se, quódque græcū προσκυνεῖν affirment deno tare capitis vel corporis inclinati gestum: alij quidem interpretentur his verbis significatum esse Iacob defatigatum inclinauisse se ad ceruical lecti: Alij vero eum defessum sustētauisse se baculo Iosephi. Quæ opinionū mōstra id refellit quod Paulus totum hoc factū pro insigni fidei exēplari attulerit. Neque enim tantū ait Iacob fide adorauisse sed fide adorasse ad summitatē virgæ, siue vt his etiā suam versionem demus, incuruauisse se ad caput lectuli. Se vero sustentare baculo, & inclinare caput & corpus ad ceruical imbecillitatis causa, nō sunt actus fidei. Et vt horum impietas magis ac magis reprimatur, atque hoc factum tanti fiat quantum fuit, animaduertendum est quale sit hic mysterium. Ægyptus in scripturis passim designat mundum. Virga vero 4 antiquissimum est insigne potestatis: vt etiamnum in Flandria est: vnde illæ frequentes 5 metaphoræ de virga Christi. Ergo quod Iacob adorauit ad fastigium virgæ Ioseph, significauit quidem sensu literali hoc gestu se gratias agere Domino & Ioseph filio suo, quod tanta super Ægyptū potestate per virgā significata, præditus, dignatus esset sibi iuramento promittere sepulturam in terra promissionis. ceterū mystice gratias egit Deo & Filio eius de futura cruce & morte ipsius, præsignans eum in ea triumphaturū de principatibus & potestatibus huius mūdi adorauit enim ad summitatem vel summitatem symboli crucis qua Christo data est omnis potestas in cœlo & in terra. Si autem licuit Iacobo, immo si ingens actus fidei ipsius fuit, adorare ad fastigium virgæ Ioseph, figuræ crucis Christi (quo ipso facto honorata etiam virga fuit) vel etiam adorare fastigium eiusdem virgæ, vt alia interpretatio non mala, dicit aperte: qua ratione reprehendantur fideles qui idem factitant in expressiore crucis Christi signo? imo quomodo non sit opus fidei, Deum & eius filium Dominum nostrum adorare ad apertam crucis figuram? atque adeo adorare ipsam in suo gradu crucis figuram?

4 psal. 124.
5 psal. 2. & 44.

26. Habes Lector quindecim argumēta ex scriptura deprompta pro adoratione sacrarum imaginum. Sequitur vt dicamus de sexto capite, id est, de religioso cultus honore quo imagines istæ sunt honorandae. Cuius quæstionis decisio dependet à cognitione causae honoris earum. Imago ergo quia manifeste in genere signorum est, aliam rem significat animis nostris atque ipsa est. Proinde in omni imagine externa duae res sunt: vna quae in se res quaedam est sensibus nostris subiecta; altera quae cogitationem nostram facit in aliam rem deuenire. Illam dicimus materiam: vt sunt (exempli causa) in picta imagines colores, in statua lignum, lapis, argentū, 6

& aurum:in fusili ferrum,æs & quae iam-iam nominauimus, argentum & aurum.hanc vocamus formam,ipsam videlicet rei alterius repræsentationem.

27. Et illud quidem certissimum est, honorem non exhiberi sacræ imagini propter materiam, quandoquidem homo non debet honorem creaturae quae se minor est,ea ratione qua minor est quæcunque vero sensu & ratione carent,infra hominem sunt. Proin honoramus imaginem qua ratione signum seu imago est rei nobis honorabilis;vt (verbi gratia) Christi,vel sancti eius.Nempe repræsentatio quae per imaginem in materia expressam proponitur,necessario colligata est cum ipsa veritate quã repraesentat.Nisi enim veritas aliquo modo in imagine esset, non posset per ipsam offerri animo nostro.res ipsa vero loquitur veritatem rei nobis offerri per imaginem quae in ea velut naturaliter annexa & cohærens sit. Igitur honoramus imagines Christi & Sanctorum quia signa sunt eorum per formam ipsorum,quae in eis aliquo pacto inest.

28. Porro hoc quoque certissimum est,honorem,id est,testimonium excellentiae & dignitatis,tribuendum esse singulis pro gradu suae dignitatis:summum summa dignitate praedito,mediocrem mediocri, paruum parua.Quin & illud manifestum est maiorem esse dignitatem,rem sacram in se esse quàm rem sacram significare.Quare fieri non potest vt imagines eodem honoris gradu honorentur quo res sacrae eis repraesentatæ quando integra res in se sancta praeponderat aliquantulo eius velut riuulo, siue radio,qui imaginem efficit.

29. Declarabimus istud exemplis. Christus ob infinitam personae suae excellentiam summo,id est,latriae cultu adorandus est. Sancti vero propter dignitatem quam à Deo per Christum suis personis conuenienté acceperunt,infinitis partibus minore cultu adorantur,id est, religiose honorantur.Imagines autem Christi & Sanctorũ quia ipsos non nisi ex parte quapiam exprimunt,non possunt sibi iure vindicare totum honorem qui non nisi totis rebus debetur. Et consequenter Christi imagines non adorantur cultu latriae:& multo minus imagines Sanctorum. quandoquidem ne ipsi quidem Sancti adorantur hoc cultu.Sed adorantur singulae pro repraesentatione longe inferiore honoris gradu, atque eo qui Christo & Sanctis ipsis tribuitur.tametsi externi honorum ritus sint alijs quoque adorationibus communes.

30. Et quidem interdum accidit vt animus visa externa imagine confestim feratur relicta imaginis cogitatione in prototypum, vtque id adoret

ret. sicut manifeste videre licet in non paucis Ecclesiæ cantibus, in quibus nihilominus admiscentur nonnūquam artificiosæ prosopopœiæ. Sed hic honos non est proprie cultus imaginum externarum, sed solum improprie ad eas pertinet, hac solum, videlicet ratione quod occasione earum & coram eis habeatur prototypis. Rursus accidit quandoque vt visis Christi & Sanctorum imaginibus, illum cultu latriæ, hos cultu duliæ, adoret, veluti ad huc vestitos imaginibus externis, his nimirum nondum cogitatione separatis à prototypis. Quo casu fuere, & in his Thomas, qui arbitrarētur has internas imagines eodē cultu honorari per accidens quo prototypa. quomodo videlicet vestis regia simul cum rege & in rege adoratur. Sed hæc quoque quæstio plane alia est à principali quæstione quam tractamus: & sententia est particularium hominum. Et tamen nihil pudet hæreticos, vel per se, vt sunt valde malitiosi: vel huius quæstionis & opinionis occasione simpliciter affirmare, Ecclesiam sentire colendas esse imagines externas cultu latriæ.

31. Qui animum adiecerit ad examen ratiuncularum quibus Nouatores oppugnant imaginum sacrarum venerationem, depræhendet plerasque directe repugnare ei quod Scriptura docet. Exempli causa. Magdeburgenses 1 adferunt ex Pseudocarolo in imaginum adoratione nullum esse profectum, nullum emolumentum, nullam vtilitatem. Atqui Deus non docuisset fideles, rerum sacrarum imagines esse honorandas, nisi ex earum honore fructus aliquis ad eos redijsset. Ex eo vero quod tot argumentis istud tradidit quod produximus, consequens est magnum fructum, insigne emolumentum, multiplicem vtilitatem ex eo prouenire. Neque vero etiam 2 Scripturæ manifestae desunt quę istud tradāt. Quæ omnia aduersa fronte pugnant cum hoc Pseudo Caroli & Magdeburgensium praetextu. Sed vt Lectores exactius ista percipiant, dicemus particulatim de Vndecim vtilitatibus quae ad fideles profluunt ex sacrarum imaginum veneratione: quod est septimum huius tractatus caput.

1. cent 8 tit. 10 regula 10. pag. 657

2. vide infra sectionem 55

32. Quo loco Dominus Ezechielem docuit Israelitas desciuisse à suo 1. cultu in idololatricum ostensione similitudinis in pariete templi animaliū & reptilium, & vniuersorum idolorum: quod habere tales imagines esset profiteri idololatriam: eo exhibuit etiam demonstrationem cultus earum: quod hoc praeponderaret ad id quod agebat priori facto. Igitur non 2 factura tantum sacrarum imaginum, sed etiam, atque adeo multo magis, cultu earum profitemur veram Dei religionem. Nullus autem est qui ignorare possit, quo professio verae religionis expressior & maior est, eo ipsam

1. Ezech. 8.

2. de qua vide sectionem 58. titulo 38.

acceptiorem esse Deo.

2. 33. Constat ex historia 1 Reg 7 Philistinos imaginibus de lisse gloriã Deo. Sed id non contigit solum propter earum facturam: sed multo magis quod eas collocarint in capsula apud arcam. qui non paruus fuit honor earum, licet in se vilium & pudendarum. Dare vero gloriam Deo & Sanctis in suo gradu, est opus Deo gratum. Et quanto Christianorum imagines his digniores sunt propter dignius prototypon: tanto proculdubio earum cultus Deo gratior est: quod tanto clarior & maior detur Deo gloria, à quo omnia Sanctorum bona proueniunt.

3. 34. Ex eadem historia manifestum est, Philistinos hac non solum factura, sed etiam, ac multo magis, collocatione recte siue animo inuocauisse Deum Israelitarum pro remissione peccati sui, vt qui eas dederint pro peccato. quod dare haud obscure complectitur præcipue collocationē: quando factura nullo modo & ne donatio quidem, sine traditione transferat

1. vide supra dominium. Inuocatio vero Dei habet manifestissimas in Scriptura pro-

titulum 22. missiones: Inuocatio 1 vero Sanctorum etiam sufficientem de eius vtilitate

& 13 sectio institutionem.

ne 4.

35. Diximus paulo 1 ante non deesse textus expressos in Scriptura qui

4. mani feste tradant beneficia quæ perceperint homines ex honoribus ima-

1. sectione 31. ginum. hoc autem verum esse manifeste apparet ex hac eadem historia. Philistini enim honore arcæ & imaginum Cherubim & istarum imaginũ

2. Num. 21. consecuti sunt liberationem à maximis plagis: & morsi 2 à serpentibus mortis profligationem aspectione serpentis ænei. Atque eiusmodi beneficia etiam alias contigisse constabit ex historia ecclesiastica. Igitur cultus imaginum vtilis est ad impetranda beneficia.

5. 36. Certum est 1 ex adoratione Iacob ad fastigium virgæ Ioseph, siue

1. Heb. 11. et ex adoratione fastigij virgæ Ioseph, honores recte fide exhiberi ad imagi-

vide supra nes, & imaginibus, ad grati animi testificationem idemque testatur cum 2

sectiones 15. erectio tũ inunctio statuæ ab eodem Patriarcha factæ. Scimus autem om-

& 25.

2. Genes. 28 nes quanti Deus fidem, quanti faciat gratiarum actionem.

& vide su- 37. Scripturæ magnopere commendant facta siue declarationes ex-

pra sect. 13. ternas sancti amoris: Cultus autem sanctarum imaginum demonstrat a-

6 morem nostrum erga Christum & Sanctos: & consequenter erga Deum, teste 1 vxore Phinees filij Heli, quę toto corde luxit vsque ad mortem arcæ

1. 1. Reg. 4. captionem quæ vtique Cherubim habebat annexos: testibus amantibus huius sæculi qui dilectorum & dilectarum icones exosculantur: denique testibus etiam hæreticis, quorum bene multos cõstat, & domi habuisse, &

gestasse

gestasse Lutheri, Melachthonis, Caluini, Bezæ & aliorum, imagines, quod iudicio eorum vincaces extitissent religionis deperditæ. quæ causa si vera fuisset, religio sa esset.

38. Inest in honore sacrarum imaginum humilitas & consequenter fructus humilitatis in Scripturis promissus prouenit eis qui ipsas honorant. Significamus namque hoc honore nos cum 1 Dauide saltante ante arcam & Cherubinos, tam lõge infra Deum, & Dei angelos, atque alios eius amicos, per peccatum esse, vt etiam signis & imaginibus eorum simus inferiores. Ac hereticis nos, perinde ac Michol Dauidem, reprehendentibus recte responderimus: Incuruabimus nos ante Christi & Sanctorum imagines, & erimus humiles in oculis nostris. 7. *1. 2 Reg. 6 et vide supra sectionem 18* 8. 9. 10. *1. sect. 52. 53. 54. 55. tit. 31*

39. Probauimus ex Scripturis facturam imaginum sacrarum vtilem esse ad 1 doctrinam, ad memoriam, ad 3 excitationem imitationis. Cultus autem earum manifeste reddit nos ad hæc omnia attentiores & paratiores. *2. section. 56 eiusdem tit. 3 sectio. 62. eiusdem tit.*

40. Postremò quum Scriptura doceat fideles non cedere, 1 sed resistere etiam in faciem non recte ambulantibus iuxta veritatem euangelij, eo constantius retinendus est cultus sacrarum imaginum, quám factura, quod bene multi haeretici hanc admittant: Cultum vero omnes praecise negent. 11. *1. Gal. 2. & sect. 66 tit. 31* 8.

41. Quod autem ad originem idololatriæ pertinet (de qua diximus quod peccatum fuerit ingens & omnium fere commune, quódque necessario nobis tractandum sit de eius abolitione) principio notandum nullã ante diluuium mentionem idolorum fieri in Scripturis: Post diluuium vero constare 1 ex libro Iosue Thare patrem Abraham & Nachor huius fratrem fuisse idololatras. Sic enim ait, Trans fluuium habitauerunt Patres vestri ab initio Thare pater Abraham & Nachor: seruieruntque dijs alienis Et in 2 Genesi Rachel dicitur furata teraphim id est, idola siue Deos patris sui, Laban videlicet. Quibus non contentus Caluinus, vt fuit iniquissimus alienæ conscientiæ æstimator, adijcit 2 etiam ipsum Abraham principio fuisse idololatram. quod si verum fuisset, facile erat Scripturæ id tradere. Sed ea nihil eiusmodi de Abraham dixit. etiam eo loco qui opportunissimus erat ad id narrandum. ex quo potius sequitur hunc nunquam fuisse idololatram. Illud autem ex his quæ citauimus constat generationem Sem in qua purior vigere debebat religio, non ita diu post diluuium desciuisse à vero Dei cultu ad idololatriam: & verisimiliter multo citius generationem Cham & filij eius Chanaam, vt qui 4 maledictus fuisset à Noe. Et hæc quidem de tempore originis idololatriæ sic se habent. *1. Iosue. 24.* *2. Genes. 31.* *2. in commẽtariis in hũc locũ Iosue et in multis alijs locis* *3. Genes. 11.* *4. Genes. 9*

Salomon ait, Huic addit, scripturam hac de re loqui perinde ac de communi vitio. quod rursus nihil facit contra Salomonem, qui non de progressu sed de initio loquitur. Deinde adjicit, Vnde colligere licet hominis ingenium esse perpetuam idolorum fabricam. Quod si verum fuisset, vtique idolatria ante diluuium extitisset: neque vero ea per Christum deleta esset de terra. Quod autem accidit vt homines fabricarent idola, factum est quod traditi essent in reprobum sensum, vel propter ingratitudinem, quod 3 Paulus scripsit de Philosophis, 3. *Rom.* 1.
vel propter vanam gloriam, vt Salomon hoc 4 libro indicat; vel propter 4. *Sapie.* 14
aliud iustum Dei iudicium. Primam autem idolorum originem fuisse existimat, quod mens hominis vt superbia & temeritate referta est, Deum pro suo captu imaginari audeat: vt hebetudine laborat, imo crassissima ignorantia referta est, pro Deo vanitatem & inane spectrum concipiat, ac deinde noua temeritate qualem intus concepit, exprimere opere tentet. idque propterea quod homines sibi adesse Deum non credant, nisi figura corporea se præsentem exhibeat. Pro quo citat historiam vituli Exod. 32. Sed hæc quoque nihil faciunt aduersus Salomonem. tametsi enim ista acciderint in aliquibus traditis in reprobum sensum: non tamen sequitur ea vera, & prima fuisse in omnibus hominibus. Itaque fideles spreto hoc superbo propudio firmiter adhærebunt Salomoni originem idololatriae tradenti.

45. De abolitione vero eius, quæ vltimum est huius tituli caput, constat ex Scripturis præcipuum finem ob quem Christus in mundum venit, hunc fuisse, vt abolitis idolis honorem suum soli Deo restitueret: atque abolitionem eorum fuisse vnum de præcipuis fructibus mortis ipsius. Nempe Prophetæ tria prædixerunt ad Christi aduentum pertinentia. Primum, idola auferenda esse de terra. In quo & secundum manifeste continetur, alia non esse substituenda in ablatorum locum. quid enim profuisset ablata fuisse vetera, si in eorum locum alia substituenda fuissent? Tertium, Ecclesiam Christi, & præcipue ex gentibus, omni tempore Deum solum agnituram & latria adoraturam.

46. Et nonnunquam quidem ista separatim prædixerunt: quandoque vero coniunctim: tanta Deo cura fuit hæc manifeste significare. Ex priori genere, quod ad abolitionem idolorũ pertinet, sunt, apud 1 Ezechielem, Disperdam simulachra & cessare faciam idola de Memphis: & apud Michæam, Omnia sculptilia Samariæ concidentur, & omnes merces eius igne comburentur, & omnia idola eius ponam in perdi[illegible]

vero attinet ad verum Dei cultum, ista, apud 3 Ieremiam, Ego ero eis in
3. Ierem. 31. Deum, & ipsi erunt mihi in populum: & apud 4 Esaiam. Et in iustitia fun-
4. Esai. 54. 5. Esai. 46. daberis. Ex posteriore verò genere haec: In 5 eodē Propheta, Contractus est Bel contritus est Nabo. facta sunt simulachra eorum bestijs & iumentis. & post: Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam. In 6 Ieremia,
6. Ierem. 50. Annuntiate in gentibus & auditum facite. leuate signum: prædicate, dicite, capta est Babylon, victus est Merodach: confusa sunt omnia sculptilia eorum: superata sunt idola eorum. In diebus illis venient filij Israel, & Dominum Deum suum quærent, & apponentur ad Dominum fœdere
7. Osee. 2. sempiterno, quod nulla obliuione delebitur. In 7 Osee, Et auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltra nominis eorū. Et sponsabo te mihi in sempiternū. & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in
8. Sopho. 2. misericordia & miserationibus: & sponsabo te mihi in fide. In 8 Sophonia, Horribilis Dominus super eos, & attenuabit ōnes Deos terræ & ado-
9. Zacha. 13 rabunt viri de loco suo, omnes Insulæ gentium. In 9 Zacharia, Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra & non memorabuntur vltra. Et prophetas & spiritum immundum auferam de terra. Et postea, Ipse vocabit nomen meum & ego exaudiam eum, & dicam, populus meus: & ipse dicet, Dominus Deus meus.

47. Et quod amplius est, Scripturæ dederunt rationem qua hęc euētura essent, nimirum, ob maiorem quam antea scientiæ Dei cognitionem,
1. Esai. 54. & abundantiorem gratiam. Et erunt, 1 inquit Esaias, omnes docibiles Dei,
2. Ierem. 31. seu docti à Domino. Et Dominus apud 1 Ieremiam post mentionem noui testamēti & scriptionem legis in cordibus hominum, Et ego ero, 2 inquit, eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum, & non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum dicens, Cognosce Dominum: quoniam omnes scient me à minore vsque ad maiorem, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor. Etsi enim hæ prophetiæ perfectam completionem habituræ sint in vita fu
3. Ioann. 6. tura, tamen inchoantur in hoc mūndo. Nam Christus apud 3 Ioannem aptat verba illa Esaiæ ad homines hic viuentes. & Deus alteram promissionē
4. Hebr. 8. tribuit nouo testamento, quod certum 4 est hic disponi. Atque hactenus rectè intelliguntur, quod Deus his minimum promittat tantam & tam claram suæ diuinitatis notitiam cuilibet fideli, vt non opus habiturus sit præceptore vt in eum credat & ipsum colat: omnes enim Christianos, à minore vsque ad maiorem, scituros necessaria ad salutem, & præcipue vnum esse Deum, idola vero detestanda; etiamsi omnes magistri externi in poste

rum tacerent.

48. Hæc autem demonstrant Nouatores esse calumniatores improbos in ecclesiam Christi quæ si non est ea quæ Catholica vocatur,id est, omnium nationum,nulla vnquam Christi ecclesia fuerit. Admittunt enim particulatim hæc peccata ista criminatione.Sentiunt idololatriam nõ esse abolitam de terra per Christum:puta in perpetuum, contra plurimas, 1 casque expressissimas scripturas,& presertim illam Zachariæ,& nõ 2 memorabuntur vltra. Quid enim nobis prodesset quod non periremus ob idola vetera,vt Bel,vt Nabo,& similia.si periremus ob noua: puta, vt isti calumniantur,ob Christi & Sanctorum Petri & Pauli,& aliorum Sanctorum imagines? 1.vide supr. sect.45. & 46. 2.Zach. 13.

49. Deinde apertissime conspurcant ecclesiam Christi idololatriâ, etiã contra expressissimas Scripturas à nobis 1 citatas.quod facinus aggrauant multæ aliæ circustantię ex scripturis depromptæ. 1. Deus ore Mosis Prophetauit se tantum gratiae daturum gentibus,vt eius magnitudo prouocatura sit Iudaeos ad inuidiam.Ipsi 2 me inquit, prouocauerunt in eo qui non erat Deus,& iritauerunt in vanitatibus(id est,idolis) suis.& ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta iritabo illos. 2. Eadem verba significabant idololatriam futuram vnam de alijs causam cur gentes derelictis 3 Iudaeis vocãdae essent à Deo ad fidem: & consequenter eas non imitaturas Iudaeos in crimine idololatriae. 3. Iam iam 4 ostendimus tantam gratiae effusionem gentilibus promissam fuisse,vt omnes cognituri essent Deum à maiore vsque ad minorem.Qui vero colunt idola,non cognoscunt Deum. 4. Imo videmus hanc Dei cognitionem effusam quoque fuisse in extraneos ab ecclesia: atque adeo etiam in capitales eius hostes,ad perfectissimam prophetiarum completionem de abolitione idolorum de terra. Nam Iudaei, immanes, omnium confessione,hostes ecclesiae,licet ante Christi aduentum fuerint maxime procliues ad idololatriam:tamen post Christi aduentum neque coluerunt neque etiamnum colunt idola. Nec vero etiam Mahometani, quanto ergo minus ea colunt Christiani? 5. Tametsi plerique Iudaeorum nescirẽt quid sacra signa quae venerabantur significarent:imo quidã ea nõ pro signis sed pro rebus acciperẽt,ob eorũ obscuritatem, & exiguam prae nostra gratiam:tamen quamdiu vnum Deum colebant iuxta legis praescriptum,non habebantur idololatrae causa venerationis sacrarum imaginũ, etiam cum hac ignorãtia.Christiani vero non perinde sunt ignari sacrorum signorum atque Iudaei:non solum quod eorum scientia & gratia sit abundan- 2. 1.sect.46. 1. 2.Deute.32. 2. 3.Roma.11. 3. 4.sect.47. 4. 5.

abundantior: sed etiam quod ipsorum sacrae imagines sint Iudaicis longe clariores. Improbi ergo sunt calumniatores qui, quod nulli ausi fuerunt obijcere Iudaeis crimen idololatriae ob sacrarum imaginum venerationē quamdiu vnum Deum colebant iuxta legem, audent intentare Christianis ob apertissimorum sacrorum signorum venerationem, quorum ea balbutientium in teneris annis prima vox fuit, & perpetuo in ore eorum perdurat, Credo in Deum.

3. 50. Denique hac criminatione diminuunt efficaciam, & fructum sanguinis Christi ac quantum in ipsis est, eum parui ęstimant. vt. vt passim iactent se eum maximi facere quod quantum scelus sit, omnes peruident.

51. Vt autem rei essemus idolatriæ ob sacrarum imaginum veneratio nem. oporteret hæc minimum sex capita esse vera quę sunt longe falsissima.

1. 1. Non esse prædictum à Prophetis idola gentium auferenda de terra, & vltra non memoranda. Nam si honor sacrarum imaginum quo vtimur, idolorum cultus est, gentes post Christi aduentum solum commutauerint idola: & Christiani plures habent Deos quam Ethnici.

2. 2. Ecclesiam neque cognoscere neque colere vnum Deum.

3. 3. Iudæos veros Dei cultores, fuisse etiam idolorum cultores, propterea quod in honore haberent legis & templi imagines.

4. 4. Christianos minori gratia donatos fuisse, atque olim Iudæi etiam illi qui sacra signa venerabantur quorum significationem ignorabant, & quandoque etiam signa pro rebus accipiebant, licet ea referrent ad vnum Deum.

5. 5. Imo Christianos esse hac in parte deteriores recutitis Iudæis, capitalibus eorum hostibus, quorum nulli post Christi aduentum colunt idola.

6. 6. Nostras imagines esse vmbris Iudęorum obscuriores. quando quo quæque imago est clarior, eo minus periculi est ne pro Deo, vel Dei similitudine accipiatur.

52. Sed ostēdendę quoq; sunt particulares differētiæ inter Idololatras, siue Iudaeos deficientes à Deo, siue antiquos gentiles: & inter Christianos Catholicos, quod quidem ad imagines & earum cultum pertinet: vt ex singularum animaduertione luce clarius sit Catholicos longissime abesse ab idololatria in sacris imaginibus & earum cultu: & quot praeterea osores eorum alia mendacia dicant aduersus ipsos.

53 Retulimus i duas species imaginum prohibitarum à Deo. Vna est earum quae pro Deo & Dijs habebantur à plerisque Iudaeis & Ethnicis idololatris, Catholici vero nullas habent imagines pro Deo & Dijs, sed e contra docent & publice & priuatim istos immane scelus admisisse. Et quod amplius est, omnes sciunt imagines Christi & Sanctorum non esse

1. sect. 19, 21, 22. & 28. tituli 3.

Christum

Christum & Sanctos ipsos, sed similitudines eorum: ac ipsos Sanctos non Deos, sed Dei & Christi seruos esse. tantum absunt vt credant imagines Sanctorum esse Deos. Quod autem vocant imagines nominibus eorum quos repræsentant, hunc tropum didicerunt à Scriptura, isque ipsis vsque adeo familiaris & notus est, vt suas vel aliorum viuentium imagines passim vocent nominibus. personarum repræsentatarum, atque hoc quoque etiam in insignibus hospitiorum obseruent.

54. Illi spem & fiduciam suam in his imaginibus collocabant, vt videre 1 est in libro Sapientiæ, in verbis, dum enim confidunt in idolis à quo facinore Dominus eos reuocauit, cum alijs modis, tum benedictione eius qui spem & fiduciam in Deum collocaret, vt apud 2 Ieremiam: Benedictus vir qui cōfidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius: tum imprecatione facta in eos qui confiderent idolis, vt 3 apud Esaiā, Confundantur confusione qui confidunt in sculptilibus, qui dicunt conflatili Deo, vos dij nostri. & apud Dauidem psalmis 113. & 134. Catholici vero non collocant spē & fiduciam in imaginibus Christi & Sanctorum: tantum abest vt in idolis confidant. Et quod coram quibusdam imaginibus potius orant, quam coram alijs, & peregrinationes ad has magis, quam ad alias instituunt, non faciunt quasi in his potius, quam in alijs imaginibus fiduciam collocent, vt Nouatores calumniantur: sed quod, inter cæteras alias causas, experimēto cognitum habeant placere Deo, ad has potius, quam ad alias imagines, & hoc magis loco quam in alio, miracula operari. Cuiusmodi etiam in veteri testamento occurrunt. Legimus enim miracula in virga Mosis patrata, quæ facta non fuerunt in alijs lignis: In serpente 5 a Moyse Dei iussu erecto plurima: Ex præsentia vero Arcæ & Cherubim apud Philistaeos ingentia.

1. Sapien. 14
2. Ierem. 17
3. Esai. 42
4. Exod. 4. & 7.
5 Nume. 21
6. 1. Reg 5.

55. Tertia differentia est, quod Gentiles inuocauerunt suos Deos imaginarios, id est, ex imaginibus constitutos. vt apertè scriptum est in libro 1 Sapientiae. In adiutorium inutilem inuocat. & fragilius lignum inuocat. Christiani vero non inuocant imagines Christi & Sanctorum. atque hoc non esse faciendum docent & si qui forte fecissent, reprehendunt: tametsi hæretici hoc crimen eis impudenter affingant.

1 Sapient. 13

56. Quarto, illi sacrificabant imaginibus suis, non obstantibus minis eis intentatis. Qui 1 immolauerit dijs, occidetur, praeterquam Domino soli. sicut scriptum est à 2 Dauide: Effuderunt sanguinem innocētem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quem sacrificauerunt sculptilibus Chanaam: & authore quarti libri Regum de Achaz, Insuper filium

1. Exod. 22.
2 psal. 105.

suum consecrauit per ignem, secundum idola gentium quæ dissipauit Dominus coram filijs Israel. Alij vero tametsi sacerdotũ esset thymiama adolere, sumebãt sibi authoritatem thymiama offerendi serpenti à Mose olim in signum erecto: quæ causa fuit vt Ezechias eum confringeret quód hoc argumento satis superque intelligeret eos ipso abuti ad idololatriam. Christiani verò non offerunt sacrificium, nisi soli Deo: nec incensum vlli, vt Deo offerunt.

57. Postremò, illi adorauerunt has imagines, eisque seruierunt, puta cultu latriæ. quod scripturæ seuerissime prohibent, & repræhendunt, nominatim Exod 20 Deuter. 6 & Matth. 4. Iudic 2 3 & 10. 3. Reg 16. 4. Reg. 17. psal. 105. Rom. 1 & 1. Cor. 5 Christiani vero tantũ absunt vt idola adorent & eis seruiant cultu latriæ, vt ne imaginibus quidẽ Sanctorum, atque adeo ne Christi quidem similitudinibus hunc cultum exhibeant Et qui hæc eis tribuunt, splendide mentiuntur, vel mera malitia, vel quia non intelligunt quosdã Scholasticos Doctores, vel quia nesciũt in quo hic cultus cõsistat.

58. Quod autem ad alteram prohibitarum imaginum speciem pertinet ita quidem est neque Iudæos, neque gentiles, eas habuisse pro dijs: sed tamen in eo grauiter peccabant quod eas facerent & haberent pro Dei & Deorum similitudinibus Fideles vero neque vllas faciunt, neque vllas habent imagines Dei & Deorum: ne Christi quidem quatenus repræsentatur imaginibus Quod autem eius imagines quandoque dicuntur imagines Dei & filij Dei, fit ea ratione, qua Dominus gloriæ crucifixus & Deus mortuus dicitur à Scripturis, communicatione videlicet idiomatum.

b 1. Cor. 2.

59. Isti has suas imagines, licet non latria, tamen alio inferiore cultu, adorabãt, id est, religiose honorabãt. Quo non parũ peccabant, propterea quod eiusmodi imagines nullo honore dignæ essent: sed mererentur affici ignominia. Contra, Christi & Sanctorum imagines dignæ sunt honore eis conueniente: vt multis probauimus ex Scripturis.

60. Isti inuocabant & consulebant de futuris eos quos imagines ipsorum repræsentabant . vt videre est 4. Reg. 1. & Ieremi. 2. & 23 qui vt erant falsi dij, ita dæmones sæpius in eorum locum se substituebant. Nullus vero fidelis inuocat & consulit falsos Deos, & dæmones: sed omnes ipsos execrantur. Inuocat autem Deum & Sanctos, illum inuocatione per excellentiam, hos inuocatione quæ in creaturas quadrat, quibus de rebus exacte diximus à titulo decimo nono vsque ad titulum decimum quintum.

61. Vtrique isti idololatrae honorabant idola sua his externis venerationis

rationis signis, capitis apertione, genu & genuum flexione, manuum coniunctione, & eleuatione. Nos autem, sicut olim sancti quoque Iudaei, eisdem quidem signis veneramur imagines: sed non eiusmodi, id est imagines idolorum: verum imagines rerum sacrarum. quae valde insignis est differentia. Nae illi autem valde simplices & ignari sunt qui haec externa venerationis signa putant in se esse adorationem latriae. quum latria depédeat ab animo sese humiliante coram Deo tanquam summo bono, & caeteris quae diximus in titulo de Sanctorum corpore exutorum honoribus. haec autem externa signa vsqueadeo ex se non distinguunt cultum Dei à cultu Sanctorum caelicolarum, vt communia & vsitata sint seruis erga Dominos, libertis erga patronos, liberis erga parentes, ciuibus erga magistratum, subditis erga superiores, Christianis erga praepositos suos, & omnes sanctos.

62. Solebant etiam Ethnici circumferre imagines: sed quas (vt diximus) credebant vel esse Deos, vt hac honorifica earum circumlatione ostentarent metum sibi similibus, sicut Ieremias 1 testatur apud Baruch: vel Deorum similitudines, ad horum nimirum gloriam. Eisdemque de causis accendebant eis cereos, & thura incendebant. Fideles vero circumferunt imagines ad memoriam & honorem Christi & Sanctorum, quos merito caeteorum accensione significant esse in aeterno lumine, & thuris incensione esse bonum odorem Deo ac eorum pro nobis preces esse ipsi acceptas sicut incensum. Nec quidquam istorum est quod olim factum non sit à sancto Iudaico populo. Nam & arca cum 2 Cherubim, diu inter eos portata fuit: & ea circumlata 3 septies circum vrbem Iericho, eius muri corruerunt. In hoc tabernaculo vero & templo quod plenum erat imaginibus, tum praeclarum 4 lumen accensum, tum 5 thuris incensio vsitata fuit. Neque tamen his vtimur quasi teneamur legis ceremonijs: sed quum scripturae nos docuissent honorare sanctos, neque prohibuissent hos honores, qui in Sanctos quoque poterant quadrare, fideles libertate qua eos donauit Deus, his vtuntur ad Christum & Sanctos honorandos. Isti namque honores non sunt maiores quam vt ipsis conueniant, vt haeretici s videtur. quin potius perexigui sunt, si conferantur cum honoribus quibus Deus in caelis eos honorat. Legimus autem Iacob etiam diu ante legem vnxisse statuam: qui vtique non minor est honor incensione thuris.

1 Baruch. 6.

2. plusquam 38 annis.

3. Iosue. 6.

4 Exod. 25. & 4 Numer. 4. 2. Paralip. 4.

5. Exod. 30.

6. Genes. 28

63. Faciemus finem scribendi de imaginibus ex scripturis, si quaedam de vera cruce addiderimus ijs quae memorauimus sectione 62, tituli

28 & sectione 45. tituli 30. quoniam ea non solum inter pretiosas reliquias numeranda est, sed etiam inter imagines, propterea quod nobis repraesentat memoriam Iesu Christi crucifixi: etsi nonnulla dixerimus de imaginibus ipsius, solidis ac permanentibus, & quae in aere fiunt ac transeunt.

64 Igitur repetimus, quia necessarium est, Christum vocare crucem signum filij hominis, & pronuntiare eam appariturum in extremo iudicio, indubitate gloriosam. tunc, 1 inquit (id est, Sole & Luna non dantibus lumen suum stellis cadentibus, & virtutibus coelorum commotis) apparebit signum filij hominis in coelo. Nam quod 2 Caluinus hunc sensum esse scribit quo Christus vsqueadeo manifeste sit appariturus ac si signo edito omnium oculos in se conuerteret, vim infert Scripturae, vt quae ea non dicat quae ei affingit, sed plane aliud Deinde quia Scriptura distincte facit mentionem apparitionis signi filij hominis, & apparitionis ipsius filij hominis. addit enim praecedentibus: Et tunc videbunt filium hominis venientem, & caetera. Vnde & ipsi Veteres hunc locum de cruce acceperunt, nominatim Origenes, Cyrillus Hierosolymitanus, Hilarius, Ephré, Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus eisque consentiunt Theophylactus, Beda, Euthymius, atque adeo Sibylla: & quod maximi faciendum est, Ecclesia, quę canit in festo Inuentionis crucis, Hoc signũ crucis erit in coelo, quum Dominus ad iudicandum venerit. Aeque enim facile est Deo, restituere in integrum crucem, atque corpora nostra. Tria vero ex his argumenta depromimus quibus demonstramus fideles merito venerari crucem in terris. 1. quod Christus eam dignatus sit appellatione signi filij hominis quod non possit fidelibus non esse honorabile. 2. Quod dignaturus sit eam apparitione in coelo. 3. Quod tanta claritate eam vestiturus sit vt obscuratis Sole & Luna omnes eam visuri sint: & tanto robore firmaturus, vt stellis cadentibus non sit casura, & virtutibus coelorum commotis non sit commouenda: qui insignes sunt honores ab ipso Iesu Christo ei promissi.

1. Matth 24
2. ad hac verba.

65. Deus ante extare voluit multiplices huius Crucis figuras quam supplicium crucis repraesentaretur: solidas, inquam, vt (exempli causa) lignum 1 quod Isaac immolandus portauit, vt stipitem 2 quo serpens exaltatus fuit in deserto: & transeuntes, vt 3 diuaricationem manuum Iacob super Ephraim & Manasse, figuram etiam benedictionis quae nunc fit cruce, vt habitum Mosis 4 sedentis extensis manibus Iosue dimicante contra Amalech. Ergo multo magis Deo volente licet praeteritum crucis supplicium signo crucis repraesentare: quando illae solum fuerunt vmbrae

1. Gen. 22.
2. Num. 21. & Ioan. 3.
3. Gen. 49
4. Exod. 17.

bræ: hæ vero repræsentationes, imagines clarissimæ.

66. Vsqueadeo beneplacitum fuit Deo in vmbris crucis, vt eas dignatus sit insignibus miraculis, quæ Scripturæ memorant non solum in 1 serpente æneo, 2 habitu illo Mosis, benedictione 3 Ephraim & Manasse: sed etiam in 4 signo Tau super frontes eorum qui euasuri erant mortem apud Ezechielem. Proinde mirum non est quod is nunc quoque miracula repræsentet per apertissimas crucis imagines: idque eo minus quod 5. Apocalypsis doceat angelis quibus datum erit nocere terræ & mari & arboribus, iniungendum ne id faciant donec alij angeli signauerint seruos Dei in frontibus eorum, nimirum vt eis non noceant.

1. Nume. 21 & Ioan. 3.
2. Exod. 17.
3. Genes. 49
4. Ezech 9.
5. Apocal. 7

67. Fideles factura crucis profitentur se credere in Iesum Christum crucifixum, & Deum per eum inuocant, vt qui opere repræsentent quod ore & corde credunt & orant. Imo profitentur filium Dei è summo cœlo descendisse in virginis vterum vt nos à sinistra in dexteram transferret in die iudicij merito ipsius & gratia Patris, sua, & spiritus Sancti. Christus autem promisit Patrem 1 suum daturum fidelibus quidquid peterent in nomine suo. idque etiam 2 ad miracula extendit. Et vtique maius est, opere Deum inuocare quam ore. Hinc est quod signum crucis valeat contra dæmones, morbos, & alia nobis aduersantia.


1. Ioan. 14.
2. nominatim Marc. vltimo.

68. Esaias imperium seu principatum Christi prædixit futurum super humerum eius, 1 præsignificans insigne potestatis ipsius non futurum simile insignibus impiorum aliorum Regum, qui vel in capite Diadema, aut manu sceptrum gestant 2 sed plane aliud, nimirum crucem, quam humero elaturus mundum & dæmones deuicturus esset. quod experti, viso eius signo non possunt non meminisse ruinae imperij sui & plagae per eã acceptae, non id odisse, non timere. Ex qua eorum apprehensione fieri potest, atque adeo fit, vt hoc signum etiam in infidelibus contra eos saepius valeat.

1. Esai. 9.
2. vide Tertullianũ in libro contra Iudæos.

De ecclesiastica Sacrarum imaginum historia,

Titulus 34.



Eueniendum nunc est ad historiam ecclesiasticam. In qua perinde atque in scripturis, multis modis peccatur à Nouatoribus Sunt enim qui principio Christianos nullas sacras imagines habuisse prædicent. Alij vero habuisse quidem confitentur, sed non in templis, ea enim fuisse absque imaginibus quingentis circiter annis, vt 1 Caluinus affirmat. ac ne Gregorij quidē Magni ætate in ecclesijs græcis extitisse, vt Apologia Anglicana tradit. quorum calculum nihil moratus 2 Chemnitius scribit eas primum Gregorij Nysseni tempore in ecclesias introductas. Omnes autem adorationem tradūt etiam ipsum Gregorium improbauisse eiusque primum tempore, vel paulo post vsurpatam fuisse.

1. libro. 1. Instit c. 11. sectio 13.

2. in examine in decretis cōcilij Tridētini de imaginibus.

2. Quę figmenta vt clarissime refellamus, & quæ vera sit ecclesiastica sacrarum imaginum historia, ita tradamus vt omnes eam facile perspiciant, diuidemus eam in sex capita. Tractabimus enim primo loco de ea ab Ecclesię principio vsque ad Constantinum Magnum per tria & paulo amplius, sæcula, quibus Ecclesia sub tyrannis & inter populos Idololatras vixit. Deinde dicemus de alijs trecentis annis exordio sumpto à Constantino. Tertio memorabimus principes Iconomachos in Oriente & Occidente Quarto referemus historiam Synodorum in causa imaginum à sexto sæculo & deinceps & ostendemus vel solam synodum Nicenam secundam multis de causis præstare omnibus Synodis de quibus Nouatores gloriari solent Quinto demonstrabimus quod hi nulli penitus Synodo consentiant. Vltimo manifestum faciemus eos considere in mendacijs, calumnijs, fraudibus, & nugis.

3. Sed antequam ista aggrediamur, de duobus admonendus est Lector. Prius est, vt is per se diligēter cōsideret ad quos errores Iconomachorum huius sæculi singula historiarum testimonia confutandos faciant, siquidem eum hac de re non monuerimus. esset enim nimis longum, & sæpius etiam superfluum, id vbique prę stare.

4. Alterum autem est, haereticos sicut in scripturis, ita in historia quoque, & praecipue primorum saeculorum, imponere simplicibus, duobus praecipuis generalibus fucis, abutendo videlicet 1 ambiguitate vocabulorum

1. vide supra sectionem 4 & sequentes tituli 32.

ruin

rum imaginis, similitudinis, & similium: & quae à Veteribus scripta sunt de hæreticis & idololatricis imaginibus, ea contorquendo contra sacrarum rerum imagines. Eademque arte 1 vtendo aduersus sacrarum imaginum adorationem.

1. vide quae diximus de adoratione latria & dulia tit. 19 & titulo 33. & alijs locis.

5. Principio sicut clarissimum est ex historia euangelica Christum frequentissime docuisse in templo, eodemque populum conuenisse ad eum audiendum: ita certissime quoque constat ex Actis & alijs scripturis, Apostolos post Christi ascensionē etiam in templum ascendisse vt orarent & docerent: & consequenter eodem conuenisse plebem Iudaicam, & præcipue conuersos ad fidem Christi, vt eos audirent saltem tantisper dum id eis licuit per persecutiones. Templum vero Ierosolymitanum plenum erat sacris & honorandis, atque honoratis imaginibus, vt suo loco prolixe ostendimus. Igitur primi ex Iudæis credentes in Christum, vel hoc ipso quod Apostoli ibi orauerunt ac docuerūt, & ipsi eò quoque eisdem de causis conuenerunt, suxerunt ab Apostolis velut cum lacte Christianismi sacras imagines licitas esse in locis sacris, & honorandas quoque.

Primi ex Iudæis credētes didicerunt à Christo & ab Apostolis facturā imaginum etiam in templis & venerationē esse licitam.

6. Neque vero difficile ipsis fuit hęc ad animum admittere, vt qui in Iudaismo quoque eōdem conuenissent, & hanc sacrarum imaginum doctrinam olim hausissent. Id quod vel hinc colligimus quod non legamus Iudæos principio vel vnum verbum cum Neophytis commutauisse propter sacras imagines & earum honorem, ne maximi quidem nominis apud eos doctores, non Philonem, non Iosephum.

Iudæos principio sciuisse facturam et venerationē imaginū sacrarum etiam in templis esse licitam, & doctores quoque eorum nominatim Philonem & Iosephum.

7. Philo enim manifeste 1 interpretatur legem decalogi, Non facies tibi sculptile & caetera, de imaginibus quae pro dijs fiebant & colebantur non de sacris imaginibus quales fuerant in templo & apud eundem, Rex 2 Agrippa in literis ad Caium licet non semel dicat nullum in templo fuisse simulachrum: tamen paulo post exponit de quo simulachro sentiret, quum addit, quod visibili forma naturam inuisibilem exprimeret hoc est, de idolo. Iosephus quoque tametsi visus sit 3 Chemnitio damnauisse etiam historicum imaginum vsum, quem proinde hac de causa reprehendit: nihilominus excutientem omnes eius locos docet recte. Sentit enim de impijs imaginibus, sicut & Hecataeus quem citat libro 1. contra Apionē quum ait in templo Ierosolymitano omnino prorsus non fuisse simulachrum aliquod aut anathema. Alioqui enim clarissimum erat ex libris 4 Regum & 5 Paralipomenon fuisse in templo plurimas sacrarum rerum imagines

1 Philo in libro de decalogo.
2. hæ literæ regis Agrippæ extant in libr Philonis de legatione ad Caium.
3. in examine decreti cōcilii Tridentini de imaginibus pag 104
4 3 Reg. 6. & 7.
5. 2. Paral. 3 & 4.

imagines & ex 6 Luca id ornatum fuisse pulchris anathematibus.

6. Luc. 21.

8. Quod autem Chemnitium fefellit, hoc est, non animaduertit Romanos habuisse in signis militaribus multas idolorum imagines, & Augusto ac alijs aliquot Imperatoribus delatos fuisse diuinos honores, nonnullis eos ambientibus, & alijs vero eos non repudiantibus. hæc autem causa fuerunt cur Iudæi merito signa eorum militaria non ferrent. Scribit enim idem Author oblatas fuisse preces Vitellio à principibus Galileæ ne per regioné suam duceret exercitũ. neque enim patrios ritus permittere vt inferantur vllę imagines, quales (nota Lector verba) Romana signa habebant pleraque. Hinc, illæ quoque his antiquiores apud eundem querelæ, & ingens tumultus aduersus Pilatum, quod opertas Cæsaris imagines intulisset Ierosolymam. nullum enim fas esse in vrbe collocari simulachrũ. Hinc etiam multo his antiquior 3 historia de aurea aquila, quam Herodes magnus collocauerat supra maximam templi porticum, adolescentes vero deiecerunt cum vitæ jactura, quod aquila esset insigne Cæsaris qui se pro Deo coli vel volebat vel patiebatur. malebãtque qui nõ ignorabant se plurimas habere sacras imagines in templo, mori, quam istas impias ferre. Ostentabant 4 enim magni iuxta ac parui Pilato, accidentes ei ad genua, ceruices, nudatas excipiendis militũ ictibus paratas: & postea 5 Petronio quoque, quũ ex præscripto Cai statuã eius in templo collocare conaretur. Imo quum Pilatus Ierosolymæ solum collocasset in Herodis regia clypeos aureos non habentes vllam imaginem, sed tantum nomina dedicantis, & eius cui dedicabantur, ne hoc 6 quidem tulerunt, quod Imperatores diuinis honoribus colerentur.

1. lib. 18. antiquit. c. 7.

2. libro 2. de bello Iudaico c. 8.

3. libro 1. de bello Iudaico c. 21.

4. libro 2 de bello Iudaico c. 8.

5. libro 2. de bello Iudaico c. 9.

6. vt videre licet in literis Regis Agrippæ ad Caium in libro Philonis de legatione ad Caium.

9. Nam quod Iosephus probauerit imagines, etiam in loco sancto, & eorum honores, videre licet c. 18. libri primi antiq. Iudaic. in vnctione lapidis à Iacob facta, & libri 3. c. 6 in factura Cherubim in sanctuario: & libri 6. c. 1 & 2. in imaginibus factis à Philistinis ad honorem Dei; & libri 8. c. 2 in imaginibus à Salomone in templo factis. Quinetiam idem Author sub finem libri de Machabæis ita scribit: Si possit in picturam aliquam manus humana describere, & victorum omnium pœnarum genus in posterũ ceris, vt gestum constitit, explicare, sine lachrymis nemo transiret: omnis vtique multitudo conflueret, suffragarentur plurimi: & multa videretur donasse, qui in gloriam summi Dei talia stratagemata depinxisset. Et si quis sculpendi artifex hanc figuram aspectu miserabilem sepulchro intrierit, aut ædibus illocauerit, ab omni tetra peste esset alienus, æternaque felici-

Loci Iosephi in quib' probat imagines sacras et earum venerationem.

felicitate indubie frueretur.

10. A qua fide de imaginibus si Iudaei primum sensim, deinde magno impetu desciuerunt, mirū non est: vt qui magis ac magis odio Christi & Sanctorum eius excaecati, impietate profecerint. Neque vero istud vel iā ullum ecclesiasticae sententiae nocuit, quod eorum errores ecclesiam infi cere non potuerint.

Historia imaginis non manu factae à Christo ad Abagarum missae & huius occasione aliarum quoque.

11 Procopius 1 & ex eo 2 Euagrius, meminerunt imaginis non manu factae à Christo ad Abagarum, quē alij Abgarum & Augarum, vocant, Edessae regem, missę & insignium miraculorum quibus Deus eam ornauit, quū narrant Edessenos vbi obsessi à Cosroe Persarum rege ad summam rerum desperationem adacti essent, adduxisse ad fossam quam fecerant imaginē illā nullis manibus, sed diuinitus à Christo fabricatā & Abagaro missā, quū eū videre cuperet: atque ea praesente & aquae immersa lignorū immēsum aggere accensū fuisse qui antea incendi non poterat. Et quū Cosroes aquae ductus qui extra ciuitatē erant, rogo immisisset, ignem accepta aqua, perinde ac si oleum fuisset, magis inualuisse, donec aggerem vniuersum deturbaret & aggestam tandem demoliretur. Quo factum sit vt Cosroes Dei virtutem reueritus ad sua cum ignominia reuersus sit. Citatque hanc historiam ex Euagrio 3 Synodus septima. & ea lecta Leo ecclesiae Constantinopolitanae Lector dicit. Et ego indignus vester famulus cū descendissem cum regijs Apocrisarijs in Syriam, Edessam petiui: & venerandam imaginem non factam hominum manu adorari & honorari vidi.

1. Procopius in libris de bello persico
2. Euagrius libro 4. eccl. histor. c. 2. 7
3. Synodus 7. Act. 5.

12. Ioannes 4 vero Damascenus facturam & missionem huius imaginis his verbis refert: Fertur autem & historia, quod Dominus Abagaro Edessenorum ciuitatis regi, qui pictorem miserat vt Domini similem pingeret imaginem, non valente autem pictore ob resplendentem faciei suae claritatem, ipse vestimentum sua faciei diuinae & viuificae applicans, in vestimento (puta, lineo) sui ipsius imaginem absterserit, & sic desideranti miserit Abagaro. Eandemque historiā cū honore huic imagini habito narrat etiam Constātinus Porphyrogenitus Imperatoris Constantinopolitani filius in oratione quam habuit de ea coram Imperatoribus, & vniuerso clero, ac populo Constantinopolitano, hoc addito quod tegula sub quam is qui eam portabat in itinere occultauerat, eandem formam retulerit, quā propterea Hieropolitani detinuerint, & in honore habuerint. Meminit eius etiam Metaphrastes die 16 Augusti, & in vita Samonis & Guriae, at-

4. Ioānes Damascenus, libro. 4. de fide orthodoxa c. 17.
Constantinus Porphyrogenitus in oratione quae extat apud Metaphrastē 16 Augusti.

non esse veram, sed inferioribus sæculis confictam, quod Eusebius eius non meminerit. Sed hanc nouam eorum dialecticam non recipimus, Eusebius non meminit, ergo non est verum idque eo minus quod is non dicat se ipsum vidisse archiua ciuitatis Edessenæ, sed tantū scribat quod narrat ex eis esse desumptum. Potuit autem ab alio suam historiam habere, a quo hanc historiam non acceperit, Deinde quod etiam si ipse met vidisset archiua, potuerit hanc partem scrutari, & partem eorum quæ postea contigerunt non scrutari. An hoc quotidie non contingit?

16. Et vero hæc tantum absunt à fabula, vt si ea vel sola ratione examinauerimus, verisimilimum sit Reges præsertim Syriç vicinos, quum fama miraculorum Christi dispergeretur, vt 1 Matthæus ait, per totam Syriā misisse pictores qui eum depingerent qualem fuisse nunquam auditū fuerat. Habent nàmque Reges aures audiendi: neque dubium est quin eius videndi desiderio tenerentur: cuius rei exemplum 2 habemus in Herode. Sed quum non possent, vel per morbum, vt Abagarus, vel per regia negotia, vel alia quępiam negotia, sicut Persarum Rex cōcedere in Palæstinam, nihil eis restabat, quam vt eum saltem in imagine viderent. 1. Matth. 4. 2. Luc. 23.

17. Pergit Chemnitius. De ficta vero illa imagine Nicephorus libro 17. c. 16. scribit quod Iustiniani temporibus Edesseni in obsidione, rebus omnibus desperatis ad imaginem illam diuinitus acceptam, tanquam ad sacram anchoram confugerint, & diuinam eius virtutem in liberatione experti sint. Sed in decretis distinctione 15 Gelasius dicit, & idem repetit Isidorus, totam illam narrationem de Agbaro esse apocrypham. hæc Chemnitius. Quæ æque vitiosa sunt atque præcedentia. Nam dolo malo tacet Nicephorum sumpsisse hanc historiam, quam etiam verbis quibus vult refert, ex Euagrio, & hunc ex Procopio. Fuit autem Procopius ab epistolis Bellisario duci qui sub Iustiniano bellum gessit contra Cosroen, & tum hoc, & tum alia eius bella diligenter & egregie scripsit: & in Persico historiam huius imaginis narrat, atque inter cætera Cosroen Dei virtutē agnouisse. Ex quo manifestum est, hunc Nouatorem esse ipso Cosroe infideli longe obstinatiorem.

18. In eo porro quod ait Gelasium dicere totam illam narrationem de Agbaro esse apocrypham, improbum est mendacium. Gelasius enim solum dicit epistolas Christi & Agbari esse apocryphas. De huius vero imaginis historia ne verbulum quidem loquitur. Sed neque is apocryphū accipit eo sensu quo Chemnitius instar aranei ex omnibus quantumcunque bonis venenum conficiens. Quædam namque solum dicuntur apo-

De imagine corporis Christi in syndone qua id involutū fuit.

21. Quomodo etiam nullæ extant quibus oppugnent sindonē illam euangelicam qua corpus Domini inuolutum fuit, & imaginem ei impressam, qua de re perinde atque de sudario Veronicæ traditione constat. tametsi ea eiusmodi etiam in se sit, vt conspecta inspicientium animos in sui admirationem capiat, quod sit inimitabilis, & insignem venerationem velut exigat. Quin etiam illud constat plurima apud eam facta miracula & multos Pontifices eam varijs modis honorauisse: nominatim Paulum 2. Xistum 4. Iulium 2. & Clementem 7. Fuit autem ex Palæstina in Cyprum aduecta; ex Cypro vero in Sabaudiam, vbi Camberiaci, primaria eius ciuitate, summo cum honore custoditur.

De historia statuæ æneæ Cæsareæ Philippi Hæmorrhousæ erectæ, & huius occasione de alijs imaginibus Christi, Petri, Pauli, & multorū aliorum

22. Extat apud Eusebium libro septimo ecclesiasticæ historiæ c. 18. insignis historia de statua ęnea à muliere Hæmorrhousa à Christo sanata, Cæsareæ Philippi erecta pro foribus domus suæ: & huius occasione de alijs imaginibus Christi Petri, & Pauli, his verbis: Sed quoniam in mentionem huius ciuitatis incidi: operepretium arbitror historiam hoc loco citare, quæ digna plane videtur quam memoriae ad posteritatem commendemus. Mulierem illam sanguinis profluuio afflictatam, quam sanctorum euangeliorum [1] testimonio à Saluatore nostro morbi remedium inuenisse cognouimus, ex ea ciuitate oriundam, illiusque domum ibi ostendi, & ad mirabilia quaedam Saluatoris in eam beneficij monumenta, & quasi trophaea ad hoc tempus durare memorant. Pro foribus enim domus illius æneam mulieris effigiē genibus flexis & manibus instar supplicantis in anteriorem partem extensis super editum lapidem collocatam. Huic è regione viri erectam imaginē ex eadē materia conflatā vestitu ad talos decenter ornatam, & manum mulieri porrigentem ad cuius pedes in ipsa basi peregrinam quandam & inusitatam herbae speciem enasci, quam quidem vbi ad ęnei vestitus fimbriam excreuerit, morbis cuiuscunque generis medicandi vim & facultatem habere. Hanc statuam effigiem Iesu exprimere dicunt, Quam ad nostram vsque ætatem manentem, ipsi ad eam ciuitatem profecti oculis cernebamus. Nec plane mirum eos, qui ex gentilibus prognati à Seruatore, dū inter homines viueret, beneficijs affecti fuissent, illa effecisse: quum & nos Petri & Pauli Apostolorum, & Christi ipsius, imagines colorum varietate expressas, conseruatasque aspeximus. idque propterea, sicut verisimile est, quod Maiores nostri ad gentilis consuetudinis similitudinem quam proxime accedentes eos qui tāquam Saluatores eis fuissent, id est, qui eis aliquid salutis & subsidij attulissent, apud se honore ad hunc modum afficere consueuerant. Haec Eusebius.

[1] *Matth. 9. & Mar. 5. Luc. 8.*

23. In

scripturarum & ipsius Eusebij iudicio, Bullingerus sit indoctior & peior. Quibus accidit quod pro suo errore quædam verba citare audeat tanquã quæ sint Eusebij, quum apud eum non extent, nominatim ista, huiusmodi velut munus videbantur offerre: eaque etiam detorqueat in prauum sensum, quum possint habere sanum.

25. Quartum annotatione dignum in hac historia, istud est, quod ex ea manifestum sit non solum historicum sacrarum imaginum vsum in primitiua ecclesia fuisse: sed etiam religiosum, quod dissimulant vel etiam negant omnes Nouatores, & nominatim Chemnitius. Nam præterquam quod nemo recte honoret aliquem signo non honorabili, statua mulieris hæmorrhousæ ita fabricata erat, vt statuã Iesu genuum flexione & manuum extẽsione honoraret, atque hac forma indicaret primæ ecclesiæ morẽ in adorandis imaginibus. Deinde quia tradit ipsum Deum stupendis miraculis dignatum fuisse honorare hanc statuam. Tertio, quod ex ea constet peregrinationes ad eam factas, etiam à maximis viris: tum eam videndi, & admirandi, & honorandi causa, vt ab hoc Eusebio, qui hoc indicat, quum ait se oculis conspexisse alioqui enim suffecisset dixisse, se conspexisse: tum percipiendorum stupendorum beneficiorum causa. Quarto, quia fieri nõ potuit, quin qui legebat herbam fimbriam Christi attingentem, id faceret cum honore: vt quæ esset admirabile Dei & Christi donum. Nec obstat quod Nicephorus ait temporis diuturnitatem obliuionem induxisse cuiusnam formam hac statua referret, & cuius rei gratia esset ibi collocata. quia enim sub dio steterat, corpus fuisse mutatum, & imbres ex locis superioribus limum trahentes statuæ ipsi aggessisse vt literæ non apparerẽt. Hoc enim contigit per immensas & diuturnas persecutiones, idque Dei prouidentia, ne à persecutoribus confringeretur. 1. Libro 10. c. 30.

26. Quod autem Chemnitius notat hanc statuam non fuisse positam in ecclesia, sed erectam ante fores domus mulieris, futilis est obiectio: nulla enim ædificata erat ecclesia quum ea erigeretur. Impium autem fuisset eam in templis idolorum erigere. Ædificatis vero ecclesijs religio fuit eam loco mouere, ne fideles eum locum qui Deo in tantum placuerat vt eũ stupendis miraculis ornaret quodammodo spernere viderentur. Alioqui enim proculdubio libenter id fecissent vt qui eius postea à Iuliano Apostata confractæ partes collegerint & in ecclesiam intulerint. qua de re suo loco dicemus.

27. Pamphilus martyr 1 testatur se in bibliotheca Origenis inuenisse Canon Apostolorũ in
Synodo Antioc. de ra profa[c]tis imaginibus in templis & earum honore.

canones

canones synodi Antiochenae Apostolorum: & inter eos istū: Ne decipiantur salvati ob idola: sed pingant ex opposito divinam humanamque manu factam impermixtam effigiem Dei ac Salvatoris Domini nostri Iesu Christi, ipsiusque servorum, contra idola & Iudaeos, neque errent in id his nec similes sint Iudaeis. Citaturque hic canon actione 1 septimae Synodi à Gregorio Pessinuntis episcopo, licet in editione Latina mutilatus ac perperam translatus habeatur. graece enim extat quomodo citavimus. Porro nemo est qui nesciat, idola maxime in templis erecta & honorata fuisse, & Iudaeos Christi & Sanctorum eius imagines, cum vbique, tum praecipue in locis sacris abominatos. Igitur sententia Apostolorum fuit vt hae imagines non solum fierent à fidelibus: sed etiam & quidem praecipue, collocarentur & honorarentur in templis in despectum Idolorum, & Iudaeorum eos summo odio prosequentium.

1. vide Franciscum Turrianū c. 25 libri 1 pro canonibus Apostolorum.

De Christi imagine à Nicodemo facta & miraculis quae in ea contigerunt.

18 Extat libellus Athanasij de passione imaginis Christi Berythi Syriae, quae à Nicodemo olim facta, & postea à Gamaliele, Iacobo, Simeone Zachaeo, & alijs possessa, vbi tandem Berythum devenisset, à Iudaeis paulo ante sua tempora eisdem modis male tractata quibus ipse Christus, emiserit sanguinem, quo multi aegroti vncti sanati fuerint & Iudaei conuersi. Vnde factum sit vt hic cruor in Asiam, Europam, & Africā missus sit. Hunc autem libellum esse Athanasij Petrus Nicomediae antistes in conventu quodam apud Caesaream Cappadociae confessus est. Et Patres Synodi septimae eum citant sub nomine Athanasij. Quibus vtique magis credendū est quam 1 Chemnitio & 2 Magdeburgensibus hominibus hodie natis hoc opus Athanasij esse negantibus, idque eo magis quod nullo modo consequens sit, vt, si Sigebertus & Lōbardica historia erraverint in supputatione annorum, propterea labascere veritas historiae debeat.

1. pa. in 10
2. centu. 4 c. 13 pag. 144.

De imagine beatae Mariae virginis à Luca Euāgelista picta

19. Lucam Evangelistam pinxisse imaginem beatae Mariae virginis non 1 vno loco tradit Nicephorus. Et quod Magdeburgenses Nicephorum contemnunt hoc praetextu quod nullus praeter ipsum tradiderit Lucam fuisse pictorem, falsum est. Idem enim quod Nicephorus, diu ante eum tradid 1 Simeon Metaphrastes. vt Chemnitius 2 confitetur, licet eius authoritatem elevare conetur sed magno mendacio. fingit enim Pontificios hūc authorem novo titulo succenturiasse in locum Lombardicarum legendarum, quia illi 7 gratiam iam exuerant, quum hic author habeatur ab omni ecclesia doctissimus & sanctissimus, praesertim à Graeca quae et diem sacrum instituit. Sed & ante eum idē memoriae prodidit Theodorus 3 Lector his verbis: Pulcheriae Eudocia imaginem matris Christi, quam Lucas Aposto-

1. libro 2. c. 43 & libro 6. c. 15. et 6.
2 pagin 131
3 in principio lib. 1. collectaneorū,

apostolus pinxerat Hierosolymis misit. Pulcheria vero eam, teste Nicephoro, reposuit in téplo à se ædificato & vocato τῶν ὁδηγῶν, id est, viæ ducũ. In cuius locum Magdeburgẽses rursus substituunt aliud mendaciũ, dum aiunt Nicephorum scribere libro 14. c. 2. Pulcheriam struxisse templũ huic imagini. cui deinde addunt, sed hoc fabulam resipit. Vsqueadeo abutuntur simplicitate lectorum.

30. Petrus quum ad crucis supplicium condemnatus esset, orauit vt capite in terram verso & in sublime pedibus eleuatis moreretur, asserens se indignum vt sic crucifigeretur vt Dominus suus, teste Egesippo libro 2. c. 3. & Hieronymo in libro de viris illustribus. vsqueadeo videlicet venerabatur crucem & eius similitudinem. Andræas vero frater eius visa à lõge cruce ad cuius supplicium ducebatur, eam insigniter his verbis honorans exclamauit: Salue crux quæ in corpore Christi dedicata es, & ex membrorum eius margaritis ornata. antequam te ascenderet Dominus, timorẽ terrenum habuisti: modo vero amorem cœlestem obtinens pro voto susciperis. sciris enim à credentibus quanta in te gaudia habeas, quanto munere præparata. securus ergo & gaudens venio ad te, ita vt & tu exultans suscipias me discipulum eius qui pependit in te. quia amator tuus semper fui, & desideraui amplecti te. O bona crux quæ decorem & pulchritudinem de membris Domini suscepisti, diu desiderata, solicite amata, sine intermissione quæsita, & aliquando iam concupiscenti animo præparata. accipe me ab hominibus, & redde me Magistro meo, vt per te me recipiat qui per te me redemit. Quæ verba descripta fuerũt à Presbyteris & Clero Achaię: teste Petro Damiano sermonibus 2. & 5. de sãcto Andrea. Meminit aũtem eorum etiam VVolfelmus in epistola ad Berengarium: & Bernardus aliquorum in sermone habito in vigilia S. Andreæ. & in sermone 1. & 2. natiuitatis ipsius. Sed Magdeburgenses ea perfido silentio prætereunt. sicut & hæc quoque Bartholomæi verba quibus ante cruci adiudicatus quam excoriaretur, ea visa exclamauit: Salue crux per quam humanum genus gaudio affectum est. salue eius crucis imitatio, per quam mors mortem dissoluit, & mortales ipsos immortalitate donauit. Salue crux in quã cum Christus ascendit, terrenos homines cœlestes effecit. Salue crux quæ mihi hinc emigranti vehiculum effecta es quo ad cœlos perduci possim. quae denique mei praeceptoris imitatorem me fecisti. Haec enim verba Iosephus passionis eius Scriptor refert apud Metaphrasten. qui & hoc addit efflagitasse eum à Praeside ne vt suus Magister crucifigeretur, sed verso in terram capite.

De honore ab Apostolis Petro, Andrea, & Bartholomao cruci & crucis similitudinibus habito

1. cent. 1. lib. 2. c. 10. in vita Andreæ. 2. in vita Bartholomæi.

31. Diximus sectione 29 tituli 31. angelos quoties apparuerunt hominibus toties gessisse sui imagines. Has autem exponit Dionysius Areopagita capite 15 libri de cœlesti Hierarchia, in cuius titulo etiam hoc scriptū est: Quæ sint angelorum imagines quæ formantur, & cæt. Ioannes autem Damascenus 1 docet ex eius epistola ad Titum, ex opere de diuinis nominibus, & ex opere de ecclesiastica Hierarchia imagines sanctorum rectè fieri & honorari. Et Michael Syngelus scribit eum inter alios errores etiā eos qui contra dedicationem & adorationem sanctarum & venerabilium imaginum in ecclesijs irrepserant, funditus abstulisse. Nam quod Chemnitius hunc tanquam ignotum & obscurum Scriptorem reijcit, & eius narrationem pugnare ait cum veritate primitiuæ ecclesiæ, nullius est momenti: vtrumque enim falsum est, vt de priore vel ex Suida apparet qui eius vitam scripsit. De posteriore vero ex historijs quas citauimus. quod proculdubio ipse & Magdeburgenses agnouissent si in eis syncere versari voluissent.

Sententia Dionysii Areopagitæ pro imaginibus, sacris, & earum honore. 1 libro 1 & 3. de imaginibus.

31. Sed tantum abest hæc vt præstiterint, vt ausi fuerint quæ de imaginibus hæreticorum & ethnicorum, ac earum honoribus à Veteribus scripta sunt, impudentissimè in Fideles contorquere. Christiani, inquit Chemnitius, à simulachris prorsus abhorrebant, & eos qui vel aliorum statuas, vel ipsum etiam Christum in statuis, seu per imagines colere & adorare volebant, pro hæreticis damnabant. Pro quibus citat quæ scripta sunt à 2 Theodoreto & 3 Augustino de Simone Mago: ab 4 Irenaeo de Basilidis sectatoribus: atque ab 5 eodem, & 6 Epiphanio, ac 7 Augustino, de Carpocrate & Carpocratianis. Sed ex lectione locorum istorum, & aliorum, manifestum est Veteres loqui de prohibitis imaginum factura & veneratione, quas Catholici etiam num damnant. Simon, inquit, Augustinus Iouem se credi volebat, Mineruā vero quandam Silenen, quā sibi sociam scelerum fecerat, imaginesque & suā & eiusdem meretricis, discipulis suis praebebat adorandas. Et Irenaeus de Simonianis, Imaginē, inquit Simonis habent factam ad figuram Iouis, & Silenae in figuram Mineruae, & has adorant: purâ, cultu quo Iupiter & Minerua vulgo adorabantur. An autem quisquam est Catholicorum qui has imagines cum isto cultu, imo etiam cum minimo earum honore non libenter damnet? De Basilidis vero sectatoribus scribit Irenaeus eos vsos fuisse & incantationibus, & imaginibus (nimirum magorum) & inuocationibus. Chemnitius autem omittit incantationes, & quod Irenaeus addit, & reliquam vniuersam parergā: ne omnes facile intelligerent has imagines eius generis fuisse quibus Magi &

Fraudes Nouatorum ex imaginibus hæreticorū et Ethnicorum 1 pagin. 107 2 lib. hæreticarū fabularum. 3 in libro de hæresibus. 4 lib. 1 c. 23 5 eiusdem libri c. 24. 6 hæresi 27 7 in libro de hæresibus.

gi & incantatores vtebantur. erant enim ex Simone Mago prognati. De Carpocrate vero tradit quidem Epiphanius eum occulte fecisse imagines Christi & Pauli sed addit, ipsisque suffitum fecisse, & adorasse. nimirum cultu latriæ sequitur enim apud eum, de Carpocrationis quod Chemnitius quoque subiicuit, & gentium mysteria perficiunt. erectis enim his imaginibus, de cætero gentium mores seruant. Quinetiam de his quoque scribit Irenæus, eos imagines quasdam vel coloribus depictas, vel ex alia materia fabricatas habuisse: & dixisse formam Christi illo tempore quo fuit cum hominibus à Pilato factam: & addit illas imagines cum imaginibus philosophorum mundi proponunt, coronant: & reliquam obseruationē similiter vt gentes faciunt. In eo ergo primum peccabant Carpocrates & Carpocratiani quod imagines Philosophorū æquabant imaginibus Christi & Pauli. Id quod etiam videre licet ex ijs quæ Augustinus scribit de Marcellina Carpocratis socia: Sectæ ipsius fuisse traditur socia quædam Marcellina, quæ colebat imagines Iesu & Pauli, & Homeri, & Pythagoræ adorando incensumque ponendo. Deinde grauissime in eo peccabāt quod eas colerent cultu latriæ, etiam sacrificando. Et reliquam, inquit, Irenęus, obseruationem circa eas similiter vt gentes faciunt. Quanquam, etiamsi legitimum modum cultus imaginum Christi & Pauli tenuissent ijdē, nihilominus reprehensibiles fuissent quod philosophorum imagines quouis cultu religioso, & præcipue gentili coluissent. non enim licet simul Deum & Baal colere. quod olim Iudæis 8 vitio dedit Elias, & Samaritanis 9 scriptura quod simul cum Deo colerent idola. Ac fuit aliquando Rex in Anglia Redualdus, qui, vt 10 scribit Beda, in eodem fano, & altare habebat ad sacrificium Christi, & arulam ad victimas dæmoniorum Damascenus 11 autem refert inter hæreticos, quosdam Christianocategoros qui simul Deum, & imagines colebant vt Deos more graecorum Quae omnia Catholici omnes abominantur.

8. 3. Reg. 18.
9. 4. Reg. 17
10. libro 2. eccles histor. c. 15.
11. in libro de hæresibus

33. Porro quod ad alios Veteres attinet, citat Chemnitius pro damnatione imaginum, & cultus earum, ex primo sæculo Clementem Romanū ex altero Clementem Alexandrinum, ex tertio Origenem, & ex quarto Lactantium. Potuisset autem, si voluisset, plurimos alios similiter citare, omnes enim scripserunt contra Idola, & idolorum cultum: Sed timuit ne quo plures citaret, eo facilius Lector animaduerteret eos loqui de prohibitis imaginibus & earum cultu. Verum examinemus hic quos ex tribus primis saeculis citat. sic enim optime elucescet germana eorum de sacris imaginibus & earum cultu, sententia. Nam de Lactantio videbimus secundo

capite huius tractatus.

34. In libris, inquit, Recognitionum, qui Clementi Romano, licet non vere, tribuuntur, extat disputatio generalis contra imagines libro 5. & confutatur præcipuum argumentum Ethnicorum, quo etiam Pontificij imaginum suarum cultum palliant Per gentes, inquit, serpens ille verba huiusmodi proferre solet: Nos ad honorem inuisibilis Dei visibiles imagines adoramus. Clemens respondit hoc certissime falsum esse: nõ autẽ substituit alias pictas vel fictas siue Christi, siue Sanctorum imagines: Si vere velitis, inquit, Dei imaginem colere, homini benefacientes veram in eo Dei imaginem coleretis. Hæc Chemnitius. In quibus multos committit errores. Citat enim Clementis opus, quod tamen profitetur licet falso, nõ esse ipsius Deinde Clemens libro ab eo notato non instituit disputationẽ contra quasuis imagines: sed contra impias, id est, contra idola quę Ethnici pro dijs colebãt. vt manifestum est ex prolixis ante hæc verbis, & ex his nos ad honorem inuisibilis Dei: item ex eis quæ istis subijcit & Chemnitius citat: Quis ergo iste honor Dei est per lapideas & ligneas discurrere formas, & inanes atque exanimes figuras (Nota Lector verba sequentia) tãquam numina venerari & hominem, qui est vere Dei imago, spernere. Catholici autem abominantur idola & eorum cultum, perinde atque Clemens, neque vllam Deo fingi debere imaginem, quasi is talis sit, sentiunt: tantum abest vt hoc præcipuo argumento pallient cultum suarum imaginum. Quod autem is hic non substituit alias Christi & Sanctorum imagines, sed hominem factum ad imaginem Dei, cui benefaciendo Deus colatur mirum non est. quando istud natura doctrice facile ad animum admitterent, essetque necessariũ eos adhortari ad hoc benefactum, quod sæpius negligerent & transgrederetur: de imaginibus vero alterius generis prolixior esset tractatus, quam vt illic haberi deberet. Neque enim omnia omnibus locis dicenda sunt. Postea vero ostendimus ex libris constitutionum Apostolicarum eum scribere, vsum cõsignationis crucis esset traditum ab Apostolis. Nauclerus autem gener. a Christo nato 4. memorię prodit ex huius Clementis mandato esse quod Pontifices absque crucis signo non procedant, sed semper omni itinerationi præmittãt crucem.

35. Clemens vero Alexandrinus libro quinto stromaton, venturi Christi imaginem celebrat vbi de aurei candelabri significationibus sic scribit: Habet aliud quoque ænigma aureum cãdelabrum signi Christi, nõ figura sola, sed eo etiam quod lucem immittat multifariam multisque modis, in eos qui in ipsum credunt, sperant, & respiciunt. Idem autem etiam libro

Clemẽtis Romani sententia de malis & sacris imaginibus.

Clementis Alexãdrini verba nĩ fa cere aduersus sacras imagines.

libro 7. meminit cum laude & aliarum imaginum in verbis loci quæ Damascenus citat Omnes autem quos ex eo citat Chemnitius apertè loquũtur de imagine Dei, qui qualis est imagine exprimendus non sit. Nobis, inquit, libro 6. stromaton nullum est simulachrum in mundo, quoniam in rebus genitis nihil potest Dei referre imaginē. Et in parænetico. Nobis nō est imago sensilis de materia sensili (putâ Dei) sed quæ percipitur intelligentia. Deus enim qui solus verus est Deus, intellectu percipitur, non sensu. Sumpsit autem hos locos ex Magdeburgensibus.

1. libro 3. de imaginibus.

1. cent. 2. c. 4 titulo de imaginibus pagina 54.

36. Ad eandem Chemnitij fraudem etiam pertinet quod is citat ex libro 7o. Origenis contra Celsum, excusantem gentiles quod non haberēt simulachra pro dijs: sed solum crederent esse quasdam Deorum effigies. Origenes enim contendit Christianos merito simulachra eorum auersari quod audiant scriptū esse, Non sint tibi dij alieni, nec feceris tibi rei vllius similitudinem, non adorabis ea, nec seruies illis. quod præceptum ostendimus intelligendum esse de imaginibus dijs, vel Dei & Deorum. Deinde paulo post adijcit: Nos vero ne diuinæ quidem imaginis simulachra hæc esse dixerimus, quippe qui Dei vt inuisibilis & incorporei formam nullam effingimus. Idem autem & Catholici dicunt, nec Dei vt inuisibilis & incorporei formam vllam effingūt. proinde hęc nihil aduersus eos faciunt. Ac tametsi idem Author libro 8. in locum simulachrorum prohibitorum substituat virtutes in animis fidelium, tanquam insignes imagines: nulla facta mentione sacrarum imaginum: vt omnia non sunt omnibus locis dicenda: tamen meminit earum, & vsus religiosi alijs locis: nominatim libro 6. in epistolam ad Romanos, vbi dicit crucis figuram ante oculos positam si attente consideretur, valere ad depellendam omnem tentationem. Nam quod attinet ad vsum historicum, etiam 1 Chemnitius notauit eum non fuisse ab Origene improbatum. vt qui in c. 13. Matthæi de similitudinibus in imaginibus & statuis disputet, quando in cera, & quando in ligno effinguntur, quando eminentias, & quādo colores exprimant, & hæc accomodet ad parabolas.

Origenis sententia de prohibitis & licitis imaginibus earūq; etiam religioso vsu.

1. pagi 116.

37 Quoniam vero paulo ante audiuimus Chemnitium, Irenæum pro sua sententia, licet perperam, citauisse, neque illic produximus ex eo locum qui sacrarum imaginum & vsus earum religiosi mentionem faceret: addimus hic ista eius verba de crucis habitu & eius interpretatione ex libro 5. Ipse habitus crucis fines & summitates habet quinque. & cętera, quæ prolixa sunt.

De templis Adriani, & Christi imagine in Lazaro Alexandri.

38. Restat vt etiam respondeamus ijs quae ex Lampridio cōtorquentur

1 nominatim ab authoribus Apologia Anglicana.

1. vide Eusebium de his apologiis lib 3. c 7

2. vide Eusebium lib 4. c. 8. & 9. & Hieronymũ in libro de viris illustribus.

tur à bene 1 multis Nouatoribus in fidelium imagines quæ in ecclesiis cõstituuntur, de templis in gratiam Christianorum ab Adriano Imperatore ædificatis absque vllis simulacbris: & de Christi imagine in Larario ab Alexandro Imperatore habita. Lampridius ergo vt Ethnicus & Adrianus eiusdem falsæ religionis, non potuerunt, non sensisse de simulachris idolorum. Idque etiam demonstrat causa ob quam hic ista templa extruxit. Nempe Adrianus cum graui post Neronem, Domitianum, & Traianum, persecutione Christianos exagitasset, post Quadrati & Aristidis apologias pro Christianis habitas, Serenij 2 Graniani legati literis quibus querebatur hominum innocentissimorum sanguinem insanis vulgi clamoribus causa nõ cognita effundi, ac eos nominis & sectæ reos fieri, non criminis, tandem persecutionem remisit: & præcepit ne quisquam sine criminatione & accusatione occideretur. Nec hic constitit eius beneficium: sed cogitauit de leniendo populi contra eos furore, quum videret eos Iudæis rebellantibus esse quietissimos. Igitur quum animaduerteret totius popularis contra Christianos odij fontem ex eo esse quod iudicarentur Athei, propterea quod nollent adire templa idolis, vt ipsi putabant, ornata: curauit extrui tẽpla absque idolis, ad quæ Christiani conuenire possent: vt eò minus essent populari infestationi obnoxij. Vnde & Lampridius, quod tertiũ est argumentum pro nobis, Dicebantur, inquit, illa templa Hadriani, quia non habebant numina. Hæc autem nihil plane faciunt contra ornatum templorum qui fit sacris imaginibus, quas Adrianus & Lampridius ignorauerunt. Et quod hic etiam tradit Alexandrum in suo Larario Christi imaginem habuisse, ad contaminatam religionem pertinuit Habuit enim eam, vt idẽ scribit, cum Apollonij magi, & Orphei imaginibus & consequenter peccauit criminibus quæ repræhendimus in Carpocrate & Carpocratianis sectione 32.

Iustini testimonia de sacris imaginibus.

39. Pergamus nunc ad reliqua testimonia secundi & tertij sæculi pro sacris imaginibus. Iustinus in dialogo cum Tryphone Iudaeo probat exemplis scripturae de serpente æneo, rubro funiculo Raab & alijs sacrarũ imaginum vsum, non obstante praecepto, Non facies tibi sculptile, & caetera. & apologia 2 corporeas, easque solidas crucis Christi figuras.

Eustachiũ imagine christi crucifixi ad eum conuersũ fuisse.

40. Damascenus autem, 2 Metaphrastes, & 3 Nicephorus, referunt Eustacheum secundi saeculi sanctum ad Christum conuersum, quum is ipsi se exhibuisset in cruce cernendum & adorandum.

1. *libro 3. de imaginibus.* 2. *20 Septembris.* 3 *libro 3. c. 29.*

41. Omitto rationem consecrationis imaginis non manufactae ab impio-

impiorum furore, quam 1 Constantinus Porphyrogenitus narrat: & Pij 2 primi, Romani pontificis conseruationes crucium: & quo iurare coram cruce solenne esset fidelibus.

Honor habitus secundo seculo imaginibus ex

Constantino & Pro. 1. 1 in oratione de hac imagine habita. 2 in decretis suis quæ referunt Gratianus 22 quæst. 5. c. quis prietas, & ante eum Theodorus in suo pœnitentiali, Burchardus libro 12 c. 5 & Ivo parte 12 c. 62.

42. Tertullianus libro 2 contra Marcionem docet exemplis scripturæ legem Exod. 20 Non facies tibi sculptile, & cætera, prohibere abusum non bonum vsum. Et in Apologetico ita defendit crucis, etiam crassioris substantiæ, vsum & honorem, vt haud obscure significet eum vsque adeo Christianis fuisse familiarem, vt Gentiles existimarent ipsos eam colere ritu sententia ethnicis. In libro autem de pudicitia aperte significat Christũ portantem in humeris ouem perditam in sacris calicibus Catholicorum pingi solere, illic vbi pro dogmate Montani contra eos sic scribit: Procedant ipsæ picturæ calicum vestiorum, si vel in his perlucebit interpretatio pecudis illius, vtrumne Christiano, an Ethnico peccatori, de restitutione colluceat. Calicum autem vsus erat in templis: & consequenter hæc quoque imagines erat. Quod si ne calices quidem absque sacris imaginibus fiebant: quanto minus ijs carebant alia sacra altaris vasa & templorum loca. Rursus certum est, calices non nisi cum reuerentia tractatos fuisse: & consequenter etiam has imagines. Quod eo referimus vt appareat quam iniuste 1 Chemnitius eas referat ad solum historicum vsum.

Tertulliani sententia de sacris imaginibus & earũ honore, vsq; in templis.

1. pagin 118

43. Cyprianus libro 2 aduersus Iudæos c. 20. & 21. citat varias scripturas pro honorifico signo crucis. Iamblicus vnus ex septem dormientibus aperte ait apud 1 Metaphrastẽ hoc signũ tẽporibus Decij (sub hoc enim obdormierunt) habitum & seruatum fuisse. quis autem dubitet quin honoris causa 1 Gregorio Thaumaturgo apparuerunt B. Maria & Ioannes Euangelista, teste 2 Gregorio Nysseno. Horum autem apparitiones fiebant in imaginibus: & consequenter hæ imagines non poterant non esse venerabiles cum ipsis. Apparet ex 3 Adone Petrum Exorcistam, postea martyrem comparuisse tenentem in manibus trophæum crucis coram Antemio & Candida. Procopius martyr quum ei crux apparuisset, iussit similem ex auro & argento fieri, eamque honorauit, & cum ea stupendas victorias consecutus est, ac multa miracula patrauit, testibus 4 Metaphraste & 5 Nicephoro. Idem quoque Metaphrastes tradit sanctam Barbarã impressisse marmori signum crucis. Postremo constat ex Octauio Minutij Felicis crucis signum in tanta veneratione habitum apud Christianos vt gentes eius adorationem (more suo acceptam) ipsis exprobrarent.

Cypriani sententia pro honorifico signo crucis.
Iamblicus.
1. 4 Augusti.
Gregorius Thaumatur
2 in vita e
Petrus Exorcista
3. 4. Iunij.
Procopius Martyr.
4. 8 Iunij.
5. libr. 7 c 15
S Barbara.
6 4. Decẽb.
Fideles tẽpore Minutij Felicis.

44. Deue-

De cruce in aere & frontibus formata.

44. Deueniamus nunc ad crucem quæ in aere formatur, & in fronte atque alijs corporis nostri partibus. tametsi enim his quæ diximus de imaginibus & nominatim de cruce & crucis solidis similitudinibus, facile sit colligere huius quoque crucis signationis vsum esse licitum & sanctum: quod non referat qua materia crux formetur: quum de materia non sit quęstio: sed de repræsentatione: tamen quoniam à Veteribus multa particulatim de hac cruce scripta sunt, non debemus ea silentio præterire. idque eo minus quod hæretici in hac quoque tota terra errent: & in tantum eam oderint vt Brentius ausus fuerit scripto tradere crucis formationem nihil magis facere ad pietatem quam si manibus in aere ciculum descripseris: & tum ipse tum alij huius causa fideles magiae insimulent. Quae quā sint irreligiosa & pietati contraria quiuis facilime cognoscet ex historia eius ecclesiastica.

Ioannes Euāgelista, & discipuli ab eo & Petro ac Paulo instituti.

45. Igitur 1 legimus Ioannem Euangelistam crucis signo vim veneni à se auertisse. & herbam in aurum mutauisse. Hoc signo 2 Apollinaris, 3 Prosdocimus & 4 Nazarius, discipuli Petri, miracula ediderunt: Antipas vero discipulus Ioannis, quem 5 Iesus Christus laudat Apocalypsi, 6 inijciendus in candentem bouem æneum signo crucis se signauit: & famosa illa 7 Tecla, Pauli discipula ex maximis supplicijs illæsa signo crucis euasit.

1 apud Metaphrastē in Oecumenio post expositionem Apocalypsis, & apud Nicephorum. 2. teste Adone 10. cal. Augusti. 3. vide Bernardinum Scardeonium libro 3 de antiquitate vrbis Pataui classe sexta. 4 teste Metaphraste 14. Octobris. 5. Apocal 2. 6. teste Metaphraste 11. cal. Aprilis. 7. teste Adone 9. cal. Octobris.

Clemēs Romanus.

46. Clemens autem Romanus libro 8. Constitutionum Apostolicarum c. 16. ostendit vsum consignationis crucis in fronte ab Apostolis profluxisse, quum ait: Orâns igitur per se Pontifex vna cum sacerdotibus, induensque vestem splendidam, & stans ad altare, trophaeo crucis se consignans in fronte, dicat, Gratias, & caetera. Nam hos libros esse Clemētis clarissime probant Carolus Bouius & Franciscus Turrianus. Idem autem etiā meminit signi crucis epistolis 3. & 4. quas Turrianus quoque tuetur aduersus Magdeburgenses.

Dionysius Areopagita Hippolytus.

47. Dionysius vero Areopagita c. 4. 5. & 6 ecclesiasticae Hierarchiae dicit hoc signum in omnibus sacramentis adhiberi. Hippolytus quoque Apostolis familiaris, in libro quem Palladius citat historiae ad Lausum c. 148. scribit quandam virginem Corinthiam signo crucis è prostibulo intactam euasisse.

Zosimus martyr.

1. teste Metaphraste 19 Ianu.

48. Zosymus 1 porro martyr sub Traiano in ignem conijciendus crucis figura se muniuit. Idemque in angustijs constituti fecerunt Sophia

2 &

& 2 Filij eius sub Adriano: & 3 Glyceria ac Laodicia persecutione Antonini. Sub Aureliano vero 4 Meleusippus & 5 Benignus martyres crucis signũ prædicant, & hic eo miraculum quoque ædit. *Sophia & filii eius.* *2. teste eod.*

17. Septembris. Glyceria & Laodicia. 3 teste eodem 10. Maii. Meleusippus & Benignus. 4. teste Neone antiquissimo Scriptore apud Adonem 16. cal. Febru & Surium tomo 1. 5 teste vetustissimo Scriptore apud Surium tomo 6.

49. Iustinus dum nostram religionem aduersus Ethnicos apologiâ 2. tuetur, dicit nihil sine hac figura administrari. Quod autem is in apologia ad Antoninum non meminit in mentione baptismi, mirum non est. neque enim hîc eo respiciebat vt omnes baptismi Christiani ritus Imperatori infideli explicaret, quasi eum catechismum docere vellet: sed vt eius gladiũ à Christianorum ceruicibus auerteret. *Iustinus*

50. Origenes homilia 6. in c. 15. Exodi Timor & tremor cadunt super eos (dæmones) cum signum in vobis viderint crucis fideliter fixum. Et in psal 38. Vt ergo, inquit, non exprobremur ab insipiente diabolo, conuertamus nos ab omnibus iniquitatibus nostris: ne depræhendens in nobis maculas peccatorum, id est, suæ voluntatis insignia, exprobret & dicat. Ecce hic Christianus dicebatur, & signabatur in fronte: meas autem voluntates & mea chirographa gerebat in corde. *Origenes.*

51. Tertullianus lib 3 aduersus Marcionem. & deinceps, inquit, omnes fideles propheta uit signatos, illa nota scilicet de qua Ezechiel: dicit Dominus ad me, Pertransi in medio portæ in media Ierusalé, & da signa Tau in frontibus virorum. Ipsa est enim litera græcorum tau: nostra autem Tau species crucis, quam portendebat futuram in frontibus nostris apud verã & Catholicam Hierusalem Et in libro de corona militis refert hoc signum inter traditiones Apostolicas, quæ consuetudine confirmatæ sint in tantum vt hæc scribat: Ad omnem progressum atque promotum, ad omné aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, & cubilia, ad sedilia, quacunque nos conuersatio exercet, fronté crucis signaculo terimus. Quæ quum Magdeburgenses negare vlla ratione non possent, finxerunt Tertullianum hoc à Mõtanistis accepisse. Quod commentum multa refutant. primum quod nullus penitus Scriptor hunc præter ipsos errorem in Montano & Mõtanistis notauerit. Deinde quod Tertulliano & ipso etiam Montano vetustiores, Iustinus, Dionysius, Clemens, & alij, quos citauimus hoc signo vsi sint, & fideles vsos fuisse cum laude & vtilitate testati sint. Tertio, quod sequentes Scriptores id probent in ecceſia, & eo religiose omnes fideles vsos manifeste testatur. *Tertullian'.*

52. Cyprianus enim libro 1. epistola vltima ad Ianuarium hunc signandi *Cyprianus.*

nandi ritum in baptismo probat. & libro 4 epistola 6. in fine, Muniatur inquit, frons, vt signum Dei incolume seruetur. Et in libro de vnitate circa medium dicit, Oziam lepra in fronte percussum offenso Domino, in qua parte corporis signantur qui Dominum promerentur. Et in libro de lapsis, Frons cum signo Dei pura diaboli coronam ferre non potuit, coronę se Domini reseruauit.

Cornelius Papa.

53. Cornelius Papa in epistola ad Fabianum quæ extat apud Eusebiũ libro 6. histor eccles. c. 43. dicit Nouatũ hæreticum non fuisse consecutum consignationem ab Episcopo collatam Et quũ illa, inquit, potitus non esset quomodo spiritum Sanctum est consecutus?

Laurentius. 1 teste Adone 4 id⁹ Augusti Gregorius Neocæsariensis. 2. teste Gregorio Nysseno in eius vita. Carpus & Popyl⁹ martyres. 3. teste Metaphraste 13 Octobris. Terentius et socij 36. 4. teste Metaphraste 10 Aprilis.

54. Laurentius 1 signo crucis cæcos illuminauit. Gregorius Thaumaturgus sæpius hoc signo vsus est contra dæmones. Carpus & Popylus martyres eo miracula ædiderunt 4 Terentius & socij eius triginta sex hoc signo simulachra dæmonum confregerunt Ex hoc signo cognouit 5 Aurelianus Isauriæ Paulum esse Christianum: & tum hic, tum Iuliana soror eius eo signo sæpius in suis martyriis vsi sunt. Theodorus 6 martyr ignem ingressurus hoc signo se muniuit. Idemque 7 fecit Alexander martyr. Iustina 8 præstigias dæmonum eo signo vicit: & 9 Tiburtius incessit super carbones ignitos. Euphemia 10 se in omnibus angustijs eo muniuit. Georgius 11 Cappadox, dæmonum simulachra diruit, & ignem superauit: sicut & 12 Bonifacius plumbum ignitum Pelagia, quum se hoc signo muniuisset, ausa fuit recusare matrimonium filij Diocletiani, diaboli illusiones superauit, & ad tolerãdam crudelissimam mortem animauit. Eo 14 Cosmas miraculum patrauit: Marina 15 siue Margareta à dracone liberata fuit. Catherina Maxentio praedicauit vel crucem in aere figuratam Deos in fugam vertere. Denique 17 Antonio crucis figura, etiam in adolescentia, pro inexpugnabili muro fuit.

Paulus & Iuliana eius soror. 5 teste eodem 17. Augusti. Theodorus martyr. 6. teste Gregorio Nysseno in eius vita. Alexander martyr 7. teste Metaphraste 13. Maii. Iustina. 8 teste Adone 6 cal. Octobris. Tiburtius. 9 teste eodem 3. Idus Augusti. Euphemia. 10 teste Metaphraste 16 Septembris & Adone 16. Georgius Cappadox. 11. teste Pasicrate apud Metaphrasten, & ipso etiam Metaphraste 23. Aprilis. Bonifacius 12. teste eodem Metaphraste. Pelagia. 13. teste eodem 4 Maii. Cosmas. 14. teste eodem 1. Nouembris. Margareta. 15 teste Beda in martyrologio, 18. Iulii & Metaphraste 17. Iulii. Catharina. 16 teste Metaphraste 25. Nouembris Antonius. 17 teste Athanasio in eius vita

55. Habemus ecclesiasticam sacrarum imaginum historiam trium primorum saeculorum cum aliquot annis ad Constantini vsque aetatem. ex qua, & praecipue primi saeculi, apparuit Christum tradidisse sacrarum imaginum

ginum

ginum facturam, etiam in templis, & earum honorem: nominatim sectione 4 & 10. vsque ad secti nem 18. item sectionibus 19. & 20 Deinde Apostolos quoque & Apostolicos viros, vt videre licet sectionibus 4. 21. & aliquot sequentibus. Deinde ostendimus doctores & fideles secundi & tertij sæculorum, tametsi frequentissime persecutionibus impedirentur, ne, vt desiderabant simul conuenirent, & sæpius accideret vt cogerentur nō tam solici i esse de templis sacris imaginibus ornandis, quam de inuenienda aliqua tuta crypta: tamen eandem fidem tenuisse. Præterea vidimus ex ea quam vere admonuerimus hæreticos abuti scriptis Veterum de impijs imaginibus aduersus sacras. quarum facturam & honorem, ne Philo quidem & Rex Agrippa ac Iosephus Iudæi improbauerint. Adhæc didicimus quot & quantis mendacijs, cauillis, & alijs fraudibus in horum sæculorū historia vers ntur, ita vt quum ne vnum quidem habeant cui pro se vere stet, citare tamen audeant aliquot, quos ex alijs locis manifeste constat ipsis expresse aduersari. Postremo quod ad formationem crucis pertransseuntem attinet, quam omnes Nouatores pessime oderunt quod hîc nō possint adferre suas distinctiones vsus politici & religiosi, extra templa & in templis, eo quòd omnis eius vsus sit manifeste religiosus: hoc quoque manifeste constituit Apostolos & Apostolicos viros ea vsos fuisse tanquā signo religioso, & ad multa quæ memorauimus vtilissimo, atque alijs fidelibus eam pro tali signo tradidisse; qui ad hos fines ipsa vsi sint, præsertim morituri pro Christo.

Caput alterum de quarto, quinto, & sexto sęculis.

56. Sequitur vt dicamus de historia trium aliorum sequentium saeculorum. in qua pergunt eundem diabolicum ludum ludere, & veritatem historiae tractatus huius secundi capitis similibus technis aggredi, nihil morati quod pace ecclesiae per Constantinum reddita eius senter tia clarissime innotuerit Lactantius multa scripsit contra idola & Ethnicorum de cultu eorum excusationes: nominatim lib. 2. diuin. instiut. c. 2. 3. 7. 18. & libro 6 c. 1. & 25. haec i Chemnitius arripit & contorquet contra sacrarum imaginum cultum. Et quia videbat Lectorem confestim deprehensurum eum loqui non de sacris, sed de Impijs imaginibus: addit sententias Lactantij etiam facere contra cul um quem Catholici imaginibus deferunt quod falsum est. tametsi enim quaedam ab ipsis fiant coram sacris imaginibus, quae impijs fiebant ab Ethnicis: tamen vt istae imagines immēso inter se differunt: ita longe alio iure & alia ratione a Catholicis fiunt, atque ab Ethnicis fiebant. Quoniā vero certū erat Lactātiū probare politi-

Lactantij sententia de imaginibus & earū honore.

1 pagin. 113.

cum siue historicum imaginum vsum, nominatim libro 5. c. 5 fatetur Chemnitius id ita se habere: sed negat eum probasse cultum sacrarum imaginũ. Dissimulat autẽ quæ is manifestissime scripsit in eodẽ opere, lib. .c. 27. de potentia signi crucis aduersus dæmones. tantum amoliri à se conatur eius carmen de passione Domini, in quo hi versus leguntur, Quisquis ades, medijque subis in limina templi, Siste gradum, insontemque tuo pro crimine passum Respice me, me conde animo, me pectore serua: hac ratione seu potius figmento quod hoc carmen non sit Lactantij: sed recentioris post Lactantium nullus enim ante eum negauit hoc carmen esse Lactantij, ne Magdeburgenses quidem, qui 1 absque controuersia hanc elegiam de passione Domini tribuunt Lactantio. Causa vero totius huius vani conatus est quod ex versibus quos citat clare appareat Christi crucifixi imaginem fuisse Lactantij tempore in medio templi erectam: & ex versu quem perfide preterit, Flecte genu lignũque crucis venerabile adora, imagines quoque tunc honoratas fuisse à fidelibus.

1 cent. 4. c. 10. pagina 1076.

De imaginibus Constantini Imperatoris, & earum cultu. 1, pag. 126. & 130.

57. Idem Chemnitius quia videbat notissimum esse, Eusebium in historia Constantini sæpius facere mentionem imaginum crucis & aliarum rerum sacrarum: agnoscit in ea imagines quæ ad nudam historiam pertinebant. vt illas quæ aureis numismatibus ita expressæ erant vt manibus ad Deum expansis in modum precantis suspicere videretur: vt eas quæ in vestibulis basilicarum suspensæ, continebant Imperatorem stantem erectum, & in cœlum suspicientem, manusque instar precantis extendentem: vt boni pastoris symbola & Danielem cum ipsis leonibus in fontibus collocata: & alias. Sed dissimulat, immo etiam negat cultum imaginũ. quẽ sequentibus argumentis sic refutamus 1. Eusebius libro 1. de vita Constantini narrat eum deliberabundum de religione quam amplecteretur, vidisse in aere trophæum crucis è luce constructum cum scriptura sic dicente, In hoc vince: ac Christum postea dormienti vná cum signo quod in cœlo viderat apparuisse, præcepisse vt signum sibi iuxta formam eius quod in cœlo apparuisset, compararet: illoque contra hostium conflictus vteretur. Nõ cadit autem in hominem qui ratione vtatur, vt sibi persuadeat Constantinum non religiose honorauisse crucis signum quod ipse Christus fieri præcepisset instar formæ quam Deus in aere miraculo ostendisset, & tali promissione ornauisset. 2. Addit deinde Eusebius Constantinum parentem visionibus diuinis iussisse Labarum transformari in formam crucis quam viderat ex auro & lapidibus pretiosis, collocata insuper in supre ma parte corona aurea, & infima hastilis aurea sui vsque ad pectus imagine cum filiorum imaginibus. Hic autem tantus crucis ornatus, & corona

1.

2.

aurea

aurea cum hoc situ ipsius ac liberorum in tanta magnificentia, in ima parte, an non manifeste probant crucis cultum? 3. Post hæc adijcit Eusebius: Hoc itaque salutari ligno ad cuiusuis aduersariæ & hostilis potentiæ vltionem perpetuo vsus est. Idque declarat exemplis conflictus contra Maxentium, & libro 2, aduersus Licinium: in quo ex ore Imperatoris hoc quoque refert, sicubi aliquam exercitus sui aciem laborare defatigarique videbat, illo salutare trophæum, quasi auxiliare aliquod medicamétum deferri iubebat, cum quo manifeste vna comparebat victoria. Item libro 4. exemplo cótra Scythas quos scribit ipsum subiecisse hoc victoriali signo. Potuitne autem id Constantino & eius militibus non in religioso honore esse, atque adeo etiam ipsi Eusebio, qui id vocat salutare signum, & cuius tantam virtutem à Deo profectam illi tot ac tantis miraculis cognitá habebant. & non solum huius, sed etiam imaginum ex hac expressarũ. Quoniam enim hoc labarum vbique adesse non poterat, Imperator cunctis exercitibus similitudines illius præferri præcepit, teste Eusebio libro 1. 4. 4.
Qui & hoc quoque refert quod non ad paruum crucis honorem pertinet magna etiam pictura ac titulis salutare signum cunctis mortalibus, erecto hoc in media vrbe magno contra hostes trophæo deprędicauit, palamque illi indelebilibus typis hæc verba inscripsit: Salutari hoc signo Romanus principatus & vniuersum imperium custoditur. 5. Item quod postea 5.
narrat his verbis: Confestim etiam hastam sublimem in forma crucis sub manu imaginis suæ in tabula elaboratæ eo loco quo Romæ publicatio bonorum fiebat, statui, & scripturam hanc Romanæ linguæ verbis insculpi præcepit nempe salutari hoc signo, tanquam veraci fortitudinis argumento, vrbem vestram à iugo tyrannico seruatam liberaui: Senatum etiam ac populum Romanum in priscum honorem ac splendorem restitui. 6. 6.
Libro verò tertio haud obscure declarat Eusebius Constantinum confidisse in hoc signo etiam in alta pace, tam quod ad personam eius attinebat quam quod ad regiam: idque cum alijs declarauisse: Nunc vultum suum, inquit salutari signo communiens, nunc victoriale trophæum ostentans. quod & in tabula quadam sublimissima & præ foribus imperialibus suspẽsa, omnium oculis visendum proponebat: ita vt depictum signum capiti ipsius imponi: inimicam vero & hostilem feram, quæ ecclesiam Dei per impiorum hominum tyrannidem vastauerat in forma Draconis depingi fecerit. 7. Quibus postea etiam adijcit, eum quoque in ipso palatij medi tullio maxima expansa tabula manifestum affixisse salutaris passionis 7.
symbolum varijs ac pretiosis lapidibus compositum, ac multo auro inclu-

sum

sum: videbatur, inquit, hoc pientissimo viro ipsius imperij munimentum. An autem & hoc videtur Chemnitio & eius socijs? Minime vero. Igitur
8. indicio etiam ipsius Eusebij sunt impijssimi viri. 8. Postremo notauit Eusebius lib. 4. eum fecisse vt in militum armis salutaris trophæi symbolum imprimeretur; munimenti nimirum causa. Quid autem est honorare aliquam sacram imaginem, si hoc non est?

Sozomeni testimoniũ quo ait Constãtinũ crucẽ plurimũ veneratũ fuisse.

1 libr 1 c. 8.

Nicephori testimonium eadem de re.

58. Quę quum Sozomenus intelligeret, non sine causa scripsit Constantinum crucem plurimum veneratum esse: tum quod plurimum emolumenti ope illius in prælijs contra hostes tulisset, tum propter diuinum ostentum quod de illa acceperat. Idemque etiam Nicephorus scribit. qui & hoc narrat, eum iussisse fabricari tres cruces, ad quarum tertiam multa miracula facta sint.

Constare ex Prudẽtio Senatum Romanũ adorauisse signũ crucis.

59. Prudentius vero 1 tradit etiam militum clypeis & cristis eius iussu impressam fuisse crucem & quod hic præcipue notandum est, Senatum Romanum eam adorauisse. Ipse Senatorum, inquit libro 1. contra Symmachum, meminit clarissimus ordo, Qui tunc concreto processit crine, cathenis Squalens carcereis, aut nexus compede vasta, Complexusque pedes victoris ad inclyta flendo Procubuit vexilla iacens: tunc ille Senatus Militiæ vltricis titulum, Christique verendum Nomen adorauit quod collucebat in armis. Sozomenus autem etiam milites labarum in crucis figuram transformatum adorauisse 1 author est, qui istud quoque 2 tradit eum decreto cauisse ne deinceps vlli malefactores cinci affigerentur; vt crux non amplius horrori, sed amori & venerationi omnibus esset.

Et ex Sozomeno milites quoque.

1. libr. 1. c. 2.

Item Constantinum prohibuisse crucis supplicium honoris causa. *2. eodem loco.*

Constare ex Eusebio imagines fuisse in tẽplis Constãtini ætate

60 Sed redeamus ad Chemnitium. Adijcit enim præcedentibus, Cõstantini ætate imagines nondũ receptas in templis, propterea quod Eusebius licet scribat eum multis in locis iussisse crucem cum sua imagine collocari, tacuerit id in templis eum fecisse: & quum narrat, eum templa ornauisse lapidibus, auro, argento, gemmis, nusquam imaginum meminerit. Columnas & eum thecas duodecim in memoriam Apostolorum erexisse Eusebium dicere: sed non statuas, & imagines. Verum Chemnitius Eusebij scopum non vidit. Voluit namque patefacere Constantinum palam & coram omnibus agnouisse & professum fuisse crucis signo, se crucis Christi merito acceptas referre omnes victorias suas. Cui vt satisfaceret retulit erectionem imaginum quæ perinde in oculos Ethnicorum incurrerent, quorum longe maximus erat numerus atque in fidelium. 1. Ex
1. quo porro reliquit colligendum ipsum sacras crucis imagines etiam in locis sacris

cis sacris erexisse, quod sacris rebus nullus sit aptior locus sacro. Item ex alijs quæ particulatim de eo narrat. 2. Nempe Eusebius in eius vita tradit ipsum decreto prohibuisse ne imagines suę in templis idolorum erigerentur. permisit ergo eas fieri in templis fidelium. Imo Socrates libro 1 capite 18. eum destructo gentilium cultu, suas imagines templis imposuisse. audiuimus autem eas factas fuisse cruce adiūcta. 2.

3 Idem refert libro 4 domum ipsius instar ecclesiæ fuisse. constat autem ex eo in domo eius multas fuisse crucis imagines: ergo multo magis in ecclesia. Ornatus autem ille templorum in auro, argento, lapidibus pretiosis non excludit imagines. possunt enim etiam ex his construi. Quod autem ad columnas attinet, eæ fuerunt imagines licet obscuræ, duodecim Apostolorum, iuxta 1 promissum Christi, Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei. Vtinam autem extaret siue liber, siue sermo Eusebij, quē libro 4. ait à se scriptum & Imperatori nuncupatum de anathematibus tēpli resurrectionis, ex auro, argento, & lapidibus pretiosis, videremus quot & quales, vel in hoc solo templo, imagines extitisent. qualia enim alioqui fuissent tam multa anathemata? 3. *1 Apoca. 3.*

61. Author autem libri Pontificalis Damasi narrat Constantinum posuisse hæc dona in ecclesia Constantiana à se ædificata, fastigium argenteū habens in fronte Saluatorē sedentem in sella: duodecim Apostolos cū coronis ex auro purissimo: Saluatorem sedentem in throno ex argento purissimo; & Angelos quatuor etiam ex argento. Item aliam adhuc imaginē Saluatoris ex argento purissimo, & beatum quoque Ioannem Baptistam, ac crucem auream super corpus beati Petri. Nicephorus quoque testatur huius Imperatoris ætate crucem in altari Michaelij extitisse. *Liber Pontificalis sub nomine Damasi.* *Nicephorus libro 7. c. 50*

62. Ad concilij vero Elibertini canonem 36. Placuit picturas in ecclesijs esse non debere, ne quod colitur, aut adoratur, in parietibus depingatur: varijs modis respondetur ex quibus duos cæteris p ęferimus. Diximus 1 picturas & pingere media esse vocabula quæ modo in bonam, modo in malam partem accipiantur: & non vno 2 loco admonuimus Lectorem colere & adorare duobus modis accipi: vno per antonomasiam, qui soli Deo conueniat altero qui in creaturas quadrat. Eligat Nouator vtrum volet. Si enim priorem significationem elegerit, in promptu responsio est sermonem fuisse concilio de Dei imaginibus quos aliqui cœpissent velle pingere in ecclesijs ad effigiem Dei repræsentandam contra Dei præceptum. Quam solutionem Nouatores eo minus repudiare possunt, quod etiam Caluinus hunc canonem intelligat de imaginibus Dei. Sin alteram *Expositio canonis 36. concilii Elibertini.* *1 sect. 12. titu. 31. et seq.* *2 nominatim in titulo de honoribus Sanctorum.* *3 libro 1. Instit c. 11. sect. 6.*

sectetur

sectetur, placuerit concilio ne imagines Sanctorum pingerentur in parietibus: quod facile accideret per persecutiones vt humore, situ, aut alia ratione corrumperentur & non infrequenter etiam vt irriderentur ab Ethnicis, quandoquidem accensa persecutione auferri non possent, sicut tabulæ & statuæ: quarum nulla hic prohibetur. Proinde canon hic pertinuerit ad religiosum honorem Sanctorum, perinde atque lex Theodosij, de qua 4 dicemus suo loco. Istud enim concilium conuenisse nondum pace ecclesijs reddita, manifestum est ex quatuor primis canonibus de ijs qui in idololatriam recidebant: & ex 25. de his qui literas commendatiuas à martyribus ad Episcopos adferebant. Quanquam alioqui hoc concilium fuit solum nouemdecim episcoporum, cui derogatum fuisset concilio vniuersali, si quidem is eius prauus sensus esset, quem volunt aduersarij: & multa alia etiam constituerit, quæ non solum à Catholicis, sed etiam à Nouatoribus tanquam erronea damnantur.

4 sectione

Gregorius Armenius. 63. Gregorius Armenius, cuius Nicephorus meminit libro 8. c. 35. erexit in Armenia tres cruces ligneas in duobus templis à se ædificatis: præcepitque vt fideles eas venerarentur, teste Metaphraste 30. Septembris. idem quoque Euthymio referente in panopliæ titulo 20.

Eusebi⁹ Cæsariensis. 64. Eusebij vero sententiam hic prætcrimus quod ea manifesta euaserit ex eis quæ 1 retulimus de statua Christo erecta ab Hæmorrhoussa: & de crucis 2 imaginibus à Constantino pictis & fabricatis, tantum admonemus Lectorem vt his quae sunt certissima adhaereat, comtemptis quae 3 olim ab Iconoclastis allata sunt ab Iconomachis ex epistola tanquam ab eo scripta ad Constantiam Augustam, Licinij viduam, contra facturā imaginis Christi. idque eo magis quod nitatur haeresi theopaschitarum & praecipue Nouatores nostri saeculi non damnent ipsam facturam imaginis Christi.

1. sect. 23. 24 25. & 26. 2. sect. 57. 58. 59. et 60 3. vt videre licet actione 6. septimæ synodi.

Athanasius. 65. Athanasius sermone 4. contra Arianos vtitur hoc argumento, vt probet filium imaginem Dei Patris adorandum esse: Qui adorat imaginē regis, in illa adorat ipsum regem, quippe quum ipsa imago nihil aliud sit quam regis forma & species. quod exemplum Chemnitius quidem à politicis imaginibus sumptum esse ait: dissimulat autem quod hic latet, Athanasium virum acutissimum non potuisse ignorare, sicut verum est eū qui imaginem regis adoret regem adorare: ita etiam verum esse eum qui Christi imaginem adoret, Christum adorare. Idem tradit, quod Chemnitius subticet, absque vlla distinctione inter politicas & religiosas imagines, eū qui in alicuius imaginem ignominiosus est, iniuriam illi facere cuius est imago.

imago. Igitur honorare imaginem Christi, est, iudicio Athanasii, honorare Christum. alio verò loco ait: Nec crucis materiam nos adoramus: sed quod typo figuraque exprimitur. De imagine vero Berythi ex qua sanguis profluxit, diximus etiam ex eo suo loco. Adrianus autem citat in epistola ad Constantinum & Irenen actione secunda locum eius pro factura imaginum: & alia quadam pro adoratione synodus septima. Damascenus quoque lib. 3. de imaginibus alia ex libro 3. aduersus Arianos & ex c. 38. ad Antiochum principem. Quo autem testimonio Iconoclastæ abutebantur, id manifeste ab eo scriptum fuit contra adorationem idolorum: Quomodo non miseratione, inquit, prosequendi sunt qui creaturas adorant, quod illi qui vident, non videntibus cultum exhibent: & audientes non audientes (Nota Lector verba) orant, precanturque?

66. Cyrillus Hierosolymitanus narrat Constantio Imperatori in epistola 1 ad eum scripta magnã crucis figurã lucidiorẽ Solis radijs Hierosolymis hora tertia in aere apparuisse: quę tũ à se, tũ alijs de causis tũ ab omni populo visa sit. & hãc historiam se ei scribere ait, tũ vt Deũ ipsum adiutorem habens crucis trophæũ salutare & omni gloria sublimius præferat signum, inquam, illud cuius figuram cœlum ipsum hominibus ostendens maxime gloriosum esse docuit. An autem istud nõ insigniter facit pro religioso crucis honore? *Cyrillus Hierosolymitanus.* *1. ea extat apud Sozomenum lib. 4. c. 4. Metaphrasten 7. Maij & Nicephorũ lib. 9 c. 32.*

67. Gregorius Nyssenus author est in epistola ad Olympium monachum in qua Macrinæ vitam narrat, hanc sororem suam, mulierem sanctissimam, crucis figuram ex ære confectam, in pectore pendentem tulisse: honoris nimirum & munimenti causa & annulum eo signo ornatũ. In vita autem Theodori martyris narrat eius ecclesiam varijs imaginibus ornatam fuisse, & nominatim vita & morte ipsius. post quæ addit: hęc inquã pictor nobis tanquam in libro loquente artificiose describens, martyris certamina sapienter exposuit, & instar prati nitidum templum illustrauit: nouit enim pictura tacens in pariete loqui, & vtilitatis plurimum afferre. Quæ vsqueadeo manifesta sunt vt 1 Chémnitius agnouerit Gregorij Nysseni tempore descriptiones picturarum reperiri in templis: quod 2 Caluini & multo magis Apologiæ Anglicanæ errores destruit: sed rursus cum hoc mendacio in margine ascripto, vt hic quoque sibi esset similis, Gregorium Nyssenum primum imagines in templa inuexisse. Quasi scilicet is hoc templum ædificasset & ornauisset. & non alij ante ipsum, plane contra ac eius oratio docet. Idem autem in sermone de Deitate Filij & spiritus Sãcti vtilitatẽ imaginum insigniter describit, ita vt Synodus septima ea citaue *Gregorius Nyssenus.* *1. pagin. 152.* *2 Sup sect. 2.*

rit actione.4. et Adrianus ac 4 Damascenus, Vidi, inquit de oblatione Isaac
5. act. 2. in in tabula expressa, sæpius inscriptionis imaginem, & sine lachrymis tran-
epist. Constã- sire non potui, cum tam efficaciter pictura ob oculos poneret historiam.
tinũ & Ire- Procumbit enim ante aram Isaac, genibus innixus, & cætera. Quod si tan-
nem. to viro hęc historia depicta peperit tantam vtilitatem: quanto magis eam
1 lib. 1. & 3 attulerit rudibus & idiotis? Rursus, Si Gregorius inspecta hac sola Abra-
de imagini- hæ historia fleuit: quanto magis œconomia Domini nostri Iesu Christi de
bus. picta comtemplantes ad lachrymas adegerit? Damascenus autem libro 1. de imaginibus citat alia duo testimonia pro factura imaginum ex c. 4. & 5. supplementi, siue de creatione hominis.

68. Nysseno penitus consentit Basilius, frater eius. vt qui vtilitatem
Basilius. insignem picturarum sanctarum historiarum graphice describit in homilia de sancto Barlaam, & homilia in 40. martyres. quod quia Nouatores non negant, non citamus eius verba. Citamus autem alia ex enarratione in Esaiam, pro honore imaginum quæ extant apud Damascenum libro 3 de imaginibus, quoniam eam dissimulant: Mox vt honorem vidit (diabolus) ad imaginem & similitudinem Dei conditum, quum non posset aduersus Deum odium deflectere, in imaginem Dei totam exhausit suam malignitatem. Perinde ac si quis ira percitus lapidibus appetat imaginem quando regem non potest, lignum tundens quod imaginem regis præfert. Ad eundem modum quisquis imaginem honore afficit, vtique archetypũ idem honorat. Item ista ex epistola Basilij ad Iulianum Imperatorẽ: Quã ob causam & historias imaginum illorum (puta Sanctorum) honoro & palam adoro. hoc enim nobis traditum à sanctis Apostolis, non est prohibendum: sed in omnibus ecclesijs nostris eorum historias erigimus.

69. Addimus his insignem Nysseni & Basilij amicum Gregorium Na-
zianzenum in oratione in laudem Herno philosophi ab exilio redeuntis
Gregorius Nazianzenus. sub principium, vbi etiam Angelorum picturas probat. Angelis, inquit, cũ corporeo modo informantur, candida vestis, atque hilaris & exporrecta facies tribui solet, ad designandam, ni fallor, naturæ eorum puritatem. item ex epistola ad Nemesium vbi crucem in tabula, imo & in aere depictam valere contra daemones praedicat. hoc mihi, inquit, saepius vsu venit, quum crucem ne in tabula quidem, sed in medio tantum aere descripsissem. Illud autem eius verbum quo Iconoclastae abutebantur, Flagitium est fidem habere in coloribus & non in corde: non damnat sacrarum imaginum vsum, sed earum vsum absque fide in corde, quam qui habeat recte vtatur imaginibus. Quò vero vlterius spectauerit hic beatus

Pater

Pater istis verbis, exponit Synodus septima actione sexta.

70. Hilarion tribus crucibus in sabulo manus tendens contra mare mirum in modum intumescens, seruauit Epidauritanos, teste Hieronymo in eius vita. à quo Metaphrastes 21. Octobris solum in eo variat quod dicat eum cruces aliquot in littore fixisse. *Hilarion.*

71. Iulianum Apostatam Sozomenus refert celebrem illam Christi imaginem ab Hæmorrhoussa Cæsareæ Philippi erectam, amouisse, quam gentiles confregerunt & suam in eius locum substituisse. quo facto ignis vehemens cœlitus delapsus statuam illam circa pectus disciderit, & caput vna cum collo deiecerit, tellurique facie tenus infixerit. Christianos vero fractam ab Ethnicis Christi imaginem collectam in Ecclesia collocauisse, vbi etiamnum (inquit) asseruatur. quam extremam particulam Magdeburgenses subticent. ac tum addunt putidum hoc commentum. Sed videtur ea fulmine confracta fuisse vt extaret testimonium, superstitionem illam qua statuis vis aliqua tribuitur Deo non probari. Nulla enim herba salutifera creuit in statua Iuliani, sed in statua Christi: nullus scriptor tradidit Christi statuam fulmine confractam fuisse, sed Iuliani; nullus fidelis tribuit vim statuis, sed Deo, vbi & quomodo vult operanti. *Iuliani apostatæ historia de imagine Christi ab Hæmorrhoussa erecta.*

72. Phrytignes Gothus tempore Valentis superauit Athanaricum aduersarium suum cruce exercitum præcedente, teste Metaphraste in vita sancti Nicetæ. Barlaam Eremita, qui sub Valentiniano vixit, docuit sacras imagines esse venerãdas. Et Iosaphat regis Indiæ filius ab eo cõuersus quum in suum regnum peruenisset, passionis Christi signum, id est, crucẽ venerandam, in vnaquaque vrbis turrium posuit: ac ædificato Christo magno templo præcepit multitudini, vt ibi frequenter conueniret ad exhibendum Deo cultum per sanctæ crucis adorationem, teste Damasceno in eius vita, in qua etiam tradit eum habuisse in cubiculo dominicam crucem, & ante eam in faciem corruisse. Erecta erat ante templum Ierosolymitanum dominicæ resurrectionis imago beatæ Mariæ virginis antequã Maria Ægyptiaca id ingredi conaretur, authore Paulo Diacono. Meletij Antiocheni imagines in parietibus, & tabulis, & annulis Constantinopolitani sculpserunt, teste Nicephoro libro 12 c. 14. *Sacer vsus imaginum apud multos alios. 1. 15 Septẽb.*

73. Ambrosius in narratione inuentionis Geruasij & Protasij: Sed stupenti cum quadam mihi tertia apparuerunt persona, quæ similis esse Paulo videbatur, cuius me vultum pictura docuerat. Et in oratione funebri de Theodosio: Inuenit ergo Helena titulum, Regem adorauit, non lignum. vtique quia hic gentilis est error & vanitas impiorum: sed adorauit *Ambrosius.*

eum qui pependit in ligno, scriptus in ligno. Sapienter Helena egit, quæ crucem in capite Regum leuauit & locauit, vt crux Christi in Regibus adoretur. non insolentia ista, sed pietas est, quæ defertur sacræ redemptioni. Et libro tertio ad Gratianum c.9. quem locum Adrianus quoque citat in epistola ad Constantinum & Irenen actione 2. septimæ synodi: Quid ergo? nunquid cum diuinitatem & carnem adoramus, Christum diuidimus? num quando in eo & diuinam imaginem & crucem adoramus ipsum partimur? absit. Et alio loco ait crucem in Ecclesia esse velut malum in naui. Zonaras vero narrat eum inter alia dixisse Theodosio Imperatori quum Iudæis permisisset ædificari synagogam in foro ærario Constantinopoli: vt in media vrbe, in qua crux colitur & adoratur, synagogam Christi ædificent.

Theodosius Magnus Imperator. 74. Et quoniam Apologia Anglicana obijcit, Theodosium ne hoc quidem tulisse vt crucis signum vsquam pingeretur aut fingeretur: & consequenter multo minus vt sanctorum imagines fierent: sciendum est id eam desumpsisse ex adulterato à Recentiore eius edicto, particula, humi, omissa. Sic enim lex eius concepta est in Codice titulo Nemini licere signum & cæt. Cum sit nobis cura diligens per omnia superni numinis religionem tueri, signum Saluatoris nostri nemini licere vel in solo, vel in silice, vel in marmoribus humi positis insculpere vel impimgere: sed quodcunque reperitur tolli, grauissimà pœna mulctando eos qui cõtrarium statutis nostris tentauerint, specialiter imperamus. Igitur ea pertinuit ad honorem crucis, quam humi posse fieri vix sine Christi iniuria pius princeps arbitraretur In qua sententia fuit etiam Tiberius Iustini successor non sine remuneratione vt postea audiemus. Et vero Theodosius tanti fecit signum crucis vt ducibus propter immensam hostium multitudinem prælium differendum suadentibus responderit, se cuius exercitum crux Christi præcederet, nihil eum aduersarium timere cuius copijs simulachrũ Martis præiret. Idem etiam grauissima ira exarsit in Antiochenos ob Placillæ vxoris statuam populari motu euersam, ita vt internecionem eis minaretur. An simul consistit vt vxoris statuae parcendum, crucis vero Christi imagini non parcendum existimaret?

Tiberius Imperator. i. sectio 94.

i. vide Chrysostomum homilia 2. 5. et 17 ad Antiochenos, & Theodoretũ, lib. 5. c. 19.

75. Legimus apud Ruffinum libro 2. eccles. histor. c, 29. vnumquemque Alexandriae signum crucis dominicae in postibus, in ingressibus, in fenestris, in parietibus, & columnis depinxisse in locum abrasorum thora cum Serapidis. Hoc autem contigit sub eius imperio, ipso ne verbulum quidem cum eius propterea commutante.

Alexãdrini.

76. Quin

75. Quin & illud constat eius temporibus crucis signum in porta prostitisse. vt manifestum est ex historia septem dormientium apud Gregorium Turonensem libro 1.martyrum c.93.

77. Hieronymus in epistola Adriani ad Constantinum & Irenen actione 2.ex sermone de imaginũ adoratione: Vt concessit, inquit, (putâ Deus) iudæis adorare crustas illas quas fabricauit Moses, præterea duo Cherubim aurea: ita nobis Christianis crucem largitus est & bonorum operum imagines pingere & venerari. Et in epistola ad Lętam de Theodosio & alijs Imperatoribus & eorum militibus scripsit: Vexilla militum crucis insignia sunt. Regum purpuras atque diadematum coronas patibuli Saluatoris pictura condecorat. *Hieronymus*

78. Constat clarissime ex Prudentio in passionibus Cassiani, Hippolyti & Petri & Pauli, imagines eius tempore in templis fuisse. Quin & idem insignia de crucis figuris prædicat in Romano martyre. & de Labaro libro 1.aduersus Symmachum, quod Romani adorauerint. quæ tanquam notissima non citamus. *Prudentius.*

79. Sunt quoque apud Paulinum insignia testimonia de picturis in ecclesijs natali 9 Fælicis; vbi etiam tradit picturas esse idiotarum libros: & natali 10. in quo hoc quoque pulchre narrat se opposita [illegible]qui cruci Christi hastula incendium quod extingui non poterat, restin[illegible]. Idem hoc natali vocat imagines sacras. quod autem sacrum, id vtique venerabile est.

80. Chrysostomus vidit & amauit tabellam continentem picturam cædis Assyriorum veteris testamenti, vt videre est actione 6. septimę synodi: perpetuo ante se habuit imaginem b. Pauli, quam assidue spectabat, teste Metaphraste 13. Nouembris, & Damasceno ex eius vita libro 1. & 3. de imaginibus. Idem iussit in agro Alexandrino figi crucem ob sæuissimum leonem qui innumerabilem hominum multitudinem discerpserat iuxta quam bellua transiens expirauit, authore Leone Imperatore apud Metaphrasten 13. Nouembris Et Socrates lib.6 c.8. Sozomenus libro 8.c. 8. narrant eum iussisse fieri argenteas cruces, Eudoxia Imperatrice sumptus suppeditante, quæ præcederęnt cereis accensis homousianos canentes. In demonstratione vero aduersus gentes is tot & tam magnifica de veræ crucis honore prædicat, vt ex eis probet gentilibus Christum esse Deum. *Chrysostomus.*

81. Inter eos quos Iconoclastæ & olim sub Constantino Copronymo citarunt, & etiam nunc pro se producunt, Epiphanius vnus de præcipius est: *Epiphanius*

est:sed quam varie & iniuste, probabimus. Illi namque vtebantur episto-
la quadam ab ipso scripta ad Theodosium Imperatorem, in qua scriptum
esset: Estote memores filij mei ne in ecclesiam imagines inferatis, neque
in Sanctorum cœmeterijs eas statuatis, sed perpetuo circumferte Deum
in cordibus vestris. quin etiam neque in domo communi tolerentur. Sed
Patres septimæ synodi optime responderunt actione. 6. hanc epistolam
esse notham, ac proinde respuendam. quod mirum videri non debet, quã-
do etiam Paulo & alijs Apostolis multa falso ascripta fuerint. Complura
1. autem euincere eam fuisse adulterinam. 1. quod non extaret in ple-
2. risque exemplaribus Epiphanij. 2. quod non fuisset recepta tanquã
3. germana eius epistola 3. Quod quum eius discipuli templum in Cy-
pro ædificauerint ab ipsis huius Patris nomine appellatum, id tum aliorũ
4. sanctorum picturis, tum eius quoque statua ornauerint. 4. Quod ta-
metsi complures libros scripserit aduersus omnes hæreses, nusquam repre
henderit hunc errorem, quem illi tam atrocem esse volebant vt fideles
rursus ad idola redigerentur. 5 Quod non conuenienter dictum fu-
5. isset Theodosio à tam docto Patre, Estote memores filij mei. 6. Quod
6. hæc quoque verba extarent sub finem epistolæ: Sæpe cum ministris meis
de imaginum ablatione egi: sed ab ijs non receptus sum. neque vel in pau-
cis vocem meam audire sustinuernut. quibus docuisset sententiam suam
nouam: & multo magis si loco Ministris legendum esset comministris. vi-
uebãt enim eius sæculo Cyrillus Hierosolymitanus, Gregorius Nyssenus,
Basilius, Gregorius Nazianzenus, Amphilochius, Ambrosius, Chrysosto-
mus, Ecclesiæ lumina, qui imagines etiam in ecclesia probauerunt. Nostri
vero sæculi Iconomachi libentius vtuntur testimonio epistolæ Epiphanij
ad Ioannem Ierosolymitanum de imagine ab ipso confracta. eoquod con
stet hanc epistolam fuisse ab Epiphanio scriptam, quam etiam Hierony-
mus verterit in linguam latinam ex quo inferunt etiam Hieronymum in
eadem fuisse cum ipso sententia. Illius enim prioris epistolæ ne mentionẽ
1. cent. 4. c. quidem multi faciunt, nominatim 1 Magdeburgenses. Alij vero tantum
10. in vita breuiter & velut additamẽti loco quædam eius verba citans, atque ita vt
Epiphanii. non dicant quo loco scripta sint, ne videlicet is indicatus Lectorem ab ip-
sis auerteret. quo in numero est Chemnitius. Fertur, inquit, & alia Epipha
nij sentẽtia his verbis, Estote ergo memores, & cætera. Sed istud æque va-
num est, atque praecedens: non quod nobis animus sit negare hanc episto
lam esse Epiphanij, licet ea graeca non inueniatur inter eius opera: sed
quod plurimis quoque argumentis constet appendicem huius epistolae
qua

qua vtuntur, esse notham. 1. Nam veteres Iconomachi non fuerunt eis vsi, quod proculdubio fecissent, si ea tunc extitisset. 2. 3. & 4. argumenta quae iam iam tertio, quarto, & sexto loco memorauimus, aeque militãt aduersus hanc appendicem, atque contra illam ad Theodosium epistolam. 5. Legenti quae praecedunt hanc appendicem haud obscure apparet ea fuisse finem epistolae. sunt enim eiusmodi: Cum haec ita se habeant dilectissime custodi animam tuam, & desine circa nos murmurare. Dicit enim Scriptura, Nolite murmurare ad inuicem, & caetera. magis acquiesce veritati, & dilige diligentes te, & veritatem. Deus autem pacis praestet nobis iuxta suam clementiam vt conteratur Satanas sub pedibus Christianorũ, & abijciatur omnis occasio peruersa, ne scindatur in nobis vinculum charitatis & pacis, & rectae fidei praedicatio. En Lector precationem, quae vel sola indicat Epiphanium hic finiuisse epistolam suam. 6. Principium appendicis quae sequitur non recte cohaeret cum eo quod praecessit. Inchoat enim nouam nescio quam historiam. 7. Stylus non est elegãs sicut epistolae. Quae proculdubio causa fuerunt cur plerique Nouatores vel non referant, vel non nisi mutilata producant haec verba: sed suis verbis memorent quae aiunt Epiphanium scribere, quia sciunt ei inesse etiam quaedam inepta vocabula: tametsi & hoc quoque propterea faciant vt mẽdaces eorum auxeses melius lateant. cuiusmodi est 1 haec Caluini, Pater erat qui dixit horrendam esse abominationẽ videre depictam vel Christi, vel sancti alicuius imaginem in Christianorum templis. Et ista Apologiae Anglicanae: Vetus pater Epiphanius ait esse horrendum nefas, & non ferendum flagitium, si quis vel pictam quantumuis Christi imaginem excitet in templis Christianorum. De quibus vt Lector rectius iudicet, subijcimus appendicem qualis est. Praeterea quod audiui quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad sanctum locum qui vocatur Bethel, vt ibi collectam tecum ex more ecclesiastico facerem, & venissem ad villam quae dicitur Anablatha, vidissemque ibi praeteriens lucernam ardentem, & interrogasem quis locus esset, didicissemque esse ecclesiam, & intrasem vt orarem, inueni ibi velum pendens in foribus eiusdem ecclesiae tinctum atque depictum, & habens imaginem quasi Christi vel sancti cuiusdam. non enim satis memini cuius imago fuerit. Cũ ergo hoc vidissem in ecclesia contra authoritatem scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud, & caetera. Et paulo post: Nunc autem misi quod potui reperire, & precor vt iubeas Presbyteros eiusdem loci suscipere velum à latore quod à nobis missum est: & deinceps praecipere in ecclesia

Margin: 1. / 2. 3. & 4. / 5. / 6. / 7. / 1 in praefatione Instit.

ecclesia Christi huiusmodi vela, quę contra religionem nostram veniunt, non appendi. Decet enim honestatem tuam hanc magis habere solicitudinem vt scrupulositatem tollat. 8. Præterea aperte falsum est quod
8. hæc commentitia appendix ait esse contra scripturarum authoritatem
9. quod pendeat in templo imago hominis, vel Chemnitio iudice. 9. Ad hæc repugnat huic narrationi quod Gregorius epistola 9. lib. 9. scribit nullum vnquam sacerdotum ante Serenum Massiliensem fregisse imaginem Christi vel Sanctorum: quod probat hanc appendicem non fuisse notam
10. sæculo Gregorij. 10. Et quum Hieronymus hanc integram fere epistolam à se latinam factam citet in epistola ad Pammachium aduersus errores Ioannis Ierosolymitani, nusquam meminit huius erroris aut veli ab Epiphanio scissi. Omitto autem tanquam minutius quod Magdeburgẽses hoc velum non ab Epiphanio, sed ab Hieronymo ruptum fuisse turpiter asserant: ac ne in posteriore quidem editione hunc errorem emendauerint. Quod autem Illyricus ait Epiphanium quædam in Ancorato dixisse contra imagines: & huc quoque referri posse quæ scripsit contra Encratitas, meræ sunt nugae pertinẽt enim ad imagines hęreticorũ, de quibus supra diximus in Simone Mago, Basilide, Carpocrate & Carpocratianis. Nã Epiphaniũ veneratũ fuisse sacras imagines tũ ex eius tẽplo à discipulis eius ornato apparet: tũ ex eo quod Ioãnes eius discipulis narrat in eius vita ipsum ad varia miracula vsum fuisse frequẽti signo crucis: quodque verã crucẽ demisse veneratus sit. Ex his porro & hoc sequitur, quũ haec appendix non sit Epiphanij nec Hieronymus eam verterit, vt stilus quoque indicat, Hieronymum non potuisse cum eo damnare sacras imagines in ecclesijs. Quanquam etiamsi daremus quod dandum non est, Hieronymum eam transtulisse, ne sic quidem sequeretur ipsum omnia approbauisse quae hac epistola continentur. Exempli causa, Magdeburgenses notant inter erro-
5. cent. 4. c. 10. pag. 115. res Epiphanij sententiam qua putauerit nescire nos qua in re sit Dei imago in homine Haec autẽ eius sententia etiam est in hac epistola: an propterea eam Hieronymo quoque ascribemus? Translatoris enim solum est omniam bona & mala, bona fide transferre: & aliud est laudare epistolam, aliud omnia eius laudare. illud enim potest fieri ob multa bona. Ostendi-
4. sectio. 77 mus autem 4 antea veram Hieronymi de sacris imaginibus sententiam.

82. Diximus sectione 72. de Meletij imaginibus quae Cõstantinopoli
De Simeonis Cilicis imaginibus. in parietibus, tabulis, & annulis fuerint, & sectio 75. de crucis signo quod Alexandriae extiterit in postibus, in ingressibus, in fenestris, in parietibus, & columnis. His nunc addimus Simeonis Cilicis paruas imagines prae omnibus

nibus officinarum vestibulis Romæ collocatas fuisse, quod Romani crederent hac ratione sui custodiam comparari; teste Theodoreto in religiosa historia in istius vita.

83. Sedulius libro 5 carminum sub finem, En signo, inquit, sacrata crucis vexilla coruscant. Et 5. Neue quis ignoret speciem crucis esse colendã, Quæ Dominum portauit ouans ratione potẽti, Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis. *Sedulius.*

84. Cyrillus Alexandrinus multa scripsit de Abraham picturis in epistola ad Acacium episcopum Scythopoleos, quæ citantur actione 4. septimæ Synodi. Et cum Iulianus Christianis obiecisset, Vos Ancilia quæ Iuppiter demisit, nõ adoratis, interim lignum crucis adoratis: ostendit vtilitatem signi crucis quod nos ad recordationem omnis virtutis inducat. Qui autem ita respondet, concedit crucem merito adorari; Ancilia Iouis non item. *Cyrillus Alexandrinus.*

85. In Augustino habemus omnis generis testimonia pro imaginibus. Is enim in fine epistolæ ad Victorinum episcopum significat se ipsum fuisse profana imagine ait enim, hãc epistolam signatam misi annulo qui exprimit faciem hominis attendentis in latus. de sacris vero imaginibus Christi, Petri, & Pauli sic loquitur libro 1. de consensu Euangelistarum c. 10. Credo, quod pluribus locis eos cum illo (Christo) pictos viderunt: quia merita Petri & Pauli propter eundem passionis diem celebrius & solenniter Roma commendat. Libro vero 22. contra Faustum c. 73. scribit factum Abrahæ filium immolare tentantis tot locis pictum fuisse vt etiam oculos dissimulantes feriret. Et c. 34. libri decimi Confessionum excipit à picturis quas homines addiderunt ad oculorum illecebras, picturas vsum necessarium atque moderatum, & piam significationem habentes. Idem libro 3 de doctrina Christiana c. 25. vbi numerat inter superflua hominum instituta picturas & statuas, rursus excipit, Nisi cum interest quid eorum, qua de causa, & vbi, & quando, & cuius authoritate fiat. Qui vero quippiã de regula excipit, demonstrat quod excipitur esse ei dissimile quod in regula statutum est. Proinde sicut Augustinus priore loco imagines necessarium atque moderatum vsum & piam significationem habẽtes probauit, ita isto significauit picturas & statuas quæ certis ex causis, in certis locis, & certarum personarum, & multo magis ecclesiæ, authoritate, fiunt, sibi placere. Iam quum is scribat factum Abrahæ tot locis pictum fuisse vt etiam oculos dissimulantes feriret: quis verisimile existimet solas ecclesias inter omnia loca eadem imagine caruisse? Imo quum significet exceptio- *Augustinus.*

nis particula, vbi, esse alia alijs magis idonea loca ponendis imaginibus: quis non videat eum sensisse picturas, piam, vt loquitur, significationem habentes, in pijs & sanctis locis, id est, in Christianorum templis, potissimum faciendas fuisse? Quod autem eis honorem esse deferendum, vel ex iure naturali intellexerit, ex eo animaduertere possumus, quod scribit sermone 58 de verbis Domini: Si quis nostrum, aut purpuram aut diadema regale iacens inueniat, nunquid ea conabitur adorare? Cum vero ea Rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit si ea simul cum Rege adorare cõtempserit. Imago enim sancti alicuius velut vestimentum est eius cuius figuram gerit. Idem autem libro 3 de doctrina Christiana c. 9. scribit eum qui veneratur vtile signum diuinitus institutum, cuius vim & significationem intelligit, non hoc venerari (putâ tantum) quod videtur & transit: sed illud potius quò talia cuncta referenda sunt. Libro vero. 3 de Trinitate c. 10. quum dixisset Deum varijs signis voluntatem suã patefacere: putâ, modo creaturis de nouo productis, modo creaturis quas antea existẽtes assumit in signa: quasdam quidem cito transeũtes, vt videre est in Eucharistia, quasdam vero perdurantes: de antea existentibus ait, quod licet stuporem tanquam mira habere non posint, honorem tamen tanquam religiosa habere posint. & dat exempla de perdurantibus, statuam à Iacob erectam, & serpentem æneum à Mose exaltatum in eremo. Omittimus locos ex quibus constat quanti Augustinus fecerit formatam crucis in aere & in fronte imaginem, quod eos i postea opportunius citabimus.

1 sectio. 105.

Euodius.

86. Hic vero præterire non possumus certum esse ex Euodio Vzalẽsi episcopo imagines Augustini sæculo in Africa palam extitisse in templis Vt qui libro 2. de miraculis B. Stephani narrat historiam pulsi horrendi Draconis precibus ipsius. quod notum factum sit imagine ab angelo allata quę in templo b. Stephani reposita sit, & ad quam concursus factus sit ab omni ætate, sexu & ordine. Ioannes autem Diaconus refert ex Methodio Patriarcha inuadentibus Africam Vandalis repertam fuisse à Barbaro in cuiusdam Christicolæ domo D. Nicolai imaginem in tabula depictam, & miraculum quod ad eam factum est,

Ioannes Diaconus ex Methodio Patriarcha.

87. Quæ licet ita se habeant, nihil tamen pudet Nouatores iactare Augustinum, neque venerationem imaginum, neque earum in templis aspectum ferre potuisse, vndique collectis eius verbis quibus populo imponant. Chemnitius .1 citat tres locos. vnum ex c. 34. de moribus ecclesiæ: alterum ex c. 7. libri de fide & symbolo: tertium ex libri contra Adimantum Manichæum c. 13. Verum alter locus loquitur de Dei, &

1. pagin. 138.

tertius

tertius de Deorum simulachris, quæ Catholici quoque damnant. Sic enim scriptum est in altero illo loco, cuius partem tantum citat Chemnitius. Credimus etiam quod sedet ad dexteram Dei Patris. Nec ideo tamen quasi humana forma circumscriptum esse Deum arbitrandum est, vt Deum cogitantibus dextrum, aut sinistrum latus animo occurrat: aut idipsum quod Pater sedere dicitur, flexis poplitibus fieri putandum est, ne in illud incidamus sacrilegium quo execratur Apostolus eos qui commutauerunt gloriã incorruptibilis Dei in similitudinem corruptibilis hominis. Tale enim simulachrum Deo (quasi videlicet is talis sit) nefas est Christiano in templo collocare multo magis in corde nefarium est, vbi vere est templum Dei, si a terrena cupiditate atque errore mundetur. Tertius vero locus, præterquam quod aperte loquitur de simulachris à Deo prohibitis, id est, de idolis nec templi meminit. Ita enim extat in eger. Memineris tamen, non solum ibi, sed etiam hic, sic eum (Adimantum) de zelo Dei criminatum scripturas, vt adiungeret etiam quod de simulachris non colendis in illis locis præcipitur à Domino Deo nostro quasi non ob aliud reprehendat zelum Dei, nisi quod illo ipso zelo à cultu simulachrorum prohibemur. vult ergo videri fauere se simulachris. Quod propterea faciunt, vt miserrimæ & vesanæ sectæ suæ etiam Paganorum concilient beneuolentiam. Primus vero locus scriptus est aduersus eos qui claudicabant in duas partes, vt 2 Elias ait, hoc est, qui cum Deo simul colebant idola quales olim fuisse Samaritanos & alios 3 ante retulimus. Nolite, inquit Augustinus, consectari turbas imperitorum, qui vel in ipsa religione superstitiosi sunt, vel ita libidinibus dediti vt obliti sint quidquid promiserint Deo. Noui multos esse sepulchrorum & picturarum adoratores. noui multos esse qui luxuriose super mortuos bibant, & epulas cadaueribus exhibentes super sepultos se-ipsos sepeliant, & voracitates ebrietatésque suas deputent religioni. 2. 3. Reg. 18. 3 sectio. 32.

88. Caluinus autem vt probet Augustinum sensisse imagines sanctorum non debere poni in ecclesia, 1 citat aliquot ex eo locos. inter quos præcipuus est qui extat epistola 49. in respõsione ad tertiam quæstionem. cæteri enim non merentur operam responsionis. Hunc vero citat his verbis: Quum his sedibus locantur honorabili sublimitate vt à precantibus attẽdantur, ipsa similitudine animatorum membrorum atque sensuum, quãuis sensu & anima careant, afficiunt infirmos animos vt viuere ac spirare videantur. Etsi autem haud difficile sit vel ex his verbis percipere Augustinum loqui non de sacris imaginibus & de Christianis animis, sed de idolis & infirmis idololatrarum animis: tamen in rudiorum gratiam eum dolo 1. lib. 1. Instit. c. 11. sect. 13.

malo subtitu iste hæc paucula quę præcedunt verba declaramus. Et idola quidem, inquit, omni sensu carere quis dubitet? verumtamen quum hic, & cætera. Item ista quæ sequuntur: accedente præsertim veneratione multitudinis, quia tantus Dei cultus eis impenditur quem paulo post explicat precum allegatione, victimarum immolatione, votorum persolutione. Hic vero Dei cultus non impenditur sacris imaginibus a multitudine fidelium: sacræ imagines immenso distant ab idolis: & alia ratio est idololatrarum quorum animi ab Augustino merito dicuntur infirmi: alia Christianorum, quorum animi in tantum sunt firmi, vt ne ipsos quidem sanctos qui repræsentantur imaginibus, credant esse Deos. primum enim fidei ipsorum fũdamentũ est vnũ esse Deũ, omnipotẽtem, creatorẽ cœli & terræ.

89. Socrates libro 1. c. 2. narrat Labarum in formã crucis à Constãtino transformatum ad huc suo tempore fuisse in Regijs custoditum, & Gothos & Sarmatas animum adiecisse ad amplectendam Christi religionem quod eius præsentia potẽter deuicti fuissent. Idem libro 2. c. 28. narrat, vbi Constantius Antiochiam aduenisset, signum Seruatoris in Oriente apparuisse, columnam namque in forma crucis in cœlo visam maximum fuisse miraculum spectantibus factam. Et libro 3. c. 10. quod cum Iudæi Ierosolymitanum templum, Iuliani iussu, restaurare conarentur, cum terræ motu & igne de cœlo, signa crucis instar radij solaris splendentia, vestibus eorum impressa, comparuerint, & quæ Iudaei quum dies illuxisset, nullo modo potuerint eluere. Sed & illud antea ex eo narrauimus Chrysostomum Eudoxiae Imperatricis sumptibus cruces argenteas iussisse fieri.

90. *Theodoretus* Theodoretus in commentarijs in c. 4 Ezechielis clementiae esse dicit docere homines per imagines: quod testimonium etiam Damascenus citat libro 3. de imaginibus. Et quod sectione 82. citauimus ex eo de Simeonis Cilicis imaginibus, citat etiam Synodus septima actione quarta.

91. Sozomenus vltra ea quae varijs in locis produximus, libri quinti *Sozomenus.* c. 1. Fertur autem, inquit, quod antequam ad fines Illyricorum venisset, vineae post vindemiam circa occasum Pleiadum plenae vuis apparuerint. Deinde & ros cœlitus delapsus per singulas guttulas vestimentis ipsius & ipsum sequentium crucis signũ infixerit. Et c. 2. Fertur autẽ accidisse aliquãdo vt ipsi spectatori signũ crucis corõna circũdatum in extis pecudũ *Constãtinus Thuis de imaginibus Euphemia martyris.* ostenderetur, & caetera. quibus significat etiam ipsos gentiles ex hac corona collegisse religionis Crucifixi æternitatem.

92. Constantinus Thuis tradit in oratione de S. Euphemia apud Metaphrastẽ 11. Iulij, imaginem eius solere pingi habẽtem chartam in manu, propte-

propterea quod magno miraculo extensa dextera accepisset & probata reddidisset decreta concilij Chalcedonensis. Et Anthemius episcopus apud eum Metaphrasten 11. Iulij praefert crucem in supplicatione. Eugenius vero Carthaginensis episcopus ad fontem baptismi consecrandum cum vexillo crucis processit, teste Victore Vticensi. *Anthemius Episcopus. Eugenius Carthaginensis episcopus.*

93. Iustinianus Imperator praeterquam quod inseruit suo Codici Legem Theodosij libro 1. titulo 11 praecepit in authentica de eccles. tit. Si quis voluerit fabricare venerabile oratorium, aut monasterium, non aliter inchoandi, fabricā nisi locorū sanctissimus episcopus orationē ibi fecerit & crucem fixerit. Zonaras vero narrat sacerdores tentasse motam ipsius temporibus seditionem prolatis imaginibus Christi sedare. Et quum Heruli Barbari milites earum conspectu non tēperarēt à cæde, populum amplius quam antea contra eos exarsisse. Belisarius autem vnus de præcipuis Iustiniani ducibus Romam veniens, auream crucem centum librarum, pretiosissimis gemmis exornatam, in qua suas victorias descripserat, beato Petro per manus papæ Vigilij obtulit, teste Paulo Diacono lib. 17. in Iustiniano. *Iustinianus Imperator. Populus Constantinopolitan' sub hoc Imperatore & sacerdotes. Belisarius.*

94. Tiberius Secundus nondum Imperator, sed adhuc sub Iustiniano palatium regens, quum multas quotidie eleemosymas faceret, magnam ei Dominus plures faciendi copiam hac ratione praestitit. Deambulans per palatium quum vidisset in pauimēto domus tabulam marmoream in qua erat crux Domini sculpta, dixit: Crucem Domini qua frontem nostram & pectora munire debemus, eam sub pedibus conculcamus? & dicto citius iussit eandem tabulam auferri. qua leuata atque erecta, inuenerunt sub ea & aliam hoc signum habentem: qui & ipsam iussit auferri qua amota repererunt & tertiam, iussuque eius quum & haec fuisset oblata, inuentus fuit magnus thesaurus habens supra mille auri cētenaria; teste Paulo Diacono lib. 18. & Gregorio Turonensi lib. 5. gall. histor. c. 19. *Tyberius 2.*

95. Chosroen misisse ad Mauritium Imperatorem quum Baram deuicisset, Turcas omnes captiuos, tradit Zonaras, quorū, inquit, multi cruces in frontibus gerebant compunctis superciliis in crucis modum, infusoque atramento. cuius rei quaesita causa responderint, superiori tempore cum sua gens fame periclitaretur se à Christiano quodam monitos hoc fecisse, nec vllum ex eis qui paruerit, fame perijsse. Idem quoque Author scribit fuisse imaginem Saluatoris nostri super Æream portam, ex qua Mauritius audierit in somnis pœnam quam Deus in hoc saeculo ab eo exacturus esset. qua de re scribit etiam Nicephorus, idque fusius libro 18. c. 42. *Imagines sub Mauritio Imperatore.*

96. Casio-

Cassiodorus. 96. Cassiodorus plurimis historię tripartitæ locis meminit signi crucis, eiusque virtutem prædicat. Sub Constantino Magno libro 1. c. 4. 9. & 1). Sub Constantio libro 5 c. 5 Sub Iuliano libro eodem c. 50. & libro 6 c. 2. & 30. & de imagine Hæmorrhousæ libri eiusdem c. 41. & rursus de alijs crucis signis c. 43. Sub Theodosio libro 9 c. 29 & 34. Sub Arcadio de argenteis crucibus à Chrysostomo confectis c. 46. eiusdem libri.

Theodorus Sicæorum archimandrita 97. Theodorum Sicęorum archimandritam Gregorius Presbyter, eius discipulus, narrat conualuisse, cum super eum in templum delatum duæ roris guttulæ ex imagine Domini nostri Iesu Christi cecidissent. Idémque alia huius Theodori miracula præsentibus imaginibus facta memorat.

Eutychius Constantinopolitanus episcopus. 98. Eustatius presbyter in vita Eutychij Constantinopolitani episcopi refert miraculum quod se præsente factū sit vnctione olei quod è pretiosa cruce & ex sanctae virginis Dei genitricis Mariae imagine scaturire solebat Sozopoli.

Gregorius Turonensis. 99. Gregorius Turonensis scribit in sancto Æmiliano Eremita, Iconas Apostolorum & aliorum sanctorum fuisse in oratorijs Barchinone, id est, sexto saeculo: & in Lupicino corpus eius à psallentium choris crucibus & cereis sepultum fuisse. & libro 2 gall. hist. c. 17. narrat Numantij coniugē quum ædificasset Basilicam B. Stephano, & eam vellet fucis adornare, tenuisse librum in manibus, & legentem historias antiquas pictoribus indicasse quæ in parietibus fingere deberent. Idemque c. 10 & 21. lib. de gloria martyrum, narrat insignia miracula ad sacras imagines facta.

Gregorius Magnus. 100. Quod autem Gregorius Magnus probauerit imagines in ecclesijs, nullus est qui non facile scire possit vel ex trito illo omnium sermone verbo, quod ei vulgo ascribitur, Imagines esse libros Idiotarum. Cuius sententia extat epistola 109 libri 7. ad Serenū Massiliensem: Idcirco enim pictura in ecclesijs adhibetur, vt hi qui literas nesciunt, saltem in parietibus videndo legant quæ legere in codicibus non valent. Et epistola 9. libri 9. Quod legentibus Scriptura, hoc idiotis pictura præstat cernentibus, & caetera. Quod verbum tametsi etiam ipsa experientia demonstret esse verissimum, idemque tradiderint complures alij Patres Gregorio longe antiquiores, nominatim Paulinus Natali 9 Fælicis: incredibile nihilominus est quanta vanitate & verborum acerbitate Caluinus id exagitet cum ipso *1. lib. 1. Insti. c. 11. sect. 5.* Gregorio. Cum enim 1 sibi obiecisset, dixit hoc Gregorius, Respondet: At longe aliter Spiritus Dei, in cuius schola si edoctus fuisset hac in parte, nūquam ita locutus foret. nam quum Ieremias lignum esse doctrinam vanitatis pronuntiat, quum Abacuch docet conflatile esse doctorem mēdacij,

certe

certe hinc colligenda generalis est doctrina futile esse adeoque mendax quod de Deo ex imaginibus homines didicerint. Deinde, quoniam nō poterat ignorare, fideles confestim excepturos, hos prophetas de idolis loqui, addit aliud æque futile: Si quis excipiat, eos a Prophetis reprehendi qui simulachris ad impiam superstitionem abutebantur, fateor quidem, sed addo quod omnibus conspicuum est, in totum damnari ab illis quod Papistę pro certo axiomate sumunt, imagines esse pro libris. opponunt enim vero Deo simulachra tanquam res contrarias & quæ nunquam simul conuenire possint. hæc, inquam, comparatio in illis locis quos nuper citaui, statuitur: quum vnus sit verus Deus quem celebrant Iudæi, perperā & falso confingi visibiles figuras quæ Deum repræsentent, ac misere deludi omnes qui Dei cognitionem inde petunt. Hæc iste cum summa vanitate. Gregorius enim manifeste agit de imaginibus quæ effigie sua ea exprimant quæ in scripturis tradita sunt: non de Dei effigie quæ facta sit vt ipsum Deum quid & qualis sit repræsentet. quam omnes fideles æque, immo longe magis, damnant tanquam idolum, atque ipse Caluinus. Quid autem hęc faciunt ad damnandam (exempli causa) Christi crucifixi imaginem? an Caluinus audebit hanc imaginem vocare doctorem mendacij? Quid hæc ad Sanctorum historias depictas pertinent, quæ idiotas docent, & ad eorum imitationem ipsos excitant? num hæ doctrinae vanitatis reputabuntur? Sed audiamus alia huius belli argumentatoris Posteaquā a superioribus addidit Lactantium & Eusebium non dubitare pro certo assumere mortales fuisse omnes quorum simulachra visuntur, Augustinū pronuntiare nefas esse non modo adorare simulachra, sed Deo collocare, & hac de causa concilium Elibertinum prohibuisse, quod colitur & adoratur, in parietibus depingi, item Varronis sententiam ex Augustini libro 4. de ciuitate Dei c. 9. & 31. concludit: Quisquis ergo rite doceri cupiet, aliunde quam ex simulachris discat quod de Deo sciendum est. Quare si quid frontis habent Papistae, ne posthac effugio isto vtantur, libros esse idiotarūm imagines, quod tam aperte pluribus scripturae testimonijs refellitur. Quasi scilicet Catholici probent, imagines ad exprimendum, Deus quid sit, factas, ac non potius maxime improbent: aut ijdem negēt quod de Deo sciendum est ex libris discendum esse: aut quasi hoc vulgare verbum locū apud eos habeat in impijs imaginibus, quae proprie simulachra sunt à simulando. Ipsum autem Deum multa maximi momenti docuisse imaginibus, ostendimus sectione 54. tituli 32. multis exemplis scripturae. Caetera quae Caluinus adijcit, falsi criminis accusatione, mendacijs apertis & decipula

2. sectione 6

decipula, utuntur. Accusat enim luxum in imaginibus. Atqui nihil est in imaginibus, quantumcumque magnum, quod vel minimam scintillam gloriæ eorum, sicut nec olim Cherubindrũ aureorũ, repræsentare possit. Mendaciorum autem apertorum hæc exempla sunt: hac de imaginibus sententia populum fraudari doctrina scripturæ, quæ sola idonea sit ad eos formandos. Eos qui præfuerunt ecclesiæ resignasse idolis docendi vices quod essent muti. Decipula vero est quod adijcit: Christum vera euangelij prædicatione depingi, & quodammodo ob oculos nostros crucifigi testatur Paulus. Quorsum igitur attinebat tot cruces in templis erigi, & cætera, si probe & fideliter inculcaretur Christum esse mortuum in cruce, maledictionem nostram sustinuisse, & cætera? Ex quo vno plus discere poterant quam ex mille crucibus. Respondemus enim, nullum esse Catholicum qui harum rerum prædicationem & inculcationem sedulo non esse faciendam dicat. Sed præter eam, doctrinam quæ ex aspectu imaginum crucifixi percipitur, non propterea esse spernendam, tum quia non omnes voce prædicationis de Christo plane instituantur: tum quia nihil vetat idem, quod nunquam satis disci potest, duobus modis percipi: tũ quia partim fragilitate humana, partim diaboli studio fit vt hæc vel excidant, vel sæpissime à consideratione eorum animi nostri auertantur, quos expediret semper in eorum cogitatione versari. Cuius rei exemplum nullum accommodatius adferri possit eo quod Galatis accidit. Eis enim ante quorum oculos Iesus Christus fuerat crucifixus, istud confestim ita exciderat vt cum hoc dogmate non consentientia reciperent. Imagines autem sãctas etiam memoriæ prodesse docuimus ex scripturis sectione 55. tituli 32. Memorabile proinde fuit votum illud Gregorij in epistola ad Germanum episcopum Constantinopolitanum episcopum quæ extat actione 4. septimae synodi. Vtinam fieri posset vt hoc pietatis mysterium, & cœlum, & terra, & aqua, omnia quoque animantia, & plantae, & si quid aliud est, siue per colores, seu per picturas aut voces posset narrare.

101. Parte alia Chemnitius & alij pari fraude contendunt, Gregoriũ improbauisse imaginum adorationem, qualem videlicet Catholici probãt & ætate ipsius aut paulo post sanctorum, imagines primum cœpisse honorari. Pro quo citat haec verba ex epistola 109, libri 7. ad Serenum episcopũ Massiliensem: Peruenit ad nos quod fraternitas vestra quosdam imaginũ adoratores aspiciens easdem imagines confregit atque proiecit. Et quidẽ vos zelum habuisse ne quid manu factum adorari posset, laudauimus: sed frangere easdem imagines non debuisse iudicauimus. Ideirco enim pictu

ram in

ra in ecclesijs adhibetur, vt hi qui literas nesciunt, saltem in parietibus videndo legant quæ legere in codicibus non valent. Tua igitur fraternitas & illas seruare, & ab earum adoratu prohibere debuit, quatenus & literarum nescij haberent vnde scientiam historiæ colligerent, & populus in picturæ adoratione nõ peccaret. Idé etiam citat hæc ex epistola 9. libri 9. ad eundem Serenum: Perlatum ad nos fuerat quod inconsiderato zelo succensus Sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confregeris. Et quia adorari vetuisses, laudauimus: fregisse vero reprehendimus. aliud enim est picturam adorare: aliud per picturę historiam quid sit adorandum discere. nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura. Frangi vero non debuit quod non ad adorandum in ecclesijs, sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatũ. Et quia in locis venerabilibus Sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit, hortamur vt eorum animos, quos à tua disiunctos vnitate cognoscis, reuocare festines, & cętera. Sed Chemnitius ludificatur Lectorem varietate significationis adorationis: de qua sæpius diximus. Gregorius enim loquitur de adoratione per excellentiam soli Deo debita, quam aliqui recentes ad fidem conuersi. Se enim, etiam particula solummodo, hac solam adorationem excludere multis argumentis declarat. Primo ex scriptura quam citat sequentibus verbis: Conuocandi enim sunt ecclesię filij, eisque Scripturae testimonijs ostendendum quia omne manu factum adorare non liceat, quoniam scriptum est, Dominum Deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Deinde ex eo quod paulo post addit: Sed haec solicite admoneas, vt ex visione rei gestae ardorem compunctionis percipiant, & in adoratione solius Trinitatis prosternantur. Tertio quod is hãc adorationis speciẽ in epistola 53. ad Secundinum quę etiam est de imaginibus, expressis verbis non semel exprimit. Scio quidem quod imaginem Dei Saluatoris non ideo petis, vt quasi Deum colas, (En Lector adorationem prohibitam) sed ob recordationem filij Dei in eius amore recalescas cuius te imaginem videre consideras. Et nos quidem non quasi ante diuinitatem ante illum prosternimur: (Ecce iterum adorationem quam Gregorius improbat) sed illum adoramus, quem per imaginem aut natũ aut passum, sed & in throno sedẽtem recordamur. Quod vero Gregorius his locis non meminerit expresse adorationis alterius speciei quae imaginibus conuenit, eo euenit quod non suspicabatur esse fideles qui de ea dubitarent. Indicauit tamen eam, quum ait, nos ante Christi imaginem prosterni, sed repręsentatum per imaginem adorare, puta adoratione proprie dicta.

ta. Semper enim illud verum est, fideles ante imagines Christi prostratos fuisse. Deinde, quum adijcit direximus clauim etiam pro benedictione à sanctissimo corpore Petri Apostolorum principis, per cuius signum munitum te esse credis. Quis autem se imagine Petri (quam etiam Gregorius mittebat) munitum credat & non eam veneretur. Tertio quum addit & ex eo te protegat qui iuuenilia semper suggerit recordari. Hæc enim etiā est venerabilis causa honoris imaginum. Imo Gregorius hanc adorationis speciem expressit epistola 126. libri septimi ad Richaredum Regem vbi dicit se mittere clauim à sacratissimo beati Apostoli Petri corpore quæ cum honore reposita quæque apud eum inuenerit, benedicendo multiplicet. Omittimus Augustini & Meliti ab eo missorum ingressum in angliam cruce præcedente.

102 Quoniam vero Gregorius epistola illa 9 libri 9 inter alia etiam hoc scribit: dic frater à quo factum sacerdote aliquando auditum est quod fecisti? Si non aliud vel illud te reuocare debuit, ne despectis alijs fratribus solum te sanctum & esse crederes sapientem: ne quis ei obijciat, si nō sacerdotem, Ezechiam tamen olim simile aliquid fecisse: adijcimus vt omnis scrupulus Gregorio tollatur Ezechiam iustas habuisse causas facti sui quas Serenus non habuit: totus enim populus adorabat serpentem: hic solum aliqui quasdam imagines. ille populus diu eum adorauerat isti non itē imagines. Ille solum serpentem quo populus abusus fuerat confregit: Serenus omnes imagines suæ diœcesis.

103. Euagrius libro 6 eccles. histor. c. 20. narrat Cosroen Persarum Regem misisse ad templum sancti Sergij martyris duas cruces multo auro & gemmis ornatas, quarum priorem Theodora vxor Iustiniani olim ei miserat: alteram ipse voti persoluendi causa curauarat fieri cum inscriptione voti quas Gregorius episcopus cum de Mauritij Imperatoris sententia accepisset, cum magna pompa ad sacrum martyris templum detulerit, inque eo reposuerit. Idem quoque paulò post refert aliud Cosroes votum eidem martyri factum, si Syra vxor sua conciperet, & ea grauida missionē crucis quam ea gestare solebat. Et memorabile est quod is refert lib. 4. c. 26. & 27 de ostensione veræ crucis à Thoma Apamacensi episcopo cū magnis miraculis. Item de imagine Simeonis lib. 6. c. 14.

104. Cui autem cordi fuerit, plurium authorum sententias pro imaginibus, & earum in templis veneratione legere, inueniet eas in actionibus septimæ Synodi: nominatim Nili, Isidori Pelusiotæ, Asterij Amasseæ, Theodori Myrorum, Stephani Bostrorum episcopi, Maximi, Leontij,

Anastasij

Anastasij episcopi Theopoleos, Sophronij episcopi Ierosolymorum, Constantini episcopi Constantiæ Cypri, Germani Constantinopolitani episcopi. Item testimonia ex historia Euphemiæ martyris, ex vita sancti Anastasij Persæ, ex libello de eiusdem martyris miraculis, ex libro miraculorũ Cosmæ & Damiani, ex vita Simeonis in mirando monte, ex libro de martyrio Procopij martyris. & ex alijs. Item apud Ioannem Damascenum alios authores & alia testimonia in tribus libris de imaginibus. Nos enim breuitatis causa eos & alia testimonia omittimus: & quia quos & quæ citauimus sufficiunt.

105. Sequitur vt nunc narremus historiam crucis quæ in aere formatur & qua frõtem & alias corporis nostri partes signamus, in sæculis quarto, & quinto, & sexto.

Igitur Catherina crucis huius virtutem contra dæmones prędicat Maxẽtio apud Metaphrasten 25. Nouemb. *S. Catherina*

Lactantius libro 4. c. 27. vocat hoc crucis signum, & cœlestem notam, & signum immortale muniens hominem: prædicat eius potentiam aduersus dæmones; ait si cum Ethnici dijs immolant assistat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litare. & occurrit responsioni qua aiebant Deos hoc non metu, sed odio facere. *Lactantius.*

Constantinus Imperator vultum suum cõmuniebat hoc salutari signo, vt antea audiuimus ex lib. 2. Eusebij de vita ipsius. *Cõstãtinus Magnus.*

Cyrillus Hierosolymitanus catechesi. 4 Quod si aliquis id occultet, tu manifeste signa te in fronte, vt dæmones signum Regis videntes trementes procul fugiant. Fac autem hoc signum, & manducans, & bibens, & sedens, & stans, & loquens, & ambulans. in summa in omni tuo negotio. *Cyrillus Hierosolymitanus.*

Athanasius in libro de humanitate verbi & corporali eius aduentu: Signo crucis omnia magica compescuntur, veneficia inefficacia fiunt, idola vniuersa deseruntur, omnis irrationabilis voluptas conquiescit, quilibet de terra ad cœlos suspicit. Et iterum: Solo signo crucis homo vtens dolos dæmonum à se propellit. Veniat qui istorum dictorum experimentum capere velit, & in ipsis praestigijs daemonum, & imposturis vaticiniorum, & in miraculis vtatur signo crucis ab ipsis deriso, nomenque Christi inuocet: & videbit quomodo huius rei metu daemones fugiant, vaticinia cõquiescãt, magiæ & veneficia iaceant. *Athanasius*

Hilarion prouolutus genibus Christi crucem signabat in fronte, talique armatus casside vincebat daemones: teste Hieronymo in eius vita. *Hilarion.*

Ephrem capite tertio libri de vera pœnitentia. Postésque nostros pretiosa *Ephrem.*

ac viuifica cruce coronemus, dicentes cum Apostolo Paulo: mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Pingamus in ianuis atque in frontibus nostris, & in ore, & in pectore, atque in membris omnibus viuificum signum. & paulò post: Hanc Christiane armaturam diebus singulis & noctibus, horis atque momentis in omni loco circumferre non desinas, nihilque sine ipsa perficias: sed siue dormias, siue iter agas, siue vigiles, siue operi intentus sis, siue manduces, siue bibas, siue maria nauiges, siue transmittas flumina hac te lorica circumtege, membraque tua omnia salutari signo exorna, atque circumsepi, neque accedent ad te mala. Hoc enim signo conspecto, aduersariae potestates conterritae, trementesque recedũt. Et in libro de armatura spirituali c. 2. Caeterum scuti vice crucis signo teipsum muni, signans ex eo membra omnia & cor tuũ. Neque solum manu te signes, verum etiam & studia tua, & ingressum tuum, & exitum tuum in omni tempore, sessionem tuam & resurrectionem tuam, & lectum tuum, & omnia quaecunque pertransis signa primum in nomine patris & filij, & spiritus sancti. Validissima quippe huiusmodi armatura est: nullusque tibi vnquam nocere poterit, si hac fueris septus. Nam si qui ferrent Regis signaculum fert, eum laedere nullus audebit: quanto magis nos, qui tale coelestis Imperatoris ferimus signum, neminem metuere possumus? Quod autem Magdeburgenses notant centuriae 4 c. 4 in inclinatione doctrinae Ephrem signationi crucis nimium tribuere videri c. 3. libri de poenitentia, non pertinet ad historiam, quam se scribere videri volunt, sed ad historiae reprehẽsionẽ. Et Ephrem quidem isto capite quaedam admiscet quae competunt in veram crucem, id est, mortem Domini in cruce de qua citauerat Paulum, Mihi absit gloriari, nisi in cruce, & caetera. quia facere signum crucis, erat ipso facto gloriari in cruce Domini nostri Iesu Christi, mirum esse non debuit quod illa de hoc signo praedicauerit. Basilius Magnus capite 27 de spiritu Sancto refert primo loco inter traditiones Apostolicas non scriptas, quae seruandae sint, signationem crucis: Velut, verbi gratia, inquit, vt eius quod primum & communissimum est, primam mentionem faciam, figura crucis signare eos qui in nomen Domini Iesu Christi spem habent, quis scripto docuit?

Basilius Magnus.

Gregorium Thaumaturgum & eius diaconum vsos fuisse signo crucis aduersus daemones tradit Gregorius Nyssenus in oratione in laudem ipsius.

Gregorius Neocaesariensis.

Gregorius Nazianzenus de Iuliano apostata.

Gregorius Nazianzenus oratione prima in Iulianum, Iulianus, inquit, daemonum conspectu perculsus, ad crucem veteremque remedium confugit: valuit

valuit signaculum, cedunt dæmones, pelluntur timores. Eandemque historiam narrant Theodoretus libro 3.c.3.& Sozomenus libro 5.c.2. Iuliano ergo longe deterior est Brentius dum dæmonem negat fugatum crucis signo: sed cum esset mendax & impostor, hanc fugam simulauisse confingit ad confirmandam superstitionem & Magiam: Non enim magis ad pietatem facere digitis crucem formare, quam si manibus in aere circulum descripseris. Imo deterior est ipso Mago, qui hoc solo commenio fugam dæmonum excusauit quod odio haberent hoc signum: atque adeo ipsis Magdeburgensibus, vt qui agnita hac historia Mago isti consentientes dicant dæmones crucem Christi abominatos fugisse: ne videlicet vllam huius signi virtutem in hac fuga agnoscerent. Sed bene habet quod Lactantius antiquum hunc Ethnicorum prætextum confutauit lib. 4.c.27. vbi contēdit dæmones id odisse quod ipsum timeant. *Theodor. & Sozomenus.*

Huius apostatae sæculo in tanto vsu & honore hoc signum fuisse, vt ne milites quidem biberent, nisi signato poculo, manifestum est ex Theodoreti libro 3. eccle hist c.16.

Marcellus Apamiae episcopus Iouis templum structura & arte firmissimum ac diaboli arte adiutum ne igne deuastare posset, aspersione aquæ signo crucis & inuocatione nominis diuini benedictæ, id exussit, testibus Theodoreto & alijs. *Marcellus Apamiæ episcopus.*

Ex epistola Petri Alexādrini Athanasij successoris de nefandis Lucij Adriani gestis quae extat apud Theodoretum lib. 4.c.20.& Nicephorum lib. 11. c.18 manifestum est Diaconum à Damaso missum cruce se signauisse cum immaniter torqueretur. *Diaconus à Damaso missus.*

Iosephum, ex Iudaeo Christianum narrat Epiphanius lib. 1. haeresi 30. digito suo impressisse vasi aquae signaculum crucis, & inuocato nomine Iesu Christi incantationem & Magiā sustulisse aspersione aquae benedictae. *Iosephus.*

Sancti Polychronius & Zachæus eius discipulus crucis signo patrā: miracula, authore Metaphraste 14. Maij. *Polychronius & Zachaus.*

Iosaphat crucis signo se armat contra daemones, teste Damasceno in eius vita. *Iosaphat.*

Zosymum quoque anachoretam & Mariam Ægyptiacam se cruce muniuisse tradit Paulus Diaconus. *Zosymus & Maria Ægyptiaca*

Theodosius Imperator cruce se signauit, & signum crucis pro signo prælij contra Eugenium militibus dedit, vt Orosius libro 7.c.35.& Paulus Diaconus lib.12.rer. Roma referunt. *Theodosius Imperator.*

Ambrosius sermone 43 hortatur vt ōnia opera à signo crucis incipiamus. *Ambrosius.*

Hiero-

Hieronymus Hieronymus in epistola ad Demetriadem de custodia virginitatis: Vt & claudas cubiculum pectoris, & crebro signaculo crucis munias frontem tuam, ne exterminator Ægypti in te locum reperiat: sed primogenita quæ apud Ægyptios inuenit, in tua mente soluentur. Et in eiusdem argumenti epistola ad Eustochium: Ad omnem actum, ad omnem incessum, manus pingat crucem. Et ad Fabiolam de 42. mansionibus, Ad crucis signum superatur inimicus. Item ad eandem de veste sacerdotali: Quod olim in lamina (Pontificis) signabatur: nunc in signo ostenditur crucis. Et in c. 9 Ezechielis sub finem: Quæ (puta, litera tau.) in Christianorum frontibus pingitur & manus inscriptione signatur.

Dorotheus apud Palladium c. 2 signat aquam in qua erat aspis, & non nocet ipsi.

D. Martin. D. Martinus apud Sulpitium: Ego signo crucis, non clypeo protectus, aut galea, hostium cuneos & penetrabo securus.

Paulinus, Paulinus natali 8. Fælicis: Nos crucis inuictæ signum & confessio munit, Armatique Deo mentem non quærimus arma. Et in carmine ad Cytherium. Cum prænotatos ora vexillo crucis Transibit vltor angelus. Et paulò post: Nam Christianos aggregare mortuis Virtute cassa mors fuit. Quia fronte signum Christianis emicat, Quo mors subacta corruit.

Prudentius, Prudentius in hymno ante sommum: Fac cum vocante somno Castum petis cubile, frontem locumque cordis Crucis figura signet. Crux pellit omne crimen, Fugiunt crucem tenebræ. Tali dicata signo Mens fluctuare nescit. Quæ Magdeburgenses quidem 1 dicunt esse vehementer iniuriosa in Christum. sed id eo accidit quod non considerant inesse aliquo pacto in hoc signo ipsa crucem verã Christum patientẽ: eius formationem esse professionem fidei in mortem Christi & alios articulos fidei quos suo loco notauimus. esse inuocationem Dei per Christi meritum: nec Prudentiũ quidquam scribere quod non sit ab Ephrem, & alijs traditum, atque adeo ab ipso Chrysostomo. vt confestim audiemus.

1 cent. 4. c. 4 in in. lina tione doctrinae tit de traditionibus pagina 302.

Epiphanius, Epiphanium signo crucis varia miracula patrauisse notauimus sectione 82. ex eius vita à Ioanne ipsius discipulo conscripta.

Chrysostomus, Chrysostomus homilia 55. in c 16 Matthæi tot & tanta de hoc signo prædicat. quot & quanta nemo alius Nam cum regeneramur, inquit, crux Domini adest, cum sacratissimo alimur cibo, cum in ordine consecrandi statuimur, vbique & semper id victoriæ insigne nobis assistit. Quapropter & in penetralibus, & in parietibus, & in fronte quoque, ac mente, magno studio crucem inseramus. Id enim salutis nostræ, id communis libertatis,

id

id mansuetudinis & humilitatis Domini signum est. Ductus est enim vt ouis ad occisionem. Quando igitur cruce te signas vniuersam tecum crucis causam verte, & ira ac reliquarum passionum incendia, extingue quādo te cruce signas, magna tuam frontem arma fiducia, libertate animum munias, & cætera. Quam non simpliciter digito in corpore, sed magna profecto fide in mente prius formare oportet. Nam si hoc modo eam faciei tuæ impresseris, nullus scelestorum dæmonum cū hastam videat, qua lethale vulnus accepit, congredi tecum audebit. Nam si eum solummodo loca in quibus damnati capite persoluunt videmus, ingenti horrore concutimur: quid passurum putas diabolum, si mucronem tenere te viderit, quo vires eius Christus dissoluit, & quo caput draconis magno ictu rotauit. Noli ergo tanto tu bono verecundari & cætera de signo crucis apparituro in iudicio. Hoc signum & priscis & nostris temporibus, clausas ianuas reserauit, Hoc venenorum vires extinxit, hoc cicutæ vim dissoluit, hoc feroces bestias repressit, hoc lethales serpentum morsus curauit. Et in demōstratione ad gentes, quod Christus sit Deus. Veruntamen hoc maledictū, hoc abominabile, hoc extremi supplicij symbolum, crux diadematibus & coronis clarius factum est. Neque enim sic regia corona ornatur caput, vt cruce, quæ omni cultu dignior: & quam omnes prius abhorrebant, eius figuram tantopere quærunt, atque adeo vbique ea inuenitur, apud principes apud subditos, apud mulieres, apud viros, apud virgines, apud nuptas, apud seruos, apud liberos. subinde omnes ea se signant, inscribendo in nobilissimum membrum nostrum. In fronte enim nostra, quasi in columna quotidie figuratur. Sic in sacra mensa, sic in sacerdotum ordinationibus, sic iterum cum corpore Christi, in mysticis cœnis fulget. Hanc vbique celebrari videre licet, in domibus, in foro, in solitudine, in vijs, in montibus, in collibus, in vallibus, in mari, in nauigijs, & insulis, in lectis, vestibus, in armis, in thalamis, in symposijs, in vasis argenteis, in aureis, in margaritis, in murorum picturis, in corporibus brutis male affectis, in corporibus à dæmonijs obsessis, in bellis, in pace, in diebus, in noctibus, in delicatorum choreis, in monachorum ordinibus. adeo certatim donum hoc mirabile rapiunt omnes. Mira est hæc gratia: nullus confunditur nullus erubescit cogitans quod in maledictae mortis symbolum fuerit sed omnes ipso magis ornantur quam Diadematum coronis, vel multis gemmatis monilibus & torquibus. Et non solum non fugitur: sed & desideratur & amatur, & omnes de ea soliciti sunt, & vbique fulget, & sparsa in parietibus domorum, in culminibus, in libris, in ciuitatibus, in vicis, in locis quae habitantur, &

non

Augustinus. non habitantur. Extant apud Augustinū multa, & quædam etiā æque magnifica de hoc crucis signo testimonia, atque apud Chrysostomū. Ait enim libro 1. confessionum c. 11. se puerum signatum fuisse signo crucis. Et in libro de catechizandis rudibus c. 20. Cuius passionis & crucis signo in fronte hodie tanquam in poste signandus es: omnésque Christiani signantur. Et libro 22. de ciuitate Dei c. 8. loquens de fœmina crucis signo à canoro liberata: admonetur in somnis appropinquante pascha vt in parte fœminarum obseruanti ad baptisterium quæcunque illi baptizata primitus occurrisset, eundem locum signo Christi signaret fecit, & confestim sanitas secuta est. Et libro 2. de symbolo ad catechumenos c. 1. vt si quando voluerit aduersarius diabolus denuo insidiari, nouerit redemptus cum symboli sacramento, & crucis vexillo ei debere occurri, vt talibus armis indutus facile vincat Christianus. Et tractatu 118. in c. 19. Ioannis: Postremo quid est quod omnes nouerunt signum Christi, nisi crux Christi? Quod signū nisi adhibeatur, siue frontibus credentium, siue ipsi aqua qua regenerantur, siue oleo quo chrismate vnguntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil eorum rite perficitur. Quomodo ergo per id quod mali faciunt, nihil boni significatur, quando per crucem Christi quam fecerunt mali, in celebratione sacramentorum eius bonum nobis omne signatur? Et libro 19. contra Faustum c. 14. Si Machabæos cum ingenti admiratione præferimus, quia escas, & cætera. quanto magis nunc pro baptismo Christi, pro Eucharistia Christi, pro signo Christi, ad omnia perferenda paratior debet esse Christianus?

Sedulius. Sedulius libro 1. carminum de crucis signo sentiens, Et fixum est, inquit, in fronte decus.

Cyrillus Alexandrinus Cyrillus Alexandrinus lib. 6. aduersus Iulianum scribit curæ semper esse Christianis domos frontésque signare signo pretiosæ crucis. Et libro 2. c. 19. in Esaiam ait columnam de qua Esaias loquitur sanctæ crucis esse signū quo obsepiri credentes solent & communiri.

Iacobus Nisibenus, Iulianus Saba, Eusebius, Aphraates, Macedonius et Limnæus Iacobus Nisibenus qui Theodoreto superuixit patrat miracula signo crucis, teste Theodoreto in religiosa historia in eius vita & Iulianus Saba, & Eusebius, & Aphraates, & Petrus, & Macedonius & Limnæus. vt idem scribit in eorum vitis.

Nonnus Edessæ episcopus & s. Pelagia. Nonnus Edessæ episcopus docuit Pelagiam, quam conuerterat, signare se crucis signo contra dæmonis tentationes. quod quum fecisset, confestim eum fugauit: teste Iacobo ipsius Diacono in vita Pelagiæ, & Metaphraste 8. Octobris.

A Dona-

A Donato Epiri episcopo draconem solo crucis signo occisum refert Sozomenus libri septimi c. 25. *Donatus Epi r i episcopus.*

Etiam ipsi Gothi se crucis signo muniebant tépore Theodorici regis Italiæ, eumque cum sensum perdidisset, adhortabantur vt se signo salutari muniret, teste Gregorio Turonensi in vita Quintiani. *Gothi tempore Theodorici regis.*

Sanctus Protasius docet Portianum vincere dæmones signo crucis: & hic eo tum illud, tum multa alia miracula patrat: teste Gregorio Turonensi in eius vita. Benedictus frãgit vas vitreum in quo venenum ei præbebatur, teste Gregorio libro 2. dialog. c. 3. & eius discipulo. Placidus & Maurus multa miracula patrant, teste de illo Gordiano, & de hoc Fausto vitæ eorum scriptoribus. Ioannes Silentiarius crucis signo dæmonem eijcit, vt scriptor ei familiaris narrat apud Metaphrastẽ 13. Maij. & Gregorius Lingonensis multos dæmones: Patroclus autẽ dæmonẽ sicut & sanctus Callupenes. teste Gregorio Turonensi in eorum vitis. Qui etiam narrat S. Friardum vesparum agmen hoc signo abegisse: Lupicinum varias ægritudines sanauisse: Senoch abbatem cæcos illuminauisse. Venantium ægritudines pepulisse & dæmones superauisse: & vtrumque etiam Nicetium: Monegundem autem cæcos, ægrotos, & veneno infectos sanauisse: ac Leobardum quoque. *Plurimi Sãcti.*

Audimus autem & antea Tiberij hæc verba: Crucem Domini, qua frontem nostram, & pectora munire debemus, eam sub pedibus cõculcamus? *Mauritius Imperator.*

Varia miracula hoc signo patrata à Theodoro Sicæorum archimandrita refert Georgius presbyter discipulús ipsius in eius vita. *Theodorus Sicæorũ archimandrita.*

Gregorius Turonensis varijs miraculis celebrat signum Crucis, vt iam-iã audiuimus in plurimis sanctis, & amplius videre licet lib. 2. gall. histor. c. 3 in Eugenio, Vindemiali, & Lõgino. & c. 37. in Maxentio. Et lib. 6. c. 6. & 7. in recluso apud vrbem Nicensem & in libro de gloria confess. c. 7. in Maximo, & c. 29 in Deiremonio, & c. 63. in Lugdunensi archidiacono. & alijs locis in multis alijs. *Gregorius Turonensis.*

Gregorius Romanus saepius honorificam mentionem facit signi crucis & miraculorum quae eo facta sunt. nominatim libro 1 dialogorum c. 1. 4. 10. 11. & libro 2 c. 3. & libro 3. c. 7 & 35. *Gregorius Romanus.*

Sophronius Ierosolymitanus multis locis prati spiritualis memorat miracula signo crucis patrata, nominatim c. 3. & 83 & 91. Quibus similia extãt & apud multos alios Scriptores. *Sophronius Ierosolymitan.*

106. Diximus de historia quarti, quinti, & sexti saeculorum, & tum ex ea tum ex historia trium praecedentium perspicimus vsum & honorẽ

sacratum imaginum etiam in tẽplis traditum fuisse ab Apostolis, & nominatim crucis quoque in fronte, & in alijs corporis nostri partibus, atque vbiuis in aere. 2. Ecclesiam hæc inde ab initio totis sex sæculis quæ ab eis acceperat conseruauisse. 3. Deum plurimis miraculis ista ornasse & comprobauisse, etiam non semel exhibitis miraculo crucibus fulgentibus in aere & terra. 4 Patres vtilitatem vsus eorum descripsisse & populo prædicauisse. 5. Denique fidelem populum se ad eorum mores & doctrinam diligenter conformauisse.

Caput tertium de Principibus Iconomachorum in Oriente & Occidente.

107. Expendendum nunc est qui & quales fuerint principes Iconomachorum. Et quidem t appa-uit ex Michaele Syngelo fuisse qui paulo post Apostolorum tempora sanctarum imaginum honorem improbauerint. Verum non sunt no-ati de hæresi, sed de errore, ex zelo non secundũ scientiam profecto secuta enim est confestim ab admonitione & diligentiori doctrina eorum emendatio.

1. sectione 31.

108. Iudaei, notati primi fuerunt infamia erroris obstinati contra sacras imagines. vt videre licet ex septima Synodo & ijs quae citat ex Leõtio & alijs. Quibus nonnulli addũt Samaritas, & nominatim eos qui sub Iustino Seniore in quandam ecclesiã irrepentes ferocissime in Christi & Sanctorum imagines grassati sunt. vt manifestum est ex epistola Simeonis Eremitae, quae extat actione quinta septimae synodi.

Iudæi & Samarita.

109. His postea accesserunt Manichaei & similes phantasiastae, vt (verbi gratia) Marcionitae: teste Tharasio episcopo Constantinopolitano actione 1. septimae synodi

Manichæi et Marcionitæ.

110. Sexto vero saeculo exortus est Xenaias, siue Xenaeus, homo barbarus & seruus fugitiuus qui quum ad episcopatum non baptizatus irrepsisset, synodum Chalcedonensem tum ipse damnauit, tum Flauianum episcopum Constantinopolitanum in regia vrbe septus Syris & quibusdam monachis vi ad eius damnationem adigere tentauit, & inter alia primus vocem illam euomuit vt loquitur Nicephorus, Christi & eorum qui illi placuerunt imagines venerandas non esse. Pudet Chemnitium eiusmodi antesignaui. proinde 2 conuertit se ad oppugnandam eius historiam hoc praetextu quod Scriptura damnet imaginum adorationem, & Augustinus quoque ac. Gregorius cui cuculi cantui antea plene respondimus. his addit, Elibertina etiam Synodo decretum factum fuisse contra imaginum adorationem. proinde non fuisse haeresim Xenaiæ, neque primum docuisse

Xenaias.

Libro 16. c. 27.

2. pagin. 146

isse Sanctorum imagines non esse adorandas. Sed Elibertina Synodus visa fuit prohibere facturam imaginum in templis, cuius tamen sententiam 3 antea exposuimus. Venerationem vero earum ne verbulo quidem attigit. Tacet autem more hęretico Cedrenum in compendio idem tradere quod Nicephorus. Et Ioannem Diacrinomium his longe antiquiorem in sua ecclesiastica historia scribere ipsum docuisse non esse decens angelos existentes incorporeos corporea forma effigiare. sed & hãc fuisse opinionẽ eius, Christo non esse dandum honorẽ, aut laudem dicendam in pictura hominum arte elaborata, & cętera, quę Stephanus Diaconus legit ex hac historia actione. 5. septimę synodi. *3 sectione 62*

111. Postea exortus est Mahometes, qui suę sectæ hominibus nullas permisit imagines, praesertim in templis. vt videre licet in Alcarano c. 15. & 17. E aliquanto post tempore Ezodes rex Arabum exhortatione Iudęi malefici, promittentis ei triginta vitae annos si iuberet in suo regno auferri ex Christianorum ecclesijs imagines Christi & Sanctorum eius, praecepit Christianis vt eas è tẽplis auferrent & comburerent. Quod quum facere detrectarent, immisit in Ecclesias Arabes & Iudaeos, qui impigre negotium perfecerunt Qua de re vide Lector septimã synodum actione quintã sub finem, Cedrenum, Zonaram, & Nicetam in vita Leonis Isauri. *Mahometes* *Ezodes rex Arabum.*

112. Qui non diu postea ad imperium euectus iuxta praedictionem duorum Iudaeorum Magorum, quibus promiserat si Imperator fieret, se imagines deleturum, iussit publico edicto eas è templis eijci & comburi: recusantes parere vel interfecit, vel membris mutilauit, vel bonis spoliauit: testibus Cedreno, Zonara, Paulo Diacono, & alijs. eòque impietatis prouectus est, vt exercitus Rauennae & Venetiarum, nisi eis Põtifex istud prohibuisset, Imperatorem super se constituere aggressi fuissent. Dissimulant hoc Leonis promissum Iudaeis Magis factum t Magdeburgenses: & hanc causam euersionis imaginum ipsi fuisse dicunt, ne Saraceni haberẽt ob quod Christianos idololatriae accusarent. Quod quam sit futile, facile est omnibus perspicere. Deserenda enim fuisset etiam praedicatio Christi crucifixi, quod esset Saracenis scandalum. Platina autem in Gregorio 3. & libro 10 & Bergomensis scribunt eum etiam notatum fuisse quod male sentiret de homousio. *Leo Isaurus.* *1. cent 8. c. 9. pagina 545*

113. Non memorauimus autem Philippinum qui Iustiniano diu anteã successerat, licet iusserit abradi vel auferri Patrum sex Synodorum imaginem, eo quod is istud non tanquam Iconomachus, sed tanquam Mono-

thelita, fecerit: quia pessime oderat sextam synodum: quam picturā Theodosius tertius restituit, teste Paulo Diacono lib. 8.

114. Leoni sicut in Imperio, ita & in impietate successit filius eius Cōstantinus dictus ab infami euentu Copronymus, Necromanticus, Nestorianus, & qui non credidit beatam Mariam esse Deiparam, vt videre licet apud Zonaram, Cedrenum, Suidam, Nicephorum, & alios. Idem appropinquante mortis hora voce fratus est se igni inextinguibili traditum esse propter Mariam Deiparam. Corpus eius imperante Michaelo Theophili filio exhumatum & combustum fuit.

Constātinus Copronymus

115. Huius filius Leo, paternæ quoque iniquitatis hæres in sacrarum imaginum persecutione, quum Heraclij Imperatoris coronam in magna æde dedicatam abstulisset, eamque gestans in publicum progressus fuisset, carbunculis caput inuadentibus, ac febre vehementissima ad mortē vsque percussus, iustam sacrilegij mercedem recepit.

Leo Cōstantini Copronymi filius,

116. Et cum eo finitum est prius bellum Imperatorū Iconomachorum restituta ecclesiæ pace à Constantino eius filio, & Irene huius matre, Synodo septima Nicææ Bithyniæ decernente Christi & Sanctorum imagines retinendas & honorandas esse.

117. Sed hæc pax non diu durauit, seminante alterum bellum Nicephoro Manichæo, & inmani tributorum inuentore & exactore: Leone vero Armenio, mulieris Lunaticæ prædictionibus addicto, post Michaelem Rangabe virum bonum, qui Nicephori semina represserat, bellum aperte sacris imaginibus indicente, & impigre gerente, etiam contempto quod filius eius Sabbatius Constantinus mutus ad statuam Gregorij Nazianzeni loquelam recuperauisset. Cui in eodem flagitio successerunt Michael Balbus Iudaicæ superstitioni deditus, & Theophilus Necromātiæ addictus socium habens Ioannem patriarcham qui peluis vaticinio & præstigijs huic Imperatori futura prædicere tentabat.

Nicephorus Leo Armenius.

Michael Balbus. Theophilus,

118. Donec tandem Theophilo defuncto quum Senatus conuenisset opera Theodorae sanctae fœminæ, & Manueli moderatoris Imperatoris Michaelis, vincente piæ partis sententia, decretum de sacris imaginibus restituendis factum est, Ioanne impio patriarcha deturbato, & S. Methodio in eius locum substituto. quo alterum bellum contra sactas imagines finitum est. & Graeci deinceps multis saeculis in hac pia sententia ad nostra vsque tempora acquieuerunt & etiam num acquiescunt.

119. Habemus qui & quales fuerint in Oriēte principes Iconomachorū: nimirū Iudaei, Iudaïcae superstitioni addicti, Manichæi, & alias hæretici, Necro-

Necromantici, his addicti, sacrilegi qui proinde non potuerint, nisi quod bonum erat odisse: Pergendum nunc est ad Iconomachos Occidentis.

120. Inter quos sunt qui Serenum episcopum Massiliensem collocet propterea quod ex Gregorij epistola nona libri noni constet eum imagines fregisse: Sed quoniam is hoc fecit propterea quod deprehendisset aliquos recenter ad fidem conuersos quasdam imagines pro dijs, aut Deorũ imaginibus colere: non quod erectionem imaginum & legitimum earũ cultum improbaret: non est Iconomachis annumerandus. Eum namque habitasse inter circumfusos Ethnicos apparet ex illa epistola nona. Vnde & Gregorius laudat zelum eius: solum autem reprehendit temeritatem, propterea quod ausus esset aggredi id quod nullus ante ipsum episcopus tentauisset. monetque eum vt restitutis imaginibus suos instruat cur imagines in ecclesijs habeantur. *Iconomachi. Occidentis.*

121. Iconomachus autem fuit Claudius Taurinensis episcopus regnante Ludouico pio: vt qui omnes imagines odio earum stimulatus è templis suæ diœcesis eiecerit, & contra cultum earum scripserit. Fuit autem vir superbus & indoctus. vt videre licet ex eius libello Ionæ Aurelianensis episcopi libris de cultu imaginum inserto & confutato. & præterea conatus est Arianam hæresim ab inferis excitare. *Claudius Taurinensis episcopus.*

122. Quod autem Magdeburgenses, Caluinus, & alij his similes, referunt Carolum Magnum inter eos qui cultum imaginum improbauerint, authoritate librorum quos Eli Phili sub eius nomine edidit; abutuntur impijssime cum ipso Eli Phili nomine tanti Imperatoris. Nam hoc opus primum in lucem prodijt anno millesimo quingentesimo quadragesimo nono, opera hominis qui suum nomen celauit sub fictitio Eli Phili. neque prodidit à quo & vbi impressus sit: ac ne illud quidem vbi repertus sit. Quomodo autem tanti Imperatoris libri tanto tempore latuissent? aut cur ista alia cælata fuissent si non falso ei tributi fuissent? Deinde constat ex Zonara Romanos Pontifices Gregorium 3. Adrianum 1. & Leonem 3. à Græcis ad Francos defecisse quod Imperatores Græci imagines & cultum earum obstinate persequerentur: Reges vero Francorum in antiqua de imaginibus fide persisterent: & Leonem etiam in Imperatorem coronauisse Carolum. Quæ hi Pontifices nullo modo fecissent, si Franci eadem qua Greci heresi laborauissent: & multo minus, si Carolus etiam libris editis eam propugnauisset. Tertio, Ionas Aurelianensis Episcopus, qui floruit sub Ludouico Pio, Caroli Magni filio, scribit initio libri primi Claudium Taurinensem toto tempore quo Carolus vir, ait, sanctissimus, *Carolũ Magnũ non improbasse cultũ imaginum. Non esse opus ipsius quod Eli Phili edidit.*

vixit

vixit, nihil ausum fuisse mutire de hac hæresi. Qui autem istud cùm eo consistat quod Nouatores nugantur, Carolum hos libros edidisse? Quarto, Carolus misit Romam duodecim episcopos ad concilium quod Stephanus Romæ celebrauit contra Græcorum errorem. Quinto, intercessit testibus omnibus historicis, summa amicitia Carolo cũ Adriano & Leone. quod non accidisset, si diuersæ religionis fuissent. Imo Carolus scripsit epitaphium Adriani his inter cætera verbis: in quibus multa sunt quæ cũ hoc commento pugnant.

Hic pater ecclesiæ, Romæ decus, inclytus Author,
  Adrianus Regem papa beatus habet.
Vir cui vita, Deus: pietas, lex: gloria, Christus:
  Pastor Apostolicus, promptus ad omne bonum.

Et infra.

Post patrem Carolus lachrymans hæc carmina scripsit,
  Tu mihi dulcis amor, te modo plango pater.
Tu memor esto mei. sequitur te mens mea semper:
  Cum Christo teneas regna beata poli.

Sexto, Carolus latinæ linguæ & græcæ peritus fuit. Pseudocarolus vero fuit barbarus, & rerum etiam vulgo cognitarum ignarus, vt qui (exempli causa) Constantinopolim collocauerit in Bithynia: fuit aperte mendax, nominatim in eo quod dicit Nicenam synodum conuenisse absque authoritate Romani Pontificis. & insignis calumniator. vt qui inter alia scribat eam decreuisse imagines esse adorandas cultu latriæ, quod ea expresse negauit. Quod si coniecturis hic vti liceat, videtur opus hæretici fuisse, qui id ausus forsitan fuerit sub tempora concilij Francofordiensis Carolo dedicare: vt nostro tempore Caluinus Institutionem suam Frãcisco Galliarum Regi. ita vt id scriptum fuerit ad Carolum, non à Carolo qui deinde, siue alius quispiam, Adriano id miserit confutandum. vt colligere licet ex libro Adriani: & ex Iuone, qui multa eius retulit in quartam partem sui decreti sub nomine Adriani.

i cent. 8. c. 9. pagina 641. Ludouicũ piũ non scripsisse librum contra imagines

123. Simile huic mendacium est quod i Magdeburgenses scribunt extare alicubi in Gallia acriorem Ludouici, filij Caroli, contra imagines librum. Nominarent enim locum si scirent. imo librum parerent si possent quando eum tantopere parturiunt Prodibit autem cũ mulæ pepererint. Ado enim Viennensis appellat Ludouicum totius pietatis & religionis principem, ac multis alijs laudibus eum ornat. Ionas vero scribit Ludouicum sibi iniunxisse refutationem libri Claudij Taurinensis contra cultũ imaginũ

imaginum. Et Valefridus Strabo tradit, Græci Imperatoris legatos sollicitasse Ludouicum contra venerandas imagines, eaque de causa Ludouicum suorum episcoporum concilium coëgisse, per quam Græcorũ legati sint confutati.

De exordijs & incrementis rerum ecclesiasticarũ c. 8.

124. Illud autem verum est Ioannem VVitclef circa annum Domini millesimum trecentesimum septuagesimum secundum obiter repræhendisse sanam de imaginibus doctrinam: & discipulos ipsius eam acrius oppugnauisse. vt manifestum est apud Thomam VValdensem tomo 3. titulo 19. Deinde Andream Carolstadium & alios nostro sæculo istorum vestigijs institisse.

De Synodis imaginum causa habitis: & quod sola Nicena. 2. multis de causis præstet omnibus Synodis, de quibus Nouatores gloriari solent, Caput. 4.

125. Quoniam vero incidimus in mentionem Synodorum, & Nouatores de eis hic se magnopere iactant: ac digna quoque per se est earum historia, quæ cognoscatur; committere non possumus quin de eis saltem quantum necessarium est, dicamus: ac illud præcipue ostendamus vel solam Nicenam secundam multis de causis præstare omnibus de quibus Iconomachi gloriari solent. Neque enim nouum est hæreticos multas synodos congregasse, & de eis gloriatos fuisse. vt manifestum est ex Arianorum tragœdia.

126. Iactant autem se nostri saeculi Iconomachi de tribus Synodis, putâ, de Constantinopolitana sub Leone Isauro, de altera Constantinopolitana sub Constantino Copronymo, & de Francofordiensi sub Carolo Magno. Nam de Elibertina diximus in historia quarti saeculi sicut & de Apostolica in historia primi.

Synodi contra imagines.

127. De prima illa sub Leone Isauro nihil fere extat, nisi quod con uocata fuerit à Leone: & ab ea, reclamante Germano patriarcha Constantinopolitano, definitum sit contra imaginum erectionem & adorationẽ.

Synodus Constantinopolitana sub Leone Isauro.

128. Alteram vero Constantinopolitanam conuocauit Cõstantinus Copronymus: cui interfuerũt trecẽti triginta octo episcopi, eiusque Acta extant actione sexta septimae synodi. Definiuit autem omnem imaginem ex quacunque materia improba pictorum arte factam, ab ecclesia Christianorum reijciendam, velut alienam & abominabilem. His enim verbis vtitur. & confestim etiam istis: Nemo hominum, qualiscunque tandem fuerit, tale institutum & impium & impurum posthac sectetur, Qui vero ab hac die imaginem ausus fuerit sibi parare, aut adorare, aut in ecclesia,

Synodus Constantinopolitana sub Cõstantino Copronymo.

aut

aut in priuata domo constituere, aut clam habere, si Episcopus fuerit aut Diaconus, deponitur: Si vero solitarius aut laicus, anathemate percellitor imperialibusque constitutionibus subijcitor. vt qui diuinis decretis repugnet, & dogmata non obseruet. Et hæc est Synodus illa quæ voluit dici septima: sed à fidelibus appellata fuit pseudosynodus septima ad differētiam Nicenæ secundæ, siue Synodi septimæ œcumenicæ. vt videre licet apud Photium in fine Panopliae Euthymij, & Leonem nonum in epistola ad Michaelem Episcopum Constantinopolitanum.

De Synodo Francofordiensi.

129. Francofordiensis autem synodi conuocandae certa causa fuit error Felicis Vrgelitani, & Elipandi Toletani, episcoporum, quod Christus esset adoptiuus Dei filius. extant enim eius contra hunc errorem decreta, & quod amplius est, epistola Caroli Magni ex eodem concilio ad Elipandum scripta.

130. Caeterum quam alteram eius causam Magdeburgenses & alij tanquam compertam tradunt, ea non perinde certa est: nimirum quod Adrianus papa cupiuisset synodum Nicenam secundam de imaginibus approbari. Neque enim extant Acta quae istud elucident perinde atque illud de Faelice, neque Carolus Magnus in illa prolixissima sua epistola vel vno verbulo mentionem quaestionis de imaginibus facit. Et quod Eli Phili in praefatione in Pseudocarolum scripsit se habere vetustum codicē qui haec acta contineret, fidem non meretur, quando iam anni quinquaginta plus minus effluxerunt quum istud scripsit, neque vel ipse, vel alius quispiam ea edidit. Ac quae tanquam ex eis paucula verba protulit, vt quoquo pacto fidem suam liberaret: ea vsqueadeo inepta, barbara, & falsa sunt, vt nihil æque probet ea non esse synodi Francofordiensis, præsertim si conferantur cum sermone quo synodus vsa est in Actis de Faelice. Sunt enim eiusmodi: Adlata est in medio quaestio de noua Graecorum synodo quam de adorandis imaginibus Constantinopoli fecerunt, in qua scriptum habebatur, vt qui imagines Sanctorum ita vt deificam Trinitatem seruitio aut adoratione non impenderet, anathema iudicaretur. Quae supra sanctissimi Patres omnimodis & orationem & seruitutem eis renuentes, contempserunt, atque consentientes condemnarunt.

131. Ac vt daremus hanc alteram causam conuocandæ huius synodi certam esse, illud constat incertissimum esse ex Scriptoribus quid in ea definitum fuerit. Nam recentiores historici scribunt eam damnauisse Synodum Graecorum de tollendis imaginibus, nominatim Platina in vita Adriani: Blondus Decadis secūdae libro 1. Sabellicus libro 8. Ennead. Paulus

lus Æmilius libro 2. de gestis Francorum: & ex haereticis Ancelimus Rijd, Carion, & Pantaleon. Quod proculdubio hauserunt ex aliquibus veteribus: & vt apparet, etiam ex Reginone, quem Ioannes Auentinus sequitur, & ex Adone, qui eisdem plane verbis vtitur quibus Regino. Hic enim scribit pseudosynodum Græcorum quam pro adorandis imaginibus fecerunt, reiectam fuisse à synodo Francofordiensi. Pseudosynodi auté appellatione venit apud Latinos a que ac apud Gręcos synodus Cōstantinopolitana de tollendis imaginibus, quod ea vocari perperam voluisset septima synodus vt [1] ra t Photium, & Leonem nonum videre etiam licet apud [2] Paulum Diaconum, [3] Iuonem, [4] Nicephorum, [5] Zonaram, [6] Balsamonem, [7] Psellum, & [8] Euthymium. Et consequenter illud apud eū pro adorandis imaginibus, pro eo accipiendum est, ac si dixisset, doctrinā de adorandis imaginibus causam fuisse cur Synodus Constantinopolitana habita sit ad eam destruendam. In qua interpretatione eo libentius acquiescendum est, quod hic author paulo antea crucis adorationem agnoscat, & deturbationem imaginum per Leonem vocet scelus; referatque Carolum à Leone Pontifice exceptum honorata pompa cum vexillis, crucibus & sanctorum reliquijs. Quodque Ioannes Auentinus scribat Caroli imaginem Romæ in templo adoratam à populo fuisse ipso præsente, quum Augustus designaretur. Et Ado in chronico anni 696. crucem adorari solitam in die exaltationis crucis: & in chronico anni 717. vocet imaginem patrum sex Synodorum, venerandam.

1 supra sectione 128.
2. in libris rerū Romanarū
3. partis quartæ c. 147.
4. libro 20.
5. Constantino & Irene.
6 de cōcilijs.
7. de septem synodis græcorum.
8. in panoplia

132. Abbas vero Vrspergensis & Pseudocarolus videntur connectere inter se non conuenientia. Ille enim scribit in chronico anni 793. damnatam fuisse in concilio Francofordiensi septimam synodum Græcorū quæ conuenerat Constantinopoli sub Constantino & Irene. Dum enim ait damnatam synodum quæ fuerat Constantinopoli habita videtur sentire de conuocata à Copronymo. E-contra quum addit, de adorandis imaginibus sub Constantino & Irene, videtur sentire de Nicena secunda. Sic Pseudocarolus quum ait illic damnatam fuisse synodum quæ facta fuerat Constantinopoli sine authoritate Papæ, videtur loqui de synodo Copronymi. Sed quum adijcit Constantinopoli, quae est in Bithynia, & pro imaginibus, loqui videtur de Nicena. Et leuissima quidem est, imo nulla, apud doctos Pseudocaroli authoritas. Abbas vero Vrspergensis videtur corruptus transformato Constantino Copronymo, in Constantinum & Irenen. Ita enim alijs & sibi ipsi consentiet. Inuehitur enim in Leonem Isaurum & Constantinum Copronymum propter imaginum deiectioné: eosque

vocat inopios & Antichristi præcursores. Gregorium vero laudat tanquã sanctum virum qui Imperatorem hac de causa excommunicauerit.

133. Solus Hincmarus episcopus Remensis refert c. 20. libri contra Laudinensem episcopum, si quidem Magdeburgenses eum vt oportet citent, Nicenam secundam damnatam fuisse à synodo Francofordiensi, eãque vocat pseudosynodum. Sed falluntur si existimentnos eis credere. Cur enim non ediderunt hunc librum aut saltem alij, vt ex totius libri lectione certo colligere possemus an fragmentum quod citant fideliter sit descriptum? Cui verisimile sit, eum contra reliquorum Scriptorum cõsuetudinem, appellauisse Synodum Nicenam pseudosynodum? Quomodo consistit vt sic locutus sit qui sub Ludouico Pio vixit, & insigniter coluit sedem Apostolicam, ac tã suam Archiepiscopus astrinxerit episcopos ad canones ecclesiæ Romanæ obseruandos? Et hæ quidem sunt Synodi de quibus Nouatores gloriantur.

Synodi pro imaginibus et earũ adoratione.

134. Catholici autem pro se proferunt longe plures & longe maioris momenti. vt Sextam Synodum sub Iustiniano: vt synodum Londiniensem eiusdem tempore: vt Romanam sub Gregorio: vt Syriacam. vt Gentiliaci habitam sub Pipino: vt alteram Romanam sub Stephano: vt synodum Nicenam secundam sub Constantino & Irene: vt Synodum Florentinam Græcorum & Latinorum: vt Synodum Tridentinam.

Sexta Synodus.

135. Synodi sextæ verba ex canone 82. citantur à Damasceno sub finẽ libri tertij apologetici, & à Synodo septima actionibus 2. 3. & 4. eorumque authoritate etiam Gratianus vtitur distinctione 3. c. Sextam sanctam synodum, de approbatione imaginis agni immaculati: cui nihilominus præferenda sit imago Christi crucifixi Canone vero 73. sic eadem sexta synodus ait: Vnde & mente, & sermone & sensu adorationem ei tribuentes (nimirum, viuificæ cruci) crucis figuras quæ à nonnullis in solo ac pauimento fiunt, omnino deleri iubemus, ne incedentium conculcatione victoriæ nobis trophæum iniuria afficiatur.

Synodus Londonensis.

136. De Synodo vero Lõdinensi quę cõuenerit authoritate Constãtini Pontificis & imagines earumque adorationẽ probauerit, scribit Nauclerus, & ipsi quoque Magdeburgenses, licet fastu hæretico eam contemnant: & ex Balæo, insigni historiarum peruersore, quædam falso admisceant.

I. cent. 8 c. 9 pagina 534.

Romana Synodus sub Gregorio tertio.

137. De Romana vero sub Gregorio tertio sic habendum est. Quum Leo Isaurus conuocata Synodo, tali quali, damnatis imaginum factura & veneratione, eas publice exussisset: ac Gregorio Pontifici per literas imperasset

rasset, vt nisi gratia sua excidere vellet, idem faceret: hic Romæ Synodũ conuocauit ad quam conuenerunt nongenti & tres episcopi, iuxta Sigebertum: seu mille, iuxta Bonfinium libro 8 decadis. 1 de Vngaris: & ea sacrarum imaginum ven:rationem defendit, damnato Leone cum eius decreto; vt videre est apud Antoninũ tit. 14 1. §. 1. distinct 3 c. c. perlatum est: Platina in Gregorio 3. Bergomensi lib ro 12. & Anastasio episcopo Cōstātinopolitano, qui substitutus fuerat in locum Germani pie de imaginibus sētientis, authoribus, Paulo Diacono libro 2 rerum Romanarum, Blondo Decadis 1. libro :o. & Sabellico Ennead. 8. libro 8.

138. Syriacæ autem synodo interfuit Ioannes Damascenus cum episcopis & monachis. In qua imaginum veneratio propugnata, & Leo anathemate percussus fuit. teste Paulo Diacono libro 2. rerum Romanarum. *Syriaca Synodus.*

139. Quum autem Constantinus Copronymus misisset legatos suos cum decretis suæ synodi, vt ipse quoque imagines & venerationem earũ damnaret: habita est Gentiliaci à Rege Synodus, in qua confutatis græcorum decretis & legatis, definitum est Christi & Sanctorum imagines esse colendas Quibus de rebus vide Reginonem, Adonem, Abbatē Vrspergēsem, Antoninum, Æmilium, & alios. *Gētiliaca Synodus.*

140, Alteram vero Synodum Romanam habuit Stephanus in Laterano ad prima regni Caroli Magni tēpora. ad quam is misit delectos duodecim è Francia Episcopos. quæ & ipsa pro adoratione imaginũ decreuit, & Synodum Constantinopolitanam à Constantino Copronymo habitā abrogauit: teste Paulo Æmilio. *Synodus Romana sub Stephano.*

141. Nicenam autem secundam, quę & septima synodus vocatur, conuocauerunt Constantinus Leonis alterius filius & Irene mater eius. Cui interfuerunt trecenti quinquaginta episcopi, teste Psello de Synodis & inter hos legati Adriani Pontificis, Tharasius Patriarcha Constantinopolitanus, & legati Alexandrini ac Antiocheni patriarcharum. Qui omnes damnato pseudosynodo Copronymi definiuerunt sacras imagines & retinendas, & adorandas esse non cultu latrię, sed alia longe inferioris generis veneratione. Diligentissime namque istud inculcatum est in hac synodo propter calumnias hæreticorũ Tharasius enim actione 2. vbi dixit, Et imaginum picturas secundum priscam Maiorum nostrorum traditionē recipimus, & has desiderio nostro adoramus, & cætera, addit: Sed apertis verbis testamur nos duntaxat in vnum verum Deum latriam & fidē nostram referre & reponere Et Basilius Ancyranus cum ab haeresi Iconomachorum resipisceret, & cōfessionem Catholicam ederet eadē actione, *Synodus Nicena. 2.*

dixit toto audiente & probante concilio, se imagines colere, non tamen latria, quum ea soli Deo debeatur. Sed & Constantinus Constantiæ Cypri episcopus actione 3 & alij actione 4 similiter loquuntur. Epiphanius vero qui nomine huius Synodi confutat Acta pseudosynodi sub Copronymo actione septina, Quod si, inquit in recordationem & memoriam, item quod singulari quadam affectione in ipsa prototypa ferebantur salutauerint & honorifice adorauerint imagines, non tamen ob id illis latriá exhibuerunt, aut diuinam venerationem ascripserunt. Postremo Tharasius eadem actione hanc differentiam prolixe tradit & explicat in epistola ad Constantinum & Irenen.

Florētina Synodus. 142. In Florentina vero Synodo Marcus Ephesius nomine Græcorū numerat actione 5. synodum Nicenam secundam inter œcumenicas synodos. & addit, Necesse est etiam venerandas eius imagines excolamus. Qui vero non ita sentiunt, sint anathema, & ab ecclesia expellantur. neque fuit qui non libenter istud probaret.

Tridentina Synodus. 143. Denique Synodus Tridentina sic de eis clarissime decreuit: Imagines porro Christi, Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorū in tēplis præsertim habendas & retinendas, eisque debitū honorem & venerationem impertiendam. non quod credatur inesse in eis diuinitas, vel virtus, propter quā sint colendæ, vel quod ab eis sit aliquid petendū, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat à gentibus quæ in idolis spem suam collocabant: sed quoniam honos qui eis exhibetur, refertur ad prototypa quæ illæ repræsentant. ita vt per imagines quas osculamur, & corā quibus caput aperimus & procumbimus, Christum adoremus, & Sāctos quorum illæ similitudinem gerunt, veneremur. Id quod Conciliorū, præsertim vero secundæ Nicenæ synodi decretis contra imaginū oppugnatores est sancitū. Post quæ adijcit quæ faciunt ad tollendum & arcendū earū abusum. De qua parte scripsit Ioannes Molanus.

Vel solam Nicenam secundam etiā iure ecclesiastico, omnibus Iconomachorum synodis præstare. 144. Diximus de Synodus pro imaginibus, quas si conferamus cum Iconomachorum synodis, facile animaduertemus eas istis non solū iure diuino, sed iure quoque ecclesiastico lōge præferēdas esse: & vel vnā Nicenā secundā omnibus eorū synodis præstare. idque sex grauibus momentis. omittimus enim quod excesserit eas numero episcoporum, tanquam rem non perinde magnam. Primum enim duæ illæ Constantinopolitanæ synodi contra imagines non fuerunt legitimè conuocatæ & habitæ. Soli

1. enim Imperatores sola sua authoritate eas conuocarunt, eis non interfuerūt legati Romani Pōtificis, non adfuerunt Alexādrinus & Antiochenus patriarchae. qui vero tūc Cōstātinopolis patriarchę erāt, eis cōtradixerūt

&

& quum Romani Pontifices earum decreta resciuissent ea abrogauerunt cum concilijs. Nicenæ vero synodo interfuerunt legati papæ Adriani, Locum tenentes patriarcharum Alexandrini, Antiocheni, Ierosolymitani: & Tharasius patriarcha Constantinopolitanus. Non constat inter omnes de sententia concilij Francofordiensis. & probabilius est id pro adoratione, quam contra adorationem imaginum pronuntiasse. Nicenæ vero synodi decreta pro imaginum honore sunt certa & aperta. Illud fuit particulare: hæc autem synodus œcumenica. Illius decreto sese opposuerunt legati Romani pontificis: vt ipsi quoque Magdeburgenses narrãt: Hanc probauerunt huius legati, & postea ipse quoque Adrianus. 2. Deinde Patres 2.
in Nicena nihil nouum aut insolens pronuntiarunt: sed solum statuerunt quod antea in vsu fuerat, vt manifestum est ex sexta Synodo, & ex re-ipsa. necesse enim vt antea fuerint quæ postea deiectæ sunt. Quod autem Leonis & Copronymi synodis decretum fuit, vsqueadeo insolens fuit, vt propterea exercitus Rauennæ & Venetiarum electuri fuerint alium Imperatorem in locum Isauri, nisi Gregorius id impediuisset, teste Zonara.
3. Tertio, ipsa lumina templorum istorum defenderunt sacrarum ima- 3.
ginum venerationem, nominatim Cõstantinus, Gregorij 2. & 3. Zacharias, Stephanus, Adrianus, Pontificis: Germanus, Paulus, Nicephorus, Tharasius, & Methodius, patriarchae Cõstantinopolitani: Cosmas Alexandrinus. Et qui concilijs non interfuerunt, Paulus Diaconus, Beda, Ado, Andreas Cretensis, Ioannes Damascenus, Theodorus antistes Studiensis, Ionas Aurelianensis, Photius, & alij. Contra qui restiterunt imaginum venerationi, nullius aut virtutis, aut doctrinae extiterunt. 4. Quarto, 4.
audiuimus Impetatores qui Synodos Constantinopolitanas conuocarũt fuisse inquinatissimos, & Magiae etiã addictos. De Cõstantino vero & Irene quũ synodũ Nicenã conuocarent, non narrantur similia. Et quidẽ Carolus hic praeferẽdus est. sed eius nõ ea fuit sententia quã Magdeburgẽses ei affingũt. Nusquã enim eius meminit Paulus Diaconus qui eũ familiariter nouit: nusquã Albinus qui praeceptor eius fuit: nusquã in Turpino qui comes itinerũ eius fuit, id refertur. nusquã hoc Ionas Aurelianẽsis qui eo viuente natus est, imo plane contrariũ, prodidit. Omittimus alia argumẽ- 1. section. 121.
ta quae paulo 1 ante memorauimus. 5. Quinto, bene multi episcopi qui 5.
prius in synodo sub Copronymo cõtra imagines sententias dixerãt, in synodo Nicena suas opiniones reuocarũt, & saniori decreto subscripserunt. nominatim Basilius Ancyrę episcopus, Hypatius Niceę, Leo Rhodi, Gregorius Pisidiae, Gregorius Pissinuntũ, Leo Iconij, Theodorus Mirõ, Theodosius

dosius Amorij Nicolaus Hieropoleos, Leo Carpathi, religiosissimi episco
pi. Vltimo, fides Nicena ad extremum vicit, & sola regnauit in ecclesia ad
6. VViclefum vsque & præsentes Nouatores.

Quod Nouatores huius sæculi nulli penitus Synodo consentiant: neque vero etiam Pseudocarolo, Caput quintum.

145. Verumenimuero nihil æque hic considerandum est ac quod Nouatores nulli penitus Synodo, neque vero etiam Pseudocarolo, consẽtiant. Nam duæ illæ synodi Constantinopolitanæ non solum adorationẽ, sed etiam facturam imaginum damnarunt, ac ne domi quidẽ haberi permiserunt. Plerique vero Nouatorum huius sæculi non damnant facturã earum, & ipsas domi haberi posse concedunt, modo non honorẽtur. quidam vero etiam in ecclesias admittunt. Synodus sub Constantino Copronymo probauit beatę 1 Mariæ virginis & Sanctorum 2 pro nobis preces: & quod amplius est, dicit anathema ijs qui ipsam & reliquos Sanctos nõ inuocauerint: item ijs qui non 3 credunt Deum redditurum vitam æternam pro meritis operum secundum iustam iudicij sui libram. Nouatores autem his plane contraria docent Synodus vero Francofordiensis damnauit quidem authoribus Magdeburgensibus solam adorationem: verum talem qualem particula Actorum eius ab Eli Phili producta declarat, id est, qualis exhibetur deificae Trinitati quam vulgo adorationẽ latriae appellant non qualẽ probauit Nicena Synodus: Ita vt etiamsi Synodus Frãcofordiana id decreuisset quod Magdeburgenses & Eli Phili aiunt, id nihil penitus faceret aduersus Nicenam. Nunc autem bene multi aiunt, eam recepta Nicena de adoratione imaginum, damnauisse Constantinopolitanam. Pseudocarolus non alio praeterea magis argumento reijcit Nicenam secundam, quam quod habita sit nulla interposita Romanae sedis authoritate: ad quám tanquam ad summum tribunal vult omnes causas deferri. Constat autem clarissime ex Actis huius Synodi eam conuenisse cõsensu & adhortatione Adriani papae: huius legatos omnibus actionibus interfuisse & ipsum quoque postea illic Acta comprobauisse. Magdeburgẽses dicũt omnia quae cõtinentur opere Pseudocaroli, extare in Nicena; sed certũ est multa in eo inueniri quæ non extãt in Actis Nicenis nominatim quae vellicat libro 1. c. 1. 2. 3. 4. & libro 3. c 3. 4. 8 & libro 4. c. 17.

1. canone 15.
2. c 17.
3. canone 18.
1. cent 8. c. 9. pagina 645.

Quod Nouatores confidant in mendacijs, fraudibus, calumnijs & nugis proinde non esse ipsis credendum, sed legendos esse ipses authores, Caput sextum.

146. Illud postremo committere non possumus, quin pro generali anti-

antidoto veritatis amatorem admoneamus vt Nouatoribus non credat, sed consulat Veteres, etiam quos pro se citant: eos vero tanquam serpentes refugiat. Solēt enim historicis & Patribus venenum suum afflare addendo vel demendo quæcunque eis placēt: & si vsquam alias, hîc confidūt in mendacijs, fraudibus, calumnijs, nugis. Nam omnia sigillatim persequi, nimis longum & non necessarium fuerit. Dabimus solum ex abundanti aliquot exempla, vltra ea quæ hic-illic retulimus, & cætera ex istis æstimabimus. Magdeburgenses quo loco 1 referunt Synodum Constantinopolitanam sub Leone Isauro, Germanum patriarcham ad eas angustias verbo Dei redactum, vt nihil amplius habuerit quo suam sententiam plausibiliter saltem tueretur: & posteaquam aliquantula alia dixerunt, citant Paulum Diaconum libro 21 rerum Romanarum: perinde videlicet ac si etiam illud scripsisse: quod narrauerant de Germano: à quo longissime abfuit. Nihil æque in 2 scriptis Nouatorum obuium est vt fidelibus persuadeant pastores suos Deo constituere imagines, tanquam is sit eiusmodi atque hi versiculi dicere: vident quos ex eis proferūtur. Nā Deus est quod imago docet: sed non Deus ipsa. Hanc recolas: sed mente colas quod cernis in illa. Verum non eis dicunt Christum qui tanquam homo pingitur, etiam vere esse Deum, & communicatione idiomatum Deum dici depingi, qua Deus gloriæ (verbi gratia) dicitur à Paulo crucifixus. Vulgare verbum est apud eos & præsertim Magdeburgenses, quod simus Iconolatræ, eoque conuicij nomine passim appellant fideles, quos constat nulla ratione colere imagines latria. 2 Caluinus ridiculis argumentis tum à pseudocarolo, tum à se adinuentis & sæpius magnis mendacijs, synodum Nicenā secundam plane ridiculam & puerilem reddere conatur, quorum fraudes & commenta sit cui animus si cognoscere, legat quintum librum dialogorum Alani Copi. Sudarunt & in simili argumento Magdeburgenses. Nam 3 conati sunt ex Pseudocarolo soluere 44 argumenta quibus, vt aiunt, Nicena synodus vsa fuerat: & decem proferunt ex eo aduersus eam. Verū qui didicerit quæ docuimus ex scripturis & Patribus, deprehendet solutiones istas, non nisi meras esse nugas, & etiam argumenta; quae fere 4 omnia antea retulimus.

1 cent. 8. c. 9 pagina 545.

2 nominatim in eccles. exposit. Genesnensi in c. 7. Actorum, ad verba, Progenies ergo cū simus Dei.

2 libri 1. Instit. c. 11 sectionibus 14. 15. & 16.

3 cent. 8. c. 9. pagina 641. & sequent.

4 sectione 4. tituli 33.

De

De modis quibus certiores simus aliquos esse sanctos.

Titulus 35.



HActenus plurima tractauimus de Sanctis, ijs, inquam, præcipue qui per exochen sunt & dicuntur Sancti, tractandū nunc restat ad cōsummationem doctrinae eorum, quibus modis certiores fiamus hos & illos Sanctos.

2. Sūt autem quinque. Certo namque scimus aliquos esse Sanctos expressa Scripturae nominatione eorum, traditione, baptismo infātium qui hoc sæculo ante excedunt, quàm ad vsum rationis peruenerint, Martyrio & relatione fidelium defunctorum in numerum Sanctorum, praesertim iudiciaria, quam vulgo cononizationē appellant.

3. Memorauimus primo loco pro eo ac debuimus, sacram Scripturam. quoniam sicut ex veteri testamento constat nominatim, aliquos esse damnatos: vt 1 Caim 2 Saul, 3 Pharaonem, 4 Nabuchodonosor, ac alios similes, & 5 Iudam, præcipue ex nouo: Ita certum est ex veteri & nouo testamento Sanctos esse Abelem, Sem, Abrahain, Isaac, Iacob, Moysem, Aaronem, & alios quos catalogus Ecclesiastici continet à capite 44. ad quinquagesimum vsque; item catalogus Pauli in epistola ad Hebræos c. 11. Ex solo vero nouo testamento 6 duodecim Apostolos, & speciatim 7 Petrum & Iacobum 8 fratrem Ioannis, 9 Paulum quoque, 10 Stephanum, 1 Antipam, & alios.

1. Genes. 4. Ioan 3 & in epist Iudæ. 2. Reg. 15. 16. & aliis locis. 3 Exod. 8. 10 14. & aliis locis 4. Esai. 14. et Ezech. 31.

5. Matt. 627 & Act. 1. 6. Matth. 19. & Ioan. 14. 7. Ioan. 21. 8. Act. 12. 9. 2. Timoth. 4. 10. Act. 9. 11. Apocal. 2.

4. Traditione vero cognitum habemus (exempli causa) Adam primum parentem nostrum fuisse saluatum. tametsi enim 1 scriptum sit Sapientiam eduxisse eum à delicto suo: tamen istud licet cogitadam relinquat, non aperte significat perseuerantiam eius in gratia Dei neque vero etiam vlla alia scriptura. Patres autem & nominatim 2 Iræneus, 3 Eusebius, 4 Epiphanius, 5 Augustinus, inter haereticos numerant eos qui saluti primi hominis contradixerunt, eorumque 6 vltimus Heuam quoque addit Adamo & traditionis ecclesiæ meminit expressis verbis. Quinetia n scimus traditione sanctam esse Annam matrem Deiparae virginis Mariae: & hanc quoque simili authoritate magis quam scripturis sanctam esse, quod qui

1. Sap 10. 2. libro 3 c. 38 34. 35. et 39. 3. libro 1 eccl. histor. c. 28. 4. haeresi 46. 5. epist 99. et in libro de haeresibus. 25. & c 2. libri de peccat. meritis & remiss. 6. c. 21. libri de natura & gratia.

non

non agnosceret, haberetur quouis hæretico & infideli detestabilior.

5. Tertiam rationem certo cognoscendi aliquem esse sanctum, diximus esse baptismum Infantibus administratum, si antea hoc sæculo excedant, quàm vsum rationis habuerint. Deus namque omnibus baptizatis, quantum est ex parte sua, dat remissionem peccatorum, iustificationem, & hæreditatem cœlestem. quod hæ inter alias scripturæ docent: Quicunque baptizati estis, Christum induistis: &, Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ipsius baptizati sumus consepulti enim sumus cũ illo per baptismum in mortem, & cætera. Infantes autem non possunt opponere gratiæ baptismi obicem, neque alias ante rationis vsum peccata admittere. Quibus quia alij sunt obnoxij, non perinde possumus ex eorum baptismo certo iudicare de æterna ipsorum sanctitate. 1 Galat. 3. 2 Rom. 6.

6. Martyrum vero Christus vocat etiam baptismum, & propter se & Deum interfectis pollicetur vitam, & consequenter sanctitatem, æternam vt quum ait: Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cœlis est, & Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quia ergo hic sanguinis baptismus lauat omnia præcedentia peccata, nec vllum futuris locum relinquit: necessaria non fit in martyrum ante actam vitam inquisitio. solum id sciendum est, num quis propter Dei legem & Christi confessionem in ecclesia occisus sit. Quod non est difficile rescire. Audiuimus vt vltimus septem fratrum certo pronunciet in altero 4 libro Machabæorum ex martyrio de salute æterna sex fratrum suorum ante se ab Antiocho occisorum: Nã fratres mei modico nunc dolore sustentato, sub testamento æternæ vitæ effecti sunt. Legimus vt iniuriã martyri faciat qui pro martyre orat: quod martyrium pro Christo susceptum sit indubitatum sanctitatis & æternæ beatitudinis argumentum. Videmus vt plurimi propter martyrium relati fuerint in numerum Sanctorum, omnis sexus, status & ordinis fideles nominatim multi longo ordine Romani põtifices, Ignatius, Polycarpus, Cyprianus, Laurentius, Vincẽtius, Hippolytus, Agatha, Cæcilia, Agnes, Emerentiana, Anastasia. Videnturque veteres istorum solum fidelium defunctorum in numerum sanctorum relatione fere contenti fuisse. quod plerique Christiani essent martyres. quos fideles merito in oculis præ cæteris ferebant. 1 Marc. 10. & Luc. 12. 2 Math. 10 3 Math eodem capite. 4 c. 7. 5 nominatim apud Augustinũ sermone 17. de verbis Apostoli. & Innocentium 3. in titulo de celebratione missarũ cap. Marthã 3. sexto loco.

7. Sed quum persecutionibus sedatis pax esset ecclesijs reddita, cœpere frequentius in Sanctorum numerum referri ij quos vulgo vocant Confessores. Vt (exempli causa) in Oriente Nicolaus, in Occidente Mar-

tinus, & Anachoretę, Paulus, Antonius, Hilarion, ac similes, quos vita Heroica & miracula ad hunc honoris gradum extulissent.

8. Animaduersum enim fuit in sacra Scriptura, & nominatim in praeclaris illis Ecclesiastici & Pauli catalogis, Deo iam inde ab initio placuisse vt non solum in genere notum esset Ecclesię ipsum semper habere insignes sui cultores, sed sigillatim quoque hos & illos eiusmodi fuisse, etiam Confessores: vt Sem, Enoch, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, Mosen, Aaroné, & similes, quod hoc faceret ad clarius manifestandam suam gloriam: & fidelium quoque interesset vt in oculis gestarent, propter quos Deum clarificarent, quos laudarent, quos honorarent, quos imitarentur: iuxta scripturas, Et in 1 me glorificabant Deum: Sapientiam 2 eorum narrent populi & laudem eorum nuntiente clesiae. 3 Nimis honorificati sunt amici tui Deus 4 Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: Memet. ro praepositoru̅ vestrorum qui locuti sunt vobis verbum, quorum intuentes exitum, imitamini fidem: & plurimas alias scripturas quas citauimus & examinauimus titulo 29. Haec vero momenta locum habent etiam in saeculis seque̅tibus post editam noui testamenti scripturam.

1. Gelat 1.
2. Eccle 44
3 Psal 118.
4. 1. Cor 4.
5. Hebr. 13.

9 Et quidem principio & longissimo post tempore, quilibet episcopi defunctos fideles in numerum Sanctorum referebant, vt manifestum est tum ex alijs multis, tum ex Cypriano epistola sexta libri tertij, vbi iubet annotari dies quibus martyres excedebant & ad se scribi, vt commemorationes, inquit, eorum inter memorias martyrum celebrare possimus Et paulo post de his quos Tertullus ei scripserat excessisse in carcere, Et celebra̅tur hîc, inquit, à nobis oblationes & sacrificia ob co̅memorationes eorum, quae cito vobiscum Domino prosperante celebrabimus. Imo Atticus non ante agnitus est episcopus Constantinopolitanus, quàm Chrysostomum retulisset in numerum Sanctorum: vt videre est in eius epistola ad Petrum & Ed. tium Diaconos. Eique simile aliquid habet de eode̅ Theodoretus libro quinto ecclesiasticae historiae c 34. Amplius dico, Ecclesiae alicuius particularis consensus in agnitione martyris non dissentiente Episcopo, sufficere quandoque visus fuit ad eum canonizandum. Ex quibus factum est vt bene multi haberentur Sancti in quibusdam ecclesijs, atque adeo etiam in plurimis quos aliae ignorarent, nominatim Metaphrastes, quem in ecclesijs Graecis celebrem sanctum Latini ignorabant adhuc tempore concilij Florentini, vt videre licet actione septima.

10. Verum crebrescente Sanctorum, praecipue Confessorum, canonizatione, ne partim simplicitate bonorum, partim auaritia & malitia malorum,

lorum, partim magnatum & Principum importunitate, qui sibi gloriosum futurum existimabant si sanguine coniunctum vel affinem, relatum in numerum sanctorum haberent: visum fuit expedire, ne in posterum cuiquã liceret fidelem defunctum in sanctorum catalogum referre, nisi 1 authoritate Romani Pontificis; aut ipsemet Pontifex id faceret, cuius tacita approbatione bene multæ particulares canonizationes à tota ecclesia receptę fuerant, quod eius proprium esset toti ecclesiæ patefacere quis pro sancto habendus esset, qui toti ecclesiæ præesset. Sic 2 Leo 3. Suibertum solicitatione Caroli Magni, 3 Innocentius 2. Hugonem episcopum Gratianopolis, 4 Alexander 3 Bernardum, & alij Pontifices Thomam Cantuariẽsem, Franciscum, Dominicum, & similes in sanctorum numerum iudiciali sententia sua retulerunt.

1. cap. audiuimus & cap. cum ex eo de reliquijs & veneratione sãctorum & ca. venerabili. De testibus & attestationibus.

2. teste San. Ludgero in epistola de miraculis S. Suiberti c. 9 quæ extat tomo 2 Surii. *3. vt manifestum est ex epistola Innocentii ad Hugonem Carthusiæ priorem tomo 2 Surii.* *4. Bernardi canonizationem vide post libros vitæ ipsius.*

11. Sed vt nihil est vsqueadeo bonum quod non habuerit suos Momos: ita & hæc canonizatio incidit in repræhensiones hominum effrænis audaciæ. Nã Erasmus canonizationem B. Catherinæ Senẽsis in colloquijs vellicat, perinde ac si in gratiam ordinis & vrbis canonizata fuisset à Pio Papa: non obstante Dei 1 præcepto de non iudicando alios: & multo minus Papam. Quinetiam is alios quoque sanctos quos ecclesia veneratur, reijcit & deridet tanquam apocryphas, vt Christophorum, Georgium, Erasmum, Rochum, Barbaram, motus quod legendæ quædam eorum essent aprocryphæ quasi scilicet Ecclesia de istorum sanctitate iudicasset ex legendis apocryphis, quae nondum extabant: & non ex eorum vita ipsi probe cognita: aut quasi non extarent de eis aliae sanctae legendae. VViclefum autem 2 non puduit scribere Papam non minus posse errare hac in parte, atque Ioannem presbyterum, Turcam aut Sultanum. 3 Magdeburgenses vero dubitant num Anna fuerit mater Deiparae, neque eã in catalogo sanctorum referunt. Chemnitius 4 autem pronunciat canonizationem Romanensem esse partem idolomaniae & nundinationis babylonicae: 5 Pontificios multos sanctos venerari, qui nunquam vel vixerunt, vel in rerum natura fuerunt, vt Georgium, Christophorum, Catherinam: & vsitarum dictum etiam in ipso papatu fuisse multorum reliquias coli in terris, quorum animae ardeant in Inferno. Quod si quando dictum fuit ab aliquo fideli, id de reliquijs non canonizatorum, vel de corporibus fraude aliqua suppositis accipiendum sit. Denique quum omnes Nouatores pessime oderint Papam, mirum non est eos in Sanctorum canonizatio-

1. Matth. 7.

2. teste Thoma VValdẽsi tomo 3. de sacramẽtalibus c. 122.

3 cent. .. lib. 8 c. 10 in vita b. Mariæ virginis

4. tertia partis examinis concilii Tridentini pagina 634.

5 pagina 631

nizationem debacchari.

12. Ac vide mihi Lector improbitatem horum hominum. Erasmus quam vellicat in Pontifice eam authoritatem sibi arrogat. Refert enim Reuchlinum in numerum sanctorum propter linguarum peritiam, neque dubitat orationem pro eius commemoratione componere. Foxus tantam sibi attribuit iurisdictionem nemine deferente, quantam nullus quamtumuis in Papam propensus ei detulit: neque quisquam Papa, quamtumuis ambitiosus, conatus est sibi asscribere: neque alius quispiam ex omnibus hæreticis ausus fuit sibi arrogare. Excogitauit enim & in lucem ædidit nouos Fastos, nouas apotheoses, eisque singulos in calendario dies attribuit, inductis & ex eo deletis Sanctis fere omnibus quos hactenus Ecclesia coluit. Neque dubium est, si quis quærerit ex Nouatoribus partis Lutheranę num Lutherus sit Sanctus? an Zuinglius ex Zuinglianis? & Caluinus ex Caluinistis? quin intrepide responsuri sint eos esse Sanctos.

13 Iam quod attinet ad illos Sanctos quos Erasmus & Chemnitius magna temeritate reijciunt, Magdeburgēs. eos redarguunt. vt qui eos omnes, excepto Roccho, in martyrum numerum referant centuria quarta: Erasmum pagina 54. Georgium pagina 1405. Catherinam, quā Metaphrastes Ecatherinam vocat, pagina 1419. Christophorum & Barbaram pagina 1420. & hanc etiam pagina 152 à Patre Dioscoro interfectam: tametsi si deles eorum iudicio & opera non indigeant: vt quibus in promptu sint celebres illæ Cæsaris Baronij annotationes in martyrologium Romanum & de his sanctis, & de beata Anna quoque & Roccho, ex quibus perspicuum est septies amplius quam ex Magdeburgensibus in quanta ignoratione noui hi Magistri versentur. Eoque etiam iniquior est istorum accusatio, quod hi omnes, excepto Roccho Montis Pessulani Confessore, diu ante recepti fuerint in Sanctorū numerū, quā Papæ ad se restringerēt authoritatē Sanctos canonizandi: Erasmus & Barbara in ecclesijs Italicis caeteri in Græcis.

1. supra sectione 2. 14. Sed redeamus ad rem. Indicauimus canonizationē esse relationē fidelis defuncti in numerū Sanctorū. Ea vero fit à Pōtifice perinde atque iam inde ab initio ab alijs episcopis facta fuit, nimirum præcedente exacta in illustrē eius vitam inquisitione, praesertim, si Martyr nō sit, & in miracula, potissimū post mortē, patrata: Sin martyr dicatur, an martyriū in charitate fraternitatis toleratū fuerit. nisi quod ista tanto certius à Pōtifice fiunt, quāto eius authoritas & potestas maior est. Cuius illustre exemplū ab hinc paucis annis editū est à Sixto 5. in canonizatione S. Didaci Compluten-

plutensis.

15. Scriptura namque hos canonizationis modos haud obscure demonstrauit. Nam ne ipse quidem Christus, Sanctus Sanctorum, hunc canonizationis, siue exaltationis suæ modum dedignatus est accipere à disci
pulis suis, & præcipue à Petro. Viri Israelitæ, 1 inquit, audite verba hæc. Ie- 1. Act. 2.
sum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis virtutibus, prodigijs & signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut vos scitis, & cætera: hunc resuscitauit Deus cuius nos omnes testes sumus. Hisque similibus 2 paulo post adiungit miraculum in nomine ipsius à morte eius factum.
Stephanus vero 3 prædicatur plenus fide & Spiritu sancto, plenus gratia 2 Act. 3.
& fortitudine. deinde dicitur fecisse prodigia & signa magna in populo: 3 Act. 6.
& 4 postremo narratur martyrium eius pro Christo in charitate virorũ 4. Act. 7.
religiosorum, atque adeo inimicorum, toleratum. Ecclesiasticus autem
in catalogo 5 sanctorum ab Enoch ad Oniam vsque, nunc fidem & bona 5 Eccle. 44.
opera, nunc miracula & sæpius vtraque simul, ac quandoque etiam mira- & sequenti-
cula post mortem patrata, refert; vt in 6 Elizæo, 7 Iosepho, & 8 Samuele, bus ad qua-
quæ sunt certissima testimonia sanctitatis insignis. Legimus enim aliquos dragesimum
non 9 sanctos fecisse quum hic viuerent miracula, & longe plura sanctos vsque.
nusquam vero legimus impios ea post mortem patrasse. & qui ista post 6. c. 48.
mortem fecerunt sancti, pauci sunt si cum alijs conferantur. Quin & 10 7. c. 49. 8 c. 46.
Paulus commemorat in catalogo Sanctorum quem instituit ab Abele per 9 Matth 7.
multa saecula, fidem, opera, martyrium, & miracula: cumque his verbis cõ 10. Hebr. 11.
cludit: deficiet me tempus enarrantem de Gedeon, Balac, Sampson, Iephte, Dauid, Samuel, Prophetis, qui per fidem vicerunt regna, adepti sunt repromissionem, obturauerunt ora Leonum, extinxerunt impetum ignis, effugarunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate. Et hi omnes testimonio probati sunt. Idéque paulo post testimoniũ reddit de salute eorũ qui circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, speluncis, & cauernis terrae. quorum multa videntur etiam de Christianis dicta. His accedit Iacobus quum 11 ait, Exemplum accipite fratres
mei, laboris & patientiae, prophetas qui locuti sunt in nomine Domini. 11 c 5.
Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis.

16. Iam tenemus ex Scripturis quibus argumentis aliquis colligatur esse dignus canonizatione. Porro quod quidam existimauerunt solum pie credendum canonizatos esse sanctos. nonnulli vero etiam aperte tradunt Pontifices in canonizatione errare posse; hoc praetextu, quod testimonia

de

de sanctitate, miraculis & causa martyrij, sint hominum qui falli & fallere possint: hinc profecta sunt, quod non satis expenderunt spiritum Sanctum his 1 argumentis 1 præluxisse etiam Scriptoribus diuinis ad canonizandum defunctos: & ex 2 Scripturis colligi Dei voluntatem esse, vt sæculis quoque sequentibus editionem sacræ scripturæ, aliqui innotescant ecclesiæ esse Sancti: Proinde eum episcopis & pontificibus ita adfuisse & adesse sua gratia, vt non fallantur in horum argumentorum examine: aut minimum in sententia, si contingat quædam falsa testimonia adhiberi aut etiam ipsos met pontifices desiderare quædam in gratiam aliquorum facere. Deum enim hoc posse notissimum est vel ex impij Caiphae sententia. Esset enim nimis magnum flagitium publice colendum vt sanctum sententia proponere ecclesiae qui esset damnatus: & ex eo complures magni errores sequerentur.

1. vt videre licet sectione preceden. 1.
2. vide supra sectionem 8.

17. Nam honores qui ex canonizatione sequuntur, hi fere sunt, vt publice ab omnibus habeantur sancti 2. vt praedicentur publice orare pro nobis. & nos regere munere Christi. 3. vt publice inuocentur. 4. vt publice honorentur 5 vt reliquiae eorum publice sint in honore. 6. vt templa & altaria eorũ nominibus erigantur. 7. vt dies festi eis dicentur. 8. vt tanquam sanctis erigantur imagines in templis. 9. vt ex istic publice honorentur.

18. Inculcauimus autem particulam, publicè, quod alia sit ratio cultus publici, hoc est isto in loco approbati ab ecclesia in his vel illis sanctis: alia priuati, id est, qui deuotione fit, etiam si quandoque coram alijs fiat. Etenim nihil obstat quominus quis hac ratione pleraque illorum sanctis non canonizatis tribuat. Licet namque fideli eum quem confidit esse sanctum, habere priuatim pro sancto: ei licitum est existimare eum orare pro se & alijs, & dono regendi gentes participem factum esse Christi munere: licet eum priuatim inuocare, eius reliquias venerari, eius imagines priuatim habere & honorare quando hæc omnia, excepto regimine gentium, etiam viuis tribuuntur: & fideles initio ecclesiae & diu postea, quique qua poterant ratione, martyrum reliquias ex igne & alijs supplicijs rapiebant: & Patres eos quos confidebant esse sanctos, statim à morte inuocabant nominatim Hieronymus Paulam, & Gregorius Nazianzenus Athanasium & Basilium. Caeterum nullo modo licet erigere templum vel altare, sub nomine sancti non canonizati. quod haec ad solum cultum publicũ pertineant: sicut & erectio imaginum in templis, eo modo quo sanctis canonizatis.

De officijs defunctorum qui purgantur, erga beatos & nos: ac beatorum & nostris erga ipsos, ex sacris scripturis.

Titulus 36.



Restat vt dicamus de officijs defunctorũ qui in altero sæculo purgantur erga beatos & nos; ac beatorum & nostris erga ipsos quoniam hi Sanctorum communione continentur.

2. Docuimus ex scripturis in libro de descēsu Iesu Christi ad inferos, esse qui in altero sæculo dent pœnas temporales, propterea quod 1 ædificauerint ligna, fœnum, stipulam, super fundamentum quod est Christus Iesus: quædam 2 peccata remitti in futuro sæculo: Deum istic quosdam filios quos recepit, flagellare, nimirum eos quos hîc recepit, sed non castigauit, 3 flagellat enim omnem filium quem recipit idque in altero sæculo eo seuerius, quod in hoc sit dies retributionis. quæ hîc nō repetimus, ne magno labore semel rectè acta iterum agamus. Porro audiuimus 4 ex S. Paulo sæpius, & iterum nihilominus audiendum est quia expedit, omnes sanctos pro sese mutuo esse solicitos, analogia ex eiusdē corporis, totius inquam membris petita his verbis. In idipsum pro inuicem solicita sunt membra Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Proinde qui in altero saeculo purgantur, agunt Deo gratias de beatitudine Sanctorum eisque congratulantur, ac pro nobis orant: Et rursus beati in cœlo & fideles hîc eis compatiuntur: factis, inquam: ne sit (vt ita dicam) compassio ludricra, & non qualis est membrorum viuorum. quae alijs membris afflictis succurrunt quacumque possunt ratione. Succurrimus autem hîc absentibus æque ac praesentibus, precibus, ieiunijs, & alijs qui absentibus prodesse possunt, notis modis. neque vlli praeter illos dari possunt quibus opere compatiamur defunctis qui in altero saeculo castigantur, quum tamen necesse habeamus eis factis compati. eo quod sint membra corporis Christi. Itaque benefacimus quum ipsos nostris afflictionibus, & inter has ieiunijs precibus eleemosynis pro ipsis datis, & sacrificio iuuamus. quādo haec Deo non possint non esse grata. vt qui hanc membrorum legem instituerit: non tunc primum quum Paulus eam scripto tradidit, sed iam inde à conditione membrorum, eamque inscripserit animis nostris. Quod argumentum pro oratio-

1. 1. Cor 3.
2. Match. 12.
3. Prouerb. 3. & Hebr. 12.
4. tit. 9 secti one 49. 50. & 51 & tit. 10. se. t. 4 & ti ulo 21 & alijs locis
5. 1. Cor. 12.

Officia defunctorū qui purgantur erga beatos & nos ac beatorum & nostra erga eos ex s. sripturis.

Primum argumentū pro suffragijs pro defunctis ex scriptura.

1. Cor. 12.

orationibus pro defunctis tractant Chrysostomus, & Augustinus. De quibus, sicut & alijs suffragiorum pro eis modis, multa praeterea nobis hic dicenda sunt, quod Nouatores ea oppugnent.

3. Omnes natura defunctis optamus à Deo requiem & faelicitatem: non corrupta, inquam, sed hac in parte integra. Nouit enim naturaliter anima Deum esse, & se in morte non interire. cognitum habet Dei iudicium, scit alijs faciendum quod sibi velit fieri. Optare vero aliquid à Deo, est vere orare. Igitur ipsa natura docet nos succurrere defunctis nominatim precibus. Scriptura porro 1 non vno loco probat quod ab hac natura proficiscitur argumentum.

4. Viderunt haec aliqua ex parte Confessionis VVirtembergensis Authores, dum 1 scripserunt: Exigit etiam charitas vt optemus defunctis omnem in Christo tranquillitatem & faelicitatem. Sed dum videre noluerunt, Optare, nimirum, à Deo, esse vere orare, nec quidquam ab eo vane optandum esse, extinxerunt lumen naturale quod ipsis praelucebat ad suffragia pro defunctis. Hinc etiam profectum est quod Apologia Confessionis 2 Augustanae respondit se non prohibere preces pro defunctis. Neque enim Philippus Melanchton, praecipuus eius Author, eiusque socij agnouerunt argumenta quae pro his precibus deinceps producemus. Hac eadem naturae doctrina impulsus Lutherus in articulis suis sub mortem editis inquit: Pro mortuis, quia scriptura nihil meminit, existimo non esse peccatum ex libera deuotione ita, vel similiter orare, vt Deus animae si in tali statu sit, misereatur. Nam quod addit, vtque satis sit quando semel vel bis illud factum fuerit, ab inueterato odio contra has preces, quas vel naturae instinctu videbat, non esse peccatum, profectum fuit. Cur 3 enim alioqui ipsi visum esset non licere pluries repetere quod ipsemet iudicabat non esse peccatum? praesertim 4 quum Scriptura requirat perseuerantiam in precibus.

5. Imo haec naturalis doctrina causa fortassis fuit cur principio Deus solicitudinis istius doctrinam obscurius scribi permiserit, tametsi is alias quoque instas causas habuisse potuerit nobis incognitas. quis enim 1 cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Videmus vt is resurrectionem carnis vitam aeternam & alia maximi momenti dogmata, in lege Mosis tradiderit obscurius, quae postea clarius scribi curauit perinde atque haec quoque pro defunctis officia quae tractamus.

6. Nullus est vsqueadeo simplex Lector veteris testamenti, qui non facile animaduertat saepius fieri mentionem in libris legis Mosis, & alijs, luctus

Secundu argumentu à natura integra desumptu, id probare scriptura
1 nominatim 1 Cor 11.
Effudicia horu argumentoru in bene multis Nouatoribus.
In Authoribus Confessionis VVirtembergensis
1. in titulo de memoria defunctorum.
In Authoribus Apologiae Confessionis Augustanae
2. vide integra eius verba tit. 37. sectione 1.
In ipso Luthero.
3. vide integra Lutheri verba titulo 37 sectione 1.
4 Luc. 18. 1. Thess. 5. & alijs locis.
Vnde profluxerit quod Deus principio obscurius doctrinam suffragioru pro defunctis scripto tradiderit
1. Rom. 11.

luctus & fletus pro defunctis. Scriptum namque est in 1 Genesi venisse Abraham vt plangeret & fleret Saram. Indicatum est 2 Iacob cum omni familia fleuisse Deboram, dum narratur eam fuisse ab ipso sepultã sub quercu quæ dicta fuerit quercus fletus, seu vt alij vertunt, quam ipse mei vocauerit quercum fletus. Aperte traditum 3 est eundem luxisse filium suum Ioseph multo tempore. Indicatum est Ioseph 4 luxisse in Ægypto Iacob patrem suum septuaginta diebus, & paulo 5 post expressis verbis scriptum est, eum cum omni domo patris sui ac principibus Pharaonis & Ægypti fecisse ipsi exequias in terra Chanaan septem diebus planctu magno & vehementi siue graui valde à quo locus dictus fuerit, planctus Ægypti. Sed non omnis lector plene percipit causas huius planctus, luctus, & fletus Patriarcharum: & multo minus videt istis comprehensas esse per synecdochen preces pro defunctis. Hæc autem sic demonstramus.

Tertiũ argumentum pro suffragiis defunctorũ est luctus et plãctus. Et primo patriarcharũ.
1 Genes. 23.
2 Genes. 12.
3 Genes. 37
4 Genes. 50
5 eodẽ capite

7. In primis certum est Patriarchas non luxisse suos externa tantum specie siue simulatione: vt se conformarent ad Ethnicorum mores, & vt audirent amantes suorum, tum quia hęc simulatio repugnat eorum sanctitati, tum quia scriptura huic impiæ cogitationi resistit, quum memorat luctum magnum & valde grauem, in tantum, inquam, vt ex eo 1 nomina locis inderentur, nonnunquam etiam ab ipsis. Quin & hoc certum est eos probe instructos fuisse doctrina immortalitatis animorum & resurrectionis corporum, & consequenter non planxisse & fleuisse mortuos suos quasi penitus interijssent. Adhæc conuenit inter omnes, ipsos non deplorauisse suos tanquam perditos & æternis supplicijs addictos: quomodo Dauid luxit Absalon. Postremo diuturnitas luctus magnitudini & vehementiæ adiuncta docet solum eorum mortem huius sæculi non fuisse ipsis causam huius luctus. Igitur tametsi Deus verbis apertis non exposuerit præcipuam causam: tamen auocauit lectorem ad non adijciendum animum ad ista: & prouocauit ad quærendum pręcipuam.

Patriarchæ quibus ex causis suos non luxerint.
1. Genes. 35.
a 2. Reg. 18.

8. Eam vero deprehendimus ex istis. Duo sunt valde amara quæ omni homini hoc saeculo excedenti eueniunt: mors, & quod 1 proxime eam sequitur, iudicium. Prioris causa licet suos flere & vnà communem humani generis maledictionem: dummodo istud moderate fiat: nihil enim tristitiae ex mortis intuitu sentire, barbaries potius est & stupor quàm animi magnitudo. Seria vero iudicij expensio facit vt superstites meritò vereantur ne mortui licet fideles, sint adiudicati pœnis temporalibus. Facile nãque est 2 Deo reddere vnicuique secundum opera sua: neque ignotum est hoc iudicium esse exactissimum & seuerissimum, vt in quo 3 reddenda sit

Quod Patriarchæ praecipue luxerint suos in gratiam eorũ sine vt eos prodessent
1. Hebr. 9.
2 Eccles. 11.
3 Matth. 18

 ratio

ratio etiam de omni verbo ocioso:& quo fiat 4 vt Deus filios quos hic recepit,flagellet si in hoc mundo eos non flagellauerit, aut ipsi 5 se ipsos non iudicauerint,& omnia 6 ligna,fœnum, stipulā eorum exurat. Hinc adijciunt animum ad eis succurrēdum modis quibus se ipsos hîc 7 purgare potuissent,nimirum fletu,planctu,precibus,ieiunio,& alijs. Etsi ergo nō sit dubitandum quin Patriarchæ luxerint suos mortis huius sæculi causa, vna cum maledictione generi humano communi:tamen præcipua luctus eorum causa fuit sui afflictio siue punitio in gratiā defunctorum propter iudicium,& eius executionem. quam auxit cōsideratio quod 8 ipsi se ipso ea liberare non possent.

4. Prouer. 3. & Heb. 12. 5. 1. Cor. 11. 6. 1. Cor. 3. 7 Ioel 2. & Ecclesi. 38. 8. Ecclesi. 9. Ioan. 9. & alijs locis

9. Id quod odoratus Caluinus,vt erat obstinatissimus in hæresi,maluit accusare Patriarchas nimij doloris,& quandoque grauiorum criminum,quam veritatem agnoscere:ita vt ne ipsum quidem Abraham Patrē fidelium penitus ab hac accusatione liberauerit. Cæterum,inquit in 1 commentarijs in caput 23 Genesis,quia homo fuit Abrahā,fieri potest vt modum excesserit. Vidit enim,quod subiicet,scripturam haud obscure significare verbo venire,& repetitione ad plangendum super eam,& ad lugendam eam,Abraham non perfunctorie,& breui tempore ; sed amare & vtrunque longo tempore ante fleuisse Saram,quam surgeret. Iacob multis modis tentatus,multis tristibus telis appetitus est,mors tamen Ioseph plus illi mæroris attulisse videtur,quam incestuosum 2 concubinæ vxoris stuprum,& 3 filiæ raptus cū clade Sichimæ.edidit enim 4 maximi luctus signa,scissionē vestimentorum & cilicij indumentum :luxit eum longo tempore,ne omnium quidem liberorum consolationem voluit admittere,& aperte significauit se lucturum eum ad mortem vsque,dum ait: Descendā ad filium meum lugens in infernum. Quem hęc,nisi hæreticum, non mouerent ad intelligendum,Iacob,quanto amplius cæteris filijs diligebat Ioseph,tanto maiorem & diuturniorem afflictionem sibi in eius gratiā præscripsisse,quod vereretur vt subito abreptum manerent luenda in altero sæculo supplicia? praesertim quum 5 scindere vestimēta & accingere saccum super lumbos suos, vsitata essent in actione pœnitentiae. Sed 7 Caluinus his spretis maluit publicare sanctum Iacob post innumera patientiae documenta diffluisse. Et 8 paulo post ait : Interea non excuso doloris excessum. Et vt perfectius intelligeremus de quanto excessu sentiret, Et certe, inquit, obrutum se tristitia demonstrat de sepulchro perinde loquens (legit enim haeretice,ad sepulchrum) ac si morte non concederent filij Dei ad meliorem vitam. Atque hinc discimus quam caeca sit doloris intēperies

Caluinū nd lusisse accusare omnes Patriarchas im moderatos luctus,quā agnoscere præcipuā luctus eorum causā 1 ad verba, In Cariath-Arbe. 2. Genes. 35. 3. Genes. 34. 4. Genes. 37. 5. Ioel 2. 6. Matth. 11 & aliis locis. 7. ad verba c. 37. Genes. Noluerunt inuocā Ioseph. 8. ad verba, & surrexerunt omnes filij eius,

peries quæ fidei lumen in sanctis fere suffocat. Iosephum autem de multis accusat, quod in accuratiori conditura & septuaginta dierum luctu se Ægiptijs conformauerit, idque magis fortassis metu quam iudicio, ne deterior esset patris sui, quam aliorum, conditio: quod timore seruili fuerit oppressus: quod tametsi Ioseph septem continuo lugendo dies rectum finem habuerit propositum, vitio tamen non caruerit excessus. Denique quod Ioseph se magis ad peruersos Ægyptiorum mores flexerit quam par erat: vt sibi licitum esse fingit mundus quidquid consuetum est. Noluit enim videre quanto quis præstantior est, tanto condituram, symbolum incorruptionis, merito posse esse maiorem, vt plebs clarius ad fidem resurrectionis & incorruptionis credendam prouocetur: ac luctum quoque, in expressius testimonium pœnitentiæ. Subiicet autem, quod hue quoque non parum pertinet, reliquos Patriarchas & filios eorum, ac omnem domum Iacob, simul cum Ioseph luxisse Iacob. Ac vide mihi lector quam improbus huius hominis conatus sit Dei scopo contrarius. Is enim facta Patriarcharum, & præcipue ea quæ omnium fuissent communia, tanquam lumina, nobis spectanda proposuit, vt posteritas 10 ad ea attenderet: Hic autem ita ea deturpat vt refugiamus. *9. Genes. 50*

10. Sed pergamus ad alia plāctus & luctus testimonia. 1 Aarone mortuo in cacumine montis Hor, omnis multitudo fleuit super eo triginta diebus per cunctas familias suas Et filij 2 Israel, Moysem postea in monte Nebo mortuum fleuerunt in campestribus Moab triginta quoque diebus. Num solennis tot dierum luctus solum factus fuit mortis eorum temporalis causa? ac non potius in gratiam eorum, siue vt ipsis prodessent, siquidem hoc remedio indigerent? Sciebant enim ipsos ob vnicum infidelitatis peccatum non potuisse ingredi terram Chanaan, quantumuis Moyses vt id sibi liceret Deum orauisset. Vnde merito timebant ne, vt homines erant forsitan essent propter alia quędam peccata nonnullis pœnis temporalibus addicti. Et annotatione dignum est Caluinum qui omnes Patriarchas temere accusauerat immodici luctus, hic 3 populum excusare, tū alijs de causis, tum quia veteris populi infirmitas talibus luctus solennis fui fidijs leuanda fuit, vt edoceretur ad se pertinere mortuos, & sibi cū illis manere aliquod vinculum coniunctionis. quibus verbis iugulat suam hæresim. Coniunctio namque siue communio Sanctorum postulat operas nostras quibus defunctis prosimus. vt 4 multis docuimus, & non diu 5 est quum repetiuimus.

10 nominatim Esai 51. Rom 5. & 4 Deinde ex luctu filiorū Israel super Aarone & Moyse defūctis.

1. Num c 20 in fine.

2. Deuter. c. vltimo.

3. in commētarijs in c. 20 Numerorum ad verba, videm. aut tota congregatio. & in c. 34. Deuter. ad verba Et fleuerūt filij

Israel Mosen. *4. titulis 1. 2. 3.* *5 sectione 2. & 3 huius tituli.*

Tertio ex cõsuetudine solennis luctus septẽ dierum & pluriũ si placeret, Iudæis vsitati.

11. Iudæis fuisse consuetudinem lugendi mortuos septem diebus author est 1 Ecclesiasticus: quæ manasse videtur à Patriarchis, vt 2 videre licet in secundo luctu Ioseph; non quod non liceret pluribus diebus aliquẽ lugere: sed quod solennis lugendi ritus omnibus in vsu esset tot diebus: nec quisquam esset qui non saltem tot diebus solenniter lugeret necessarium. Alioqui licebat pluribus diebus, etiam solenniter lugere mortuum, ad instar 3 Ioseph in priore luctu; atque adeo longissimo tempore: vt vidimus in luctu 4 Iacob super filio; & prætereà discere possumus ex verbis 5 Ioab quæ protulit sapienti mulieri Thecuitæ: Lugere te simula, & induere veste lugubri, & ne vngaris oleo, vt sis quasi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum. Hæc autem consuetudo haud obscure quoque probat luctũ à Iudæis assumptum fuisse in gratiam & vtilitatem defunctorũ. Quorsum enim alioqui solẽnis luctus fuisset omnibus septem diebus præscriptus? & quare ad plures, atque adeo ad plurimos licuisset eum porrigere? præsertim quum non solum 6 vestis lugubris, sed cibi quoque 7 in vsu essent quos lugentium appellabant.

Planctu, luctu, fletu, cõprehensas fuisse preces pro defunctis quod quartum est argumentum pro suffragijs defunctorum.

12. Porro consequens est vt cui licuit lugere mortuum quo ei coram Deo prodesset, eidem etiam licitum fuerit vna quoque pro eo orare, quãdo hæc opera bona paria sunt & coniuncta: & ipsa pœnæ luctus hoc fine in se receptio fuerit quædam oratio. quam proinde licitum fuisse exprimere, manifestum est. Et consequenter verùm illud est quod 1 antea diximus, luctu & planctu defunctorum venisse tropo synecdoches preces pro ipsis.

Quintum argumentũ pro suffragijs defunctorũ ex ieiunio virorum Iabes-Galaad, & Dauidis ac exercitus ipsius, pro Saule, Ionatha, & alijs occisis.

13. De ieiunio verò propter defunctos habemus illustre exemplum in viris Iabes Galaad. vt 1 qui sepultis ossibus Saul & filiorum eius ieiunauerint septem diebus. Et in 2 Dauide, ac suis militibus, quos cum Dauide legimus, audito nuntio mortis istorum, scidisse vestimenta sua, & planxisse & fleuisse, & ieiunauisse vsque ad vesperã super Saul, & super Ionathã filium eius, & super populum Domini, & super domum Israel: eoquod corruissent gladio: & consequenter quod plerique eorum propter Dei 3 iudicium morti velut annexum, indigerent hoc auxilio spirituali. Neque enim minus instituti fuerunt doctrina ieiunij atque Niniuitæ, extranei à religione Dei, quos constat 4 sciuisse ieiunium esse vtile ad placandũ Deũ. Dauidem autem etiam ieiunauisse 5 pro alio, putâ, pro filiolo, vt ei deprecaretur mortem, certissimo constat. verum quum ex eius morte cog-

1 Eccle c. 22
2. Genes. 50.
3. Genes. eodem capite.
4. supra sectione 6.
5. 2. Reg. 14
6. Esther 14 et 2 Reg 14
7. Ezec. 24
1. in fi. 10 sectionis sextæ.
1. 1. Reg. 31.
2. 2. Reg. 1.
3. Hebr. 9.
4. Ion. 3.
5. 2. Reg. 12.

nouisse

uisset absolutam Dei voluntatem, & considerasset, puero bene esse, cessauisse à fletu & ieiunio.

Sextum argumentũ pro suffragiis defunctorũ ex generali de eleemosynis doctrina.

14 Quanta vero sit ad hos fines vtilitas etiam eleemosynę, clarissimum quoque est ex scripturis: & nominatim ex his: Beatus 1 qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Propterea 2 Rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet Deus peccatis tuis. Conclude eleemosynam in sinu pauperis: & hęc pro te exorabit Dominum. Date 4 eleemosynam, & ecce omnia sunt mũda vobis. Neque cuiquam dubium est quin ea pro alijs quoque fieri possit, & pro alijs facta ipsis prosit. Neque vlla ratio reddi potest cur liceat & vtile sit orare & ieiunare pro defunctis, & non liceat ac inutile sit dare eleemosynam pro eis. Bona 5 enim est oratio cum ieiunio & eleemosyna.

1. psal. 40.
2. Daniel 4
3. Eccles. 29
4. Luc. 4.
5 Tob. 12.

Septimũ argumentũ ex c. 7. Ecclesiastici de eleemosyna pro defunctis facienda.

15. Imo Ecclesiasticus expresse adhortatur omnes ad eleemosynam pro defunctis faciendam, his verbis: Mortuo ne prohibeas gratiam, nimirum dati. dixerat enim antea, pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua. Deinde adiunxerat, gratia dati in conspectu omnis viuentis nimirum sit. quo praecipiebatur omni petenti dare sicut est in euangelio. Verum ne quis existimaret, viuis tantum qui petere possunt dandam eleemosynam, & solum quos videmus petentes hoc beneficio adiuuandos esse, subiunxit: Et mortuo ne prohibeas gratiam, nimirum dati. Dari ergo aliquid potest mortuo quod eum iuuet. Heidelbergenses 1 autem vt sensum verborum gratia dati in conspectu omnis viuentis, alium facerent eis ad [illegible]iderunt, spectata est: quem etiam omnes Nouatores tradunt, licet sciant Hebraeis verbum substantiuum ordinarie subintelligi: neque ei aliquid amplius addendum esse Quod vero attinet ad verba, Et mortuo ne prohibeas gratiam, 2 quidam eorum accipiunt, ad eum sepeliendum: 3 alij vero in posteris. Sed. Ecclesiasticũs neque sepulturae neque posterorum meminit: sed quomodo docuit generaliter dandã esse eleemosynam viuentibus: ita docet generaliter mortuo dandam gratiam dati, id est, eleemosynam. Infinitis autem partibus plures sunt mortui sepulti, & qui eleemosyna non indigent vt sepeliantur, quam insepulti qui hac eleemosyna indigent. Ac plurimi ne posteros quidem habẽt quibus hæc gratia fieri possit. quidam vero posteri & quidem bene multi non indigent eleemosyna.

1 in suis biblijs.

2. Lutherus et alij, vt videre est etiã in biblijs teutonicis Dordraci impressis ann. 1580 habent enim in margine haer te bevvinden ende eerlicken te begrauen.

3. nominatim Heidelbergenses. in annotationibus huius; id est, inquiunt, mortuorum nomen in posteris cole.

16. Tobias

Octauũ argumentũ pro ſuffragiis defunctorũ ex verbis Tobiæ c. 4 de eleemoſyna pro defunctis facienda.

16. Tobias quoque dat præceptum filio ſuo his verbis: Panem tuum & vinum tuum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue: & noli ex eo manducare & bibere cũ peccatoribus, Hieronymus enim ex ſermone Chaldæo quo hic 1 liber primo ſcriptus fuit, ſic eum vertit, poſtea vero, neſcitur quando editus fuit ſermone Hebræo duobus diuerſis exemplaribus, quorum vtrũque nihilominus 2 Franciſcus 2 Iunius exercitationis gratia confictum fuiſſe aperte ſcribit. Deinde prodijt etiam Tobias Græcus authore neſcitur quo. Nouatores autem quoniam non ignorabant exemplar Chaldaicum nunc non extare quo reuincerentur, ſuas tranſlationes longe alias ab Hieronymiana ediderunt, partim ex his tranſlationibus, partim à ſe. Incredibile enim eſt quanta tranſlationum ipſorum ſit diuerſitas, vt effugiant veritatem. Lutherus enim pro eo ac legimus ſuper ſepulturã iuſti conſtitue, vertit, diſtribue eleemoſynas apud ſepulturã fortium: & ſequentia ſic reddit, & noli edere neque bibere apud peccatores. Vt videre licet etiam 3 in biblijs teutonicis Dordraci impreſſis anno 580. Munſterus vero ex Hebræo exemplari quod edidit, ſed quod non auſus fuit affirmare ex qua lingua Hebræum factum fuerit, vertit: Neque durum ſit effũdere panem tuum & vinum tuum ſuper ſepulchra iuſtorum: & omittit partem iſtam: & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus. Biblia Heidelbergenſia transferunt. Effunde cibos tuos in monumentum iuſtorũ, neque des peccatoribus. Benedictus 4 Aretius priorem partem eodem modo quo Munſterus refert, poſteriorem autem quo biblia Heidelbergẽſia. Gallica vero impreſſa Lugduni à Ioanne des Tournes anno 15 6 3. ſic 5 reddũt, Iacta liberaliter panem tuum ſuper ſepulchrum iuſtorum (omiſſo & Vinum tuum) neque dederis peccatoribus.

1. vt videre licet ex Hieronymo in præfatione in librũ Tobiæ à ſe verſum.

2. in præfatione librorum vt ait, Apocryphorũ à ſe verſorum.

Deprauationes verborũ Tobiæ apud Nouatores.

3. Geeft aelmiſſen van uwen broot ende wine, byder begraueniſſe der vroemen, ende en eet noch en drinckes niet byden ſondars.

4 in ſuis problematibus.

5. Iette liberalement pain ſur le ſepulchre des iuſtes, & ne donne point aux meſchans.

Nihil prodeſſe Nouatoribus deprauationes verborum Tobiæ quod ſenſus ab eis cõfictus non poſſint ſubſiſtere.

17. Quanquam ne hac quidem tanta varietate poſſunt tueri ſenſus quos reddunt. Cur enim diſtribuendæ ſint eleemoſynæ apud ſepulturam iuſtorũ, vt Lutherus vertit, potius quã alibi, ſi defunctis nõ prodeſſent? & quomodo cum iſto cohæret quod ſequitur, & noli edere & bibere apud peccatores? Quem vero ſenſum priorem Munſterus reddit de iuſtis viuẽtibus, qui vnus eſt etiam ex duobus Benedicti Aretij, perinde videlicet ac ſi dictum eſſet, da panem & vinum tuum vt à ſepulchro præſerues eos qui fame perituri ſunt. nam ſi non paueris occidiſti, ſiue, vt hic vertit, videberis occidiſſe: complura conuincunt falſitatis Primum quod Tobias paulò ante eleemoſynam dandam eſſe egentibus inculcauerat: Deinde quia effuſio

sio panis & vini super sepulchra iustorum non: fiat vt arceatur sepultura eorum. Tertio, quod eleemosyna danda sit extreme egentibus non solum iustis, sed etiam peccatoribus. nam & in his illud locum habet, Si non paueris occidisti. praesertim quum Christus praecipiat etiam inimicos esse diligendos, & benefaciendum his qui persequuntur nos. Tobias autem dicat iuxta lectionem Aretij, Neque dederis peccatoribus. Alterum vero Munsteri sensum quo per sepulchrum intelligit os, iuxta illud, vt ait, psalmi quinti, sepulchrum patens est guttur eorum, ipsa interpretatio ridicula satis superque confutat, Iustorum enim os non exhalat fœtorem perinde atque impiorum, à quo Psalmista illam metaphoram sumpsit.

18. Benedictus autem Aretius reddit hunc sensum tanquam suum: da panem & vinum in gratiam sepulturæ iustorum defunctorum, siue, sumptus fac ne iusti insepulti maneant. perinde videlicet ac ipse-met fecerat qui vel per se mortuos sepelierat etiam cum vitæ discrimine ab Assyrijs impendente & repræhensione malorum Iudęorum: vel curauerat per alios, vt ait, suis sumptibus sepeliri. quę causæ fuerunt cur dixerit, Ne sit tibi durum. ac vocabulum gilgal significare in gratiam. hæc Aretius, operose quidem, sed vanissime. Nusquam enim legitur Tobias, ne capite quidem secundo quod citat, curauisse suis sumptibus per alios sepeliri mortuos. Imo tantum abfuit vt hanc curam alijs demandaret, vt ipse-met huius officij ergo surgeret è conuiuio, cæteris eum non modo non adiuuantibus, sed etiam acerbe repręhendentibus. Tertio, Tobias non inquirebat num qui ex filijs Israel interfecti iacebant, essent iusti, nec ne: sed promiscue sepeliebat omnes filios Israel. Quarto, sepelire peccatores, est etiam opus misericordiæ, quod tamen hic vetaretur. Neque enim Tobias ait, Sepeli eos ante alios, vel diligentius: sed simpliciter effunde, & quod sequitur, neque des peccatoribus, manifeste praeceptum est negatiuum. Vltimo, Tobias non ait effundendam mercedem in gratiam sepulturæ: sed panem & vinum. quibus magis eleemosyna, quam laboris merces significatur, vt etiam Lutherus animaduertit, eo quod pauperes his refici & recreari soleát.

19. Quos vero Biblia Heidelbergensia duos sensus reddunt in annotationibus, neuter eorum loco huic conuenire potest. Nam quod ad priorem attinet quo significatum notant benefaciendum quidem omnibus, sed inprimis domesticis fidei Gal.6. iam-iam indicauimus simpliciter dictum esse, effunde: non effunde inprimis: & simpliciter prohibitum, etiam in versione eorum, neque detur peccatoribus. Quod autem ad posteriorē pertinet quo scribunt monumentum accipi per hypallagen pro ijs qui

sepulti

sepulti sunt, & aiunt præcipi leuandos posteros iustorum defunctorũ porrectione panis & potus ad eos consolandos, more Iudæis familiari Iere. 16 plurima sunt, quæ cum non esse huius loci germanum sensum demonstrant. Primum, quod hoc præceptum filio datum sit à patre Tobia, quum existimaret se moriturum. Præcepta vero quæ in tali articulo tantur solent quam fieri potest, clarissime exprimi 2. Secundo, quod omnia alia præcepta ante & post istud sint claris verbis data. Tertio, quod Tobias nullam causam habuerit cur illud locutione obscura, imo obscurissima, efferret, cum namque potuisse vti verbis quibus Ieremias vtitur, si hoc sensisset, Frange lugenti panem ad consolandum super mortuo, & da eis potum calicis ad consolandum super patre & matre. Quarto, vinum, cuius Tobias meminit, nullo modo conueniebat consuetudini lugentium, siue non erat potus vsitatus lugentibus: Quinto, Ieremias capite 16. non distinguit inter iustos & peccatores, quos Tobias hîc excipit: ac ne posterorum quidẽ meminit. Sexto: nullus penitus prætextus hypallages quantumuis ridiculus adferri potest in verbis, neque des peccatoribus. Proinde ne hæ quidem, atque aliæ, si quæ sint, lectiones ipsis prodesse possunt.

Germanus sensus verborum Tobiæ. 3. vide Tertullianum in principio de resurrectione carnis & Augustinũ in quodã sermone de cathedra Petri

20. Germanæ vero Thobiæ ex Chaldaico sermone translatæ sententiæ verus sensus est, ponẽdum esse panem & vinum super sepulturam iusti, vt hinc ablata dentur pauperibus & prosint defuncto, non vero vt ipsi cum gentilibus more præsentes se ijs istic reficiant atque adeo ingurgitent. Perinde enim est ac si dixisset: Si gratificari iusto sepulto velis, & prodesse, da liberaliter panem tuum & vinum pauperibus in eius gratiã, quod hoc ei magnum leuamen afferre possit: & noli familiari Ethnicis more cibum & potum tuum profundere super sepulchro vt te cum præsentibus ingurgites Duratque etiam num in quibusdam ecclesijs Christianorum hic sanctus mos ponendi panem & vinum super sepulturam iusti hoc fine Nam quod illæ particulæ vt hinc ablata, & cætera, hic intelligendae sunt manifestum est ex eo quod sequitur. Et noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus, putâ, super sepulturis necessariorum ipsorum siue more apud ipsos recepto. quod hoc non sit defunctis. & multo minus istis defunctis, profuturum, etiamsi moderate ijs vtaris. Nunc autẽ isti bellulatur.

Nouum argumentũ pro suffragijs defunctorũ ex c. 12. libri 2. Machabæorum.

21. De sacrificio verò pro defunctis legimus libro 2. Machabaeorum c. 12. Iudam collatione facta misisse Ierosolymam duodecim millia drachmas argenti Ierosolymam, offerri pro peccatis mortuorum sacrificium: & huic addiam Authoris libri huius istam sententiam Bene & religiose de resurrectione cogitans: (Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos spera-

ret,

ret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis) & quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam habebent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt à peccatis soluantur.

22. Quæ quia vehementer premunt Nouatores, intenderunt omnes ingeniorum suorum vires vt ea infirmarent, sed frustra. Sunt 1 qui hanc alteram lectionem malunt amplecti, Offerre pro peccato sacrificium, omissa particula, mortuorum: & interpretentur Iudam hoc facto voluisse expiare viuos à scelere eorum qui interfecti fuerant, ne eis noceret & testificari id eis displicere. Authorem vero libri damnant quod illud detorserit ad testimonium resurrectionis & approbationem precum pro defunctis. Verumenimvero hæc interpretatio est vanissima. Primum, quia vbi varietas lectionis occurrit in scriptura, non est eo sensu amplectenda vna lectio, vt alteram damnet, ne veritas scripturæ veniat in periculum erroris. Deinde quia iustius nihil est quam vt sequamur sensum verborum quem Scriptor declarauit. Quis enim melius & certius exposuerit sententiam aliquam, eo, qui ipsam profert? Nihil autem fecisset ad probandum resurrectionem carnis & preces pro defunctis, Iudam voluisse expiare viuos à defunctorum scelere, & testari eis displicere peccatum mortuorum. Tertio, quia Scriptor multis ante narrauit hanc displicentiam, & preces ad Deum fusas, ne punirentur pro peccato mortuorum.

Improbi & vani Nouatorũ conatus ad infirmãdu locum 2. Machabaeorum c 12.

1 nominatim Benedictus Aretius in problematibus theologicis ~ Petrus Viretius in libro gallico contra Purgatorium

Confutatio sententia Aretij & aliorum.

23. Hinc alij, maxima pars, accipiunt factum Iudæ sensu Scriptoris historiæ, & id æque damnant atque Scriptorem, confisi multis vanis argumentis quorum singula verba nimis longum foret & non necessariũ, proferre. Dabimus autem operam vt Lectorem in tantum plene instruamus, vt ea cognoscat, quibus possit omnibus satisfacere.

Aliorũ Nouatorum de facto Iudæ sententia.

24. Et quidem nullus est qui non facile sciat 1 quosdam Iudæos Machabæorum ætate defecisse à lege Dei, & gentium ritus acceptasse, ac inter 2 eos impium sacerdotem Iasonem. Sed quod 3 Chemnitius adfert vt probet quod addit, sacerdotes legalia sacrificia inflexisse ad aucupandam gentium gratiam, ipsos ostendisse Nicanori holocausta quæ pro Rege offerebantur: Iudæos 5 renouaturos fœdus cum Spartanis scripsisse se sine intermissione esse in diebus solennibus memores ipsorum in sacrificijs quæ offerebant: 6 Oniam vt se Regi purgaret, hostiam obtulisse pro salute Heliodori: 7 Antiochum Eupatorem permissum fuisse in templo sacrificium

Chẽnitiũ nõ probare quod adfert, Sacerdotes Machabæorum ætate legalia sacrificia inflexisse ad aucupandam gentiũ gratiam.

1. Machab. 2. 2 1. Macha 4 3. pagina 400 4 0 examinis de reti concilii Tridentini de purgatorio. 4. 1 Mach 7. 5. 1. Mach. 2. 6. 2. Mach 6 7. 2. Macbab. 13.

1 teste Rege Agrippa apud Philonē in libro de legatione ad Caium. offerre:& quod nihil ad Machabaeorum tempora pertinet, Augustum 1 Imperatorem iussisse offerri pro se singulis diebus taurum & duos agnos nullo modo probant quod contendit. Antiochus enim eo modo intelligēdus obtulisse sacrificium, quo Dauid, Salomon, Ezechias, Iosias, & alij plurimi, vsitato scripturae sermone, nimirum per sacerdotes. Antiochus enim dicitur honorauisse templum tantum abest vt id conspurcauerit. De tauro verò Augusti eodem modo satisfit quo de tauris mille oblatis in holocaustum 1. Paral 29. & tauris septem 1. Paral. 29. & Ezechiae tauris c. 30. Quod autē ad caetera pertinet, liberabimus ea opportuniore loco ab hac calumnia.

Quod etiam si verū esset quod Chēnitius contēdit non propterea sequeretur Iudā quoque idem fecisse. 25. Quanquam vt fuissent sacerdotes qui hoc scelus patrassent, non inde sequeretur omnes id admisisse, & longe minus Iudam, summum sacerdotem, & vindicem religionis Dei non magis profecto, quam omnes sacerdotes, & Oniam quoque ac Iudam Pontifices, deserta religione Iudaica ad Hellenismum defecisse, quia Iason, Oniae frater, eum amplexus fuerit. Et hic tamen Iason prętextū aliquem habuit cur istud faceret, nimirum vt eius Pontificatu frueretur Antiochi donatione. Iudas vero nullam causam habuit cur ex Ethnicismo detorqueret sacrificium Iudaicum ad suffragium pro defunctis.

Chēnitij calumniā nullo modo in Iudam competere. 26. Duo porro libri Machabaeorum, ex quibus Chemnitius prolitat ea quae 1 retulimus exempla, clarissime ostendunt hanc calumniam nullo modo in Iudam competere. Constat namq́ue ex eis 2 Mathatiam & filios eius armis restitisse Antiocho, & alijs multis Regibus ne transgrederentur mandata Legis, & ad ipsum accessisse omnem voluntarium in lege, Iudam quoque 3 assumpsisse ad se eos qui permanserant in Iudaismo: & totum in eo fuisse, ac fratres eius cum ipso, & post ipsum, vt ritus gentilium delerent ex Iudaea. tantum abest vt eos in Iudaeam inuexerint. Quin & istud de eo 4 scriptum est eodem capite quo fit mentio sacrificij pro mortuis, eum nō semel dominum inuocasse vt ei adesset, secutamque miraculis victoriam: & collecturum pecuniam pro sacrificio, adhortatum fuisse populum vt se custodiret absque peccato.

1 sectione 24
2 1. Machab 2. & alijs locis.
3 2. Mach 8
4 2. Mac. 12

Hoc factum non fecisse solius Iudae, sed totius Iudaicae Dei ecclesiae. 27. Et haec quidem maximi momenti sunt in hac historia: Verumtamen ad eius robur plene intelligendum, animaduertendum etiam est, hoc factum non fuisse priuatum, vt quidam falso sic appellant: sed fuisse factū totius ecclesiae Iudaicae, vindicis religionis Dei. Iudas namque summus Pontifex & dux fidelium contra Ethnicos, collegit pecuniam ad sacrificium & misit Ierosolymam ad sacrificia comparanda Exercitus ipsius infidelibus

delibus inimicissimus, ei in hoc facto magnopere cooperatus est: contulit enim non modicum pro facultate sua pecuniam: & Sacerdotes capita fidelium qui erant Ierosolymis eam in hunc vsum expenderunt. neque fuit in vrbe aut alibi, qui aduersus hæc sacrificia vllo pacto mutiret.

28. Ex quo porro illud haud obscure sequitur hoc sacrificij genus non fuisse tunc insolitum & nouum: sed vsitatum pijs in ecclesia Iudaica, & consequenter à Maioribus acceptum. *Proinde id fuisse vsitatũ fidelibus & à maioribus acceptum.*

29 Nam quod obijciunt, quum sacrificia prolixe & accurate descripta fuerint à Mose in Lege per genera, per species, ad indiuidua vsque, pro singulis casibus & necessitatibus: ne vnam quidem syllabam de sacrificio pro mortuis in toto Mose extare; neque vero etiam in Prophetis, ac tota canonica scriptura veteris testamenti: & vt 1 Chemnitius addit, neque vero etiam in Syracide & Tobia de oratione pro defunctis vt à peccatis soluantur; nullius plane momenti est, si vt oportet, examinetur. *Confutãtur obiectiones hæreticorum.* *1. pagin. 399*

30. Docuimus enim ex 1 Syracide & 2 Tobia eleemosynas pro defunctis factas ipsis prodesse. ex quo sequitur etiam nostras preces eis esse vtiles, quod oratio & eleemosyna sese mutuo adiungent. ac satis superque notum est vtramque insignem habuisse locum in sacrificijs; quod hęc frequẽter à diuitibus emerentur pauperibus, & oratio offerret Deo sacrificium. Proinde captiosum est quod ait de Syracide & Tobia. *Captiosũ esse quod aiũt de Syracide & Tobia.* *1. sectione 15. 2. sect. 16. 17 18. 19. et 20*

31. Cuius generis & illud est quod addit: Cum ex professo in veteri testamento multis locis pia funerum curatio, & luctus ac planctus describantur, nihil prorsus de sacrificio, vel de oratione pro mortuis scribi. Ostẽdimus enim multis argumentis 1 luctu & planctu quæsitam fuisse vtilitatem defunctorum: & ijs 2 quoque venisse preces pro defunctis. Nępe filij Israel plurima habebant in lege sua recte significata. Exempli causa. Minę mortis huius sæculi quæ transgressoribus legis intentabantur, & continebant sub se minas mortis æternæ: & promissiones vitæ huius & bonorũ temporalium, vitam æternam & bona futuri sæculi. Quid ergo mirum si luctus & planctus factus sit etiam in vtilitatem defunctorum? quum & verba hunc sensum ferant, & circunstantiæ nos eo vocent? aut cur eis simili modo preces pro defunctis conientiæ non fuerint? quum bona & valida argumenta id demonstrent. *Et istud quoque quod addunt.* *1. à sectio 6. vsque ad sectionem 2. 2. sectione 3.*

32. Porro quod aiunt, sacrificia in Lege Mosis pro singulis casibus & necessitatibus accurate & prolixe fuisse descripta, verum non esse demonstrant sequentium quaestionum tractatus. Quaerimus enim ex eis num lex Mosis accurate & prolixe tradiderit, an alijs licuerit pro absentium *Falsum esse quod lex Mosis omnes casus sacrificiorum accurate et prolixe tradiderit.*

 parti-

particularibus peccatis offerre sacrificia pro delicto & peccato? Nam quod præceptum fuerit vt Pontifex semel in anno sacrificium offerret pro peccatis filiorum Israel id est, Reipublicæ (sunt enim quædam eiusmodi peccata sicut & domorum) certum est ex c. 16. Leuitici. Si literam spectes, istud videtur prohibitum fuisse eo quod lex iuberet offerentem manus imponere super caput hostię. Iniquissimum tamen videtur absentes filios Israel qui peccauerant peccatis remissibilibus, non potuisse purgari per alios sacrificijs lege præscriptis. Plerique enim alibi habitabant, non Ierosolymis. Et plurimi in longe dissitis à templo regionibus degebāt, qui ne poterant quidem per longissima & periculosissima itinera, variásque negotia, & multiplices morbos proficisci Ierosolymam. Imo dubium non est quin hîc quoque multi fuerint, qui per varias infirmitates nequiuerint adire templum, vt ipsimet manus imponerent capiti hostiæ. Casus hic quotidie incidebat. Cedo autem vnum ab his bonis viris mihi dari locum qui accurate & prolixe hanc quæstionem definiat?

33 Rursus, Quærimus ex eis num licitum fuerit extraneis à Iudaica religione offerre Deo per sacerdotes sacrificia, & pecuniam dare ad emendum ea? Fuere enim qui tametsi essent infideles, tamen eousque prouehe-rentur vt talia pro se fieri cuperent vel etiam iuberent. Estque præcedente longe difficilior quæstio est. Nam in illa promptum fuit dicere, Iudæis absentibus præsertim quando se repraesentare templo non poterant, licuisse per procuratorem imponere manus hostijs. Ethnicis vero hæc sacrificia non leguntur expresse data fuisse, tantum abest vt accurate & prolixe id fuerit scripto traditum in lege. Et Chemnitius 1 quidem damnat sacerdotes & Pontifices qui hæc acceptauerint & obtulerint, vt ante audiuimus. eique fauere videtur lectio vulgaris capite 22 Leuitici: de manu alienigenæ non offeretis panem Deo vestro. & quidquid aliud dare voluerit, quia corrupta & maculata sunt omnia. non suscipietis ea. Sed lectio reddita de verbo ad verbum ex Hebraico textu à Pagnino, quem etiam Nouatores hîc sequuntur, docet non tam late patere horum verborum prohibitionem, atque sonare videntur. Est namque talis: de manu alienigenæ non offeretis panem Dei vestri ex omnibus his (nimirum, cæcis, fractis, concisis labijs, verrucatis, scabiosis, impetiginosis concussis, contusis, ruptis, & excisis) quia corruptio eorum est in ipsis, macula est in eis. non beneplacebant vobis. Ex libri vero prioris Esdræ capite sexto constat Darium præcepisse Principibus suis trans flumen non solum vt sumptus ædificationis templi præstarent: sed etiam si necesse esset, vt darent per singulos dies vitulos, & agnos, & hædos in holocaustum Deo cœli, frumētum, sal, vinum, & oleum, secundum ritum sacerdotum qui erant in Ierusalem. Et offerāt,

1 *vide supra sectione 24.*

inquit, oblationes Deo cœli: oréntque pro vita Regis, & filiorum eius. Idémque etiam Artaxerxes clarissime præcipit suis ducibus in decreto Esdræ dato capite septimo. Et quod amplius est, placita horũ regũ fuere Iudæis accepta, in tantũ 2 vt etiã Esdras Deo benediceret propter Artaxerxis decretũ. Proinde, damnato Chemnitij hac quoque in parte errore, concludendum licuisse alienis à religione Iudaica offerre sacerdotibus hostias immaculatas, & his eas pro ipsis offerre, tametsi Deus istud in lege non clare, sed tantum ex consequenti, & multo minus accurate & prolixe docuisset.

2. Esdra 7. iuxta lectionẽ Hebraicã à Pagnino Latine redditam.

34. Inquirentibus autẽ ad quæ & qualia sacrificia legis Mosis ista pertinuerint, nõ aliud occurrit quã ea referenda fuisse ad spontanea sacrificia, de quibus fit mentio Numer. 29. hæc offeretis Domino in solennitatibus vestris præter vota & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostijs pacificis: & in alijs locis sępius, ad quod genus etiam pertinuerunt ante legem 2 holocausta Iob pro filijs suis.

Sacrificia præsentium pro absentibus referiuntur fuisse ad spontanea sacrificia Legis.

35. Porro defuncti sunt quoque absentes. Et sicut sacrificia pro peccato & delicto descripta in Leuitico non potuerunt habere locum in alienigenis nondum penitus conuersis ad Deum: ita neque in pie defunctis. quod mors huius sæculi non posset his remitti, vt qui eam antea, pertulisent, & multo minus æterna, vt quæ vna cum morte huius sæculi his sacrificijs remisa fuisset quum hîc viuerent: quámque nisi hic effugisent, nulla post mortem eis ad eam redimendam sacrificia prodesent. denique quod sicut hæc sacrificia non erant instituta ad redimendas pœnas aliquas temporales: sed solũ ad euadendã mortẽ huius sæculi quã meruerant qui peccata & delicta hic descripta cõmiserãt: Ita hęc sacrificia nõ esent instituta ad redimendas pœnas temporales futuri sæculi: sed solũ ad effugiendã mortẽ æternã cum morte tẽporali, vt sub qua & cũ qua illa intelligeretur. Sed quo modo spõtanea sacrificia alienigenarũ, Deo placuerunt pro salute in genere, vt is mitius cũ eis ageret quã merebãtur: ita spõtanea pro defunctis sacrificia Deo & offerebantur & placebant vt leuia peccata, si quae secum detulerant, remitterentur, & grauiorũ peccatorũ pœnae tẽporales minuerẽtur.

1. Leuit. 17. Deuter. 16. & alijs. 2. Iob 1. sacrificia pro defunctis pertinuisse ad spontanea Legis perinde atq; sacrificia pro absentibus & pro alienigenis.

36. Quin & hæc cõformitas in istis est, quod sicut in lege Mosis nõ fuit clare, & multo minus accurate & prolixe scriptũ, sacrificia potuisse offerri pro absentibus, praesertim alienigenis: & cuius generis ea esent: sed hoc à Mose expositum & ab alijs perceptũ per manus ad posteros transmisũ est & primũ multis postea saeculis Darij & Artaxerxis oblationibus clarius scripto innotuit: ita generali sacrificiorũ spontaneorũ oblatione compræhẽsa fuisse sacrificia pro mortuis, licet Ecclesia eã inde à principio accepegit à Mose multis tamen solum post seculis apparuit clarissime historia scripta Iudae & totius ecclesiae Iudaicae.

Cõformitas inter sacrificia pro absentibus, & pro defunctis.

Deus quando & quomodo vult, tradit sua dogmata. 1. Ezech. 3.

37. Nam Deus quomodo & quando vult, tradit, & illustrat sua dogmata. Videmus vt resurrectionem mortuorum, vnum de præcipuis caput religionis suæ, primum in lege 1 obscure docuerit: dein per Prophetas clare tradiderit; postea cœperit Machabæorum ætate reuelare clarius: & postremo clarissime docuerit in plenitudine temporis.

Deū oportuno temporibus Machabæorum illustri facto & scripto clarius quā antea sacrificia & preces pro defunctis cōfirmasse contra Sadducæorum errores. 2. Matth. 22. & Act. 23.

38. Nempe surrexerant circa tempora Machabæorum Sadducæi genus hominum perniciosissimum: vt qui resurrectionem corporum negarent, & 2 animam simul cum corpore interire prædicarent. Ex quibus porro sequebatur vana esse pro mortuis sacrificia & preces. Deus ergo qui diues est in misericordia his eorum venenatis erroribus occurrit hac illustri historia. Etsi enim verum illud sit quod Iurisconsultus ait, rerum veritatē gestorum erroribus non vitiari: tamen illud quoque aliud Iurisconsulti verbum verum est, optimum legis interpretem esse vsum & consuetudinem, præsertim in rebus obscuris: quod præcipue & certissime locum quoque habere debet in consuetudine ecclesiæ Dei quem titulum si Iudæ Pōtificis, si exercitus ipsius si sacerdotum qui erant Hierosolymis, & populi ecclesia non tenuit, nulla penitus tunc fuisset ecclesia Dei. Apparuit ergo hoc illustri eius facto Iudæos solitos esse offerre pro mortuis sacrificia, & pro eis preces fundere: & consequenter spontanea legis sacrificia complexa fuisse etiam sacrificia pro defunctis. Proinde Authorem posterioris libri Machabæorum nō immerito confirmauisse contra eos hoc facto resurrectionem mortuorum & preces pro defunctis.

Latinū interpretem bene reddidisse textū grecū huius historiæ. 1 pag. 406 407. et 408 Resurrectionis dogma recte probari facto Iudæ. 1. Matth. 22

39. Sed vindicemus cætera huius historiæ à reliquis calumnijs Nouatorum manifestatione veritatis. Chemnitius 1 namque cauillatur vulgatē versionem in multis non respondere græcæ, quæ, vt ait, doceat inter alia Machabæum istud fecisse ex priuatis cogitationibus specie pietatis velatis. Verum opponimus ei, vt breues simus, aliorum Nouatorum versiones: & nominatim Heidelbergēsium, qui eodem modo verterint atque vetus Interpres, nisi quod loco verborum bene & religiose, reddiderint, valde bene & honeste: quod sensum non immutat & ostendit eum sensisse Iudam hoc facto valde bene de resurrectione cogitasse. Illud autem quod de resurrectione dicitur, vt pertinet ad confutationem Sadducæorum: ita recte illatum est, eodē modo quo Christi 1 argumentum contra eosdē hæreticos pro resurrectione, ex eo quod Abraham sit & viuat. Recte namque sequebatur hos resurrecturos, quod significetur esse qui mortui sunt, per Synecdoché videlicet qua pars nomen totius sortitur non autē esset pars hominis, sed alia per se species secutura nisi esset resurrectio. Rursus, quū pec-

peccata fuerunt totius hominis, consequens est vt remissio eorũ istis interfectis quæsita debuerit quandoque ipsis totis prodesse : primum quidem animis, deinde vero suo tempore ipsis totis per resurrectionem. Imo peccata hic perpetrata non possent imputari nouæ speciei vt quae non peccauisset, & consequenter superuacaneum hac quoque ratione esset orare pro mortuis. Et quidem prima facie mirum videri possit quomodo hic Author dicat eos sub quorum vestibus inuenta essent idolorum donaria 2 contra legem, cum pietate dormitionem accepisse, qui videantur in impietate occubuisse. Sed Paulus 3 viam nobis aperuit ad hanc difficultatem soluendam, dum dixit: Ideo inter vos dormiunt multi, & cętera. Dum iudicamur autem à Domino corripimur ne cum hoc mundo damnemur. Sicut enim mirum quidem prima facie videtur quomodo Paulus dicat Deum iuste morte affecisse multos eorum qui indigne sumpserant corpus & sanguinem Domini: & nihilominus id eum fecisse vt non damnarentur cum hoc mundo: sed tamen verum est, quia sentientes mortem appropinquantem occasionem habuissent & arripuissent pœnitendi de peccato suo: Ita hic Author ait istos cum pietate obdormiuisse, quod instantis prælij velut admonitione pœnituissent de peccato suo, & propter legis defensionem libenter obiecissent se periculo mortis. tantum autem abfuit vt hic Author ignorauerit horum donariorum surreptionem fuisse lege prohibitam, vt paulo ante verbis expressis scripserit, A quibus lex prohibebat Iudaeos.

Occisi in hoc prælio cũ pietate dormitionem accepisse.
2. Deute 7. & qua rati one.
3.1. Cor. 11.

40. Quae vero duo alia Chemnitius profert argumenta, ea clarissime demonstrant quo spiritu oppugnet hanc historiam. Certum, 1 inquit, est eandem historiam quae 2. Machabaeorum 12. narratur, describi etiam 1. Machabęorum 5. vbi nulla vestigia commenti illius de sacrificio pro mortuis apparent. Atqui facilius nihil est quam ostendere has historias esse plane diuersas, licet vtraque meminerit Iamnię. Nam Iudas fuit hîc dux exercitus: illic Iuda absente Iosephus & Azarias. Iudas Iamniam cepit: hi tantum abfuerunt vt Iamñiam caperent, vt ab ea reduxerint exercitum. Pauci in Iudae pugna desiderati sunt. Sub istis quum exercitum reducerent, ceciderunt duo millia virorum prostrata à Gorgia Iamnia erumpente. Causa mortis paucorum ex Iudae militibus ea narratur quam iamiam retulimus. Illic causae tantae plagae narrantur appetitus vanae gloriae Iosephi & Azariae, inobedientia erga Iudam quem noluissent audire & quod non essent de semine virorum illorum per quos salus facta est in Israel. Denique hæc pugna, seu potius fuga, ante contigit, quã Iudas Iamniam

Historiam quæ 2. libro Machabæorũ narratur, nõ esse eandem cũ ea quæ refertur 1. Machab. 5.
1. 45.

niam caperet, vt postea Gorgiam profligaret in Idumæa paucis Iudæorum desideratis. Deinde vt eadem fuisset historia, consequentia eius non magis valet, quam si quis contendat, exempli causa, non esse credendum Euangelistis in ijs quæ singuli soli narrant, quia cæteri istorum non meminerint. Ad quod genus vanissimi argumenti & hoc alterum Chemnitij pertinet quo 2 obijcit Iosephum hanc historiam de sacrificio non narrare. immo longe infirmius est, eo quod non possit conferri cum authore posterioris libri Machabæorum: & sæpissime ne summa quidem capita historiarũ attingat, etiam Machabæorum: ac quod huc præcipue facit, non 3 meminerit huius pugnæ cum Gorgia.

Vanissimum esse quod Chemnitius obijcit Iosephum nõ facere mentionem eh atio nis huius sacrificij.

2 pagina 39 v. 3 libro 12. antiquitatum Iudaicarum.

41. Habemus quæ pertinent ad germanam huius historiæ sententiam & eius vindicationem à calumnijs hæreticorum. Nam ad id quod aiunt hunc librum Machabæorum esse apocryphum, & Ecclesiasticum quoque ac Tobiam, respondimus titulo nono sectione septima, & sequenti vsque ad sectionem decimam tertiam. Illudque etiam inter alia diximus longe plura fuisse ab hæreticis, & etiam nunc fieri elucidandæ veritatis causa à fidelibus argumenta contra libros de quibus nunquam dubiatum fuit ab aliquo fideli quin essent diuini: atque fiunt à Nouatoribus aduersus ea quæ his libris traduntur.

Diluitur obiectio qua Nouatores aiunt hunc librũ & ecclesiasticũ ac Tobiam non esse in canone diuinarũ scripturarũ.

42. Sed quoniam hi perpetuo inculcant ipsum Authorem posterioris libri Machabæorum satis ostendere quantum sibi deferendum sit quum veniam in fine precatur si quid minus bene dixerit, vel vt alij scribunt, cum dubitare num recte scripserit, ac precari veniam sicubi errauerit: Committere non possumus quin huic argumẽto breui et satisfaciamus. Certum est hunc Authorem græce scripsisse, licet postea fuerit translatus in linguam hebræam: & in compendium contraxisse prolixam Iasonis Cyrenæi historiã de Machabæis. quomodo Authores librorum (exempli causa) Regum & Paralipomenon prolixiores Regum & aliorũ diuinorum historias ad quas Lectorem saepissime remittunt velut in quandam epitomen redegerunt. Intererat enim gloriae Dei & salutis gentium, praecipue Iudeæ vicinarum praesertim appropinquante earum vocatione, vt legerent Heroica & diuina aduersus maiores earum facta. Ergo quoniam hic author videbat eos non legere hebraica, amare vero eloquentiam linguę grecæ, factus his græcus, vt 1 Paulus Iudeis Iudęus, & ijs qui sine lege erant tanquam sine lege, vt eos lucrifaceret Deo, scripsit græce stilo eloquenti suam historiam: & se eousque demisit, vt precaretur veniam, non si quid falsi dixisset, quò Noua tores

Authorẽ posterioris libri Machabæorũ non precari veniam si quid falsi dixerit, sed si sermo nõ fuerit satis accuratus ex quo nullo modo sequitur huc librum non esse canonicũ

1. 1. Cor. 9

uatores eius verba cõtorquent; sed si sermo minus fuisset accuratus. Quod clarissime probant hæc eius inter alia verba: Sicut enim semper vinum bibere, aut semper aquam, contrarium est, alternis autem vti, delectabile: ita legentibus si semper exactus sit sermo, non erit gratus. Ex hoc vero non magis, imo longe minus, consequens est, hunc librum non esse canonicum quam Pauli epistolas non esse diuinas, in quibus illud locum habet quod ipse-met ait scribit: Etsi imperitus sermone, sed non scientia. 2.2.Cor.11.

43. Posteaquam autem Chemnitius omnia sua tela venenata frustra contorsit in hanc historiam, de sequenti tempore addit, memorabile esse quod ex historijs probari non possit institutum illud sacrificandi pro mortuis receptum & vsurpatum fuisse apud Iudæos: imo diuersum Lazari exequias ostendere Ioan.11. Rabbinos vero post Christum excæcatos, hoc arripuisse, & preces pro defunctis instituisse. Cui regerimus memorabile nõ esse probari non posse ex historijs hoc sacrificandi genus receptum postea & vsurpatum fuisse: tum quia nullos habemus historicos præter authorem libri 2 Machabæorum, qui oblationis Iudæ meminerint: tum quia solum intercesserunt 170. anni plus minus inter Machabæorũ bella & Christũ: tũ quia recte sequebatur ex hac vniuersæ ecclesiæ oblatione pro defunctis, idem postea quoque pro alijs factitatum fuisse. Sed memorabile esse quo modo Deus astutum Chemnitium compræhenderit in sua astutia. Constat enim ex hac ipsa quam de Lazaro citat historia Iudæos & Christianos orauisse pro defunctis Christo adhuc hîc viuente.

Cõfutatio restatis consilii Chemnitij.

Iudæos & Christianos viuente hîc adhuc Christo orasse pro defunctis.

44. Martha namque Iudæa erat, & diligebatur à Iesu Christo. Ea vero ipsi appropinquanti quum occurrisset, ait: Domine si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcunque poposceris à Deo (nimirum, pro fratre meo mortuo) dabit tibi Deus. hanc enim repetitionem tum ipsæ verborum circunstantiæ requirunt, tum Nouatores quoque tradunt. Constat autem ex ijs quæ proxime sequuntur, Martham quũ hæc dicebat, non cogitauisse de resurrectione quæ fratri paulo post data est. Etenim quum Christus, eius cõsolandi causa, subiecisset, Resurget frater tuus, respondit, Scio quia resurget in nouissimo die: quibus verbis ostẽdit se ne cogitasse quidem de resurrectione instante quum dicebat, sed & nunc scio quia quæcunque poposceris à Deo (pro fratre meo mortuo) dabit tibi Deus. quò tamen hæc verba Nouatores improbe rapiunt. Igitur Martha eis professa fuit fratrem defunctum iuuari posse precibus Christi, eumque verecunde precibus ipsius commendauit, quomodo verecunde etiam cum sorore orauerat vt veniret adiuuandi fratris ægrotantis causa,

Martham orasse Christũ vt Deum precaretur pro Lazaro fratre suo. 1.Ioan.11.

quum ei nuntiaret, Ecce quem amas, infirmatur. Nam quod Caluinus addit iſtis eius verbis, ſcio quia reſurget in nouiſſimo die, hæc alia verba, Sed neſcio an me plus aliquid ſperare iubeas, ad elabendum ex hoc argumento; ridiculum aſſumentum eſt panni Caluiniani. Nempe nihil eſt quod tum ipſe, tum cæteri Nouatores a que in ore habeant atque nihil addendũ eſſe verbo Dei. Hoc autem manifeſte additum eſt verbo reſponſionis Marthæ quam Euangeliſta prodidit, idque eo magis impie, quod quum Ieſus poſtea iuſſiſſet tolli lapidem, ne tum quidem Martha ſperauerit eum reſurrecturũ dixit namque; Domine iam fœtet: quatriduanus eſt enim.

Iudaeos ſtudu iſte prodeſſe ſuis defunctis tempore Pauli, verbum factũ in ſãctũ probãtis, vt ex eo duceret argumentũ pro reſurrectione 1 ad Corint. c. 5

Confutatio ſenſus Caluini & Caluinianorum.

Germanus ſenſus horũ Pauli verborum.

1. Act. 18.

2. Num. 19.

47. Sed & Paulus Chemnitij cauillum cõfutat, quum ait: alioquin quid faciunt qui baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt? Vt quid & baptizantur pro illis? Etſi enim Interpretes varios horum verborũ ſenſus reddiderint: tamen plerique in eo peccauerunt quod ea intelligant de ritu non bono: quaſi ſcilicet Paulus non habuerit ritus bonos quibus reſurrectionem confirmaret. Alij vero addunt quædam, quæ os eius non eſt locutũ. Vnus erat ſenſus qui ſimpliciſſimus videbatur, vt pro, eo modo acciperetur quo dicimus pro derelicto. vt baptizari pro mortuis eſſet baptizari pro ijs qui iam mortui cenſeantur, & de quorum vita deſperetur: ſiquidem particula ὑπὲρ latinum, pro æquaret per omnia. ac particula Et in repetitione, Vt quid & baptizantur pro illis? huic ſenſui non aduerſaretur. Nunc autem ea ſignificat eos qui baptizabantur eſſe diuerſas perſonas à mortuis. Germanus ergo ſenſus Apoſtoli ſic optime intelligitur. Erat 1 Corinthi non parua multitudo Iudæorum, quos Paulus tolerabat in ijs quæ luce euangelij nondum ipſis plene perſpecta ferri poterant. Facillime vero eis accidebat 2 vt contaminarentur ex contactu vel mortui, vel rei immundę, vel alijs modis: ac proinde neceſſe haberent iuxta Legem ſe abluere. Accidebat autem, quoniam hæc immunditia facilime & frequentiſsime contrahebatur, vt quidam ante ſæculo excederent, quam eſſent mundati aqua luſtrali iuxta præſcriptum Legis. Igitur quia hæc culpa parua erat, vbi non interueniebat contemptus purgationis, amici viui defunctorum baptizabantur per aſperſionem pro mortuis. Quod tantum abfuit vt Paulus damnauerit, vt ex eo ſumpſerit argumẽtum pro reſurrectione, quod æquũ eſſet maculam toti homini remitti, quæ à toto homine contracta eſset.

Conſtare ex ſcripturis ſacrificium Euchariſtiæ recte offerri nõ ſolum pro viuis, ſed etiam pro defunctis,

48. Iam quod attinet ad Euchariſtiæ ſacrificium pro defunctis, id hoc modo breuiter probamus. Certum eſt Chriſtum in cruce 1 non ſolum viuis ſed etiam mortuis profuiſſe. Sacrificium vero Euchariſtiæ eſt commemo-

1. 2. Cor. 5. & Hebr. 13.

ratiuum

ratiuū istius: hoc facite, 2 inquit, in meam commemorationem. Matthæus 2. Luc 22.
porro 3 & Paulus docent Christum Eucharistizasse panem, id est, gratiarū 3. Matth. c.
actione affecisse, siue effecisse Eucharistiam hoc est gratiarum actionem & 26. & 1. Cor
vt 4 Marcus ait benedixisse, quo verbo Petrus 5 vtitur in benedictione po- 11.
culi quo significet ipsum id affecisse eulogiam siue benedictionem. Sed & 4. Marc. 14
hoc ex Euangelistis & Paulo constat, Christum præsenti tempore dixisse, 5. 1. Cor 10.
hoc est corpus meum quod pro 6 vobis datur, & 7 frangitur: & hic est san 6 Luc. 22.
guis meus qui pro 8 vobis & pro 9 multis effunditur. Igitur sub persona A- 7. 1. Cor. 11.
postolorum in corporis, & in calice sub multis comprehensi sunt etiā mor- 8 Luc 2·.
tui, idque ita vt fuerit oblatum pro eis sacrificium commemoratiuum 9 Matt. 26. & Marc. 14
gratiarum actionis, & propitiationis quoque, oportet enim sacrificium cō-
memoratiuum & applicatiuum peracti sacrificij crucis ei respondere, ne
que minus efficax esse atque sacrificium Iudæorum commemoratiuum &
applicatiuum futuri, vt audiuimus ex libro vltimo 10 Machabæorum. 10. & 2. Machab. 7.

47. Ex quo & illud constat quanta fatuitate Caluinus scribat plusquā
fatuos esse qui sacrificium legale ad nos vsque trahant, quando aduentu Responsio ad obiectionem
Christi cessauerint quæ tunc in vsu fuerant. Neque enim ad nos trahimus Caluini lib.
factum legale vt eo vtamur: sed facti rationem sequimur, quam etiā Chri 3. Instit. c. 5.
stus secutus est, quum in locum sacrificiorum quæ aboleuit, quia nouum secti. 8.
impleuit sacrificium instituit commemoratiuum peracti à se in cruce sa-
crificij, sicut illa erant commemoratiua futuri.

48. Extat etiam apud Ioannem validum argumentum pro precibus Argumentū
pro defunctis in verbis: Quum scit fratrem suum peccare peccatum non ex 1. Ioan. c.
ad mortem petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum 5 pro mortuo-
ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. Nam peccare peccato non ad ne propitia
mortem, est peccare peccato quod non durat & placet ad mortem vsque: fuerit.
Peccare vero ad mortē est mori in peccato, vel nouo, vel veteri, perseueran
do in eo vt si quis (exempli causa) nolit remittere iniuriā vel, moriamur in
hæresi. Siue peccatū ad mortem est peccatū finalis impœnitentiae. Etenim
particula Ad sumitur sæpius pro in quo sēsu Cicero dixit, Ad vibē esse, pro
in vrbe & pro apud: ad me bene mane Dionysius fuit, ad Inferos pœnas
parricidij luent, Ad me domū, Ad me Vibonē statim venias. Idem autem
peccatum 1 Dominus appellat peccatū in spiritum Sanctum, quod ait ne- 1. Matth. 12
que in hoc saeculo neque in futuro remitti, id est Mar. us ait, non remitti in 2. Marc. 3.
æternum, quia pugnat aduersa fronte contra remissionum peccatorū effec
tum spiritus Sancti, qui solum efficax est in hoc saeculo ad obtinendam re-

 missionē

3 Matth. 12. Marc. 3. & Luc. 12. 4 Ioan. 8.

missionem peccatorum, in quibus Christus præuidebat atque adeo significabat eos morituros: quod & alijs prædixit aperte dicens, 4 & in peccato vestro moriemini. Porro si pro nullis defunctis orandum fuisset, quorsum pertinuisset spectatim prohibere ne fideles pro defunctis obstinatis orarent, quod Deus orantes pro talibus non esset auditurus? Igitur Ioannes significauit recta: & vult esse orationes etiam pro alijs defunctis qui nō fuisent obstinati in peccato.

Confutatio falsarum interpretationum loci Ioannis. 1 nominatim Caluinus. 2 vt Beza. 3 . 4 1. Ioan. 2.

49. Quas vero interpretationes Nouatores adferunt de peccatis non ad mortem, & de peccatis ad mortem: eæ non sunt instar istius simplices & ex ipsis verbis petitæ, sed ab ipsis ad verba allatæ, & præterea iniuriosæ in Deum, Christum, & spiritum Sanctum. Quidam 1 enim eorum peccato ad mortem significari contendunt apostasiam, siue defectionem totalē à fide: Alij vero 2 agnitæ veritatis oppugnationē contra conscientiā, quæ peccata aiunt nunquā remitti, quo grauiter peccant in misericordiam Dei, qui dixit. In quacunque 3 hora ingemuerit peccator, omniū iniquitatū eius non recordabor amplius; & in meritum Christi qui est 4 propitiatio pro peccatis totius mundi: & in spiritum Sanctum, prouocantes homines ad desperationem. Ac satis constat fuisse qui pœnitentiam egerint posteaquam addixisent se dæmoni vale dicto Christianismo; vel scientes & prudentes oppugnauissent veritatem, vt Atalus apud Nicephorum, vt quod ad prius attinet, Theophilus apud Metaphrasten ex Eutychiano. Et nos quoque quotidie experientia compertum habemus non paucas sagas pœnitere delicti sui. Vnde fortassis etiam factum est vt Melanchthon scriberet nullum esse peccatum ad mortem nisi finalis impœnitentiae.

50. Sed haec hactenus ex scripturis pro suffragijs defunctorum his vero quae haeretici aduersus ea contorquent plene respondimus in libro de descensu Iesu Christi ad Inferos, ad quem Lectorem remittimus. idque eo iustius quod Lutherus haud obscure significet nihil esse in scripturis quod precibus pro defunctis aduersetur: quodque Patres nonnullis quae eis aduersari videbantur, velut per antecoccupationem olim responderunt.

De

De ecclesiastica suffragiorum pro defunctis historia,

Titulus 37.



VORVM sententias tempus est vt tractemus, vbi tradiderimus quae de origine, & originis tempore suffragiorum pro defunctis, Nouatores varie confinxerunt. Lutherus tametsi non damnauerit preces pro defunctis, dummodo semel bis aut ter funderentur eo quo tradit modo vt audiuimus, tamen addidit: Vigiliae enim, missae pro animabus, & anniuersaria in Papatu, prorsus inutilia sunt. Immo sunt diaboli inuentiones. Papatum autem ortum sub Phoca Imperatore, tum ipse, tum eius asseclae tradunt. Theodorus Beza in praefatione in nouum testamentum post Caluini mortem edita, scribit morem orandi pro defunctis ortum Augustini tempore. Bullingerus posteaquam agnouisset Cyprianum loqui de sacrificijs laudis, adijcit: Inde fortassis didicerunt insequentis saeculi Patres, non iam laudes sed etiam supplicationes offerre pro defunctis. Id enim dissimulare non debeo, quod mediae aetatis viros illustres, Ambrosium, Augustinum, aliosque eius temporis doctores legenti occurret, coepisse tandē preces in coena Domini offerri in ecclesia pro defunctorum salute. Damnatus est hoc potissimū nomine Aërius quod diceret orare, vel offerre, pro mortuis oblationem non oportere. Incussit hoc quibusdam metum, vt receptae sententiae non auderent contradicere. Et 2 postea: Videntur enim Patres sancti illas pro defunctis preces admisisse in coena certas ob causas, & fortassis vt parentalia Gentiliū pellerent, & clauum clauo truderent cōmodius. Et Paulo post: hic autem Veterum orationis in coena vsus ab ecclesia receptus, posteris magnam occasionem praebuit Missas applicandi pro redemptione mortuorum, & crassius quidem quam olim factum fuerat. Apologia Confessionis Augustanae sic loquitur. Quod autem Aduersarij allegant Patres, scimus Veteres loqui de oratione pro defunctis, quam nos nō prohibemus, sed applicationem coenae Domini ex opere operato improbamus. Magdeburgenses centuriae 1. libro 1 & 2. nullam penitus mentionem faciunt precum pro defunctis. & centuriae 2. c. 6. titulo de sepultura scribunt 3 se non legere consuetudinem aliam agendi cum vita defunctis quā sepeliendi iniecta terra, nullam vigiliarum & exequiarum apud probatos Authores mentionem fieri. Nec verisimile esse Christianos Ethnicorum ritus imitatos. Quin & centuriae 3. c. 4. licet 4 meminerint

Haereticorū nostri saeculi varia figmēta de origine & tēpore originis suffragiorum pro defunctis in ecclesia

Lutheri commentum.

1. supra sect. 4. ex articulis fidei sub mortē ab ipso editis.

Theodori Bezae commentū.

Bullingeri figmentū libro 2 de origine erroris c. 5 pagina 146 & 147

2. pag. 148.

Apologiae Confessionis Augustanae traditio.

Et Magdeburgenses sogerūt tribus primis saeculis.

3 pagin 151

4 pag. 87

purga-

5. titulo 6. de ritu sepulturae pagin. 138.
Chemnitius ad quod tempus referat orationes & oblationes pro mortuis.
6. pagi. 450.
Caluini de tempore originis orandi pro mortuis sententia et eius arrogantia.
7. libro 3. Instit. c. 10.

purgatorij in inclinatione doctrinæ: tamen nullam faciunt mentionē precum pro defunctis: & Tertulliani 5 ac Cypriani oblationes pro defunctis referunt ad gratiarum actiones pro eis. Chemnitius autem 6 fatetur orationes & oblationes primum legi apud Tertullianum. Caluinus vero agnoscit orandi 7 pro mortuis consuetudinē vetustissimam esse ante mille enim & trecentos annos vsu fuisse receptum vt precationes fierent pro defunctis: sed inflatus arrogantia quemuis mediocri prudentia pollentem facile ait agnoscere quidquid de hac legitur apud Veteres publico mori & vulgi imperitiæ fuisse datum. Patres humani aliquid passos. ideoque quod fecerunt, ad imitationem trahendum non esse. Eos enim istud fecisse vt solatiū quærerent quo suum mærorē subleuarent, & quod inhumanum ipsis videretur non edere coram Deo aliquid suæ erga mortuos dilectionis testimonium: & tertio ne Christiani viderentur deteriores omnibus gentibus; apud quas cunctis sæculis iusta fuerunt soluta mortuis.

Exactior notatio pugnarum haeresiarcharū inter se de origine & tempore originis precum & oblationum pro defunctis

2. Quę eo prolixius retulimus vt Lector facilius animaduertat quot & quantæ sint de origine & temporis origine precum & oblationum pro defunctis opiniones apud hęresiarchas, & consequenter etiam apud eorū sectatores. Audiuimus enim esse qui referant originem moris orandi pro defunctis ad tempus Augustini. Alios vero eum ad quartum saeculū referre Nonnullos ad tertium: Quosdam longius tempus. Quinetiam didicimus esse qui oblationes pro defunctis Papatui attribuant: quem certum est eos tradere à Phoca originem duxisse: Quosdam autem eas ex Cypriano non recte intellecto prodijsse. & quarto quo Aërius damnatus fuit, & quinto, saeculis confirmatas fuisse. applicationem vero Missae crassiorem, vt vocāt, longe postea. Caluinus orationum pro defunctis ortum iustis gentilium & praepostero zelo ascribit eumque vetustissimis temporibus. Cuius ratiunculis accedens Chemnitius non dubitauit scribere orationes pro defunctis sensim post Apostolorum tempora inuehi cœpisse in Ecclesiam. Quae dum singuli tueri conantur, ingentes strophaum & mendaciorum aceruos comminiscuntur in bene multis Scriptoribus, quae postea sigillatim refutabimus.

Admonetio trium generaliū capitū.

3. Tantum hic Lectorem admonebimus de tribus. Primum nō posse haec omnia esse vera quae tantopere inter se pugnant: neque veraces qui
1. ea commenti sunt Deinde Chemnitium tametsi antiquisimum esse oran-
2. di pro defunctis morem fateatur, tamen inaudita hactenus audacia accipere orationes pro defunctis apud Veteres non pro veris orationibus pro defunctis: sed pro viuentium institutionib. & exhortationibus, confirmatio-

Chemnitij scelus.

bus

bus lugētum, declarationibus piarum affectionum animi erga defunctos, plane contra ac vocabulum, oratio, significat: & cæteri quoque Nouatores id accipiunt. Eoque impudentiæ prouehitur, vt confessiones Lutheri & Apologiæ quas 1 retulimus huc etiam detorqueat repugnantibus quoque alijs circumstantijs. Ille enim dat exemplum veræ orationis. Apologia vero respondet se non prohibere orationes pro defunctis, nimirum quas & quales Catholici obijciebant inueniri apud Veteres. Hæ vero sunt veræ orationes. vt manifestum erit in singulis Veteribus. Tertium autem caput de quo visum est expedire hîc admonere Lectorem, est, Caluinum ex se finxisse causas adinuentionis precum pro defunctis. Etenim nullus Veterum earum vel verbulo meminit. Non faciebat ad subleuandum maerorē fidelium quod orarēt pro eis, siquidem fuissent in cœlo: sed ad excitandū maerorem Edebant coram Deo aliquod suæ dilectionis erga mortuos testimonium dum canebant psalmos, dum recitabant scripturas de vita æterna & resurrectione, dum eos honorifice sepeliebant. Quin & ipsi Magdeburgēses aperte scribunt verisimile non esse Christianos Ethnicorū ritus imitatos ac tametsi Bullingerus Christianos dicat excogitasse oblationes pro defunctis ex Ethnicismo: tamen aliam causam reddit atque Caluinus, nimirū vt parentalia gentilium pellerent, licet stultissime. quis enim aliquid destruat idem faciendo? Adinuentionis vero tertij prætextus vera causa hec fuit. Videbat hac ratione se & suos magnopere premi. Tentauit ergo hoc fumo perstringere simplicium oculos ne ea mouerentur. Re vera enim non debuerunt Christiani hac in parte deteriores esse cunctis gentibus.

1. sectione 4. titulo 36. & supra sect. 1.

3. Caluini prætextus confictos esse.

Et Bullingeri quoque

Astutia Caluini.

4. Nempe vera Dei religio per vniuersum mundum ante sparsa fuit, quam ea pelleretur vanis superstitionibus. Quæ tamen ne in tantum quidem grassatae sunt quin remanerent apud gentes quaedam velut religionis verae indicia. praesertim ea quae Deus author naturæ hominum animis iam inde à principio insculpserat. Ostendimus autem naturam, integrā inquam, docere orandū esse pro defunctis Videmus vt Tertullianus retulerit inter naturales animae notiones, siue, vt loquitur inter animae de Deo & diuinis testimonia, preces pro defunctis, vt quas etiam gentiles funderent. Proinde merito conquerimur de Caluino & suis eo modo quo Paulus 3 queritur de Corinthijs: Omnino auditur inter vos error qui ne inter gentes quidem nominatur, non esse orandum pro defunctis. Et erga Caluinistas atque alios Nouatores iure vtimur eisdem verbis quibus Deus per 4 Ieremiam Prophetam Iudaeis exprobrat, quod non sint a que sapientes atque insulae Cethim & Cedar: Transite ad veteres Romanos, & videte,

Caluinus cōprehenditur in sua astutia

1. sect. 3. titulo 36.

2. in libro de testimonio animæ.

3. 1. Cor. 5.

4 Ierem. 2.

&

& considerate vehementer, & videte si non orauerint & suffragati sint suis defunctis. Constat enim 5 de eorum pro eis litationibus & parentationibus, iustis funebribus & sacris nouendialibus. Quin & ipse mensis Februarius totus præcipue fuit dedicatus vt in eo defunctorum manibus parentaretur. Nam Februa 6 Romani dixere piacula Patres tuinque potissimum Mos erat & tumulis animas placare paternas: Paruaque in extructas munera ferre pyras. Denique sicut familiarissimum fuit Prophetis repræsentare Iudæis ipsos esse deteriores gentibus. Ita oculis illorum merito proponimus eos hac in parte peiores esse Turcis, nam & 7 hi orant pro defunctis atque adeo qui inter eos sunt locupletiores xenodochia, sacella, & templa extruunt, vt qui hæc adeunt orent pro salute eorum.

5 nominatim ex Liuio lib. 1 Vergilio libros. & Plutarcho in Numa Pompilio. 6. Ouidius lib. 2 Fastorum. 7. vide Theuet libro 7. Cosmographiæ c. 1. & et lib. 12 c. 5. et lib. 15 c. 16 Postellū de la religion des Turcs pag. 60, Munsterū in fine lib. cosmagraphiæ

5. Quin & hunc fructum reportabimus ex Caluini agnitione moris omnium gentium communis suffragandi mortuis, planctu & luctu Ægyptiorum super Iacob comprehensas fuisse etiam preces pro eo; & consequenter luctum quoque Ioseph & omnis domus Patris sui eas tanquam luctui annexas continuisse. præsertim quando scriptura vnica planctus & luctus narratione describat factum Ægyptiorum & familiæ Iacob. Ita belle historia cum scripturæ 1 circunstantijs concordat.

Constare ex cõ[mun]i more omniū gentium moris orandi pro defunctis luctum & planctū Ægyptiorum ac Ioseph. Iacob cõplexū fuisse preces pro defunctis Genes 50. 1. vide sect. 8. & 9. tituli 36.

6. Sed accedamus ad historiam. Ostendimus ex oblatione Iudae & ecclesiae Iudaicae, vindicis religionis Dei, Iudaeos orasse & obtulisse sacrificia pro defunctis Ex quo porro & alijs quae multis diximus ex scripturis consequens est Iudaeos, quum ecclesiae vnirentur per Apostolos & discipulos Domini & ipsorū idem credidisse quod in Iudaismo didicerāt. Neque proinde necesse fuisse multis perinde tradere, atque alios articulos in quibus non æque aperte instituti fuerant. Et tamen Deus qua est bonitate prouidit ecclesiae suae non solum de testimoniis scripturarum noui testamenti: sed etiam de testimonijs scriptorum inferioris generis de fidelibus ex Iudaeis & Gentibus.

Primo fideles ex Iudaeis credidisse orādo esse & offerendum pro defunctis

7. Etenim Apostoli apud Clementem Romanum libro sexto Constitutionum capite 29 admonent fideles officij sui his verbis: Conuenite in cœmeterijs ad legendum sacros libros, & canendum psalmos pro mortuis Martyribus & sanctis omnibus qui sunt à saeculo definiti, ac pro fratribus vestris qui in Domino mortui sunt. Et Eucharistiam, Deo acceptam, antitypon, id est, sacramentum regalis corporis Christi offerte in ecclesijs ve-

gratiarum actionem & pro alijs in christo defunctis ad alium finem quem tractamus, & simul de precibus pro eis,

Constitutio Apostolorum apud clementem de offerendo Eucharistiam pro Apostolis et similibus in

stris

stris, & in cœmeterijs. Et libro octauo c. 4. posteaquam Diaconus edixit pro defunctis qui in Christo requieuerunt orandum, adiungunt c. 41. sub persona Iacobi episcopi Ierosolymitani, Oremus pro fratribus nostris qui in Christo requieuerunt, vt Deus summæ erga homines charitatis, qui animam defuncti suscepit, remittat ei omne peccatum, voluntarium & non voluntarium, & propitius ac beneuolus ei factus, collocet eam in regione piorum qui laxati sunt, in sinu Abrahæ, Isaac, & Iacob, cum omnibus qui à sæculo condito Deo placuerunt, voluntatique eius paruerunt, vnde fugit dolor, mæror & gemitus. Et cætera. Et ipse nunc respice hunc seruum tuũ quẽ in aliam sortẽ elegisti & assumpsisti, & condona ei si quid tũ volens, tũ nolens peccauit, & exhibe ei angelos beneuolos, ac colloca eum in sinu Patriarcharum & Prophetarum, atque Apostolorum, omnium qui tibi à sæculo placuerunt, vbi non est tristitia, neque dolor, neque gemitus: sed potius chorus iustorum laxatus, & terra rectorum simul laxata, & eorum qui ibi gloriam Christi tui vident. Capite vero 42. tradunt etiã solennes quosdam dies precum & oblationum pro defunctis, quibus monent quoque dandam esse eleemosynam pro eis: Et suppeditetur, inquiunt, ex bonis eius pauperibus ad recordationem eiusdem. Quadragesimo autem tertio capite docent quod sequitur de impijs: Sed hæc de pijs dicimus. Impios enim tametsi omnia bona externa pro eis largiaris, nihil iuuare queas. cui enim viuo inimicus fuit Deus haud dubium quin sit etiam defuncto. non enim iniustitia est apud Deum. Iustus Dominus, & iustitias dilexit. Et ecce homo, & opus eius. Postremo principio capitis quadragesimi quarti meminerunt inuitatorum in exequijs ad epulum funebre, cui interfuerint etiam presbyteri & diaconi, & precum quae pro defunctis in eo fiebant. Hos autem libros esse Clementis Romani tot & tantis argumẽtis probauit Frãciscus Turrianus, vt nullus Nouatorũ ausus fuerit vel tentare ei respondere.

Dies solẽnes precũ & oblationũ pro defunctis

Eleemosyna dande pro defunctis.

Hæc facienda esse pro pijs defunctis non pro impijs.

Epulum funebre in exequijs, & preces pro pie defunctis in eo facta.

8. Huic Apostolorum traditioni sub persona Iacobi optime respondet quod in eius liturgia legimus. eam etenim ipsi ascribit etiam concilium Constantinopolitanum in Trullo sub Iustiniano Imperatore, & Proclus episcopus Constantinopolitanus, & ex recentioribus Nicolaus Methones episcopus, Marcus Ephesius, Bessarion, & alij. Quid ergo ad nos si Nouatores hodie nati eam tanquam eius non agnoscant? Legimus namque in ea Diaconum vti hac admonitione: Vt Patres ac fratres nostri qui ante obierunt, in pace requiescant Dominum oremus. ac sacerdotem paulo post bis verbis precari: Vt de manu Apostolorum tuorum verum hunc cultum accepisti, ita quoque è manibus nostris, qui peccatores sumus, recipe munera

Iacobus in liturgia quam posteris reliquit, docet orandum & offerendum pro pie defunctis.

hęc propter tuam benignitatem.& fac vt oblatio nostra grata & acceptabilis sit in propitiationem peccatorum nostrorum, & eorum quæ populus per ignorantiam admisit,& in requiem animarum eorum qui ante nos dormiunt. Sed & Sacerdos postea inclinatus ita orat pro istis: Fac eos requiescere in regione viuentium,in regno tuo,in delicijs paradisi,in sinu Abrahę Isaac,& Iacob,sanctorum Patrum nostrorum,vnde exulat dolor, tristitia, & gemitus: vbi prę sidet lumen vultus tui,& perpetuo refulget. Et quarto Diaconus rursus ait: Pro remissione peccatorum nostrorum & propitiatione animarum nostrarum,& cætera,liberatione captiuorum,requie patrum & fratrum nostrorum qui ante nos dormierunt, dicamus omnes extensa voce, Domine miserere. Populus vero parens admonitioni, clamat duodecies, Domine miserere.

Dionysius Areopagita scribit orandum pro piè mortuis perinde atque Apostoli, & eisdem solennibus verbis

9. Accedit his & Dionysius Areopagita, vt qui consentientem his, & quidem nonnullis eorum precipuis verbis, orationem prodidit c. vltimo de ecclesiastica Hierarchia. Accedens, inquit diuinus Antistes ipsi mortuo sancte precatur. atque post precationem & ipsum salutat,& ordine omnes qui adsunt. Deinde subdit descriptionem huius orationis, quam ait traditã à diuinis suis præceptoribus,id est, ab Apostolis,ac eam vocat solennes preces: Precibus quidem à diuina benignitate contendit, vt & omnia peccata quæ humana fragilitate & imbecillitate admissa sunt,ei qui excessit è vita remittat,& eum in lucem & regionem viuorum,in sinus Abrahæ, Isaac & Iacob deducat,in locum à quo aufugit dolor,tristitia,& gemitus. Qua quoniam aduersa fronte pugnant aduersus hæresim Nouatorum, primum negant hunc authorem esse Dionysium Areopagitam, sed Dionysium, nescio quem, quarti sæculi, à qua calumnia liberarunt eum complures doctissimi viri, quibus nihil ab ipsis responsum est. Deinde quia conscientia eos lancinabat, eum multis cauillis & falsissimis interpretationibus aggressi sunt: nominatim 1 Illyricus & Chemnitius. Quorsum enim alioqui istud, tanto præsertim labore, tentassent, si sibi certo persuasissent,& alijs demõstrare potuissent, fuisse authorem quarti sæculi, in quo certius nihil est quã quod oratum fuerit pro mortuis. Refutabimus autem in Chemnitio Illyricum & alios, quod hic præ cæteris fusius eum aggressus sit.

1 in apologia Confessionis Antuerpiẽsis titulo de Purgatorio.

10. Dionysius, inquit Chemnitius, qui Areopagitæ titulum pręfert, describens ritus sui temporis circa eos qui obdormierunt c.7 eccles. Hierarchiæ, non statas & anniuersarias orationes, nec mysteriorũ siue Eucharistiæ celebrationem: sed tantum funus in templum defert. atque ibi ante sepulturam Pontifex semel sacram precem super mortuum facit: deinde osculo

culo salutat defunctum. quod reliqui praesentes etiam faciunt: postea infundit defuncto oleum & corpus recondit. In quibus primum illud captiosum est quod ait Dionysium hoc capite describere ritus circa eos qui obdormierunt. Neque enim omnes ritus circa hos describit, sed solum ritus qui in sepultura fidelium obseruabantur. Et consequenter mirum non est quod non meminerit anniuersariarum orationum & alijs diebus iteratarum pro ipsis. quandoquidem mortuus non nisi semel sepelitur; & multo minus quod non meminerit sportularum, vt quarum nomen à Romanis, non à Graecis fluxerit: res ipsa vero, siquidem eius aetate extiterit, pertinuerit ad alendum clerum: quod non referat celebrationem Eucharistiae; quia haec necessario sepulturae non erat adiuncta: sicut ne nunc quidē plaerique enim etiam num ante sepeliuntur, quam pro eis celebretur missa funebris. Dionysius vero saepius vocat capite tertio Eucharistiam, sacrificium & de eo Christum dixisse ait, hoc facite in meam commemorationem. In hoc vero capite haud obscure indicat preces pro defunctis fusas fuisse etiā in mysteriorum siue Eucharistiae celebratione, dum absolutis quae ad sepulturam pertinebant, excusat se quod his non addat expositionem eorum quę in mysterijs fiebant. Precationes autem quae in mysterijs adhibentur, inquit, nefas est scripto interpretari, & mysticam eorum intelligentiā aut vim quę in eis Deo authore efficacitatem habet, ex adyto in publicū efferre, & caetera.

Captiosa Chemnitij verba in Dionysio.

Responsio ad primas eius obiectiones ex Dionysio.

11. Eiusdem farinae, imo longe deterioris, est quod contendit orationē pro defunctis fuisse rem liberam, ex eo quod quidam ritus à Dionysio in sepultura descripti, fuerint dissimiles apud alios. Etsi enim ecclesię variauerint in quibusdam ritibus: praecipuum tamen, id est, orare pro mortuis, fuit omnium ecclesiarum commune. Et recte sequitur, si dissimilitudo rituum iustum sit argumentum eos fuisse liberos, vt consensus omnium in preces pro defunctis, recte probet orandum esse pro defunctis.

Aliud Chemnitij figmentū de orationibus pro defunctis Dionysij saeculo & eius refutatio.

12. Iam quod is sensum precum solennium quas ex Dionysio audiuimus, ita transformat, vt aduersa fronte verbis repugnet, & oratio pro defunctis sit oratio pro viuis, ac ne oratio quidem pro his, sed institutio, & caetera quae comminiscitur; quale scelus est? Sed audiamus eū. Quia, inquit, Pontifex nouit ea quae diuinitus promissa sunt certo donari pie defunctis, vt praesentibus manifestet, quae bona eis donanda sint, proponit ea in forma precationis. Si dixisset donata, istud, qualecunque est, inseruijsset aliquo pacto suo proposito. Nunc autem quum dixit donanda, etiam in hoc nobis subscripsit. conuicit enim eum etiam repugnantem claritas verborū. Dionysius

Ingens aliud Chemnitij scelus in deprauādo Dionysij sensu et eius demonstratio.

nysius enim plane contra ac Chemnitius ait, non semel declarat has preces adhiberi, vt defunctus ex eis vtilitatem reportet. Ei, inquit, sanctissimas preces adhibet. erãt ergo veræ preces. Et postea, deinde accedens Diuinus Antistes ipsi mortuo (Nota Lector verba) sancte precatur. Et exponens quid ipsi precetur, precibus, ait, à diuina benignitate contendit vt & omnia peccata ei qui excessit è vita (Nota Lector rursus hæc verba) remittat, & eum in lucem ac regionem viuorum, in sinus Abrahæ, Isaac, & Iacob deducat, in locum à quo fugit dolor, tristitia & gemitus. An hæc non repugnant etiam aduersa fronte testificationi diuinæ voluntatis quod Deus eum in vitam æternã transferat? vt Chemnitius etiam loquitur & ante eum Magdeburgenses. Si enim remissa erant ei peccata ante mortẽ, vel saltem in morte quorsum oratum fuisset vt Deus ea quum sepeliretur remitteret, & ipsum in vitam æternam transferret? Si in luce statim à morte, & in regione viuorũ mortuus erat & in sinibus Abrahã, Isaac, & Iacob, & in loco à quo fugit dolor, tristitia, & gemitus: quò preces vt sepeliendus transferretur in lucem, in regionem viuorum, in sinus patriarcharum, & in locum à quo fugit dolor, tristitia, & gemitus? An Deus irridetur vt homo? præsertim tanta repetitione & inculcatione verborum? Aut Apostoli non habuerũt verba quibus viuentes docerent eos possidere vitam æternam, atque hæc verba quæ plane contrarium sonant, idque in solennibus precibus? siquidem illud docere voluissent, aut consolandi fuerunt viui verbis quæ eos magnopere desolarent? Cui enim dubium, quin adhibuissent eis consolationem si verbis apertis gratias egissent Deo quod eis retribuisset vitam æternam? Pergit Chemnitius nugari: Pontifex à Christo accepit potestatẽ remittendi & soluendi peccata Ioan. 20. & Matth. 18. Vt ergo iudiciũ Dei praesentibus patefaciat & manifestet, charos admittendo, & impios excludendo, per absolutionem forma precationis conceptam ostendit eos trãsferri in vitam æternam. Atqui antea translati erant in eam vestro iudicio Et absolutionis Pontificis preces ne verbulo quidem signum aliquod demonstrant. tantum abest vt hanc haereticam absolutionem tradant. Ac vide mihi lector quò Chemnitius euadat. Mauult tribuere Pontificibus potestatem absoluendi defunctos qui sint in cœlo, etiam forma inusitata, & absolutionem pontificis non significante, sed petente à Deo: quàm Veritatem agnoscere.

Praetextus quibus Chemnitius tegit suum scelus, & eorum cõfutatio.

13. Praetextus autem quibus i Chemnitius tegit peruersionem sensus quem tradit, sunt varij: sed omnes vanissimi. Dionysius, inquit: duos tantũ ordines ponit eorum qui ex hac vita discedunt, sanctorum & prophanorũ

prophanos

prophanos autem vocat eos qui vel inquinamentis ethnicis pleni, vel sacramentis quidem initiati ad damnabiles concupiscentias transfugerunt. & eos quando ad finem perueniunt, dicit miserabiliter & inuitos ex hac vita auelli, nulla bona spe subnixos propter pessimam vitam. Sanctos vero nominat qui pie quidem vixerunt: sed tamen pro remissione peccatorum orant. Eos autem dicit cum firma & certa spe in diuina lætitia & hilaritate tendere ad mortis terminum, tanquam ad finem certaminum. Propinquos vero eorum beatos illos prædicare, vt qui ad optatum vitæ finem peruenerunt, & authori Victoriæ persoluere hymnos gratulatorios, se ipsos quoque orantes ad similem finem admitti, & cætera. Respondemus autē Dionysium duos ordines constituere. & sanctis quidem iure dicere Antistitem precari, quod frustra pro ijs quos prophanos vocat facturus sit. id quod docet exemplo Samuelis pro Saule. Neque repugnare precibus viuentium quod hæc prædicet de sanctis. quia fideles haec non credunt de se, multo minus de alijs fide cui non possit subesse falsum; sed fide id est fiducia, certa & firma quatenus videlicet eam homini habere creditum est. Etsi enim quidam Nouatores docuerint se fide hic certissimos esse de remissione peccatorum, & quidem etiam de vita æterna, imo ea fide se iustificari commenti sint: tamen nemo hactenus vsqueadeo proiectae audaciae inuentus fuit, qui fide infallibili praedicaret alios esse certos de vitā æterna fidelium excedentium. Nemo enim scit 1 quae sint in homine, nisi spiritus hominis qui est in homine. & hic ne plene quidem: quia 2 Dei est scrutari corda: & is 3 nouit qui sunt eius. Ac tametsi certissimo credenda sint eum daturum quae promisit: tamen quia dona cœlestia promisit solis fidelibus, verè pœnitentibus, se diligentibus, sibi compatientibus, & obtemperantibus: non sumus certi fide cui non possit subesse falsum, nos has conditiones impleuisse & multo minus de eis ab alijs impletis esse certi. Igitur quae narrat Dionysius pertinent ad fiduciam, & quia bene speramus de fidelibus mortuis, canimus etiam num psalmos in eorum exequijs, & Deo de donis in defunctos collatis gratias agimus. Sed quia fieri potest vt quis defunctus sit cum leuibus peccatis, & pœnis temporalibus, debitis grauibus hic remissis quae etiam peccatorum appellatione veniunt, hinc est quod Apostolorū & Dionysij ætate oratum fuit, & etiamnum preces fiunt, pro defunctis fidelibus, vt si fortassis aliquid restet persoluendum & remittendum, id remittatur. & defuncto detur requies & vita aeterna. Itaque licet Dionysius duos tantum generales hominum ordines constituat, prophanorum & sanctorum: tamen significat sanctis duo accidere, nimirum vt pœni excedant

1.1. Cor. 2.
2. psal. 7.
Rom. 8.
3.2. Timo. 2

buisse etiam secundo sæculo. Quomodo enim Christiani non libenter paruissent Apostolicæ constitutioni non ita diu ante ecclesiæ traditæ? *& offerendum esse pro fidelibus defunctis.*

16. Idemque etiam manifestum est ex tertij sęculi scriptoribus, nominatim Tertulliano, Eusebio Alexandrino, concilio Carthaginensi Antecessorum Cypriani, & ipso Cypriano. quorum proinde testimonia Nouatores partim multis commentis aggrediuntur, partim reticent. Chemnitius antequam accedat ad Tertullianum, primam originem suffragiorum pro defunctis post Apostolorum tempora 1 ait fuisse cibos qui ad sepulchra fidelium delati fuerint ad imitationem Gentilium, cum hac plausibili emédatione quod dati sint pauperibus. Verum antea 2 audiuimus hunc moré vsqueadeo antiquum fuisse filijs Dei vt Tobiæ tempore vsitatus eis fuerit, isque eum in tantum probauerit vt filio iniungeret. Alteram 3 vero originẽ tribuit sportulis quę primo datę sint pauperibus & ministris, ac tandem in Eucharistiæ celebratione factæ, dictae sint oblationes. Sed nihil est in Tertulliano, & multo minus in praecedentibus eum Christianis Scriptoribus quod significet eius aetate & antè, eleemosynas datas pauperibus & clericis dictas fuisse sportulas. Nam quod is ait libro tertio contra Marcionem de Domino nostro: Nunc si nomen Christi vt sportulam furunculus captauit, allusit ad id quod quandoque contingebat in distributione sportularum quas Romani dabant suis clientibus pauperioribus. Primus apud quẽ sportularum Christianorum indicium extat est 4 Cyprianus: sed pro eleemosynis decimarum datis ad alendum clerum, nulla plane defunctorum mentione facta. Ac vt constaret, eleemosynas datas pauperibus & clericis dictas fuisse sportulas iam inde à principio, hoc nomen non magis probaret originem eleemosynarum pro defunctis haustam fuisse ab Ethnicis, quám ipsam distributionem eleemosynarum in pauperes & clericos. Sed vt indicaui, sportulae apud Romanos dabantur viuis & pro viuis: non pro defunctis. De significatione vero nominis oblationis, illud quidem verum est, relicta testamento & aliter ecclesijs & clericis ac munera data pauperibus, dictas fuisse oblationes: est enim nomen generale: Quin & hoc verũ est multas quoque eleemosynas in celebratione Eucharistiae oblatas fuisse sed vtinã Chemnitius citasset authorem aliquẽ Cypriano & Tertulliano antiquiorem qui docuisset datas fuisse pro defunctis: haud enim paruo beneficio nos affecisset. non quod eleemosynae pro defunctis tunc primum cœpisse existimandae forent, vt ad quas pro defunctis praestandas Syrachides exhortatus sit fideles & postea constitutio Apostolica: sed quod

eo

Quod secũdo saeculo scriptores crediderint orandũ

Chẽnitij & aliorũ Nouatorũ mẽdacia de origine suffragiorũ pro defunctis & de Tertulliano.

1. 1. pag. 449. *refutatio primi cõmenti.*

2. tit. 36. sect. 16 vsque ad sectionem 21

3 pag. eadem *Refutatio alterius commenti.*

Sportula quid fuerint Romanis et quid Cypriano.

4. epist. 9. libri 1. et vide infra sectionem 25.

De significationibus oblationis et quẽ fucũ alij haeretici facere conẽtur ex varietate rerũ quib⁹ hoc nomen accõmodatur.

illustrata fuisset suffragiorum pro defunctis historia. Verum Chemnitius
his more suo strophae studet. Vult enim nomen oblationis & verbum
3. offerre hac significatione accipi apud Tertullianum & Cyprianum, quasi
5 pag. 450. hi non senserint de sacrificij oblatione quæ fiebat Deo pro defunctis, quũ
hæc merito dicta sit oblatio. per exochen. Tertio adijcit 5 memorias defun
ctorum, & orationes pro mortuis primum factas fuisse priuatim ab ami-
4. cis, sicut apud Tertullianum, inquit, à marito pro vxore, & ab vxore pro
6. eadẽ pag. marito. postea vero aduocari cœpisse sacerdotes apud Originem libro ter-
tio in Iob. Quartum eius commentum est quod paulo post scribit, Tertul-
lianum primum esse apud quem consuetudo oblationum & orationũ pro
5. defunctis legatur. Et citatis loco ex libro de Monogamia, & altero ex ad-
7. pag. 451. hortatione ad castitatem, profert 7 & quintum. Ait enim non posse has ob
lationes intelligi de sacrificio per sacerdotem oblato pro mortuis, eo quod
6. Tertullianus dicat vxorem offerre, & maritum reddere annuas oblationes
8. in defẽsione Cõfessionis Antuerpiensis titulo de purgatorio. His adijcit Ilyricus hoc cauillum, Hieronymum testari librum de mono
gamia scriptum esse aduersus Ecclesiam proinde non recte proferri ex eo
testimonia. Magdeburgenses 9 autem insigne addunt mendacium, dum in-
ter ceremonias à Tertulliano mutuatas, vt aiunt, à Montanistis, & in ec-
clesiam inuectas, atque ab eo auctas, referunt annuas pro defunctis, quas
7. 9. cent. 3. c. ipsemet fateatur non esse traditas in sacra scriptura. Chemnitius vero hũc
10. in vita Tertulliani, tractatum incipit concludere hoc bello argumento quod Tertullianus tã-
tum duo constituat loca excipiendis animabus, Inferos pro reprobis, & si-
8. num Abrahæ pro iustis vbi sint in refrigerio: Et Tertullianum tantum di-
10. pagina 451 & 452 cere pios animabus defunctorum suorum optasse hoc refrigerium Postre-
mo ti recte dilabitur ad sensum orationum à se confictum in Dionysio.
9. Hæc isti impudentissime.

11. eadem pagina. 17, Nam Tertullianus ita facit mentionem precum & oblationis vxo
Refutatio mendaciorũ & cauillorũ de Tertulliano. tris pro marito in libro de Monogamia, vt ex eo appareat hoc officiũ fuisse
omnium vxorum commune, quod nisi implerent, reæ essent grauis trans-
gressionis: & rursus precum & oblationis mariti pro vxore in exhortatio-
ne ad castitatem, vt haud obscure significet hoc quoque officium fuisse
Et principio primi commenti de eo. omnibus fidelibus maritis vsitatum, non vano quodam more, sed ad Deũ
& apud Deum. Ita enim viduam alloquitur & docet in priore libro: Ergo
perseueret cum illo necesse est, quem iam repudiare non poterit. & pro
anima eius oret, & refrigerium interim adpostulet ei, & in prima resur-
rectione consortium, & offerat annuis diebus dormitionis eius In quibus
verbis Chemnitius tacuit verba, necesse est. Item hæc sequuntur: Nã hæc
nisi

nisi fecerit, vere repudiauit. Et postremo ista quibus declarauit quo euasura esset huius officij negligentia: Aut nunquid nihil erimus post mortẽ secundũ aliquem Epicurum, & non secundum Christũ? In exhortatione vero ad castitatẽ, Et iam repete, inquit, apud Deũ pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas. Stabis ergo ad Deum cum tot vxoribus quot illas oratione cõmemoras, & offeres pro duabus. Et quo loco Tertullianus in libro de corona militis meminit annuarũ oblationum, non facit specialem mariti, vxoris, agnatorũ & cognatorum mentionẽ: sed sub persona fideliũ loquitur in genere de annuis oblationibus: Oblationes pro defunctis, pro natalitijs annua die facimus. Secundo, manifestũ est ex ijs quæ citauimus ex Clemente, liturgia Iacobi, & Dionysio, Tertullianũ non fuisse primũ qui oblationis pro defunctis meminit. Tertio licet verum sit oblationes pro eleemosynis quandoque accipi: & hoc quoque cũ sportulis (nihil enim nomen nocet rebus) testimonio sit confessione Chemnitij, tempore Tertulliani & antea eleemosynas datas fuisse pauperibus pro defunctis: & quidẽ in ecclesia & celebratione Eucharistiæ: tamen clarissime apparet ex his quæ Tertullianus addit ijs quæ citauimus ex adhortatione ad castitatẽ, oblationem ipsi non eleemosynã, sed sacrificiũ propitiatoriũ, significare addidit enim redditioni oblationũ, verba, per sacerdotem: & oblationem interpretatus est sacrificium, vtẽs etiã verbo, ascendere vsitato in externis sacrificijs, quæ denotãt etiã verba, libera fronte. quæ omnia Chemnitius nefarie subticuit. Posteaquã enim dixit, Et offeres pro duabus, adiecit: Et com memorabis illas duas per sacerdotem de monogamia ob pristinum de virgintate sanctum, circundatum virginibus & vniuiris: & ascendet sacrificiũ tuum libera fronte. & cætera. Ac vt Tertullianus hæc nõ adiecisset: nullius momenti fuisset Chemnitij argumentum, quod (vt antea audiuimus) familiare sit [illegible] scripturæ, dicere eos qui in sacris non erant constituti, vt (verbi gratia) Dauidem & Salomonem hæc & illa sacrificia & holocausta legitime [illegible] id est, per sacerdotes. Quarto, tantum abest vt ex Tertulliano [illegible] ritus à se, vel ab alijs paulo ante in ecclesiam inuectos fuisse, vt [illegible] oblationes acceptas referat in libro de corona militis traditioni Apostolicæ, consuetudine confirmatæ quę de manu in manum cum multis alijs ad suum sæculum peruenerit: nam posteaquam dixit, oblationes pro defunctis annua die facimus, addit Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum, si legem expostules scripturarum, nullam inuenies. traditio tibi prætendetur auctrix, consuetudo confirmatrix. Rationem traditioni, consuetudini, fidei, patrocinaturam, aut ipse perspicies, aut ab aliquo qui

Refutatio secundi cõmenti de Tertulliano.

Oblationem Tertullianũ significare sacrificiũ oblatũ per sacerdotẽ, secus ac Nouatores tradunt tertio de eo commento.

Ritus orationum & oblationum non fuisse á Tertulliano & à Montanistis in Ecclesiam inuectas, vt Magdeburgenses comminiscuntur.

qui perspexerit disces. Interim nonnullam esse credes cui debeatur obsequium. Sed Magdeburgenses non credunt Apostolo scribenti esse traditiones per sermonem quę tenendæ sint. Quinto, Verum quidem est Tertullianum scripsisse librum de Monogamia contra Ecclesiam, quia ex professo eum conferit contra secundas nuptias, quas scripturæ & ecclesia probant: sed hinc non sequitur quæcunque hoc libro continentur esse ecclesiæ aduersa nominatim ea quæ cum alijs scriptoribus ecclesiasticis consentiunt. quale hoc est de oblatione annua pro defunctis, cuius traditio apparuit apud Clementem. tantum abest vt Tertullianus, atque adeo Montanus & Montanistæ eius authores fuerint. Id quod etiam ex eo depræhendimus quod ne vnus quidem Scriptorum ante ipsos, hanc traditionem Montanistis asscripserit. Quis autem hominibus hodie natis quidlibet ex suo cerebro fingentibus credat potius quā veteribus & Neotericis omnibus scriptoribus? Sexto, Tertullianus collocat fideles qui precibus indigent in 3 Inferis: & in tantum ab istis diffidet vt 4 orationem pro defunctis referat inter notiones naturales animæ à Deo insculptas, qua proinde etiam Ethnici vsi sint. Citat enim pro testimonio animæ istud: Terram grauem imprecaris, & cineri penes inferos tormentum. æque ex bona parte cui gratiam debes, ossibus & cineribus eius refrigeriū comprecaris, & vt bene requiescat apud Inferos cupis. Et sub finē: Magistra natura, anima discipula. Quicquid aut illa docuit, aut ista perdidicit, à Deo traditum est, magistro scilicet ipsius magistrę. Ex verbis autē quæ citauimus ex libro de monogamia, & ex adhortatione ad castitatem sicut ex istis manifestissimum est Tertullianum non solum loqui de optato nescio quo, sed vera oratione. Postremo quod Chemnitius delabitur ad sensum à se in Dionysio confictum, multis argumentis conuincitur esse falsissimum. Dionysius enim sententia ipsius & Nouatorum vixit quarto sęculo: Tertullianus tertio. Deinde apparet clarissime ex libro de libris de monogamia, exhortatione ad castitatē & testimonio animæ, eum sentire de veris precibus. Tertio, apparet ex miraculo quod 5 is refert suo tempore accidisse, pie defunctos indigere veris precibus. Scio, inquit, fœminam quandam vernaculam Ecclesiæ post vnicum & breue matrimonium cum in pace dormisset, & morante adhuc sepultura, oratione presbyteri componeretur, ad primum habitum orationis manus à lateribus dimotas in habitum supplicem composuisse. Sed accedamus ad Eusebium Alexandrinum cuius meminit Antherus in sua epistola.

2. Thessa. 2. *Refutatio cauills Illyrici.* *Confutatio sexti argumēti ex Tertulliano desumpti.* *3. in libro de anima.* *4. in libr. de testimonio animæ.* *Confutatio septimi commenti Nouatorū de Tertulliano.* *5. in libro de anima.*

18. Is ergo in homilia in diem dominicam adhortatur fideles his verbis: Memento in oblatione (sanctæ videlicet Eucharistiæ) parentum ac

fratrum

fratrum qui iam vita decesserunt. hoc si feceris, magnam eis requiem præbes. comple preces tuas. quod eo dixit quasi preces pro solis viuis sint tantum inchoatæ & dimidiatæ preces.

Eusebij Alexādrini adhortatio ut fideles memores sint parentum & fratrum defunctorum in oblatione Eucharistiæ cum prædicatione vtilitatis quæ hinc ad eos prouenit.

19. Sed hunc Scriptorem Nouatores non sunt aggressi, vel quia non legerunt hanc eius homiliam, vel si legerint, dissimulare maluerunt, quod non facile occurreret quod hîc confingerent. Quæ vero apud Cyprianū his de rebus extant, ea vel oppugnant, vel alio detorquere conantur: tum quia animaduertunt Cyprianum fuisse diligētem Tertulliani lectorem cui multas plagas inflixerant: tum quia is meminit etiam concilij Antecessorum suorum.

Causa cur Nouatores suis figmētis non sint aggressi Eusebium Alexandrinum. Et causa quamobrem sint aggressi Cyprianum.

20. Brentius vt ostendat Cyprianum sensisse preces pro defunctis esse inutiles, citat hæc verba ex eius tractatu contra Demetrianum: Quando istinc excessum fuerit, nullus iam locus pœnitentiæ est, nullus satisfactionis effectus. hic vita aut amittitur, aut tenetur. hic saluti æternæ cultu Dei, & fructu fidei prouidetur. Verum manifestum est ex præcedentibus quæ Brentius dolo malo subticet, Cyprianum loqui de pœnitentia Infidelium & persecutorum Christianorum post mortem: qualis erat Demetrianus, de quorum inutili pœnitentia citauerat locum Scripturę Sapientiæ 5. Pœnitentiam intra se agentes. Quum autem is scribit de oblatione & precibus, pro pie defunctis, non pro impijs, sentit, iuxta Apostolorū constitutionē & Dionysij doctrinam ac institutionem quæ etiam num in ecclesia traditur. Solum enim oramus pro remissione peccatorum leuiorum, & pœnarum temporalium grauibus peccatis in hac vita remissis debitarum: quæ vsu Scripturę etiam peccata dicuntur: quęque quamdiu non sunt condonatæ, peccata non videntur penitus remissa, perinde videlicet ac si nunquam fuissent admissa.

Brentii oblatione & preces pro defūctis in Cypriano oppugnātis vanus prætextus.

21. Alij vero, & nominatim Melanchthon, fatentur Cyprianum probare sacrificium gratiarum actionis, eamque in rem citant eius verba ex epistola quinta libri quarti: Sacrificia pro eis semper, vt meministis, offerimus, quoties martyrum passiones & dies anniuersaria commemoratione celebramus. vt incautus lector existimet eum nusquam loqui de alio sacrificij fine, atque isto: non quod probēt Eucharistiam offerri in gratiarum actionem pro martyribus: sed quod quamdiu hęc disputatio durat malint agnoscere Eucharistiam ipsi fuisse sacrificium gratiarum actionis quam propitiationis. Cyprianus autem epistola nona libri primi clarissime ostendit,

Confutatio effugij Melanchthonis & aliorum. Eucharistiā fuisse Cypriano & Ecclesiæ, sacrificium gratiarū actionis pro martyribus.

ostendit, etiam ex decreto concilij Antecessorum suorum, Eucharistiam solere etiam offerri tanquam sacrificium propitiatorium pro alijs fidelibus defunctis: dum prohibet id pro Victore offerri qui canonem eorum violasset, quem his verbis narrat: Quod (purâ, sacerdotes non debere recedere ab altari & sacrificijs) Episcopi antecessores nostri religiose considerantes, & salubriter prouidentes, censuerunt ne quis Frater excedens ad tutelam vel curam clericū nominaret, ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Et deinde adiungit: Neque enim ad altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece qui ab altari sacerdotes & ministros suos Leuitas auocare voluit. Et ideo Victor cum contra formam nuper in concilio à sacerdotibus datam Geminum Faustinum presbyterum ausus sit actorē constituere, non est quod pro dormitione eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in ecclesia frequentetur. vt sacerdotum decretum religiose & necessarie factum seruetur à nobis & cætera.

Eucharistiā fuisse Cypriano & Antecessoribus eius sacrificium propitiationis pro defunctis.

22. Quæ nihili pendens Chemnitius ingreditur etiam principium erratici effugij Melanchthonis: sed eum nequitia in eo superat, quod Cyprianum de martyribus loquentem interpretatur, ac si solum significasset cō memorationes & memorias gloriosæ mortis ipsorū fuisse celebratas: nullo pudore retardatus quod Cyprianus dixisset, sacrificia pro eis semper offerimus (nimirum Deo) quoties & cætera.

Chemnitij impudentia interpretātis sacrificium pro martyribus apud Cyprianum plane contra ac is id accepit.

23. Quin & epistolam nonā libri primi aggreditur varijs cōmentis. Ac primum notat Cyprianum nouo & peculiari modo loqui, dū ait, offerre pro defunctis, & sacrificium pro dormitione eius celebrare. Sed aut nō vidit, aut videre noluit, Cyprianū hæc verba tribuere Antecessoribus suis in concilio, & consequenter falsum esse, Cyprianū hic nouo & peculiari modo locutū fuisse. Ac ne istis quidem fuit loquendi modus offerēdi pro mortuis nouus. Audiuimus 1 enim verbū offerre & oblationē apud Tertullianum in libris de monogamia, exhortatione ad castitatē, & de corona militis Et in Apostolis 2 apud Clementē, liturgiam 3 Iacobi & longe antea 4 in historia Machabæorū. Ac sacrificij pro defūctis meminit etiā Tertullian⁹ in eodē tractatu exhortationis ad castitatē. Celebrare vero verbū est omnibus vsitatissimū qui volunt significare aliquid nouū & illustre facere.

Alterum cōmentū Chēnitij & eius confutatio.

Fraus Chēnitij.

1 sectione 18
2 sectione 7.
3 sectione 8.
4 2. Machabæorum 7.

24. Hoc posito putido commento quo sibi viam pararet ad facilius inueniendam fidem apud Lectores in sequentibus commentis, audet Cyprianū sic se ipsum interpretari, quod oblatione pro dormitione alicuius intelligat sportularum oblationes: sacrificij vero pro dormitione alicuius celebra-

Tria alia Chēnitij in Cypriano figmenta,

celebratione, nominis alicuius in prece sacerdotum quæ in administratione Eucharistiæ fiebat, nominationem: & sacrificare pro aliquo, pro deprecationem aliquam nomine alicuius in ecclesia frequentare. quod vocet epistola 14. libri tertij nomen eius offerre.

25 Quæ omnia esse vanissima, examinanti verba Cypriani manifestissimum est. Primum, propterea quod Cyprianus post verba canonis Antecessorum suorum, quæ Chemnitius peruertit, nullam plane facit mentionem oblationis sportularum, ac ne eas quidem vllo pacto indicat. quod tamen si fecisset, illud haberemus eleemosynas eius ætate datas fuisse pro defunctis. Deinde, quia Cyprianus accipit oblationem pro tali quæ fiebat ad altare: & tertio, in altari à sacerdotibus. vt videre est ex eo quod canoni adijcit pro ratione: Neque enim ad altare Dei meretur nominari in sacerdotũ prece. postremo quia quo loco antea meminit fratrum sportulantium, significat sportulas fuisse decimas oblatas clero ad eum alendum, nulla etiam penitus mentione facta quod offerrentur pro mortuis: eæ vero ne potuissent quidem ad altare offerri. ac satis superque indicat se non alia de causa sportulantium mentionem facere quam vt significaret clericos his contentos non debere ab altari & sacrificijs auocari. *Quæ nunc ratio inquit, & forma in clero tenetur vt qui in ecclesia Domini ad ordinationem clericalem promouentur, nullo modo ab administratione diuina auocentur, ne molestijs & negotijs sæcularibus alligentur: sed in honore sportulantium fratrum, tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & sacrificijs non recedant sed die ac nocte cœlestibus rebus & spiritualibus seruiant.* Vanitatem vero alterius interpretationis illud detegit quod sensus natiuus verborum, sacrificium pro dormitione alicuius celebrare, sit publice facere, siue (vt ita dicam) solennizare sacrificium pro morte alicuius, siue pro mortuo. non vero solum, nominare aliquem in prece sacerdotis in Eucharistiæ administratione. Et Cyprianus fuerit insigniter latinæ linguæ peritus. Cui accedit, quod his sacrificium altari coniungat. Ab altari, inquit. & sacrificijs non recedant. notum enim est altare fieri sacrificij proprie dicti gratia. Vnde quod Cyprianus adijcit, Neq. enim ad altare Dei meretur nominari, nõ pertinet ad nudæ nominationis intelligentiã: sed ad nominationẽ in prece, siue, vt paulo post ait deprecatione sacrificali, vt ita dicã. solent enim sacrificio esse adiunctæ, & receptum fuit vt is pro quo sacrificium fiebat in eis nominaretur. de qua nominatione ait epistola 14. libri 3. & offerunt nomen eorum & Iacobus loquitur in liturgia & qua nos etiam nunc vtimur: Memento Domine famulorum famularumque tuarum. Hæc autem

Refutatio trium alterũ commentorũ Chemnitii in Cypriano. 1.

Sportulæ quid fuerint Cypriano, et cur is earum meminerit.

2.

3.

3. tem etiam demonstrant vanitatem tertiæ interpretationis. quandoquidem Cyprianus sentit de sacrificali, vt ita dicam, deprecatione, & consequenter de omni alia; & in gratiam ipsius, vt respondeat verbis, pro dormitione ipsius. Illustrat ergo istis Cyprianus ipsam oblationem etiam ex ijs quæ ei coniuncta erant.

Aliud Chemnitii commentum quo elevat transgressionem canonis Antecessorũ Cypriani, & huius præceptum.

Refutatio huius commenti.

26. His addit, Cyprianum istud non ordinauisse quasi sensisset damnabile esse peccatum transgredi hunc canonem. neque præcepisse ne oraretur & offerretur pro Victore, quasi is esset damnatus: sed ne ecclesiastica celebratione honoraretur, qui contra positiuum statutum presbyterorum (non vult enim dicere episcopos) tutorem fecerat. idque eo (vt apparet) fine, vt Lectores negligerent hoc decretum, tanquam rem leuis momenti. Atqui Cyprianus, & collegæ eius, ac compresbyteri, iudicauerunt hoc peccatum fuisse maximum. Sic enim orditur hanc epistolam quam scribit Clero & plebi Furmitanorum: Grauiter commoti sumus ego, & collegæ mei qui præsentes aderant, & compresbyteri qui nobis assistebant, fratres charissimi, quum cognouissemus quod Geminius Victor de sæculo excedens Geminium Faustinum tutorem testamento suo nominauerit: quum iã pridem in concilio episcoporum statutum sit, ne quis de clericis & Dei ministris tutorem vel curatorem testamento suo constituat, cum singuli diuino sacerdotio honorati, & cuncti in clericali ministerio constituti, non nisi altari & sacrificijs deseruire, & precibus, atque orationibus seruire debeant. Deinde his dictis subijcit probationem ex testimonijs Scripturae & ex ordinatione de Leuitis quae praecesserat in veteri testamento.

Alia Chemnitii præstigia in Cypriano & earũ confutatio.

27. Quoniam autem videbat Chemnitius haec nullo pacto satisfactura legentibus Cyprianum, agnoscit tandem eum non solum gratiarũ actionis: sed etiam precum meminisse. Verum vis scire Lector, quomodo? non in vtilitatem defunctorum, sed viuentium. de his enim dat exempla, & ipsam oblationem rursus transformat in solas pro istis preces. Ita enim, inquit, dicit Cyprianus pro viuis offerri seu sacrificari, quando in precibus quae fiebant in administratione Eucharistiae gratiae pro eis agebantur vel aliquid orabatur. vt libri 3, epistola prima pro Lucio ab exilio reuerso, & pro lapsis epistolis 15. & 16. eiusdem libri. In quibus, inquit, offerre, est pro ipsis Eucharistiam parare. & preces pro ipsis facere. Haec iste praestigiator transformans preces pro defunctis in preces pro viuis: & oblationẽ ac sacrificium in apparatum Eucharistiae, & preces pro viuis. Nam Cyprianus planissime aperit epistola nona se loqui de oratione, & vt ait deprecatione pro defunctis, atque adeo de externo & proprie dicto sacrificio. Eodẽ-

que

que modo accipit sacrificium in epistola ad Lucium: Ait enim: hic quoque in sacrificijs atque orationibus non cessantes Deo Patri, & Christo filio eius Domino nostro gratias agere, & orare pariter, ac petere, vt qui perfectus est atque perficiens, custodiat & perficiat confessionis vestræ gloriosam coronam. Et in duabus epistolis de lapsis distinguit expressissime inter offerre pro eis, & inter eis Eucharistiam dare.

28. Postremo scenam fabularum suarum in Cypriano homo planus, hac obiectione concludit, quod Cyprianus nullos qui in domino moriuntur terreat purgatorij pœna sed promissione beatudinis magnis asseuerationibus consoletur, nominatim in libro de mortalitate. Ei vero respondemus Cyprianũ merito eos pro quibus scripsit de mortalitate, consolatũ fuisse promissione beatitudinis, vt qui in magnis persecutionibus, & in maxima peste, sæuiente etiam in fideles, atque adeo eos qui alijs ægrotantibus ministerio suo pie aderant, indigerent consolatione: & quod consideret eos suæ vocationi respondere. Cæterum alijs locis nimium præfidentes ex acto Dei iudicio & pœna purgatorij terrere. nominatim c.54.55.& 56. libri tertij ad Quirinum & praecipue epistola secunda libri quarti. Aliud est, ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire: aliud missum in carcere non exire inde donec soluat nouissimum quadrantem, aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emendari, & purgari diu igne, aliud peccata omnia passione purgasse: aliud denique pendere in die iudicij ad sententiam Domini, aliud statim à Domino coronari. *Mendax cõclusio fabularum Chẽnitij in Cypriano.*

29. Sed transeamus ad quartum saeculum Cuius vt plurium monumenta ad nos peruenerunt: ita plura habemus suffragiorum pro defunctis testimonia, nominatim Eusebij Caesariensis de Constantino Magno, & eius exequijs, Iacobi Nisibeni, Athanasij, Cyrilli Hierosolymitani, Ephrem, Basilij Gregorij Nysseni, Gregorij Nazianzeni, Ambrosij, Palladij, Hieronymi, Prudentij, Paulini Nolani episcopi, & Epiphanij. de quibus sigillatim dicemus. *Trãsitio ad Patres quarti saeculi.*

30. Eusebius author est libro quarto de vita Constantini, hunc Imperatorem ædificauisse Constantinopoli sumptuosissimum templum Apostolorum, vt memoriam eorum passim apud omnes perennam redderet: & vt posito post obitum corpore suo apud duodecim eorum thecas, precibus illis quae eo loci ad honorem Apostolorum futurae essent, dignus haberetur. Et de exequijs eius loquens, Aderant, inquit, Dei sacerdotes circũfusi turba ac vniuerso pietatis studioso populo, à quibus diuinus per preces *Eusebii Caesariensis de fide constantini, & eius exequiis testimonia.*

cultus adhibitus est. Et paulo post: Iam populus frequens vna cum sacerdotibus non sine lachrymis & sane magno cum gemitu preces pro anima Imperatoris Deo fundebant. in quo & illi gratum atque optatum pio principi officium præstabant. Et rursus: diuinisque ceremonijs in mystico sacrificio, sanctarúmque precationum societate perfrui. (putâ Deus dedit) En fidē primi Imperatoris Christiani: En quæ in eius exequijs factæ sunt pro eius anima, publicas preces vniuersi populi & sacerdotum cū lachrymis & multo gemitu: En diuinum sacerdotum per preces cultum adhibitum, ipsi Imperatori defuncto gratum officium. En diuinas ceremonias & mysticum pro eo sacrificium. Et sunt scilicet ferendi, qui negant ecclesiam quarti sæculi in vsu habuisse suffragia pro defunctis.

Iacobus Nisibenus orauit pro defunctis.

31. Theodoretus in religiosa historia narrat Iacobum Nisibenū qui concilio Niceno interfuit, & admirabilium operum patrator extitit, orauisse pro mortuis. Cum enim quidam produxissent quendam quem fingebant mortuum, vt hoc prætextu impetrarent ab eo eleemosynam, ille Deo obtulit preces, rogans vt ei remitteret quæ in vita peccauerat, & eū in chorum iustorum dignaretur admittere.

Athanasii doctrina de suffragiis defunctorū & adhortatio ad suffragādū defunctis

32. Athanasius in sermone quem in eos qui obdormierunt, scripsit, quémque Ioannes Damascenus vocat vndecunque concinnum. Si quis diem obierit, licet in aerem deponatur inhumatus, ne omiseris oleum & ceram, inuocato Christo Deo, ad sepulchrum accendere. Accepta enim Deo sunt, plurimamque secum referunt retributionem. Oleum enim & cera holocaustūm est. Incruentæ vero hostiæ oblatio, propitiatio est. quod vero in pauperes collocatur beneficium, omnis bonae retributionis argumentum. Et paulo post: Quod si hac ratione & fide obtulerit, eius gratia non vndiquaque diuina gratia priuabitur. Apostoli enim Dei praedicatores, & magistri sacrificiorū curatores, alijque patres sacro afflati numine, & participes virtutis animum excedere facientis, secundum quod fas erat & acceptum Deo, diuino ore annunciarunt operationes sacras & preces & psalmos anniuersariásque defunctorum memorias, & quaecunque vsque in hodiernum diem gratia benignissimi Dei augentur, incrementúmque accipiunt, ab ortu Solis vsque ad occasum, & à Septentrione & Meridie, in gloriam & laudem Dei, Domini Dominorum, & regis regnantium.

Cyrilli Hierosolymitani de oblatione pro defunctis in liturgia testimonium illustrissimum.

33. Cyrilli vero Hierosolymitani haec sunt verba Catechesi mystagogica quinta: Cum sacrificium offerimus, postea facimus mentionem e-

tiam eorum qui ante nos obdormierunt. Primum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, vt Deus orationibus illorum deprecationibus suscipiat preces nostras. Deinde pro defunctis sanctis Patribus & Episcopis, denique pro omnibus oramus qui inter nos vita functi sunt: maximum esse credentes animarum iuuamen pro quibus offertur obsecratio sancti illius & tremendi quod in altari positum est, sacrificij. Et paulò post: Christū pro peccatis nostris mactatum offerimus, vt & nobis & illis (defunctis) eum, qui est benignissimus, propitium reddamus.

34. Ephrem in testamento suo, siue in sermone de morte sua, alludēs ad locum Apostoli de ijs qui baptizabantur pro mortuis: Qui enim, inquit, in lege erant, propter spem resurrectionis in mysterio tenebantur conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat, sicut legistis quod sacerdotes legis oblationibus culturæ & deinde concludit, si hoc illi poterant, multò magis posse sacerdotes noui testamenti debitum mortuorum sanctis oblationibus & precibus dissoluere. Et rursus: Vt in orationibus mei memoriam faciatis. Et nunc volens fratres mei admonere vos & firmiter stabilire, vt post transitum meum assiduè in vestris orationibus mei memoriam faciatis, & cæt. Reminiscimini autem mei abiecti in vestris pijs & sanctis orationibus. Et rursus: Et comitamini me psalmis & orationibus vestris, & assiduè pro mea paruitate offerre dignemini. Et cum trigesimum diem compleuero, mei memoriam faciatis. Mortui enim beneficio afficiuntur in oblationibus recordationum sanctorum viuentium.

Ephrē doctrina de oblatione & precibus pro defūctis & petitio earum.

35. In Liturgio vero Basilij Sacerdos ita orat: Et memento omnium dormientium in spe resurrectionis æternæ, & refrigera eos vbi visitat lux vultus tui.

Basilij preces in liturgia pro defūctis.

36. Gregorius autem Nyssenus ita scribit teste Damasceno, Nihil absque ratione & vtilitate à prædicatoribus & discipulis Christi traditum, & in omnibus ecclesijs Dei prædicatum. Res autem modis omnibus vtilis, & Deo imprimis grata in diuinis præclarisque sacris operationibus eorum qui in recta fide decesserunt facere memoriam. Idem vero in epistola ad Olympum de morte Macrinę sororis suæ facit duobus locis mentionem precum pro ea fusarum & postea à populo.

Gregorius Nyssenus docet oblationē & preces ab Apostolis profluxisse in vtilitatem defunctorum. Idemque & populus orant pro Macrina.

37. Admonuimus in Dionysio fideles, & inter eos Antistites, solere bene sperare de fidelibus defunctis, eos esse in requie & vita æterna: atque eos istud dicere & affirmare, sed, vt ipsemet Dionysius interpretatur, spe & fiducia, quod non absit quin consideratione iudicij Dei & fragilitatis hu-

Chemnitii fraus in Nazianzeno Ambrosio, Epiphanio, & aliis. manæ recte pro eis oretur Chemnitium autem ex priore conari veras pro eis preces impiè destruere, eisque ridiculum sensum affingere. Nihilominus is eundem ludum ludit in Gregorio Nazianzeno, Ambrosio, Epiphanio, & alijs.

Gregorii Nazianzeni veræ preces pro fratre Cæsario, confutata Chemnitii obiectione 38. Nam quia Nazianzenus in oratione funebri in fratrem Cæsarium dixerat bona videlicet fiducia, eum iam adeptum esse salutem, & animam ipsius dignum fructificare honorē, infert preces quas pro eo fundit his verbis: Nunc quidem Cæsarium suscipe peregrinationis nostræ primitias non esse veras preces. neque tamen explicat quid ea significent de verbo ad verbum quia nescit. Vtitur autem & hoc dolo quod prætèrit quæ certissimo demonstrant hæc verba veram esse pro eo orationem. Præcedit enim: O vitæ & mortis Domine. O animarum nostrarum custos & benefactor. O qui facis omnia, & artifici præparas ratione secundum tempus & quemadmodum tu nostri iuxta sapientiæ tuæ profunditatem & rationem. Et sequitur: Suscipe & nos postea in tempore oportuno, & in carne nostra, quamdiu id nobis conducit, guberna. hæc enim vera est oratio, illi annexa, particula Et. Vnde & i Magdeburgenses tametsi inuerecundæ sint frontis, tamē eam vsqueadeo hic non perfricuerunt vt non fassi sint hæc verba esse orat iunculum. imo ex hoc exemplo intulerint conijci precatiunculam inter deponendum in terram defunctorum recitatam fuisse quarto sæculo.

1. centur. 4. c.6 titulo de ritibus sepulturæ pagina 455.

Ambrosii germana sententia in oratione funebri de obitu Theodosii de veris precibus pro defunctis contra Chēnitium, 39. Eadem arte, quia Ambrosius in oratione funebri de obitu Theodosij Imperatoris collocat eū in æterna requie & luce perpetua: bona (vt diximus, spe quam ex fide pœnitentia & charitatis colligebat: refert hanc pro eo expressam orationem, non ad veram petitionem pro eo. sed ad nescit quid: plane contra ac ipsa verba demonstrant: da requiem perfecto seruo tuo Theodosio, requiem quam præparasti sanctis tuis. Illo conuertatur anima eius vnde descendit: vbi mortis aculeum sentire non possit: vbi cognoscat mortem hanc non hominis finem esse, sed culpae. Et quod non parui momenti est, plurimę quoque circunstantiae. Dicit enim se quadragesimū diem obitus ipsius celebrare assistente sacris altaribus honorio. Et excurrēs in obseruationes diei tertiae & trigesimae, ac septimae & quadragesimae ait vtramque obseruationem habere authoritatem Deinde paulo ante orationem quam audiuimus dicit. Dilexi, & præsumo de Domino quo suscipiat vocem orationis meæ qua prosequor animam piam. Tertio adijcit post orationem: Dilexi, & ideo prosequor eum vsque ad regionem viuorum, nec deseram, donec fletu, precibus, inducam virum quo sua merita vocant in montem sanctum Domini, vbi perennis vita, vbi corruptelae nulla contagio,

tagio, nullus gemitus, nullus dolor, nulla consortia mortuorum, vera regia viuentium.

40. Eodemque prætextu ludificatur simplices lectores in oratione funebri de obitu Valētiniani. Nam quia Ambrosius scribit: sed iam credamus testimonijs Angelorum quod detersa labe peccati ablutus ascendit, quē sua fides lauit, & petitio consecrauit. credamus quia ascendit à deserto, hoc est, ex hoc arido & inculto loco ad illas florulentas delectationes, vbi cum fratre coniunctus æternę vitę fruitur voluptate: quia, inquam, Ambrosius hæc dicit, contendit: orationes eius pro Valentiniano non fuisse veras orationes, sed demonstrationem eius quod adeptus est. Sed dissimulat & tacet vnde Ambrosius inferat: sed iam credamus testimonijs angelorum Referemus autem istud quia expedit. Ambrosius ergo istud infert ex verbis cantici canticorum c. 8. quæ probabiliter verba sunt angelorum: Quae est ista quae ascendit candida innitens super fratrem suum? & ipse perinde tractat ac si de Valentiniano quaererent innixo Gratiano. Constat autē hunc sensum non esse proprium literae. Et consequenter illud, credamus testimonijs angelorum, non est accipiendum de fide diuina, cui nulla possit subesse falsitas, sed de fide humana, vel bona spe, qua & cetera dicuntur. Etsi enim credendum sit fide diuina Deum repræsentare quæ promisit facientibus quæ præcepit: tamen nullus eadem fide regulariter nouit an defunctus hæc repræsentauerit. quod causa est vt Ambrosius & nos quoque pro ijs oremus quos confidimus esse in cœlo, consideratione videlicet humanae infirmitatis & districti iudicij Dei. Chemnitius autem subticuit quae diximus & & insuper vt auerteret animum Lectoris ab auiditate istud cognoscendi: obijcit sibi quaestionem, Quare ergo oraturus est pro ipso, si haec iam habet? & fingit Ambrosium respondere, dolor plerúmque solatium est dolentis. Item, est in pijs affectibus quaedam flendi voluptas & In commemoratione eius quem amissum dolemus, acquiescimus. Item, Non transibo vos inhonoratos. Verùm duo prima respondent principio orationis: Etsi incrementum doloris sit quod doleas scribere: tamen & caetera. tertium ad lenimentum fletus sororum Valentiniani pertinet: non vero sunt redditio causę orationum pro Valentiniano. Quartum vero expressè ab eo dictum est de honore precum suarum pro Valentiniano & Gratiano. Sed iam adijciamus ipsas Ambrosij preces & alia suffragia pro eius, quam impius hic homo, paucis exceptis, subticuit. Solue Pater sancte munus seruo tuo quod Moyses dum in spiritu vidit, accepit. solue quod Dauid quia ex reuelatione cognouit, accepit. Solue, inquam, sermo tuo Valentiniano munus quod cō-

Eiusdē germana de eisdem & oblatione sententia in oratione funebri de obitu Valentiniani.

Preces Ambrosij pro Valentiniano defuncto.

 cupiuit,

Item Gratiani antea defuncti pro fratre Valentiniano

Item Valentiniani patris eius.

Oblatio mysteriorum cælestium pro Valentiniano:

Adhortatio Ambrosii ad populum ad secum offerendum sacrificium & orandum pro eo.

cupiuit, munus quod poposcit sanus, robustus, incolumis. Ne quæso eum Domine à fratre seiungas. Et paulo post: Quas ille (puta, Gratianus antea defunctus) nunc ad te manus ad te Pater erigit? quas pro fratre preces fundit? Adest etiam Pater, & cætera. dona Patri filium, Fratri germanum. Et huic adhuc intercessionem ascisco cui remunerationem præsumo? Date manibus sancta mysteria. pio requiem poscamus affectu. Date sacramenta, cœlestia mysteria. Animam piam matris oblationibus prosequamur. Extollite populi mecum manus, vt eo saltem munere vicem eius meritis rependamus. Et tertio quum bona spe dixisset, Vbi cũ fratre coniunctus æternae vitae fruitur voluptate, adijcit: Beati ambo, si quid meę orationes valebunt nulla dies vos silentio praeteribit: nulla inhonoratos vos mea transibit oratio: nulla nox nõ donatos aliqua precum mearum contextione transcurret. Omnibus vos oblationibus frequentabo. Quis prohibebit innoxios nominare? (puta, inoblationibus: tametsi Valentinianus non fuerit baptizatus) Quis vetabit commendationis persecutionem complecti? Si oblitus fuero te, & caetera quae pulcherrima sunt, verum prolixiora quam vt hic scribantur.

Promissum Ambrosii de orando pro die ac morte, & offerendo pro Gratiano & Valentiniano defunctis

Similis superiorib' fraus Chẽnitii in epistola Ambrosii ad Faustinum.

41. Quinetiam ludit eundem ludum epistola 8. ad Faustinum nimio dolore vxorem amissam lugentem quia enim dixit bona spe haec autem ad tempus erepta meliorem illic vitam exigat? contendit quod sequitur non esse accipiendum de veris precibus: Itaque non tam deplorandam, quam prosequendam orationibus reor: nec mæstificandam lachrymis tuis, sed magis oblationibus animam eius Domino commendandam arbitror.

Confutatio conclusionis mendacis Chẽnitii de Ambrosio.

42. Postremo addit: Ex hisce testimonijs falsum est quod Pontificij fingunt præsuppositum Veterum in orationibus pro defunctis hoc fuisse quod crediderint piorum animas post morté esse in peccatis & cruciatibus ignis: vnde nostris orationibus & suffragijs sint liberandæ. Sed quod hic immerito Pontificios accuset manifestum est. Veteres namque verè crediderunt periculum esse vt fideles defuncti dent pœnas temporales peccatorum hic remissorum, & hactenus sint adhuc in peccatis: quodque crucientur pœna ignis corporalis ijdéque etiá crediderunt eos orationibus & oblationibus fideliũ adiuuari & liberari ab eis. & nominatim etiam Ambrosius. Ita enim scribit de his pœnis in psalmum 118. Quando Dominus dicet, Intrate in requiem meam, vnusquisque nostrum vstus rõphæa illa flammea, non exustus, purificabitur, vt ingressus in illam paradisi amænitatem gratias

agat

agat Domino suo, dicens, Induxisti nos in refrigerium.

43. Quae quum ita se habeant, non possumus committere quin lectorem admoneamus obiter quam vano labore torqueant se Nouatores vt negent orationes praeparātes ad Missam inter Ambrosij opera esse ipsius, hac etiam de causa quod apertissimè declarent sacrificium Missae prodesse defunctis quando satis multa de hoc dogmate extent testimonia in alijs eius operibus. *De testimoniis orationū praeparantiū ad Missam inter opera Ambrosii.*

44. Apud Palladium in historia ad Lausum c. 41. iubet presbyter pro nulla earum quae se interfecissent fieri oblationem. ex quo intelligimus pro alijs factam fuisse. *Palladii testimoniū de oblatione pro defunctis.*

45. Hieronymus in epistola consolatoria ad Pammachium de morte vxoris. Caeteri, inquit, mariti super tumulos coniugum spargunt violas, lilia florésque purpureos, & dolorem pectoris his officijs consolantur. Pammachius noster sanctam fauillam ossáque veneranda eleemosynae balsamis rigat. his pigmentis atque odoribus fouet cineres quiescentes, sciens scriptum: sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna peccatum. *Hieronymi testimonium de eleemosyna & ei⁹ vtilitate pro defunctis.*

46. Prudentius in fine hymni in exequijs: Illud precor optime ductor Famulam tibi praecipe mētem Genitali in sede sacrari Quam liquerat exul, & errans. Idemque in fine perorationis libri de origine peccatorum clarissimis verbis tradit se credere ignem purgatorium. *Prudentius orat pro defunctis.*

47. Paulinus episcopus Nolanus, sicut credidit esse ignem purgatoriū nominatim epistola 9. ad Seuerum: ita multis locis dat ampla testimonia suffragiorum pro defunctis: Orat enim Delphinum epistola 5. ad eū scripta vt paterna affectione sibi compatiens precetur pro quodā fratre defuncto quem dicit fuisse negligentem & inter alia his verbis vtitur: sed potius vt orationibus tuis condonetur tibi: vt & illius animam vel de minimo sanctitatis tuae digito distillans refrigerij gutta respergat. Et epistola prima ad Amandum de eodem: Ob hoc impensè rogamus vt quasi frater vnanimes fratres iuuans, & hanc meritis fidei tuae mercedem accumules vt pro eo infirmitati nostrae compatiaris, & orandi labore conspires, vt misericors & miserator Deus, qui facit ōnia in coelo, & in terra, & in mari, & in abyssis, refrigeret animam eius stillicidijs misericordiae suae per orationes vestras. Quia sicut ignis accensus ab eo ardebit vsque ad inferos deorsum: ita proculdubio etiam ros indulgentiae eius inferna penetrabit, vt roscido pietatis eius lumine in tenebris ardentibus aestuantes refrigerentur. Et in epistola ad Pammachium de vxore defuncta, Lachrymis, inquit, corpori fundés, eleemosynam animae infundens. Et paulò post: Quae tibi tantum gratiae *Paulini testimonia de suffragiis pro defunctis.*

in

in cœlestibus parat, quantum tu illi in terris opulentiæ suggesseris. Et rursus, Non eget alienæ manus digito refrigerari; proprijs ipsa digitorum suorum roribus, id est, dexteræ suæ operibus infusa. Et iterum, Vt nũc ditificas quiescentem. Et vltimo, Beata, cui tam numerosa apud Christum suffragia sunt. Idem autem sub finem carminis de abitu Nicetæ in Daciam sentit Sanctos qui in cœlis sunt orare pro ijs qui sunt in purgatorio: Tunc precor nostri nimium memento, Et patris sancti gremio recumbens, Roscido nobis digito furentem Temperet ignem.

Authoris libri quæstionum ad Antiochũ Principem sententia.

48. Author quæstionum ad Antiochum principem inter opera Athanasij quæstione 34. Quid ergo, num sentiunt aliqua beneficia etiam peccatorum animæ, cum super illas fiunt conuentus & peractiones bonorum operum & oblationum? Responsio. Si non aliquo beneficio participarent ex illo, non vtique in cura & exequijs fieret commemoratio. At sicut vitis extra florescit in agro, & odorem eius sentit in vase vinum reclusum, sicque conflorescit etiam ipsum: ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficia ab exangui immolatione & gratificatione pro ipsis facta: sicut solus ordinat & praecepit qui viuorum & mortuorum potestatem gerit Deus noster.

Epiphanius retulit Aërium inter hæreticos quod nominationẽ & preces pro eis oppugnaret.

Aërii hæretici verba.

49. Epiphanius haeresi 75. refert Aërium inter haereticos, quod nominationem defunctorum & preces pro eis oppugnaret. Qua ratione, siue qua de causa, inquiebat, post mortem nomina defunctorum recitantur? Oret enim viuens, & œconomiam fecerit, quid profuerit mortuo? Si vero omnino preces eorum qui hîc sunt, prosint illis qui istic sunt: igitur nemo sit pius siue religiosus, neque bonum quidquam faciat: sed acquirat amicos quosdam per quem vult modum, aut per pecunias persuadens, aut amicis id in obitu demandans, & orent pro ipso vt ne quid illic patiatur, neque immedicabilia peccata ab eo requirantur.

Magdeburgensium nota aduersus Epiphanium.

1. pag. 297.

2. in Aëria-nis pag. 401.

50. Quae quia valde displicent Nouatoribus, quod videant condemnationem Aërij sibi magno praeiudicio esse; multa contra eum comminiscuntur. Magdeburgenses ei notam inurunt, dum centuriae quartae capite quarto referũt ad inclinationem doctrinae, quod hoc loco dixerit mortuis viuorum preces prodesse. Et capite 2 quinto, aliam, quum aiunt non satis dilucide Authores quomodo de adiaphoris & alijs quibusdã rebus senserint Aëriani. Nam quod, inquiunt, Epiphanius & Augustinus scribunt eos sensisse ac docuisse episcopũ presbytero & caet. non oportere orare vel offerre pro mortuis oblationem, item ieiunia ordinata, & caetera: haec nisi accesserint aliae circunstantiae, non pugnare videntur cum sacra scriptura.

Chemnitius vero refert Aërium oppugnauisse opiniones & sermones vulgi sentientis preces eorum qui in hac vita sunt omnino iuuare eos qui ex hac vita excesserint. quas opiniones vulgus perperam sumpserit ex solenni bus ecclesiæ precibus, quas ea non sic intelligeret: & Aërius nihilominus ei sensum illum impingeret. Deinde multa comminiscitur, quibus Epiphanium confutantem Aërium peruertit. Quæ quia nimis prolixum, & necessarium. fuerit ex eo de verbo ad verbum referre: (tractat enim ista verbose, vt plæraque alia) contenti erimus expositione eorum quæ pertinent ad percipiendũ germanum Epiphanij sensum, & ad vindicandum eum à figmẽtis & calumnijs Nouatorum. *Chemnitii commenta in Epiphanio.*

51. Imprimis autem certissimum esse debet omnibus, Epiphanium referre Aërium inter hæreticos, eosque insignes. Sic enim orditur narrationẽ hæresis 75. Panarij. Aërius quidam rursus similiter exortus, magnum mundo malum, furiosus mente, elatus opinione & cætera. Erat autem ipsi sermo furiosus magis quam humanæ conditionis; & dicebat. Qua ratione, siue qua de causa, & cætera quæ audiuimus. Et postea: fortassis enim & ob hoc iustissimum nomen accepit. Aërium spiritum habebat ex immunditia quæ ab aërijs spiritibus prauitatis in ipso contra Ecclesiam habitauit. Et rursus in fine: Confutatus est etiam hic seductor. Ex quo porro sequitur Epiphanium nullo modo ita interpretandum esse vt consentiat in dogmate de quo quæstio est: sed vt ab eo maxime dissentiat. Haeresis enim prærequirit errorem dogmatis. neque sufficit vt quis dicatur haereticus, & multo minus talis qualis hîc audit, quod falso & per calumniam errorem tribuat ecclesiae quem ipse recte damnet. Id enim tantum scismaticum faciat. *Aëriũ fuisse Epiphanio hæreticũ eumque insignẽ.* *Non posse Epiphanio & Ecclesiæ vllo modo conuenire in dogmate.*

52. Alterum hic quoque principio animaduertendum, illud est, hypothesim cuius causa Epiphanius Aërium inter insignes haereticos refert, quae quidem pertineat ad hunc locum, esse quod damnaret nominationem mortuorum, & preces pro eis, quae fiebant vtilitatis eorum causa. Primũ quia cum dixisset eum sermone furioso magis quam humanæ conditionis vsum fuisse, subijcit, qua de causa post mortem nominantur; quasi diceret, nulla. Oret enim viuens, & œconomiam fecerit, quid profuerit mortuo? Deinde quia Epiphanius totus postea in eo est vt ostendat istud vtile esse non solum viuis, sed etiam defunctis. Tertio, quia is in Anacephaleosi, id est, Recapitulatione omnium hæresum manifestat clarissime eius hæresim his verbis: Aërius multa contra Ecclesiam docuit, fide quidem existens Arianus perfectissimus. Verum amplius docet (Nota Lector verba) non oportere offerre pro ijs qui dormierunt. Eumque hac de causa eisdéque verbis no- *Hypothesis Aërij, cuius causa relatus est inter hæreticos qua fuerit.*

tarum fuiſſe hæreſeos Auguſtinus, Damaſcenus, & alij, memoriæ prodiderunt.

De qua nominatione et oblatione fuerit quæſtio inter Aërium & Eccleſiã.

53. Ex quibus hoc quoquè notandum eſt, nominationem defunctorum non ad quamuis nominationem quæ fiebat in oblatione. Et rurſus, offerre & ab eo deductam oblationem, hic accipienda eſſe, non de oblatione Eleemoſynæ, ſed de oblatione ſacrificij: tum quia huic oblationi inde ab initio adiunctæ fuerunt preces: tum quia Epiphanius in Aërij confutatione poſtea refert particulatim nominationem defunctorum qualis ab Eccleſia tum fiebat in ſacrificio liturgiæ ſicut & antea ſemper facta fuerat: & etiam num fit à nobis in miſſa.

Vnũ de aliis argumentum Aerii contra oblationẽ, & preces pro defunctis.

54. Quod porro huic nequàm quæſtioni adiunctum eſt apud Epiphanium in Panario: Si vero omnino preces eorum, & cætera, vnum eſt de argumentis Aërij ab ipſo excogitatum ad ſeducendum fideles, vt crederent fruſtra ſacrificium offerri & preces fundi pro defunctis ab Eccleſia, in œconomia, putâ, latriae, id eſt, in Miſſa.

Epiphanius refert quatuor vtilitates nominationis defunctorũ.

55. Epiphanius enim quia Aërius prædicabat nominationẽ defunctorum in liturgia eſſe inutilem, quatuor tradit huius facti vtilitates. Quae vt recte accipiantur, notandum eſt defunctos qui nominabantur, fuiſse duplicis ordinis. Quoſdam Patres, Patriarchas, Prophetas, Euangeliſtas, Martyres, Confeſsores, Epiſcopos Anachoretas, & his ſimiles. Alterum peccatorum, nimirum comparatione iſtorum. Et conſequenter verba eius de vtilitatibus ſecundum hanc diuiſionem ab ipſo traditam accipienda, & aptanda eſse quibus conueniunt.

Prima vtilitas nominationis defunctorum.

56. Primam ergo vtilitatem quam viuentes percipiant ex defunctorũ nominatione, refert his verbis: Quod proferantur nomina vita defunctorum, quid hoc magis vtile fuerit? quid commodius, & magis admiratione dignum? quod credunt praeſentes, quod hi qui deceſserunt, viuunt, & non ſunt nulli: ſed ſunt & viuunt apud Dominum. Quae vltima verba Chemnitius arripit, & ad omnes fideles defunctos refert, vt eo velut fundamento comminiſcatur falſam interpretationem precum eccleſiae pro defunctis, quam breui audiemus. Verum niſi in Epiphanio admittatur commoda eorum quos memorauimus defunctorum repartitio, Epiphanius etiã eos qui damnati ſint, cenſuerit eſse & viuere apud Dominum, tãtum enim ait, quod hi qui deceſserunt. Sicut ergo tametſi haec verba ſint generalia, tamen ea commodè non de damnatis intelligimus: ita eadem verba, & eis adiuncta ſed ſunt apud Dominum. & viuũt apud Dominum, commoda repartitione debent accipi de aliquibus defunctorum, nimirum Patriarchis, Prophetis,

Cauillatio Chẽnitii, & eius confutatio.

Apo-

Apostolis:& vniuerso hoc ordine. Non de ijs quos horum comparatione peccatores Epiphanius appellat.

Secunda vtilitas nominationis & precum pro defunctis.

57. Idque eo iustius quod de his confestim adiungat Et vt pientissimã prædicationem recenseam, siue (vt Chemnitius legit) præclarum illud encomium enarretur, quod spes est orantibus pro fratribus, velut qui in peregrinatione sunt. Quæ vtilitas etiam ad viuentes pertinet qui orant pro fratribus; non illis primis qui sunt & viuunt apud Dominum: sed qui ab eo adhuc peregrinantur. Idque etiam ostendit quod proximè sequitur: Prosunt autem & preces pro ipsis fientes. Cauillo autem Chemnitij quo contendit Epiphanium hic quoque loqui de precibus pro cœlicolis, vt qui licet præsentes sint Domino, tamen corpore peregrinentur à nobis, Respondemus 1 Paulum quidem dixisse sanctos defunctos peregrinari à corpore: sed non simpliciter peregrinari, siue esse in peregrinatione, quod ait Epiphanius, & ad præcipuam defunctorum partem pertinere merito intelligitur. Et sancti quidem 2 dissoluti & 3 peregrinantes à corpore, sunt cum Christo, & præsentes sunt Domino: puta, si non habeant peccatum 4 remittendum in altero sæculo, & si non 5 ædificauerint super fundamento, quod est Christus Iesus ligna, fœnum, stipulam. Regulæ namque vsqueadeo non excludũt exceptiones, vt eas in ipsis supplere ex alijs scripturę locis oporteat, sicut videre est etiam in locis qui 6 auaros, fornicatores, ebriosos, & similes excludunt à regno, in quibus subintelligimus, nisi tamen pœnitentiã egerint.

Responsio ad cauilla Chemnitii.

1. 2. Cor. 5.
2. 2. Cor. 2.
3. Phili. 1.
4. Matt 12.
5. 1. Cor. 3.
6. 1. Cor. 5. Ephes. 5 & aliis.

Tertia vtilitas nominationis defunctorũ & precũ pro ipsis.

58. Tertiam vtilitatem Epiphanius indicauerit eisdem verbis, quod spes est orantibus pro fratribus, sed clarius exposuit verbis annexis, prosũt enim preces pro eis fientes. his enim intelligimus quo spectet spes orantiũ pro fratribus, nimirum vt eis prosint. Et hęc est vtilitas quę redit ad defunctos propriè opponitur illis Aërij verbis, Oret enim viuens & œconomiam fecerit, quid prodest? Nam quod Chemnitius haec quoque verba refert ad demonstrationem corruptionis humanæ naturae potius quàm ad petitionem, rursus peruertit sensum Epiphanij: qui clarissimè apparet non solum ex his, & praecedentibus: quod spes est & caetera: verum etiam ex eo quod paulò post addit, pro peccatoribus misericordiam Dei implorantes. itẽ ex eo quod superioribus annectit, licet τὰ ὅλα τῶν αἰτιαμάτων, id est, tota vel omnia peccatorum, non abscindant siue tollant.

Confutatio improbi & conficti sensus Chẽnitii de hac vtilitate.

Germanus sensus verborũ Epiphanii licet tota, siue omnia peccatorũ, non abscindant & quo ea spectent.

59. Nam his verbis Epiphanius satisfacit argumento Aërij. Si vero ὅλως, id est, omnino, preces earum qui hîc sunt, prosunt illis qui istic sunt, igitur nemo sit pius, & cætera, respondente τὰ ὅλα illi ὅλως. & significat, quum totum peccatum contineat in se culpam & debitum pœnae (quam non

non semel diximus sæpius venire in scriptúra appellatione peccati) signifi-
cat inquam, iuxta doctrinam ecclesiæ preces pro defunctis, non abscindere siue auferre culpam peccatorum, putâ quæ homines efficiunt impios (de his enim sentiebat Aërius, nemo sit pius, inquiebat: & hæc dicuntur pecca- ta per exochen) siquidem non fuerint hic remissa: neque vero etiam pœnam æternam: sed pœnam temporalem quæ peccatis his remissis sæpissimè restat luenda in altero sæculo. Quod si Ianus Cornarius intellexisset, non reddidisset hæc verba græca latinè, licet totam culpam non abscindât.

Ianum Cornarium nō recte hunc locum reddidisse.

60. Veruntamen huic Medico istud erratum aliquo pacto ignosci potést. Sed Chemnitio Theologiam profitenti qua ratione condonabimus, quod tametsi 1 viderit hęc dicta esse própter illa Aërij verba, Si vero omnino, & cætera, maluerit accusare Epiphanium quod in suspenso Lectorem hîc reliquerit, & de industria locū obscuritatibus inuoluerit? idque propterea quod vulgi 2 opiniones reprehendere non auderet, & tamen confirmare non posset. Epiphanius enim breuiter quidem sed optimè & conuenientissimè his verbis docuit impios defunctos non esse saluandos precibus & oblationibus fidelium, eoquod hæ non abscindant tota vel omnia peccatorum.

Chēnitij peccatū hic longe maius esse peccato Cornarij.
1. pagi. 475.
2. pagi. 477.

61. Quartam verò vtilitatem nominationis defunctorum quæ tertiam quoque clarissime explicat, Epiphanius his verbis refert: Verumenimuero eo quod nos sæpe, dum in mūdo sumus, fallimur & erramus, tum inuiti, tum voluntairè, quo id quod perfectius est, significetur; & pro iustis, & peccatoribus memoriam facimus pro peccatoribus quidem misericordiam Dei implorantes: Pro iustis quidem, & Patribus, & Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Euangelistis, Martyribus ac Cōfessoribus, Episcopísque & Anachoretis, & pro vniuerso ordine, vt Dominum Iesum Christum ab hominum ordine separemus & per honorem quem ipsi adhibemus. & vt adorationem ipsi præstemus, & caetera. Durátque etiam nūm in missa hæc nominationis diuersitas apparens quoque in constitutione Apostolorū. & honor Christo præ omnibus exhibetur particula, Per Christum Dominum nostrum, velut obsignante hanc nominationem.

Quarta vtilitas nominationis defunctorum apud Epiphanium.

62. Potuisset autem Epiphanius & quintam verbis expressis addere rationem, nimirum quod gratias ageremus Deo pro Patriarchis, Prophetis, & similibus. Sed is contentus fuit quod eam vtrunque indicauisset hoc ipso quod facile omnes intelligerēt praecipue istorum nominatione Christo deferri honorem & gloriam.

Quinta vtilitas indicata, sed non expressa, ab Epiphan.

63. Habemus vtilitates nominationis defunctorum & oblatione, earumque

rumque germanum sensum. Non audienda est ex Epiphanio plena Aërij confutatio, qua ostendit hanc nominationem non solum vtilem, sed etiam necessariò retinendam esse, quod ea tradita sit à Deo Ecclesiæ per Patres, id est, Apostolos. hi enim sunt Patres ecclesiæ per exochen. Deinde verò inquit, rursus ad propositi argumenti consequentiam deueniam, quod Ecclesia necessariò hoc perficit traditione à Patribus accepto. Quis autem poterit statutum matris dissoluere, aut legem patris? velut Salomon dicit: Audi fili sermones patris tui, & ne repudies statuta matris tuæ: ostendens per hoc, quod & in scriptis & sine scripto docuit pater, hoc est, Deus, & Vnigenitus, & spiritus Sanctus: Mater autem nostra Ecclesia habet statuta in se posita indissolubilia, quæ dissolui non possunt.

Epiphanius plene confutat Aërium traditione diuina per sermonem, quā Ecclesia à Patribus, id est, Apostolis, accepit.

64. Ad extremum his addit: Quum itaque ordinata sint in ecclesia statuta, & bene se habeant, & omnia mirabiliter fiant, confutatus est etiam hic seductor. Quibus adijcimus in eo confutatos fuisse etiam nostri sæculi Nouatores & seductores ab eo appellatos fuisse. tantoque magis detestandos quod ne vllam quidem nominationem defunctorum obtinuerint in celebratione Eucharistiæ, ne sensu quidem quem Epiphanio & alijs quibusdā affingunt.

Aërius seductor, & consequenter Nouatores nostri seculi, seductores.

65. Deuenimus nunc ad Augustinum quem Nouatores miseris quoque modis tractant: sed Chemnitius ita, vt comminiseatur eum principiò etiā accepisse oblationes & preces pro defunctis pro viuorum commonefactionibus, & confessionibus, & consolationibus. Deinde eum manifestare hanc quæstionem procedente tempore ex vulgi rumoribus in vtramque partem disputatam. Tertio, Augustinum postea cessisse vulgi sententiæ: sed ita tamē vt declararet eas non prodesse valde malis, & tres hominum ordines constitueret. Postremò, quoniam videbat ne tot quidem commenta satis facere scriptis Augustini, quæ hac de re tot & tanto extant quot & quanto, imo lōge plura & ampliora in vllo ecclesiastico Scriptore: docet recedendum ese ab eius sententia. vt quæ non nitatur scriptura, sed sit contra Scripturā. Ex quo manifestum est eum perinde atque alios, seipsum constituere Iudicem Augustini, & historiæ ecclesiasticæ, cuius is locupletissimus testis est. Tenebimus autem hunc ordinem. vt singulos locos quibus in capitibus nititur tractamus: & Lectorem admoneamus quæ Chemnitius decurtauerit: quæ silentio praeterierit; quibus & quo praetextu abusus sit; quae maximè digna sint animaduersione in verbis Augustini. neque interim omittamus commēta & confutationem aliorum haereticorum.

Quod Nouatores Augustinū quoque miseris modis tractent, & præcipue Chemnitius.

Ordo tenendus in tracta tu scriptorū Augustini de suffragiis defunctorum.

66. Igitur Augustinus libro nono Confessionum c. 11. refert matrem

Loci Augustini ex nono libro Confessionum. suam moribundam dixisse sibi & fratri: Ponite hoc corpus vbicunque. nihil vos eius cura conturbet. tantum illud vos rogo, vt ad Domini altare mei memineritis vbi fueritis. Capite verò 12. addit: Nam neque in eius precibus, quas tibi fudimus quum offerretur pro ea sacrificium pretij nostri, iam iuxta sepulchrum posito cadauere priusquam deponeretur, sicut illic fieri solet: nec in eis precibus ego fleui: sed toto die grauiter in occulto mœstus eram. Et capite 13. Ego autem iam sanato corde & ab illo vulnere in quo poterat redargui carnalis affectus, fundo tibi Deus pro illa famula tua longè aliud lachrymarum genus quod manat de concusso spiritu consideratione periculorum omnis animæ quæ in Adam moritur. Quanquam illa in Christo viuificata, etiam nondum carne resoluta sic vixerit vt laudetur nomen tuum in fide moribúsque eius, non tamen audeo dicere, ex quo eā per baptismum regenerasti, nullum verbum exisse ab ore eius contra præceptum tuum. Et dictum est à veritate filio tuo: Si quis dixerit fratri suo, Fatuè, reus erit gehennæ ignis. Et væ etiam laudabili vitæ hominum, si remota misericordia discutias eam. Quia vero non exequiris delicta vehementer, fiducialiter speramus aliquem apud te locū inuenire indulgentiæ. Quisquis autem tibi enumerat vera merita sua, quid tibi enumerat nisi merita sua? Ego itaque laus mea & vita mea, Deus cordis mei, sepositis paulisper bonis eius actibus, pro quibus tibi gaudens gratias ago. nunc pro peccatis matris meę deprecor te, exaudi me per medicinam vulnerum nostrorum quæ pependit in ligno, & sedens ad dexteram tuam, te interpellat pro nobis. Scio misericorditer operatam, & ex corde dimisisse debita debitoribus suis: dimitte illi & debita sua, si qua etiam contraxit per tot annos post aquam salutis. Dimitte Domine, dimitte obsecto, ne intres cum ea in iudicium superexaltet misericordia iudicium. Et credo iam feceris quod te rogo. sed voluntaria oris mei approba Domine. Namque illa imminente die resolutionis suæ non cogitauit suum corpus sumptuosè cōtegi, & cætera: sed tantum memoriam sui ad altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei praetermissione seruierat, vnde sciret dispensari victimam sanctam qua deletum est chirographum quod erat contrarium nobis, & caetera. Ad cuius pretij nostri sacramentum ligauit ancilla tua animam suam vinculo fidei. Nemo à protectione tua diripiat eam. Non se interponat nec vi, nec insidijs Leo & Draco. neque enim respondebit illa nihil se debere, ne conuincatur & obtineatur accusatore callido: sed respondebit dimissa debita sua ab eo, cui nemo reddet, quod pro nobis non debens reddidit. Sit ergo in pace cum viro. Et inspira Domine Deus meus, inspira seruis tuis, fratribus meis, filijs

lijs tuis Dominis meis, quibus & voce, & corde, & literis meis seruio, vt quotquot hæc legerint meminerint ad altare tuum Monicæ famulę tuæ cū Patritio quondam eius coniuge. Meminerint cum affectu pio parentum meorum in hac luce transitoria. & cætera, vt quod illa à me poposcit extremum, vberius ei præstetur in multorum orationibus, tam per confessiones, quam per orationes meas.

67. Hæc Augustinus. Quæ semper vsqueadeo habita sunt pro orationibus sicut ea ipse quoque Augustinus iā iam appellauit veris inquam: & pro sacrificio pro defunctis: vt Fideles ea tanquam certissimo hæc demonstrantia merito contra Nouatores iam inde ab initio discessionis eorum citauerint. neque vlli Nouatores ante Chemnitium veras fuisse orationes negauerint. non ipse Caluinus non Bucerus. licet hæc testimonia alijs effugijs labefactare tentauerint. Ille namque inflatus 1 superbia scribit votum Monicæ (sanctissimæ fœminæ) anile fuisse, quod filius non exegerit ad normam scripturæ: sed pro naturæ affectu alijs probari voluerit. Quasi scilicet præstantiori iudicio hac in parte pręstiterit Augustino; qui Confessiones non effudit statim à morte matris: sed diu 2 postea quum esset Episcopus, earum libros scripsit. Bucerus verò sic quoque accipit votum Monicae, vt fateatur eam desiderauisse pro se offerri sacrificium, quod & factum fuerit: sed respondit hunc morem offerendi Eucharistiam pro defunctis solum fuisse in ecclesia Hipponensi. quod palliat verbis Augustini quae retulimus ex capite 12. sicut illic fieri solet. Verum haec verba manifestè adiuncta sunt ei quod proximè pręcedit, iam iuxta sepulchrum posito cadauere priusquam deponeretur: quod in quibusdam Ecclesijs defuncti prius sepeliebantur, & postea sacrificium pro eis offerebatur. vt apparuit in Dionysio. Neque Augustinus loquitur de sua, id est, Hipponensi ecclesia, sed de Ostiensi. Ac paulò post audiemus Augustinum affirmantem morem offerendi pro defunctis fuisse vsitatum in vniuersa ecclesia. Sed redeamus ad Chemnitium.

Chemnitiū impudentiorem esse omnibus alijs hæreticis etiam Caluino & Bucero licet etiā hic turpiter errauerint.

1. libro 3. Instit. c. 5. sect. 10.

2. ea teste libro 2. Retractationū c. 6.

68. Is ergo has preces non fuisse ipsi Augustino veras preces contendit praetextu saepius audito, quod is crediderit eam frui vita beata: sed consolationes & institutiones viuorum. Atque hinc progreditur ad inuertendam oblationem ab ea desideratam & pro ea factam.

Chēnitii conatus & prætextus:

69. Arripit 1 autem pro priore verba, Et credo quod iam feceris: sed voluntária oris mei approba Domine, Et addit: Audis Augustinum orare pro matre sua. non quod existimet eam in cruciatibus purgatorij hærere, aut adhuc in iudicio Dei peccatis obnoxiā teneri. causam verò orationis asignat

Confutatio sensus Chemnitii de precibus Augustini.

1. pag. 479.

assignat, quod sit desiderium bene affectæ voluntatis erga matrem. Atqui verbum Credo sæpius accipitur vulgari vsu & Latinis authoribus, pro cõfido, vt Ouidio, Moribus & vitæ credidit ille meæ. Ac sacris quoque 2 Scriptoribus. Augustinum porrò hoc sensu accepisse Credo manifestum est ex hoc eius synonimo quod apud eum præcedit, Fiducialiter speramus aliquem apud te locum inuenire indulgentiæ, Proinde, credo quod iam feceris quod te rogo, perinde ipsi valet ac si dixisset, Confido quod iam feceris quod te rogo. Rursus, quod is reddit, sed voluntaria oris mei, non significat simplex desiderium bene affectæ erga matrem voluntatis fuisse causam huius orationis: sed desiderium voluntatis implorandi Dei misericordiam pro matre, si fortè adhuc ea indigeret. hanc enim non semel in suis precibus vsqueadeo clarè expressit vt nihil supra. Principio verbis initij capitis 13. & sequentibus, vsque ad verba, Et credo quod iam feceris. in quibus exponit causam precum pro fidelibus defunctis, & ardentissimum suum affectum in his precibus, tum alijs multis, tum repetitione, dimitte Domine, dimitte obsecro, quorum multa Chemnitius silentio præterit. Deinde verbis quibus memorat & explicat petitionem matris suæ. Tertiò, verbis quae rursus Chemnitius praeterijt, Sit ergo in pace cum viro suo. Vltimò quod non cõtentùs quod pro ea ardentissimè orauisset, precatur Deum vt inspiret etiã bis repetito hoc verbo. Et inspira Domine, & inspira, seruis suis, fratribus suis, Dominis suis, vt meminerint cum affectu pio Monicæ & Patritij & cætera quae citauimus. Chemnitius autem libenter omisit.

2 *psal. 26. et alijs locis.*

Confutatio sensus Chemnitii de oblatione Eucharistiæ apud Augustinũ.

70. De posteriore autem addit: Ex eadem etiam confessione colligi potest quo sensu & qua ratione in actione administrationis Eucharistiae facta fuerit commemoratio defunctorum. non vt opus illud esset satisfactio aut propitiatio pro peccatis mortuorum: sed vt esset testimonium & confessio de illo articulo fidei, quo credimus communionem seu societatẽ Sanctorum, id est, vt breuiter eius sententiam referam, nostrae cum ijs qui sunt in cœlo, & e contra ipsorum nobiscum. Verum quũ Augustinus nullo modo senserit de precibus pro defunctis quod vult Chemnitius sed veras pro matre preces fuderit: non potest ex eis colligi non fuisse factam in administratione Eucharistiae commemorationem defunctorum ad propitiationẽ eorum: sed plane contrarium. Idque ostendunt etiam verba quae Chemnitius partim praeterit, partim citat. Praeterit enim illa capitis 12. Nam neque in eis precibus quas tibi fudimus cum offerretur pro ea sacrificium pretij nostri. & caetera vt sectione 66. Quae vero citat, haec sunt ex capite 13. sed tantummodo memoriam sui altare tuum fieri desiderauit & caetera vsque

ad

ad verba, Sit ergo in pace cum viro suo. In quibus nihil est quod non significet ardentissimas preces suas ad altare fusas pro matre & Patre defunctis. siquidē Chēnitius animaduertere voluisset quā is matri tribuit responsionē, sed respondebit demissa debita sua, eam ipsi ascribere bona confidentia, ac dimissis peccatorum, dimittendas sæpius restare temporales pœnas peccatorum. Neque omittendum est quod Chemnitius omisit etiam ex c.13. Augustinum orare etiam alios, vt meminerint parentum suorum ad altare. Et postremo eum non meminisse communionis Sanctorum.

Quid sentiendum sit de secundo capite Chēnitii in Augustino.

71. Ostendimus vanitatem primi capitis Chemnitij & reliquorum Nouatorum. Pergendum nunc est ad examen alterius capitis quo ait apparere ex Augustini operibus quæstionem hanc de precibus pro defunctis fuisse suo tempore ex vulgi rumoribus in vtramque partem disputatam. vt ex libro de cura pro mortuis ad Paulinum c.1.4.18. Et ad Dulcitiū quæstione.2. Item de ciuitate Dei libro 21.c.13.& 24. In Enchyridio c.110. Et de verbis Apostoli sermone.32. Examinanti ergo hos locos non apparet quod hic ait: sed ex vno solo tantum colligitur fuisse qui commouerentur ad dubitādum quibusdam argumentis quæ proponerent. Neque mirum, erant enim etiam tum Aëriani qui populum solicitabant ad defectionem dubitare & quæstionem proponere verò fideli & docto, & argumento dubitantium referre ad consequendum plenam institutionem alias hanc quæstionem fuisse disputatam in vtramque partem, præsertim ita vt de ea non constaret, quomodo absoluenda esset. Sic enim Chemnitius istud intelligit. Augustinus vero cōtra docet his ipsis locis certum esse preces fidelium prodesse defunctis, & vniuersam ecclesiam ita sentire.

Locus Augustini ex libro de cura pro mortuis gerēda docere certū esse oblatione Eucharistia, & preces prodesse quibusdā defunctis, idque sentire vniuersam ecclesiam.

72. Diu, inquit in principio libri de cura prò mortuis, sanctitati tui Coepiscope Venerande Pauline rescriptorum debitor fui, ex quo mihi scripsisti per homines filiæ nostrae reliogissimae Florę, quærēs à me, vtrum prosit alicui post mortem, quod corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepelitur? Nam dicis videri tibi non esse inanes motus animorum religiosorum atque fidelium pro suis ista curantium. Adiungis etiam vacare nō posse quod vniuersa pro defunctis ecclesia supplicare consueuit: vt hinc & illud conijci posit homini prodesse post mortem si fide suorum humando eius corpori talis prouideatur locus, in quo appareat opitulatio etiam isto modo quaesita Sanctorum. Sed cum haec ita sint, quomodo huic opinioni contrarium non sit quod dicit Apostolus: Omnes enim astabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque secundum ea quae per corpus gessit, siue bonum, siue malum, non te satis videre significas. haec quippe Apostolica sententia

tentia ante mortem admonet fieri quod posit prodesse post mortem: non tunc quando recipiẽdum est quod quisque gesserit post mortem. En quæstionem Paulini, quam ita proponit vt significet se certo credere preces hic viuentium prodesse defunctis, quod vniuersa pro defunctis ecclesia supplicare consueuerit, imò Sanctos cœlicolas pro eis orare: & nihilominus quærat ex Augustino instructionis causa quomodo hæc Apostoli sententia non sit suæ fidei & vniuersæ ecclesiæ consuetudini contraria. Sequitur nunc Augustini responsio. Verũ hæc ita soluitur quæstio, quoniam quodã vitę genere acquiritur dũ in hoc corpore viuitur vt aliquid adiuuent ista defunctos. ac per hoc secundum ea quae per corpus gesserunt, eis quae post corpus religiosè pro illis facta fuerint adiuuantur. Sunt enim quos nihil omnino adiuuant ista: siue eis fiant, quorum tam mala sunt merita, vt neque talibus digni sint adiuuari: siue pro eis quorum tam bona, vt talibus non indigeant adiumentis. Genere igitur vitae quod gesit quisque per corpus, efficitur vt prosint, vel non prosint, quaecunque pro illo piè fiũt cum reliquerit corpus. Nam meritum per quod ista prosint, si nullum cõparatum est in hac vita, frustra quæritur post hanc vitam. Ita fit vt neque inaniter ecclesia vel suorum cura pro defunctis quod potuerit religionis impendat: & tamen ferat vnusquisque secũdum ea quae per corpus gesit, siue bonum, siue malum, reddente Domino vnicuique secundum opera eius. Vt enim hoc quod ei impenditur posit ei prodesse post corpus, in hac vita acquisitum est quam gesit in corpore. Et paulò post: In Machabæorum, inquit, libris legimus oblatum pro mortuis sacrificium. Sed etsi nusquam in scripturis veteribus omnino legeretur, non parua tamen est vniuersae ecclesiae, quae in hac consuetudine claret, authoritas: vbi in precibus sacerdotis, quae Domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet commendatio mortuorum. En pulcherrimam quaestionis propositae absolutionem: En scripturam pro sacrificio; En authoritatem vniuersae ecclesiae orantis in precibus sacerdotis ad altare, pro defunctis. Et capite quarto: Cum itaque recolit animus vbi sepultum sit charissimi corpus, & occurrit locus nomine Martyris venerabilis, eidẽ Martyri animam dilectam commendat recordantis & precantis affectus. Qui cum defunctis, à fidelibus charissimis exhibetur, eum prodesse non dubium est ijs qui cum in corpore viuerent, talia sibi post hanc vitam prodesse meruerunt. Verum etsi aliqua necessitas vel humari corpora, vel in talibus locis humari nulla data facultate permittat, non sunt praetermittendae supplicationes pro spiritibuus mortuorum. quas faciendas pro omnibus in Christiana

Sentẽtia Paulini episcopi Nolani de precibus pro defunctis.

Pulcherrima solutio quæstionis à Paulino proposita.

Quibus prosint preces pro defunctis & quibus nõ prosint.

Probatio sacrificii pro defunctis ex Machabæorũ libris.

Item à cõsuetudine vniuersæ ecclesiæ

ſtiana & Catholica ſocietate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumque, ſub generali commemoratione ſuſcepit eccleſia: vt quibus ad iſta deſunt parentes, aut filij aut quicumque cognati, vel amici, ab vna eis exhibeantur pia matre communi. Audimus hîc nihil eſſe quod id probet cuius cauſa hunc locum. Chemnitius citat. Imo audimus Auguſtinum dicentem dubium non eſſe quin preces defunctis proſint. audimus eum ſentire Sanctos etiam pro defunctis orare. audimus non eſſe prætermittendas ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorum. poſtremo audimus eccleſiam orare etiam in genere pro omnibus defunctis, quomodo & nunc orat: *Ipſis Domine & omnibus in Chriſto quieſcentibus, & cætera*. Denique capite 18. nihil etiam eſt quod confictam hanc in vtramque partem diſputationem probet: ſed rurſus plane contrarium. idque cũ hoc auctario quod enumerantur ſuffragiorum genera: & neceſſitate ſuffragandi defunctis. Sic enim ſcribit Auguſtinus: *Quæ cum ita ſint, non exiſtimemus ad mortuos pro quibus curam gerimus peruenire, niſi quod pro eis, ſiue altaris, ſiue orationum, ſiue eleemoſynarum ſacrificijs ſolenniter ſupplicamus: quamuis non pro quibus fiunt omnibus proſint, ſed ijs tantum quibus dum viuũt comparatur vt proſint. Sed quia non diſcernimus qui ſint, oportet ea* (Nota Lector verbum neceſſitatem ſignificans) *pro regeneratis omnibus facere, vt nullus eorũ prætermittatur, ad quos hæc beneficia poſſint & debeant peruenire. Melius enim ſupererunt iſta eis quibus nec abſunt nec proſunt, quam eis deerũt quibus proſunt. Diligentius tamen facit hæc quiſque* (Nota Lector quiſque) *pro neceſſarijs ſuis, quod pro illo fiat ſimiliter à ſuis.* Hæc Auguſtinus in hoc libro de ſuffragijs defunctorum.

73. Quibus manifeſtè etiam præcluduntur effugia quæ tentat Caluinus dum ſcribit: *Liber autem de cura pro mortuis agenda ab eo* (Auguſtino videlicet) *compoſitus, tot hæſitationes continet, vt ſuo frigore merito debeat ſtulti zeli calorem extinguere, ſi quis mortuorũ patronus eſſe appetat. frigidis certe veriſimilitudinibus ſecuros reddet qui prius erant ſoliciti. Hæc enim vna eſt fultura, quia inualuit conſuetudo vt preces adhibeantur pro mortuis, non eſſe ſpernendum hoc officium.* Etſi enim hic liber contineat aliquot quæſtiones, de quibus Auguſtinus non videtur auſus fuiſſe certo pronuntiare: tamen nullo modo dubitat num ſuffragia proſint defũctis. imo ait certum eſſe quod proſint. & docet quod oporteat ea præſtare. nec ſola conſuetudine nititur; ſed ſcriptura Machabæorum, & vniuerſę eccleſiæ authoritate. quam quia Caluinus non audit, imo ſpernit, merito nobis eſt ſicut Ethnicus & Publicanus.

Confutatio effugiorum Caluini ex libro de cura pro mortuis gerenda libro 3 Inſt. c. 5. ſect. 10.

[Re]sponsio Augustini ad secundam Dulcitij quaestionem. Solutio dubitationis quorundam de praesenti quaestione.

74. Eadem autem plane est Augustini responsio ad secundam Dulcitij quaestionem. vt qui solum citet de verbo ad verbum responsionem quam dederat Paulino c.1. libri de cura pro mortuis gerenda, & scriptum hac de re in Enchiridio, quod paulò post audiemus. Illud hic solum peculiare est quod apparet propositione Dulcitij fuisse qui dubitarent num oblatio quae fiebat pro quiescentibus aliquid eorum conferret animabus. Sed (vt diximus) longe aliud est fuisse qui dubitarent hac de re, aut etiam in alteram partem inclinarent, moti vt apparet argumentis Aërianorũ: aut qui essent Aëriani: aliud hanc quaestionem fuisse dubiam in ecclesia. ita vt liceret vnicuique de ea in suo sensu abundare.

De locis citatis à Chemnitio ex libro 21. Augustini de ciuitate Dei.

75. Caput vero 13. libri primi de ciuitate Dei nullam planè facit mentionem precum pro defunctis: sed purgatoriarum poenarum, quas Augustinus affirmat infligi non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro. Sed neque caput 24. continet vllam dubitationem de quaestione, num oblatio & preces prosint defunctis: sed solum continet confutationem erroris eorum qui existimabant omnes reos in iudicio saluandos precibus Sanctorum. Quam dum Augustinus prosequitur, addit, nulla penitus contra sentientis aut dubitantis mentione facta: Nam pro quibusdam defunctis vel ipsius ecclesiae, vel quorundam piorum exauditur oratio: sed pro his quorum in Christo regeneratorum, nec vsqueadeo vita in corpore male gesta est, vt tali misericordia iudicentur digni non esse; nec vsqueadeo bene, vt talem misericordiam reperiantur necessariam non habere.

Quid Augustinus Enchiridii cap. 110. scripserit de suffragiis pro defunctis.

76. Enchiridij autem verba sunt eiusmodi. Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari cùm pro illis sacrificium Mediatoris offertur, vel eleemosynae in ecclesia fiunt. Sed eis haec prosunt, cũ qui viuerẽt vt haec sibi postea prodesse possent, meruerũt. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus vt non requirat ista post mortem, nec tam malus vt ei non prosint ista post mortem. Est vero talis in bono vt ista non requirat: & est rursus talis in malo, vt nec his valeat cũ haec vita transierit adiuuari. Quocirca hic omne meritũ comparatur quo possit post hanc vitam releuari quispiam vel grauari. Nemo autem se speret quod hic neglexerit, cum obierit apud Deum promereri. Non igitur ista quae pro commendandis defunctis frequentat ecclesia, illi apostolicae sunt aduersa sententiae qua dictum est: Omnes enim astabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque secundum ea quae per corpus gessit, siue bonum, siue malum. quia etiam hoc meritum sibi quisque cum in corpore viueret comparauit, vt ei possent ista prodesse, Non enim omnibus prosunt. Et quare

non

non omnibus prosunt, nisi propter differentiam vitæ quam quisque gessit in corpore? Cum ergo sacrificia siue altaris, siue quarumcunque eleemosynarum pro baptizatis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt: pro nō valde malis propitiationes sunt: pro valdè malis etsi nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescunque viuorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt vt sit plena remissio, aut certe tolerabilior fiat ipsa damnatio temporalis videlicet, vt qui iam iam dixerit nulla esse adiumenta mortuorum valde malorum. Ac ne hic quidem quidpiam audimus quod probet Chemnitium veracem.

77. Restat locus ex sermone 32. de verbis Apostoli: Proinde pompa funeris, agmina exequiarū, sumptuosa diligentia sepulturæ, monumentorum opulenta constructio, viuorum sunt qualicunque solatia: non adiutoria mortuorum. Orationibus verò sanctæ ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosynis, quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandū mortuos adiuuari, vt cum eis misericordius agatur à Domino quàm eorum peccata meruerunt. Hoc enim à Patribus traditum (id est, ab Apostolis, qui enim sint Patres, si hi non sunt?) vniuersa obseruat ecclesia (Nota Lector verba) vt pro eis qui in corporis & sanguinis Christi communione defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Cum verò eorum commendandorum causa opera misericordiæ celebrantur: quis eis dubitet suffragari pro quibus orationes Deo inaniter non allegantur? Non omnino ambigendū est ista prodesse defunctis, sed talibus qui ita vixerint ante mortē, vt possint eis hæc vtilia esse post mortem. Et in fine sermonis: Verum illa quæ adiuuant spiritus defunctorum oblationes, orationes, erogationes, multo pro eis obseruantius, instantius, abundantius impendant, qui suos carne, non spiritu, mortuos, non solum carnaliter, sed etiam spiritaliter amant.

78. Iam habemus locos quos 1 citauit Chemnitius. In quibus vbique audimus non esse dubitandum, non esse dubium, non omnino ambigendū de vtilitate suffragiorum pro defunctis: instar videlicet commotorum colloquijs aut scriptis Aërianorum non esse negandum sicut isti negabant neminem dubitare: quis eis dubitet, inquit, & cæt. quasi dicat, nullus, qui quidem haberi debeat fidelis, vniuersam enim ecclesiam obseruare oblationē sacrificij & orationes pro defunctis, eam istud accepisse à Patribus, id est Apostolis. Quibus similem doctrinam refert sermone 19 de verbis Apostoli epistola 64. ad Aurelium, capite 45. de sancta virginitate, de origine animæ c. 9. & 11. & tractatu 84. in Ioannem, quæ breuitatis causa omittimus.

Breuis recapitulatio verbō & doctrinæ Augustini in locis à Chmitio citatis.

Aërium & Aërianos habitos esse ab ecclesia hereticos quod docerent non oportere orare, vel oblationem offerre pro defunctis, testis est Augustinus.

79. Sed hoc præterire non possumus quod is habet de Aërianis & Aërio, hæresi 53. libri de hæresibus ad Quoduultdeum. quoniam id clarissimé probat Augustinum certissimò ista credidisse: idque à principio, & omnes etiam fideles, qui nollẽt audire hæretici vel hæreticorum fautores. Refert namque Aërium & Aërianos hæreticos habitos his verbis: Aëriani ab Aërio quodam sunt nominati, qui cum esset presbyter, doluisse fertur quod Episcopus non potuerit ordinari, & in Arianorum hæresim lapsus, propria quoque dogmata addidisse nonnulla, dicens orare vel offerre pro mortuis oblationem non oportere.

Tertium caput Chẽnitii falsum esse. 1. vide supra sectionẽ 65. Aliud Caluini verbum lib. 3. Instit. c. 5. sectione 10. falsum esse.

80. Itaque falsum est & tertium caput Chemnitij: putâ, 1 Augustinum tandem cessisse vulgi sententiæ. vt qui iam inde à principio hanc sententiã ab vniuersa ecclesia hauserit: & recte tres hominum ordines antea quoque prodiderit. Falsum & illud Caluini Patres, dubitanter locutos de precibus pro defunctis. Qui cum in Patribus & Augustino diu multumque quæsiuisset locum quo totas illas pro mortuis preces, vt ipse loquitur, euerteret, nullum alium protulit, atque istum ex Augustini homilia 49. in Ioannem. Quum resurrectionem carnis & æternam gloriam expectari docet ab omnibus: requiem verò quæ post mortem sequitur, tunc vnumquemque accipere, si dignus est, cum moritur. Qui locus nihil penitus facit contra fideles, sed pro eis; vt qui particulas contineat, Si dignus est.

Quod nõ sit recedẽdũ ab Augustini sententia contra Nouatores. 1. in fine examinis Augustini. 2. Instit. lib. 3. c. 5. sectione 10.

81. Iam quod Nouatores & nominatim 1 Chemnitius & 2 Caluinus, tandẽ aiunt recedendum esse ab Augustini sentẽtia, vt quæ nõ nitatur Scriptura: sed scripturæ sit contraria: an non manifestè demonstrat omnes eos conatus quos hactenus cœperunt in Augustino, vanos fuisse? an non morẽ sibi proprium nullibi fixe consistendi, obseruant? Si disputatio sit de Scripturis, admiscent eis dicta Patrum, si quos nancisci possint qui prima facie eis quoquo pacto fauere videantur. E-contrario vbi sentiunt historiam ecclesiasticam sibi aduersari, ea contempta & reprehensa confugiunt ad scripturas. Sed scis Lector quomodo? Receptas videlicet & interpretatas pro arbitratu suo. Fideles autem quærunt in historia ecclesiastica quid pastores & doctores ecclesiæ, & consequenter ecclesia, senserint. & certi sunt, in quo conueniunt, quodque affirmant vniuersam ecclesiam sentire, esse dogma haustum ex verbo Dei, quod hi melius receperint & intellexerint atq. Nouatores. & hoc in dubium reuocare, insolentissimæ (vt Augustinus ait) esse insaniæ. Quidquod non solum Epiphanius, sed etiam Augustinus eos in Aërio & Aërianis damnatos fuisse hæreseos ostendit? An non percellit & euertit eos quod talem antesignanum sequantur qui fuit, vt Epiphanius ait,

per-

perfectissimus Arianus?

82. Sed progrediamur ad alios Patres quinti sæculi. Habitum est Augustini ætate concilium Carthaginense quod vocant tertium. In quo istud constitutum fuit canone 19. Vt sacramenta altaris non nisi à ieiunis hominibus celebrentur. Nam si aliquorum promeridiano tempore defunctorũ, siue episcoporum, siue cæterorum, commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt, iam pransi inueniantur. Et paulò post celebratũ est concilium Carthaginense quartum, in quo canone 78. istud decretum fuit, Pœnitentes qui attente leges pœnitentiæ exequuntur, si casu in itinere, vel in mari mortui fuerint, vbi eis subueniri non possit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur.

Conciliorum Carthaginē sem 3. & 4. canones pro suffragijs defunctorum.

83. His addimus Paulinum Presbyterum, & Possidonium Episcopum. Illum in vita Ambrosij scribentem corpus eius peractis diuinis sacramentis de ecclesia leuatum fuisse: hunc vero in vita Augustini narrantem sacrificium Deo oblatum fuisse pro eius commendanda corporis depositione.

Paulini presbyteri et Possidonii episcopi testimonia pro suffragiis defunctorum.

84. Floruit ferè circa tempus Augustini Chrysostomus. Is plurimis locis & vsqueadeo apertis scribit preces, & eleemosynas, & oblationes sacrificij altaris prodesse, vt Nouatores id fateãtur. nominatim homilia 26. & 32. in Matthæum, & homilia 61. in Ioannem. homilia 41. in priorem ad Corinthios epistolam, & homilia 21. in Acta Apostolorum. ac ne negare quidem audeant eum ferè vbique exhortari populũ ad preces, eleemosynas & oblationes pro eis faciendas quod hæc eis prosint. Sed Chemnitius cauillatur eum niti hominum consuetudinibus & præsumptionibus, cum is nitatur etiam argumentis ex scriptura petitis. vt homilia 21. in Acta. vt homilia 41. in priorem epistolam ad Corinthios. & homilia 3. in epistolam ad Philippẽses. Et præterea traditione Apostolica in mysterijs consuetudine ecclesiæ confirmata. Sed Chemnitius eo progreditur, vt ante hunc fuisse dicat nemi nem qui id scripserit. Atqui Augustinus & Epiphanius consuetudinem hãc acceptã à Patribus, id est, Apostolis, affirmant; Dionysius preces à diuinis suis præceptoribus, id est Apostolis, traditas refert, quas videmus etiam nũ in vsu esse. Athanasius verò, Gregorius Nyssenus, Iacobi liturgia & constitutio Apostolica expresse docent ab Apostolis fluxisse. Sed hoc est quod Chẽnitium & alios euertit, quod non recipiant iuxta 1 doctrinam Apostoli, traditiones per sermonem: & præterea stulte existiment, si sit traditio per sermonem iuxta istos, errare eos qui scripturis ista doceri affirment. Nempe Apostoli quod scripturis docebant, id sermone quoque confirmabant, & vel in compendium contrahebãt, vel nonnunquam pluribus verbis atque scri-

Chrysostomi sententia & doctrina de suffragiis pro defũctis.

Verbo Dei scripto et tradito per sermonem suffragia pro defũctis probat Chrysostomus.

Confutatio cauillorũ Nouatorum.

1. 2. Thess. 2.

scriptura expresserant, declarabant. Exempli causa Apostoli compendium fidei quæ varijs scripturę locis tradita est, symbolo complexi sunt. Quis autem dubitet quin hi verbi quod Euangelistæ tradunt, Hoc est corpus meū, plenissimam & exactissimam interpretationem Ecclesiæ reliquerint? Ad hūc modum quod scripturæ docebant de precibus, eleemosynis & sacrificio pro defunctis, Apostoli sermone quoque confirmarunt, & in praxim oblationis clarissimè inuexerunt.

Chrysostomi aliquot loci de sacrificio & precibus pro defunctis ab Apostolis traditis.

85. Sed audiamus vnum atque alterum Chrysostomi locum. Non frustra, inquit homilia tertia in epistolam ad Philippenses, ab Apostolis sancitum est, vt in celebratione venerandorū mysteriorum memoria fiat eorum qui hinc discesserunt. Nouerunt illis multum emolumenti fieri, multū vtilitatis. Stante siquidem vniuerso populo, manus in cœlos extendente, cœtu item sacerdotali, venerandóque posito sacrificio, quomodo Deum non placaremus pro istis orantes? Et homilia 69 ad populum Antiochenum, Non temere, inquit, ab Apostolis hæc sancita fuerunt vt in tremendis mysterijs defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illos inde multum contingere lucrum. Cum enim totus constiterit populus, sacerdotalis plenitudo & tremendum proponatur sacrificium, quomodo Deum non exorabimus pro his deprecātes? In liturgia vero praxim oblationis exprimit clarissimè.

Refutatio aliorum commentorum Chemnitii in Chrysostomo.

86. Quod vero Chemnitius obijcit Chrysostomum sensisse hoc sacrificium etiam pro damnatis offerendum: & non tres, sed solum duos ordines hominum constituisse: vnum iustorum, alterum damnatorum: partim non est verum: partim non infirmat quod ex Chrysostomo docemus. Chrysostomus enim vtraque homilia post verba quæ citauimus de traditione Apostolorum, addit expressè: Verum quidem istud de illis dicimus qui in fide abscesserunt. Et, sed hoc quidem de his qui cum fide migrarūt. Quibus haud obscure significat esse damnatos quibus sacrificij oblatio & preces nihil prosint. Et quod is vtilitatem istorum extendit ad fideles damnatos, vt eis prodesset ad aliquem pœnæ mitigationem, non ad finitionem: (in qua sententia fuerunt etiam Cyrillus Hierosolymitanus, & Author libri quæstionum ad Antiochum principem) manifeste ostendit eum sensisse hæc pie defunctis plurimum prodesse. Cantus porrò cuius is quoque meminit in exequijs, & lectiones de resurrectione & vita æterna, adhibebātur, sicut & nunc adhibentur, ad consolationem viuorum innixam bonæ spei quā concipiunt de mortuis. Quibus nihil obstat quin propter incertitudinem adeptionis vitæ æternę rectè preces adhibitæ fuerint, & etiam-num adhibeantur.

87. De Theodoreti autem sententia apparuit in Iacobi Nisibeni vita. Nec est necessarium vt plures citemus. quando Nouatores confitētur quinto sęculo & deinceps passim suffragatum fuisse defunctis. Si cui tamen placuerit plures Patres & plura concilia de his legere, consulat Petrum Rauēnatem sermone 127. concilium Vassense c. 2. Victorem libro 2. de persecutione Vādalica in verbis, qui nos solennibus orationibus sepulturi sunt morientes? Gregorium lib 2 Dial. c. 23. & lib. 4. c. 55. Isidorum lib. 1. de officijs ecclesiasticis c. 18. Martinum Braccarensem in libro de synodis c. 69. Theodorum in suo pœnitentiali, Concilium Braccarense 1. c. 34. & 35. Bedam homilia in illud Ioannis, Ioannes testimonium perhibuit. & lib. 2. in Prouerbia Salomonis c. 11. & libro 4. histor ecclesc. c. 22. Germanum Constantinopolitanum episcopum in Theoria: historiam Iosaphat, Leontium episcopum Neapoleos in vita Ioannis eleemosynarij: Ioānem Damascenum sermone, Quod qui in fide hinc migrarunt sacris operibus & viuorū beneficijs multum iuuentur. quem tametsi Oecolampadius verterit in linguā latinam, Chemnitius tamen pro arbitratu nugatur esse fictitium: Eundem in libro de hæresibus in Aërianos, in verbis, Negat enim quicquam offerēdum esse pro mortuis. Theophylactum in c. 12. Lucæ: Annalarium libro de officio Missæ ad Ludouicum Pium Imperatorem c. 38 Haymonem in c. 3. episto. 1. ad Corinth. VValfridum Strabonem lib. de exordijs & incremētis rerum ecclesiasticarum c. 21, & 22. Rabanum in c. 12. libri Machab. & libro 8. in Ecclesc. c. 14. & libr. 2. de institutione clericorum c. 44. Ioannē Diaconū libro 1. vitæ Gregorij c. 16. Concilium Cabilonense 2. canone 39. concilium Triburiense c. 15. Bernonem abbatem Augiensem de officio missæ c. 16. Burchardum lib. 11. Decretorum c. 51. 59. 62. & 76. Sigebertum in Chronico suo ad annum 998. Iuonem lib. 5. c. 124. & alijs locis. Edmerū Anglum in vita b. Anselmi c. 11. Hildebertum Turonensem in libro de concordia veteris & noui sacrificij. Rupertum Tuitiensem lib. 2. in Leuiticū c. 42. Honorium Augustodunensem in gemma animæ c. 50. & 51. Odonem in canonem missę. S. Malachiam apud Bernardum c. 18. vitę ipsius: Petrū Cluniacensem in epistola contra Petrobrusianorum hæresim: Bernardum sermone 16. & 66. in cantica. & in vita b. Malachiæ c. 4. & 11. Petrum Lōbardum lib. 4. sententiarum d. 45. & Scholasticos. Nicolaum Cabasilam in expositione liturgię, c. 42. 43. 44. 45. 49. Et alios.

Loci breuiter indicati in quibus Patres qui post Chrysostomum vixerunt reddūt testimonium pro suffragiis defunctorum, in priuatis scriptis & conciliis.

88. In summa hæc capita colligimus ex hac historia ecclesiastica.

j. Quod Veteres suffragia pro defunctis probauerint scripturis,

ij. Quod ea confirmauerint etiam verbo Dei tradito per sermonem.

iij. Item

iij. Item vsu vniuersæ ecclesiæ.

iiij. Quod qui ea improbauerunt fuerunt olim relati in numerum hæreticorum.

v. Quod in tantum certi fuerint de eis, vt velut per occupationem & alias responderint scripturis quæ ipsis refragari videbantur.

vj. Quod ipsimet sint suffragati defunctis.

vij. Quod popûlum docuerint suffragari defunctis, & eum ad hoc officium adhortati sint.

viij. Quod vsqueadeo certo crediderint defunctos iuuari posse his officijs, vt expresse scripserint etiam beatos in cœlo pro ipsis orare.

ix. Quod in scriptis suis genera suffragiorum expresserint.

x. Quod etiam eijsdem solennibus verbis vsi sint in oblatione & precibus quibus etiam nũm vtimur.

xi. Quod referant solennes dies commemorationis defunctorum.

xij. Quod meminerint aliorum quoque rituum vsque ad conuiuium funebre.

xiij. Quod non solum sigillatim, sed in concilijs quoque hæc probauerint, etiam ante Cyprianum. Quibus apparet, nihil nunc fieri, quod perpetuo factum non fuerit.

Absoluimus tractatum Communionis Sanctorum. Deus qui nobis dedit vt hæc præstaremus, det fidelibus vt ea legant ad suæ fidei confirmationem: hæreticis vero ad conuersionem. Cui gloria in sæcula sæculorum per vnigenitum Filium suum Dominum nostrum, Iesum Christum Amen.



FINIS.